PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM *UNUSQUISQUE* PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLIV.

JOANNES CANTACUZENUS IMP. CP. DEMETRIUS CYDONIUS. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1375.

ΙΩΑΝΝΟΥ
ΤΟΥ
ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS
CANTACUZENI
OPERA OMNIA,

HISTORICA, THEOLOGICA, APOLOGETICA.

ACCEDUNT

JOANNIS PALÆOLOGI IMP., PHILOTHEI CPOLITANI PATRIARCHÆ, DEMETRII CYDONII, MAXIMI CHRYSOBERGÆ, PHILOTHEI SELYMBRIENSIS.

ORATIONES, OPUSCULA, EPISTOLÆ;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS POSTERIOR.

VENEUNT 2 VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE* PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV, ANNUS 1375.

—

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLIV CONTINENTUR.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

JOANNIS CANTACUZENI

HISTORIARUM LIBRI IV.

ARGUMENTUM LIBRI QUARTI.

701 Testificatur historicus, se, quæ gesta sint, fideliter narraturum. Imperatrix cum filiis ante imaginem Dei Genitricis consistens sic tacite victoris misericordiam implorat. Jurat ibidem Cantacuzenus, se a crimine alienum. Filiam Helenam Joanni imperatori adolescenti despondet. Juramentum subditis defertur. Nobiles refragantes, utrique imperatori sacramentum dicere coguntur : de bonis mobilibus per bellum alienatis sanctio. Helena imperatrix salutatur. Nuptiæ apparantur. In imperio a seditionibus et armis summa tranquillitas. Marchio e Lombardia Byzantium, Thessalonicam, Ænum ut sibi jure paterno debitas occupare cogitat : Bartholomæi legati duæ epistolæ, una ad Clementem VI Romanum pontificem, altera ad Delfinum Viennensem, de laudibus Cantacuzeni imperatoris. *Joannem* patriarcham conveniens, ei scelera præterita in se et rempublicam cum dogmatum impietate objectat; patriarcha a synodo damnatur, cujus locum Isidorus capessit. Ejus laus. Monachi de ambitione patriarchatus reprehenduntur. Ab Isidoro imperator publice anathemate absolvitur. Ab Orchane et ejus familia visitur : iterum in Blachernis justas ob causas coronatur. Joanni imperatori uxor jungitur. De collapsa magnam partem æde Sophiæ, illiusque instauratione. Crales semel et iterum appellatus, urbes post ictum fœdus ablatas restituturum negat. Contra eum copiæ cum Persicis auxiliis. Oppida imperatoris, quoniam a Triballis tenebantur, deprædati Persæ, in sedes suas revertuntur, cum Triballos devastare ac diripere debuissent. Imperator utrumque filium, et fratres uxoris muneribus ornat. Pecuniæ viritim exigendæ consilium capit, denuo se in concione contra sycophantas tuetur, de quibus graviter conqueritur; de Barbaris subsidio vocatis se purgat; culpam in adversarios rejicit; de tuenda republica sententias poscit. Civium primariorum responsum, quo suum, imperatoris, militis, mercatoris, opificis officium declarant. Causa exactionis pecuniariæ. In imperatorem inimicorum malignitas et criminatio. Cur illis pepercerit, negotiumque deseruerit. Insidiæ novæ quorumdam procerum, et cogitationes belli reparandi. Dantur in custodiam, ignoscitur, pristinis functionibus redduntur. Querimonia procerum quod Annæ et filio fidem astringere coacti sint; ambos defendit imperator, et illos excusat, qui se utrique fidelem futurum non putabant. Necessario se ad imperium accessisse, et imperatrici ac filiis ejus infensum 702 non esse. Seditiosi etiam ab Irene uxore repelluntur; filium Matthæum ad defectionem a patre, et ad principatum, aliquot urbibus in potestatem redactis, sibi condendum principes sollicitant. Cur ad illum desciverint. Matthæus quædam oppida sibi subdit. Mater filium ad sanitatem revocat. Ejus feminæ laus. Andronicus minimus natu filius e tribus, pestilentia moritur; ejus pestilentiæ elegans descriptio. Quas utilitates in hominum animis illa lues effecerit. Imperator cum genero Thraciæ urbes obit, ejusque ad militiam habilitate lætatur. Ad Clementem papam legatio, qua se de Barbaris in auxilium ascitis excusat; opem suam spondet, si cum principibus Christianis in Barbaros bellum suscipere velit. Laudatur a papa. Legati dicta Cantacuzeni in ephemeridem referunt. Papa de cura erga adolescentem imperatorem et matrem ei gratias agit; ad Ecclesiarum concordiam conciliandam eumdem hortatur. Petit ab eo imperator concilium, promittitur, sed bello Italico res differtur, et interea pontifex vita defungitur; ita ex re parata imparata evadit. Tomprotizas urbem tradit. Persæ populatores cæsi, capti; reliquiæ in collem confugiunt. Nicephori despotæ periculosa temeritas. Persæ donati domum remittuntur. Matthæi filii generosus animus in conflictu. Victoriarum nuntii utrinque. Calculus imperatoris, et in morbo virtus. Quare Galatæi bellum imperatori fecerint; spatium regionis supra urbem vafre petunt, nec impetrant; asinis comparantur. Damna ab iis per incendium illata Byzantiis. In tumulo turrim excitant; spatium muro intercipiunt. Mercatores et opifices se de Galatæis vindicari orant. Eorum lapidum jaculatrix machina. Saxa Constantinopoli Galatam per tormenta displosa. Oneraria cum machina depressa. Genuensium oneraria intercepta. Bellum navale. Imperator victus animum excelsum re-

tinet, classem reparat. Victores triumphant; eorum in victis contemnendis insolentia. Locum reddunt, quem eis imperator donat. De nimia exactione calumnia. Causæ insolitorum tributorum. Chium Genuenses tandem restituunt. Calothetus Phocæam præfectus mittitur. Status Peloponnesi miserandus. Manuel filius imperatricis prætor designatus quid ibi gesserit. Vincit hostes, et ignoscit. Latini Achaiam tenentes, amici ac socii fiunt. Laus ejusdem Manuelis a placidis et integris moribus. Lazarus Hierosolymitanus accusatus, gradu pellitur; fame affligitur; a Galatæis ad fidei communionem invitatus recusat; injurias contemnit; hostibus suis traditur. Patriarchæ in eum et humanitas et inhumanitas. A Cantacuzeno legatus ad sultanum Ægypti pro Christianis et sua restitutione mittitur. Epistola sultani responsoria; in extrema Cantacuzeni laus. Gerasimus iterum Lazarum apud sultanum accusare parans, in via moritur. Successor sultani Sichuntis archisatrapæ impulsu in Christianos sævit. Cur Jacobitis hæreticis Sichum pepercerit. Lazarus flagellatur; Christiani damnantur infamia, cæteroqui a suppliciis immunes. Palamas Thessalonicæ creatus episcopus, a præfectis repudiatur, qui urbem suam facere conantur. Andreæ Palæologi in imperatorem audacia. Callistus Isidoro patriarchæ succedit. Imperator cum uxore monachismum meditatur. Thessalonicenses opem rogitant suppliciter. Palæologum urbe exigunt, quam Zelotæ Crali tradere student. Barbarorum mos in æmulis imperii occidendis. Merzianes ad imperatorem juvenem jugulandum ab Orchane subornatus deprehenditur. Imperatrix Anna filium Thessalonicæ relinqui non vult. Cavetur a Macedoniæ direptionibus. Præfectus Anactoropolis urbem sibi vindicat, locis aliis infestus. Imperator ejus naves incendit. Orchanes filium cum sociis revocat; revertentes Mœsiam depopulantur. Præfecti Amphipolitani in imperatorem humanitas. Thessalonicæ intestinæ discordiæ; res feliciter gesta. Veneti opem adversus Genuenses nullam impetrant. Cum principe pastorum pro filio captivo liberando rogante pactum init imperator. Qua ratione Berrhœam Crales muniverit. De navibus in transitu fluminis impeditis, et maris æstu expeditis. Berrhœa capitur. Persis diripiendi Cralis regionem fit potestas. Movet Edessam imperator, et spe sua frustratur. Oppidula plura se dedunt. Expeditio in Servios. Oppidi **703** descriptio. Suburbanorum transitio. Urbs oppugnatur. Urbes egregiæ et ipsa Scopia, sedes Cralis, imperatorem expetunt. A dynastis item Triballicis accersitur. Duo transfugiunt. Reditus imperatoris Thessalonicam. Profectio Gynæcocastrum. Perfidia præfecti ejusdem loci. Ante Thessalonicam inter Cralem et imperatorem colloquium: ubi se imperator defendit, ipsumque perjurum et causam belli ostendit; nihilominus ejus in se et uxoris beneficentiam et humanitatem laudat. Crales perfidiam confitetur; ablata non reddit: imperatorem incredibiliter timet. Curnam urbes occupatas retinere cupiat. Imperator ei improbitatem rursus objicit. Urbium partitio. Pax et epulatio. De Cralis perfidia. Copiæ utrinque eductæ, et citra prælium reductæ. Imperator juniorem imperatorem, Joannem nempe, de Crale cavendo monet, qui proditione Edessam capit. Lyzici præfecti pœna, et obitus. Edessæ eversio. Purgat se Mœsorum regi imperator de impressione Barbarorum in ejus regnum; consilium dat de illis Mœsia et Thracia prohibendis. Prodigium, quo Alexander contra Cralem erigitur. Navale purgatur. Mœsi inconstantia, quem frustra revocare conatur imperator. Synodus propter hæresin Barlaami et Acindyni. Cur se occultarit Acindynus. Quatriduum in disceptatione ponitur. Ephesi et Gani episcopi exauctorantur. De tribus tomis conscriptis. Barlaamitis et Acindyanis silentium indicitur; in custodiis habentur. De Nicephoro Gregora ut seditioso, mendace, et in Ecclesiam Byzantinam, in imperatorem et monachos maledico. Fabella Atlantis ad sanctos monachos accommodata. Cur imperator ad montem Atho profectus; cur inde reversus; cur imperium susceperit. Ejus in curanda Ecclesiæ pace sedulitas. Iterum contra Gregoram disseritur. Veneti contra Genuenses auxilium petunt. Temporarium fœdus Venetorum cum imperatore unde ortum. Galatæorum superbia cum arrogantia Lacedæmoniorum confertur. Saxum Byzantium bis jaciunt; bellum eis indicitur. Cum Venetis imperator contra Genuenses societatem init. Cur mutuum hæ duæ respublicæ infestæ. Galatæ obsessio. Venetæ classis præfecti audacia. Tres machinæ frustra comparatæ. De septuaginta triremibus Genuensium nuntius. Populi Genuensis contra optimates turbæ, quorum sumptibus eæ naves constructæ. Veneti ducis ignavia. Galata frustra oppugnatur. Tarchaniotæ brachium graviter vulneratur. Venetus domum renavigans, Genuenses vix effugit. Imperator junior malevolorum sermunculis in socerum incenditur. Iidem Andronicum callidissime decipiunt, quo ejus discessu liberius sint nequam. Ad filium reconciliandum Anna imperatrix a Cantacuzeno mittitur, cui res succedit. Cralem cum uxore objurgat. Genuenses Eubœæ oppidum incassum oppugnant. De munitione Byzantii, et stolido consilio cujusdam Martini, ejus oppugnandi. Ad urbes juxta Pontum imperator mittit subsidia. Sozopolis superbe rejicit, et a Latinis capitur. Ejus eversionem optimates pecunia redimunt. Philotheus Heracleensium episcopus a Galatæis captivos suos liberat. Nicolai ducis Venetæ classis timiditas. Genuenses vincuntur. Galatæorum in Catalanos impostura. Genuensium, Venetorum, Catalanorum clades. Ducis Genuensium magnus animus. Nicolaus victoriam fœdat. Imperatoris et Catalanorum ducis in eum ira. Byzantiorum in Catalanis ægrotis curandis memoranda charitas. Genuenses ab Orchane auxilium implorant. Cur ille Venetis infensus. Nicolaus denuo reprehenditur. Catalanorum dux præ dolore animi moritur: cui sufficitur Monean, quem

imperator ad pugnam frustra incitat. Nicolaus ut stultus relinquitur; classem reparat. Grimoaldus Pagani, ducis Genuensium successor, apud Sardiniam vincitur. A Venetis Genuenses afflicti, se principi Mediolanensium cum conditione subjiciunt. A Pagano apud Methonen Veneti expugnantur. Pax inter utrosque. Pagani et optimatium exsilium. Genuensium status restitutus. Palæologus cum uxore, et altero filiorum Didymotichum abit : eodem Irene cum episcopis Matthæum illi conciliatura proficiscitur. Palæologus Matthæo absolutam gubernationem scripto firmare abnuit, et contra socerum arma capit. Matthæum Adrianopoli obsidet; Zernomianum timore supervenientis soceri concedit. Adrianopolitani Cantacuzeno resistentes **704** vincuntur et diripiuntur. Zernomianenses ut temerarii incursantur. Palæologus pro auxilio Crali fratrem dat obsidem; eidem Mœsus subsidium mittit. Cantacuzenus ab Orchane auxilium contendit. Mœsi Persas fugiunt, a quibus Triballi et Romani partim cæduntur, partim capiuntur. Persæ Mœsorum agris illata vastitate in Asiam redeunt. Cantacuzenus pace a Palæologo obtenta, ejus oppidis infestus. Chalcidicen propter Morrhæos incursat. Ad Palæologum pacem petentem scita similitudo, cui malos consiliarios pacem impedientes detrahere nititur. Palæologus desperans in Tenedum cum uxore fugit. Ejus feminæ laus eximia. Urbes ejus Cantacuzenum accipiunt dominum. Irene Byzantium sedulo tuetur. Palæologus ad mœnia veniens, et spe lapsus, Galatam divertit : inde in Tenedum renavigans, maledicta vectorum in Cantacuzenum dissimulat. Tumultus nobilitatis Byzantii, et cum Cantacuzeno expostulatio, et de Matthæo imperatore designando petitio. Callistus patriarcha obsistit, et quasi aliena locutus reprehenditur. Longa oratione ut sæpe imperator suspicionem tyrannidis a se depellit, justitiæque et integritatis laudem aucupatur. Palæologum de aliquot capitibus accusat, inde probans Matthæum filium non injuria imperatorem nominari. Palæologus se de duobus capitibus purgat. Matthæus imperator declaratus, Adrianopolin mittitur. Callisti in sede non repetenda pertinacia. De successore ejus deliberatio. Citati canones. Imperator peccatum suum fatetur. Philotheus fit patriarcha. Callistus Galata in Tenedum profugit. Coronatio Matthæi et uxoris. Pergamenus Tenedius seditiosus, et auctor defectionis, vinctus Thessalonicam mittitur. De Persis, pecunia e Thracia educendis. Terræ motus ingens urbes prosternit, quas Barbari ut desertas occupant. Sulimani perfidia. Ab Orchane imperator urbes reposcit, et ille filium ad reddendum inducit. Causa cur Cantacuzenus ad generum in Tenedum vellet proficisci. Duas Galatæorum urbes in Scythia Sulimanus expugnat. Palæologus Byzantium venit, populus tumultuatur. Cantacuzenus cum uxore de monastica vita complectenda agit. Pugna cum Palæologo. Philothei monitio de Barbaris ad auxilium non vocandis; paret imperator. Redaccensus populi furor. Philotheus se occulit. Certis conditionibus juratur. Propugnaculum ad portam Auream describitur. De Barbaris Thracia pellendis, in quos bellum dissuadet Cantacuzenus. Diversum de ejus oratione judicium. Juniorum obtrectatio. Custodes ad portam Auream dedere se Palæologo abhorrent : astus Italicorum militum. Minæ Cantacuzeni. Veniam petunt, arcem dedunt. Palæologus in palatium invitatur; ad epulas socerum ipse invitat. Plebis tumultus propter Cantacuzenum sedatur. Socer genero voluntatem profitendi monachismi detegit, et cum uxore fit monachus; mutantque ambo nomina. Petit Palæologus ut inter ipsum et filium Matthæum resarciat concordiam. Redditur throno Callistus. Nicephorus despota fidem fallit. Fœdus inter imperatores. Optimates Joannis impostores; propter eos bellum recrudescit; Matthæo se purgat. Obitus Cralis. Helena Cralæna imperat. Factiones nobilium. Nicephorus dux Thessaliam obtinet. Famuli ejus scelera. Regina uxor Nicephori Byzantium, deinde ad virum se confert; in Peloponnesum ad fratrem perfugit. Maritus in certamine ab Albanis interficitur; ipsa Byzantii cum matre monacham agit. Orchanis filium a piratis captum persoluta grandi pecunia liberat Palæologus. Triballorum principum amicitia cum Cantacuzeno et ejus filio. In quantas angustias redactus Matthæus. Urbis Philipporum descriptio. Capitur Matthæus a Philippensibus in palude. Gratianopolim cum ejus uxore et liberis capit Palæologus. A Boichna Triballo Matthæus pecunia Palæologo venditur. Utrum oculi ei effodiendi. Laudatur Palæologi in eumdem misericordia; libertas captivo promittitur. Cantacuzenus gratias agit, et eum e custodia studet impetrare. Ziani in Eugeniam monacham, Cantacuzeni antea conjugem, pestifera calumnia. Quiddam a Matthæo liberando postulatur; ambitiosius respondet. Prudentissima oratio, qua pater filium a cupiditate imperii detorquere nititur. Obtemperat Matthæus, et jurat. Palæologus **705** amice cum eo versatur. Cantacuzenus cum eodem, totaque ejus familia ad novum dissidium inter illum et generum fugiendum Peloponnesum petit, ibique eum fratri Manueli præfecto commendat; et tandem Manuelem in se a calumniatoribus irritatum placat. Callistus patriarcha ad Cralænam legatus imperatoris cum sociis ibidem obit. Ejus corpus monachis ab Atho monte negatur; Mesembria obsidetur. Pax. Philotheus in patriarchatum redit. Historiæ totius epilogus. Notatu in primis digna in hoc extremo libro sunt : Secunda Cantacuzeni coronatio Constantinopoli, prior enim Adrianopoli contigit. Templi Sophiæ laus, collapsio, instauratio. Nuptiæ imperatoris Palæologi cum Helenæ Cantacuzeni filia. Litteræ et legationes inter Clementem VI pontificem et Cantacuzenum super Barbaris oppugnandis, et concordia Ecclesiarum. Bellum navale cum Galatæis. Chius insula a Genuensibus recepta. Res gestæ in Peloponneso. Legatio Cantacuzeni ad sultanum Ægypti, et ejus responsio.

Res Thessalonicenses. Contra Barlaamum et Acindynum synodus. Nicephori Gregoræ insectatio. Inter socerum et generum repullulans bellum, prudentia et auctoritate imperatricis Annæ repressum. In Catalanos vulneratos, et ægros Byzantiorum civium laudabilis charitas. Inter Matthæum et Palæologum propter Adrianopolim, finitimasque urbes controversia. De Matthæo in imperatorem flagitato. Pax et fœdus inter imperatores. Res inter Palæologum et Matthæum gestæ. Matthæi infelix exitus. Cantacuzeni et conjugis monachatus.

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

Fidelitatem suam in narrando testatur. Libri argumentum. Imperatrix cum filiis ante imaginem Deiparæ. Jurat imperator, quod sæpius antea. Deo sycophantiis liberatus gratias agit. Helena Cantacuzeni filia adolescenti Joanni despondetur, quem commendat. Juramentum a subditis postulatur. Nobilissimi quidam detrectant, soli Cantacuzeno subesse cupientes: quod ille non patitur. Sanctio de bonis soli. Joannes imperator Helenam Cantacuzeni filiam ducit. Quies summa a discordiis et armis. Marchio e Lombardia Byzantium, Thessalonicam, Ænum, ut hæreditarias urbes occupare molitur.

Istiusmodi bellum inter Romanos ipsos accensum quinquennio duravit, adeoque multas ac sævas clades invicem intulerunt, ut iis imperium Romanum pene funditus eversum ac deletum sit. Quæ omnia sicut acciderunt, ita nos nihil prætermittentes, accurate explanavimus: et quod jam pridem facturos spopondimus, nec ad gratiam quidquam, nec ad odium scripsimus. Reliquum est igitur ea quoque hominum memoriæ commendare, quæ in monarchia Cantacuzenus gesserit, et quæ illi rursum controversia atque dissidium cum genero Palæologo imperatore intercesserit. Postquam enim jurejurando functus, palatium introivit, Augustam ante Deiparæ Hodegetriæ imaginem cum filiis stantem invenit (1-66), quo magis imperatorem ad misericordiam permoveret, efficeretque ut recordationem omnium quæ per bellum gravia sibi et odiosa accidissent deponeret. **706** Ille primum Dei Matris iconem supplex veneratus, deinde super ea universis audientibus juravit se nec meditatum esse, nec fecisse quidquam qualecunque contra ipsam et filios, priusquam ab illis bellum moveretur: neque eam cum filio imperatore imperio spoliare ullo modo cogitavisse, sed omnia meras esse fabulantium criminationes confictasque calumnias. Sibi inde ab initio fuisse propositum, quemvis laborem subire, et quantum quantum haberet opum, ad communem imperatricis filiorumque fructum ac suam denique gloriam in privato habitu manentem impendere. Postea Deo exquisitas agit gratias, cum vivus ad illum diem pervenerit, ex quo manifestissime obtrectationibus et injustis accusationibus liber futurus sit, cum rebus ipsis obtrectatorum nequitiam modestiamque suam palam declararit. Tum una cum Au-

A Τοιοῦτος μὲν ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων πόλεμος ἐπὶ πέντε ἔτεσιν ἀνεῤῥιπίσθη, καὶ οὕτως ἐκάκωσαν ἀλλήλους πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ἐξ ὧν ὀλίγου δεῖν ἀνατραπῆναι συνέβη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. Ἃ καὶ ὡς ἐγένετο πάντα ἐξεθέμεθα μετὰ ἀκριβείας, μηδὲν παραλιπόντες, ἀλλὰ τὴν ἀρχαίαν φυλάξαντες ἐπαγγελίαν, ὥστε μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν μηδὲν εἰπεῖν, ἀλλὰ τὰ ὄντα ἀκριβῶς. Λοιπὸν δὲ ἤδη καὶ τὰ Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ μοναρχοῦντι πεπραγμένα διηγήσασθαι, καὶ ὅσα ἐν διαφορᾷ κατέστη αὖθις πρὸς Παλαιολόγον βασιλέα τὸν γαμβρόν. Ἐπεὶ γὰρ μετὰ τοὺς ὅρκους ἐγένετο ἐν βασιλείοις, βασιλίδα μὲν μετὰ τῶν τέκνων πρὸς τὴν τῆς Θεομήτορος εἰκόνα τῆς Ὁδηγη-
B τρίας εὗρεν ἱσταμένην, ἵνα μᾶλλον κάμπτῃ βασιλέα, καὶ πείθῃ μηδενὸς ἀναμιμνήσκεσθαι τῶν κατὰ τὸν πόλεμον συμβεβηκότων δυσχερῶν. Ὁ δὲ πρῶτα μὲν τὴν τῆς Θεομήτορος εἰκόνα προσεκύνει, ἔπειτα ὤμνυε κατὰ τῆς εἰκόνος εἰς ἐπήκοον πάντων, ὡς οὔτε βουλεύσαιτο, οὔτε πρᾶξαι τὸ τυχὸν κατὰ βασιλίδος καὶ τῶν παίδων, πρὶν τὸν πόλεμον κινηθῆναι παρ' αὐτῶν· οὐδὲ βουλεύσαιτο κατ' οὐδένα τρόπον αὐτὴν καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν τῆς ἀρχῆς ἀποστερεῖν· ἀλλὰ πάντα συκοφαντίας εἶναι καὶ διαβολὰς πλασθείσας ὑπὸ τῶν εἰπόντων. Ἐκεῖνον δὲ τοιαύτην γνώμην ἐξαρχῆς, ὡς πάντα πόνον ὑπομενοῦντα, καὶ σύμπαντα ὅσα προσῆν χρήματα καταναλώσοντα ὑπὲρ τῆς ὠφελείας τῶν κοινῶν, καὶ αὐτῆς τῆς βασιλίδος, καὶ τῶν παίδων, καὶ σφετέρας εὐδοξίας,
C μένων ἐπὶ σχήματος. Ἔπειτα πολλὰς εὐχαριστίας ἀπεδίδου Θεῷ, ὅτι ζῶν εἰς ταύτην ἧκε τὴν ἡμέραν, ἥτις ἀπαλλάξειε σαφέστατα τῶν συκοφαντιῶν καὶ τῶν ἀδίκων ἐγκλημάτων ἔργοις αὐτοῖς ποιήσαντα καταφανῆ, τήν τε τῶν εἰπόντων μοχθηρίαν, καὶ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ. Ἔπειτα εἰσήεσαν ἅμα βασι-

Jacobi Pontani notæ.

(1-66) Sic inventus est Andronicus senior capta urbe a nepote libro primo cap. 59. Ad hanc imaginem in periculis confugere, solemne fuit, ut apparet.

λίδι καὶ βασιλεῖ τῷ υἱῷ εἰς τὴν οἰκίαν ἣ παρεσκεύαστο πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ὑποδοχήν. Καὶ ἄλλα τε διελέχθησαν περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ Ἑλένην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τῷ νέῳ κατηγγύησαν βασιλεῖ. Ἑάλω γὰρ αὐτοῦ κατάκρας εὐθὺς ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς, οὐ μόνον διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα εὔνοιαν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸν ἑώρα δοχεῖον, ἄν τις εἴπε, χαρίτων παντοδαπῶν· οὐ μόνον γὰρ εἶδος ἄξιον ἐπεδείκνυτο τυραννίδος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ σύνεσιν οὐκ ἀγεννεῖς ὑπέφαινεν ἐλπίδας· ἃ καὶ εἰς ὕστερον ἐξέβη κατ' ἐλπίδας. Συνέσει τε γὰρ οὐδενὸς ἀπολείπεται τῶν προγόνων βασιλέων, καὶ τὴν εὐψυχίαν καὶ τὴν τόλμαν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπεδείξατο τοῖς πολεμίοις. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς, τούς τε αὐτῷ συνόντας ἔξω Βυζαντίου, καὶ τοὺς βασιλίδι προσκειμένους συγκλητικούς τε ἅμα καὶ στρατιώτας, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἐπιφανῶν, πίστεις ἀμφοτέροις δι' ὅρκων διδόναι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν μηδὲ διάστασιν, ἀλλ' ὑπὸ μίαν βασιλείαν ἅπαντας τετάχθαι. Ὅσοι μὲν οὖν ἔνδον ἦσαν μετὰ βασιλίδος, καὶ χάριν προσωμολόγουν βασιλεῖ, καὶ τοὺς ὅρκους παρείχοντο προθύμως· τῶν ἔξω δὲ οἱ πλείους οὐκ ἠνείχοντο τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν, ἀλλὰ Καντακουζηνῷ μόνον ἔφασαν τῷ βασιλεῖ δουλεύσειν, ἑτέρῳ δὲ μηδενί. Δεινὸν γὰρ εἶναι εἰ τοσαῦτα ὑπομείναντες κατὰ τὸν πόλεμον, καὶ χρήματα προέμενοι, καὶ οἰκείους, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ νικᾶν τοὺς πολεμίους, ἔπειτα ὅτε ἔδοξαν κεκρατηκέναι, ἀθρόον φαίνεσθαι κατάκρας ἡττημένους, καὶ δουλεύοντας ἐκείνοις οἷς ἐξῆν καὶ πρότερον δουλεύειν εἰ ἐβούλοντο, τῶν πολλῶν ἐκείνων δυσχερῶν ἀπαλλαγέντας. Ἐπὶ τρισὶ μὲν οὖν ἡμέραις ἐφιλονείκουν μὴ ταυτὰ ποιεῖν τοῖς ἄλλοις, μηδὲ ὑπάγειν ἑαυτοὺς τῇ ὑπὸ τὸν βασιλέα τὸν νέον δουλείᾳ. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἔνστασιν ὁρῶν, σύντομόν τινα τὴν ἀπόφασιν καὶ αὐστηρίας ἐξήνεγκε μεστήν. Τοὺς γὰρ μὴ βουλομένους τῷ γαμβρῷ ὑπείκειν ἐκέλευε καὶ αὐτοῦ ἀναχωρεῖν. Βιάζεσθαι γὰρ οὐκ ἐθέλειν ἔφασκέ τινα αὐτῷ δουλεύειν, ὥσπερ οὐδὲ πρότερον· ἀλλ' εἰ μέν τις βούλοιτο τετάχθαι ὑπ' αὐτῷ, ἀνάγκη πᾶσα καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν ἡγεῖσθαι κύριον· εἰ δ' ἐκείνῳ μὴ βούλοιτο ὑπείκειν, καὶ αὐτοῦ ἀφίστασθαι· ὡς οὐκ ἐὸν ἄλλως ἢ τοῦτον τὸν τρόπον τὰς διχοστασίας καὶ τὴν ἔριν ἐκ μέσου γίνεσθαι. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοιαῦτα εἶπε πρὸς ὀργήν. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ πρότερον ἀνθιστάμενοι, δείσαντες τὴν βασιλέως ἀπειλὴν, εἶκόν τε καὶ τοὺς ὅρκους ἀπεδίδοσαν ἣ ἐκέλευεν ὁ βασιλεύς. Μετὰ τοῦτο δὲ ἐθέσπιζε μηδένα μηδενὶ παρενοχλεῖν

A gusta et filio imperatore in conclave sibi paratum ingressus est. Ibi sermo inductus de republica, et adolescenti desponsa Helena filia. Cœpit enim statim vehementissime juvenem diligere, non solum ob amorem quo in patrem ejus fuerat, sed etiam quod videbat esse gratiarum omnigenarum, ut ita dicam, domicilium (67). Nec enim forma duntaxat ei inerat digna imperio (68), verum etiam fortitudinis atque prudentiæ non vulgarem præ se ferebat indolem: quæ virtutes postea quoque, ut sperabatur, in eo eluxerunt. Nulli quippe majorum suorum imperatorum intelligentia secundus est, et generosam sæpenumero audendi fiduciam hostibus demonstravit. Postridie edixit imperator, ut qui secum essent, extra urbem morantes, et qui ab B imperatrice essent optimates, milites, aliique nobiles sacramento concepto fidem utrisque imperatoribus astringerent, et universis uni se imperio subjicientibus, cessaret omnis dissensio, et omnes discordiæ aliquando tandem finirentur. Quotcunque igitur in urbe cum imperatrice erant, et gratias imperatori agere, et sacramentum libenter dicere. Foris autem plures, et quidem nobilissimi, repugnare, ac profiteri, Cantacuzeno soli se parituros, præterea nemini. Esse enim perabsurdum, cum tot tantosque labores bello exantlaverint, facultatesque, propinquos, semetipsos pro nihilo habuerint, ut hostes debellarent, jam cum debellaverint repente ipsosmet debellatos superatosque C videri, et subesse illis, quibus et ante, tam multarum molestiarum adhuc expertes, subesse poterant, si voluissent. **707** Sic per triduum, ne idem quod cæteri facerent, neu junioris imperatoris jugum acciperent renitebantur. Cantacuzenus imperator contumaciam videns, paucis ac summa severitate edixit, qui genero parere nollent, a se quoque discederent. Nolle cuiquam sibi parendi necessitatem imponere, quemadmodum nec antehac imposuisset: sed si quis sibi subdere se cupiat, eum et imperatorem generum oportere dominum agnoscere; aliter enim lites et dissidia nunquam sublatum iri. Hæc imperator, non sine bile: cujus minis rebelles illi conterriti cesserunt, atque ut jussum erat juraverunt. Præterea sanxit, ne D quis ulli ob rapta bello negotium facesseret; res tamen soli ad antiquos possessores redirent (69) Si quæ emptæ aut vitiatæ essent, neque redhiberentur, neque in veterem formam habitumque restituerentur. Injuriosis itaque et invasoribus talem honorem habuit. Qui autem injuriam per-

Jacobi Pontani notæ.

(67) Suavis omnino laus, qua significatur, nihil quod gratiam et amorem conciliare posset, huic adolescenti ulla ex parte defuisse. Tale est, ad laudem quidem spectans, κοινὸν ἄγαλμα τῆς φύσεως, commune generis humani decus et ornamentum, quod ejus patri Andronico tribuit, lib. I, cap. 3.

(68) Compositio membrorum, conformatio lineamentorum, figura, speciesque decora, eximium est regis ornamentum, et ad gratiam amoremque inter subjectos conciliandum percommodum instrumentum. Lege quæ plura disserimus de forma et pulchritudine regis, dialogo 12 secundæ tertii.

(69) Fecit hoc Andronicus quoque junior, capta Constantinopoli, et bello finito. Vide lib. II, cap. 1, et Notas ibidem.

pessi, et fortunis suis nudati essent, eorum inopiæ aliis rationibus medebatur. Sic brevi spatio omnes disceptationes et turbarum occasiones amputavit, rursumque bene ordinata respublica pacem ac tranquillitatem agitabat. His actis Adrianopoli uxorem cum filiabus evocat. Quæ ut affuerunt, in templo Deiparæ ante urbem (quod ut nomine πηγή, id est fons dicitur, sic re ipsa curationum plurimarum fons est), Anna imperatrice egressa obviam, et præsentibus imperatoribus cum magistratibus et nobilitate universa, Helena adolescenti Joanni nuptura, patre et Anna Augusta jubentibus, imperatorio cultu exornata et imperatrix salutata est. Deinde omnibus simul cum imperatoribus in palatio congregatis, nuptiæ apparabantur, et universi a bellicis miseriis relevati, meliora ominabantur. Quippe non tantum Romani contentionibus et factionibus mutuis desistebant, verum etiam exteri hostes sub Cantacuzeni auctoritatem totum imperium Romanum subjectum esse audientes, arma inhibebant: siquidem antea et vicinæ dynastæ aliquid ab eo abradere laborabant, et marchio e Lombardia princeps, imperatoris Andronici senioris ex filio nepos, qui præ cæteris omnibus sibi imperium tanquam debitum vindicabat (cujus etiam pater Theodorus cum Andronico juniore de eodem litigaverat), **708** certior factus, Romanis Cantacuzenum imperare, ac præter Byzantium, Thessalonicam et Ænum, reliquum omne imperium filiis defuncti imperatoris abstulisse, considerabat, quomodo et ipse adducta classe harum trium urbium sibi potius ex paterna hæreditate, quam Cantacuzeno debitarum potiretur: ad quod eum mirifice Cuminizes cardinalis, uxoris ejus frater sollicitabat, qui etiam navibus ædificandis non exiguam pecuniam, et alioqui ad apparatum bellicum impensam non modicam conferebat. Jamque instructus erat, ut illius anni vere ineunte Byzantios magna potentia navali aggressurus.

περὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἡρπασμένων πλὴν τῶν κτήσεων· ταύτας γὰρ τοὺς ἔχοντας ἀποδιδόναι τοῖς κυρίοις· εἰ δέ τινες ἀπέδοντο ἢ διέφθειραν, μήτε τὴν ὠνὴν ἀποδιδόναι, μήτε μὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα ἀναγκάζεσθαι καθιστᾶν. Τοῖς μὲν οὖν ἀδικήσασι καὶ ἡρπακόσιν ὁ βασιλεὺς τοιαύτην παρείχετο φιλοτιμίαν, τοῖς δὲ ἀδικηθεῖσι καὶ ἀποστερουμένοις τῶν οἰκείων, ἑτέροις τρόποις ἐθεράπευσε τὴν ἔνδειαν. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσαν ἀμφισβήτησιν περιεῖλε καὶ πρόφασιν θορύβου· καὶ ἐν εὐταξίᾳ πάλιν καὶ εἰρήνῃ τὰ Ῥωμαίων ἦν. Ἔπειτα ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ βασιλίδα τὴν γαμετὴν μετὰ τῶν θυγατέρων μετεκαλεῖτο πέμψας. Ἐπεὶ δὲ παρῆσαν ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως τῆς Θεομήτορος τεμένει, ὃ πηγή τέ ἐστιν ἀφθόνων ἰαμάτων καὶ καλεῖται, βασιλίδος Ἄννης ἐξελθούσης καὶ τῶν βασιλέων συμπαρόντων καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων καὶ ἐπιφανῶν, Ἑλένη ἡ τῷ νέῳ μέλλουσα βασιλεῖ συνοικεῖν, προστεταχότος τοῦ πατρὸς, καὶ Ἄννης τῆς βασιλίδος, ἐπισήμοις ἐκοσμεῖτο βασιλικοῖς, καὶ Ῥωμαίων βασιλὶς προσηγορεύετο. Ἔπειτα εἰς τὰ βασίλεια πάντων ἅμα βασιλέων γενομένων, οἱ γάμοι τοῦ νέου βασιλέως παρεσκευάζοντο, καὶ πάντες ἐν ἐλπίσι χρηστοτέραις ἦσαν, ἀναπνεύσαντες ἀπὸ τῶν τοῦ πολέμου δυσχερῶν. Οὐ μόνον γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τῆς πρὸς ἀλλήλους ἐπαύοντο διαφορᾶς καὶ στάσεως, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔξωθεν πολέμιοι πυθόμενοι, ὡς ὑπὸ βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν ἅπασα ἡ Ῥωμαίων γένοιτο ἡγεμονία, ἐπαύοντο πολεμεῖν. Οὐ μόνον γὰρ οἱ ὅμοροι δυνάσται παρασπᾷν τι τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐπεχείρουν, ἀλλὰ καὶ μαρκέσης ὁ Λουμπαρδίας ἄρχων, υἱωνὸς ὢν τοῦ πρώτου βασιλέως Ἀνδρονίκου, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν αὐτῷ προσήκειν τῶν ἄλλων μᾶλλον ἀξιῶν (καὶ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ αὐτῷ Θεόδωρος Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἠμφισβήτει), πυθόμενος ὡς βασιλεύσειε παρὰ Ῥωμαίοις ὁ Καντακουζηνὸς, καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἅπασαν ἀρχὴν ἀφέλοιτο τῶν βασιλέως παίδων, Βυζάντιον δὲ μόνον καὶ Θεσσαλονίκη καὶ Αἶνος ὑπολείποιτο, ἐσκέπτετο ὡς καὶ αὐτὸς ἐπελθὼν δυνάμει ναυτικῇ, τῶν ὑπολελειμμένων τουτωνὶ πόλεων κρατήσειε μᾶλλον αὐτῷ προσηκουσῶν ἐκ κλήρου πατρῴου, ἢ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἔχειν. Ἐνήγετο δὲ μάλιστα πρὸς τοῦτο καὶ παρὰ τοῦ γυναικὸς ἀδελφοῦ Κουμίντζη προσαγορευομένου καρδιναλίου, χρήματά τε πολλὰ πρὸς τὸν στόλον παρεχομένου, καὶ ἄλλην συντέλειαν πολλὴν πρὸς τὴν παρασκευήν. Καὶ ἤδη παρεσκεύαστο, ὡς ἅμα ἦρι τοῦ ἔτους ἐκείνου μεγάλῃ δυνάμει ναυτικῇ ἐπιπλεύσων Βυζαντίοις.

CAPUT II.

Marchio a quodam Bartholomæo deterretur. Ejus epistolæ ad papam Clementem et Delfinum Viennensem de laudibus Cantacuzeni, oratione admodum luculenta. Quem etiam contra accusatores defendit, et Delfino commendat. Etiam Constantino æquat, et Octaviano ac Theodosio, Scipionique Africano præfert. Scopus laudationis explicatur.

Verum enimvero ex Bartholomæo quodam intelligens, Cantacuzenum jam Byzantium atque imperium universum sub se redegisse, ab instituto quievit. Hic namque Bartholomæus a Delfino Viennensi (70) ad Annam imperatricem legatus, cum

Πυθόμενος δὲ παρὰ Βαρθολομαίου τινὸς, ὡς Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς Βυζάντιόν τε ἤδη καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑποποιήσαιτο, ἀπέσχετο τοῦ ἔργου. Βαρθολομαῖος γὰρ οὑτοσὶν, ἐκ Δελφίνου Ντεβιάνα πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα ἥκων

Jacobi Pontani notæ.

(70) Anno 1348, Imbertus, seu Ingibertus, ut alii vocant, Delfinus Viennensis, Delfinatum suum Philippo regi Gallorum vendidit, ea condione, ut primogenitus regis perpetuo esset dominus illius

πρεσβευτής, ἐπεὶ μεταξὺ πρεσβεύοντος, Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐκράτει Βυζαντίου, εἰς λόγους ἐλθὼν, καὶ τὴν βασιλέως σύνεσιν θαυμάσας, πάππᾳ τε τῷ Κλήμεντι καὶ τῷ πέμψαντι Δελφίνῳ ἔγραφεν ἐπιστολάς· ἃς ὥσπερ εἶχον προσεθήκαμεν τῇ διηγήσει. Εἶχεν οὖν ἡ πρὸς μὲν πάππαν οὕτως· Ἀγαλλιάσθω πᾶς ὁ λαὸς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ τῆς νίκης ἕνεκεν τοῦ τοσούτου βασιλέως εὐφρανθήτωσαν σύμπας ὁ κόσμος. Ἡγιασμένη γὰρ ἡμέρα πᾶσι Χριστιανοῖς ἀνατέταλκε κατὰ τὴν τρίτην τοῦ Φεβρουαρίου, ἐν ᾗ δὴ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ ἄγγελον κατασκευάσοντα τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ τῷ οἰκείῳ διαυγεστάτῳ φωτὶ πόῤῥω ποιησόμενον τὸ τῆς μάχης σκότος, ἀγαγόντα καθάπερ κλάδος χλοαζούσης ἐλαίας τὴν εἰρήνην. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, ὁ δεύτερος Σολομὼν, οὗ τὸ πρόσωπον ἐπιθυμεῖ βλέπειν πᾶσα κτίσις. Ἰδοὺ γὰρ ἵνα δείξῃ Κύριος ὡς οὐκ ἐν ἰσχύϊ ἵππου, οὐκ ἐν δυναστείᾳ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ γέγονε τὸ τρόπαιον τουτὶ παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου καὶ νικητικωτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος κυρίου Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ, ἀνέῳξε τοὺς τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως θησαυροὺς, ἐγχέας ἐπ' αὐτὸν τὰ *δῶρα τῶν ἑαυτοῦ* χαρισμάτων, τὴν βασιλίδα δηλαδὴ ταύτην τῶν πόλεων, τὴν Κωνσταντίνου φημὶ, καὶ παρασχὼν ὁλόκληρον αὐτῷ βασιλείαν τῇ θείᾳ αὐτοῦ δυνάμει ἐν δυναστείᾳ ὅπλων, καὶ ἐκτεταμένῳ βραχίονι, ἵν' ἐν αὐτῷ μᾶλλον φανῶσιν οἱ διὰ παντὸς ῥέοντες ποταμοὶ τῶν ἑαυτοῦ χαρισμάτων καὶ τοῦ ἐλέους. Αὐτὸς γάρ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, ὅτι ἠδυνήθη παραβῆναι, καὶ οὐ παρέβη, καὶ κακὸν ποιῆσαι, καὶ οὐκ ἐποίησε· μᾶλλον δὲ ἑπόμενος τῷ Χριστῷ ἀνταπέδωκεν ἀγαθὸν ἀντὶ κακοῦ, μνησθεὶς ἐλέους, καὶ ἐπιλαθόμενος ἀνομίας. Ὅς γε καὶ γέγονεν ἀγαθὸς στρατιώτης κατὰ τὸν πρώτως ἀθλήσαντα Στέφανον, ὑπὲρ τῶν λίθοις βαλλόντων αὐτὸν διωκτῶν προσευξάμενον, καὶ « Μὴ στήσῃς αὐτοῖς, εἰρηκότα, Δέσποτα, τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, οὐ γὰρ οἴδασι τί ἐποίησαν. » Οὐδέποτ' ἀπ' αἰῶνος ἤκουσται τοσαύτην ἀνδρὸς ἀρετὴν γεγονέναι, οὔτ' Ὀκταβιανῷ τῷ βασιλεῖ, οὔτε Θεοδοσίῳ, οὔτε μὴν ἐν Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι, ὡς οὓς ἠδυνήθη τῇ τῶν ὅπλων δυνάμει καταστρωννύναι εἰς γῆν, τούτοις δοῦναι τὸν ἑαυτοῦ χρηστὸν ἔλεον, ἐπιλαθόμενος τῶν εἰς αὐτὸν πάντων κακῶν. Ταῦτά τοι καὶ χαῖρε, ἁγιώτατε δέσποτα, τῇ οὕτως εὐτυχεῖ, οὕτω νικητικωτάτῃ εἰσόδῳ, ἀναιμάκτῳ τε καὶ ἀζημίῳ τοῦ Χριστιανικοῦ λαοῦ· καὶ αὖθις χαῖρε, ὅτι ἡ ἀλήθεια δι' ἀληθείας ἐδείχθη. Ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἀλήθεια ἔδειξε τὴν τοῦ ἀθώου τούτου βασιλέως ἀλήθειαν, ἐπὶ τῷ ἀπαντῆ-

A interea, dum ipse legationem obit, Cantacuzenus Constantinopolim occupasset, congressus cum eo, ejusque prudentiam admiratus, Clementi papæ et Delfino, a quo missus fuerat, scripsit. Eas epistolas in historiam hanc ad verbum illigavimus. Quæ quidem ad papam est, sic habet : Universus populus exsultet, victoriaque tanti imperatoris totus terrarum orbis gratuletur. Dies enim sanctificatus Christianis illuxit tertio Nonas Februarii, quo nimirum Deus emisit angelum suum præparare viam suam ante illum, et lumine suo splendidissimo belli tenebras procul dispellere : qui pacem tanquam virentis olivæ ramusculum attulit. Hic enim est rex pacis, alter Salomon, cujus faciem omnis terra videre desiderat (71). Ecce enim ut ostenderet Do- B minus, non in equi robore, aut in potentia hominis, sed divina virtute erectum hoc tropæum, a præcellentissimo et invictissimo domino Joanne Cantacuzeno Augusto imperatore, potestatis suæ thesauros aperuit, et in illum suorum charismatum dona effudit, **709** dum videlicet illi hanc reginam urbium, Constantinopolim inquam, et quantumcunque est imperium, cœlesti virtute in potentia armorum, et brachio extento tradidit, ut in ipso donorum ejus et misericordiæ fluvii perennes clarius apparerent. Hic enim est de quo Scriptura, qui potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit. Imo profecto Christum imitatus, bonum pro malo reddidit; memor misera- C tionis, et immemor iniquitatis. Qui etiam fuit bonus miles, secundum exemplar primi athletæ Stephani orantis pro persecutoribus se lapidantibus, dicentisque : « Domine, ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt[1]. » Nunquam post homines natos ullius tam singularis incredibilisque virtus audita est, neque Octaviani, neque Theodosii (72) : ut quos vi armorum huiui prosternere potuit, illis, omnium in se commissorum oblitus, pie misericordiam suàm impertiret. Lætare igitur, sanctissime domine, adeo felici, adeo triumphali, incruentoque et Christiano populo minime noxio ingressu. Iterum gaude, quoniam veritas per veritatem suscepta est. Christi enim veritas hujus insontis imperatoris veritatem osten- D dit, propterea quod veritas et misericordia illi obviaverunt, justitiaque et pax inter se osculatæ sunt. Equidem hoc ad pacem potius et optimum universi populi Christiani statum et ad incrementum tropæi contra inimicos crucis Christi pertinere confido : quemadmodum non mediocri de-

[1] Act. VII, 59.

Jacobi Pontani notæ.

terræ, diceretur que Delfinus. Igitur anno sequenti Joannes Philippi primogenitus accepit possessionem illius, et factus est primus Delfinus. Imbertus autem apud Lugdunum ordinem Prædicatorum ingressus est.

(71) In 2 Paralip. est his verbis : *Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, ut audirent sapientiam*, etc.; nec aliter apud Septuaginta.

(72) Sequitur in Græco, οὔτε μὴν Αὐγούστου Καίσαρος. Sed hoc est repetere Octavium : idem enim Augustus, qui Octavius. Fortassis alium nominare voluit. Infra autem explicat, quomodo quemque superarit, et Constantinum ac Scipionem adjungit.

trimento fuit Romanorum imperatoribus longissimo tempore amplificata discordia. Proinde etsi quædam nefanda facinora de nominato a me serenissimo imperatore et augusto domino Joanne Cantacuzeno (qui etiam pater nunc est serenissimi imperatoris et augusti Romanorum Joannis Palæologi), sanctitati tuæ narrata sunt, certe nequaquam admittenda, nec ullo modo credenda sunt. Arbitror enim beatitudinem tuam de his ab ipsis dominis imperatoribusque nostris sive per legatos, sive per litteras probe et verius atque liquidius nihilo minus cognituram. Hæc ad papam Clementem VI Bartholomæus de imperatoribus. Ad Imbertum autem Delfinum Viennensem, a quo etiam legatus ad Annam imperatricem venit, in hæc verba litteras dedit : Totus fidelium populus jubilet hilariter ; psallat Christianorum chorus ;
710 in sacrosanctis ecclesiis illustrissimi dies festi renoventur ; feriant sidera psalmodiæ ; canat cœlo monachorum organa ; volvantur per omnium ora, omnemque circumcirca regionem pervagentur hæ jucundæ panegyres, ut gaudentium clamor non a terrestribus solum, sed etiam a cœlestibus civibus exaudiatur. Audite igitur, cœli, quæ loquar, et audiat terra verbis oris mei. At enim quis non libenter audiat, quis non sollicite dictis adhibeat animum, factam esse scilicet manum Domini super Romanum imperium, quia dies illuminavit noctem et splendor fugavit tenebras, sedentibusque in tenebris et umbra mortis lux de cœlis orta est? Videte quomodo lux hæc desuper orta sit, ut qui sedet super omnes Excelsissimus, non apparatu bellico eximio, sed sua ipsius virtute magno et inclytissimo imperatori, domino Joanni Cantacuzeno, eidemque imperii et imperatoris parenti, hanc omnium urbium reginam traderet, et huc usque justus judex hoc ei imperium pro munere servaret, ut omnibus hoc a Domino Deo, non ab homine factum plane constaret. Ait enim sapientissimus Salomon, « Tempus cuique rei sub cœlo, et omnia bona in tempore suo. Tempus flendi, et tempus lætandi [2]. » Sic aliquando et Christus, « Nondum venit hora mea [3]. » Et alibi, « Pater, venit hora, et nunc est ut clarificetur Filius tuus[4]; » statimque paterna vox ad Filium, « Et clarificavi, et iterum clarificabo [5]. » Etiam in Evangelio legimus, Joanni Christo nostro ad Jordanem dicenti: « Ego a te baptizari debeo, et tu venis ad me[6]? » respondisse Christum : « Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam[7]. » Verba illa, *Sine modo*, nondum adesse tempus significabant exaltationis et gloriæ, quoniam nondum venerat hora benedictionis et gratiæ. Hæc igitur luminis hora Romanorum servata est imperio : ne si repente et improviso munus hoc fidelibus exhiberetur, vilipenderetur. Hic est, qui cœlum ac tempestates serenat. Hic ille, qui post lamentationem et lacrymas læti-

A σαι τὴν ἀλήθειαν αὐτῷ καὶ τὸν ἔλεον, καὶ καταφιλῆσαι εἰρήνην τε καὶ δικαιοσύνην. Ἐγὼ δὴ πέποιθα τοῦτ' εἶναι μᾶλλον ὑπὲρ εἰρήνης καὶ καταστάσεως τοῦ σύμπαντος Χριστιανικοῦ λαοῦ, καὶ εἰς ἐπίδοσιν τοῦ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ τροπαίου, ὥσπερ οὐ μικρὰν τὴν ζημίαν εἰργάσατο τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμανίας ἡ χρόνον ἐπὶ πλεῖστον αὐξηθεῖσα διχόνοια. Τοίνυν εἰ καί τινα δεδήλωται τῇ σῇ ἁγιότητι ἀῤῥητουργήματα κατὰ τοῦ προῤῥηθέντος γαληνοτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρίου Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ, τοῦ καὶ πατρὸς νῦν τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρίου Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἀλλ' οὖν μηδαμῶς εἶεν δεκτέα, ἢ πιστευτέα κατά τινα τρόπον.
B Οἶμαι γὰρ ὡς ἐν τούτῳ θήσεται ἡ σὴ ἁγιότης περὶ τούτων καλῶς παρὰ τῶν προῤῥηθέντων τούτων κυρίων καὶ βασιλέων, ἢ διὰ πρέσβεων, ἢ διὰ γραμμάτων ἀληθέστερόν τε καὶ καθαρώτερον. Τοιαῦτα μὲν οὖν πρὸς πάππαν Κλήμεντα ἕκτον ὁ Βαρθολομαῖος ἔγραψε περὶ τῶν βασιλέων. Ἰνιμπέρτῳ δὲ Δελφίνῳ Ντεβιάνᾳ παρ' οὗ καὶ πρεσβευτὴς πρὸς Ἄνναν ἧκε τὴν βασιλίδα, οὕτως· Ἀλαλαξάτωσαν ἄσμενοι τῶν πιστῶν ἅπας ὁ δῆμος· ψαλλάτωσαν ὁ χορὸς τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· ἀνακαινιζέσθωσαν ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ ἁγίαις ἐκκλησίαις περιφανεῖς ἑορταί· ἠχείτωσαν εἰς τὸ ὕψος αἱ ψαλμῳδίαι· τὰ τῶν μοναχῶν ὄργανα πληττέτωσαν τὸν ἀέρα, καὶ διὰ στόματος ἴτωσαν πάντων, καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον διατρεχέτωσαν αἱ προσηνεῖς αὗται πανηγύρεις, ὅπως
C ἡ τῶν χαιρόντων κραυγὴ μὴ μόνον παρὰ τῶν ἐπιγείων, ἀλλ' ἔτι καὶ παρὰ τῶν οὐρανίων ἀκούηται πολιτῶν. Ἀκούσατε τοίνυν, οὐρανοί, καὶ λαλήσω, καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου. Ἀλλὰ τίς οὐκ ἂν ἀσμένως ἀκούσαι, τίς οὐκ ἠκριβωμένως προσέξοι τοῖς λεγομένοις, ὅτι χεὶρ Κυρίου ἐγένετο ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων, ἐπὶ τῷ τὴν ἡμέραν καταφωτίσαι τὴν νύκτα, καὶ τὴν λαμπρότητα πόῤῥω τὸ σκότος ποιήσασθαι, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει καὶ σκιᾷ τοῦ θανάτου φῶς ἐξ οὐρανῶν ἀνατεταλκέναι; Ὁρᾶτε γοῦν ὅπως τουτὶ τὸ φῶς ἀνατέταλκεν ἄνωθεν, ὡς τῇ μεγάλῃ τῶν ὅπλων κατασκευῇ τὸν ἐπὶ πάντας καθήμενον ὕψιστον τῇ οἰκείᾳ δυνάμει παρεσχηκέναι τῷ μεγάλῳ περιφανεστάτῳ βασι-
D λεῖ κυρίῳ Ἰωάννῃ τῷ Καντακουζηνῷ, τῷ καὶ τῆς βασιλείας καὶ τοῦ βασιλέως πατρί, τὴν ἁπασῶν βασιλεύουσαν ταυτηνὶ πόλιν, καὶ μέχρι καὶ εἰς δεῦρο διατηρεῖσθαι τὸν τοῦ δικαίου κριτὴν τῷ τοιούτῳ βασιλεῖ τὸ παρὸν τῆς ἀρχῆς δώρημα, ἵνα γνῶσι σαφῶς ἅπαντες τοῦτο παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ γεγονός, καὶ οὐ παρὰ ἀνθρώπου. Φησὶ γὰρ ὁ σοφώτατος Σολομών· « Καιρὸς τῷ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν παντὶ πράγματι, καὶ πάντα καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν. Καιρὸς θρήνου, καὶ καιρὸς χαρμονῆς. » Οὕτως εἴρηκέ ποτε καὶ ὁ Χριστός, « Οὐκέτι ἦλθεν ἡ ὥρα μου. » Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει, « Πάτερ, ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἔστιν, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱός σου· » καὶ παραχρῆμα ἡ πατρικὴ φωνὴ τῷ Υἱῷ ἀπεκρίνατο, « Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. »

[2] Eccle. iii, 1 seqq. [3] Joan. ii, 4. [4] Joan. xvii, 1. [5] Joan. xii, 28. [6] Matth. iii, 14. [7] ibid. 15.

D πρόνοιάν τινα αὐτοῦ ποιεῖσθαι καὶ αὐτῶν, ἵν' εἰ βασιλεὺς ὁ γαμβρὸς γένοιτο τῆς ἀρχῆς ἁπάσης ἐγκρατὴς, ἢ τοῦ πατρὸς βασιλέως τελευτήσαντος, ἢ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ, ἔξω κινδύνων αὐτὸς μετὰ τῶν φίλων εἴη. Μηδὲ γὰρ οἴεσθαί ποτε εὐνοήσειν αὐτῷ βασιλέα τὸν γαμβρὸν, ἀλλ' ἀμυνεῖσθαι πάντα τρόπον, καὶ σπουδάσειν ποιεῖν ἐκ μέσου, οἰόμενον ἀμφισβητήσειν αὐτῷ περὶ τῆς βασιλείας, οἷα δὴ καὶ αὐτὸν βασιλέως ὄντα παῖδα, καὶ δίκαιον ὄντα τὴν πατρῴαν ἀρχὴν κληρονομεῖν· συνεβούλευόν τε τὰς εἰρημένας πόλεις ὑποποιεῖσθαι, καὶ τῆς ἄλλης ἡγεμονίας Ῥωμαίων ἀποτέμνειν οὐ παντάπασιν, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀποστασίαν, δεήσεσθαι αὖθις βασιλέως τοῦ πατρὸς, ὥστε ὅρκους παρασχέσθαι συστρατεύεσθαι μὲν ἐκείνῳ μετὰ τῆς ἐγκαθιδρυμένης στρατιᾶς αὐτοὺς ὅποι

ἂν κελεύοι, τὴν δ' ἄλλην ἅπασαν ἀρχὴν τῶν πόλεων εἶναι πρὸς αὐτὸν καὶ ζῶντος τοῦ πατρὸς, καὶ μετὰ τελευτήν· οὕτω γὰρ ἐν ἀσφαλείᾳ ἔσεσθαι αὐτόν τε καὶ φίλους, καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν, κἂν βούλοιτο, μηδὲν δυνήσεσθαι δεινὸν ἐπάγειν. Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα παρῄνουν, ἠρέμα τὸν νέον εἰς ἀποστασίαν ἄγοντες, καὶ σπέρματα καταβάλλοντες πονηρὰ τῆς μετὰ ταῦτα πονηροτέρας ἐσομένης βλάστης.

CAPUT VIII.

Matthæus oppida ad suam auctoritatem adducit. Imperator suasoribus magnopere irascitur. Per matrem filius ad sanitatem reducitur. Ejus feminæ laus. Mors Andronici filii. Descriptio elegantissima pestilentiæ generalis, et quam utilis ad morum emendationem fuerit. Dolor maternus de morte filii, et pueri commendatio. Imperator cum genero urbes Thraciæ duabus de causis obit. Junioris imperatoris commendatio.

Πειθόμενος δὲ αὐτοῖς τοῦ βασιλέως ὁ υἱὸς διὰ τοὺς A ἐπισειομένους φόβους καὶ κινδύνους, ἐπεχείρησε τῷ ἔργῳ ᾗ ἐκεῖνοι ἐβουλεύοντο, καὶ τὰς πόλεις ἀφίστη πρὸς ἑαυτὸν, γνώμην ἔχων ὡς ὕστερον δεησόμενος βασιλέως τοῦ πατρὸς τὴν μὲν ἀρχὴν τῶν πόλεων αὐτὸν ἔχειν διὰ βίου, τελεῖν δὲ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ τε καὶ βασιλέως τοῦ γαμβροῦ ἡγεμονίαν. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο ὁ βασιλεὺς, ὀργῇ μὲν ἐφέρετο ἀκράτῳ πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα πεπεικότας, καὶ ἤδη ὥρμητο πρὸς τιμωρίαν. Ἔπειτα ἡμερότητι κεράσας τὸν θυμὸν, ᾔδει γὰρ ἐπιεικείᾳ ῥᾷον προσαξόμενος τὸν υἱὸν, Εἰρήνην βασιλίδα τὴν ἐκείνου μητέρα ἔπεμπε διαλλάξουσαν ἐκεῖνον τῷ πατρὶ, καὶ τῶν ἀτόπων ἔργων ἀποστήσουσαν. Ἡ δὲ, ὀφθεῖσα μόνον τῷ υἱῷ, ῥᾷστα πάντα τὰ προσκόμματα διέλυε καὶ τὰς ὑποψίας. Ἦν γὰρ οὐ συνετὴ μόνον καὶ δεινὴ χρήσασθαι πράγμασι B μεγάλοις, καὶ μεταποιῆσαι ᾗ ἐβούλετο· ἀλλὰ καὶ Ματθαῖον τὸν υἱὸν ἐξόχως τῶν ἄλλων μᾶλλον φιλοῦσα παίδων, καὶ φιλουμένη ὑπ' αὐτοῦ· ὅθεν οὐδὲ λόγων ἐδεήθη πρὸς αὐτόν· ἀλλ' ἐκέλευε μόνον, καὶ πάνθ' ὑπήκουεν ἐκεῖνος. Ἔπειτα τοὺς τῆς στάσεως αἰτίους λόγοις ἐπιπλήξασα, καὶ ἀπειλήσασα τὰ δεινότατα, εἰ τοιαῦτα αὖθις πανουργεύοιντο, ἦσαν γὰρ αὐτῇ τῶν καθ' αἷμα προσηκόντων, καὶ τὸν υἱὸν ὥσπερ καὶ πρότερον πάνθ' ὑπείκοντα προθύμως ἀποδείξασα βασιλεῖ τῷ πατρὶ, ἀνέστρεφε. Γενομένη δὲ ἐν Βυζαντίῳ, Ἀνδρόνικον εὗρε τὸν νεώτερον ἀποτεθνηκότα τῶν υἱῶν ὑπὸ τοῦ τότε ἐνσκήψαντος λοιμοῦ, ὃς ἐκ τῶν ὑπερβορέων πρῶτον ἀρξάμενος Σκυθῶν, πάντα ἐπέδραμε σχεδὸν τὰ παράλια τῆς οἰκουμένης, καὶ C τὸ πολὺ διέφθειρε τῶν ἐνοικούντων. Οὐ γὰρ Πόντον μόνον διῆλθε καὶ Θρᾴκην, καὶ Μακεδονίαν, ἀλλὰ καὶ Ἑλλάδα, καὶ Ἰταλίαν, καὶ νήσους ἁπάσας, Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύην, καὶ Ἰουδαίαν, καὶ Συρίαν, καὶ κύκλῳ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην. Οὕτω δὲ ἦν ἄμαχον τὸ κακὸν, ὡς μήτε δίαιταν μηδεμίαν, μήτε ῥώμην σώματος δυνηθῆναι ἀντισχεῖν. Πάντα γὰρ ὁμοίως καθῄρει καὶ ἰσχυρὰ, καὶ ἀσθενῆ σώματα, καὶ οἱ μάλιστα θεραπευόμενοι ὁμοίως ἀπέθνησκον τοῖς ἀπορωτάτοις. Ἄνοσον μὲν γὰρ ἦν ἐκεῖνο τὸ ἔτος παντάπασιν εἰς τὰς ἄλλας ἀσθενείας. Εἰ δέ τις καὶ προέκαμνέ τι, πάντα εἰς ἐκεῖνο κατέληγε τὸ νόσημα, καὶ οὔτε ἰατρῶν ἐξήρκει τέχνη οὐδεμία, οὔτε παρόμοιον πᾶσιν ἦν. Ἀλλ' οἱ μὲν αὐτίκα, οὐδὲ πρὸς βραχὺ ἀντέχοντες, αὐθημερὸν ἀπέθνησκον, ἔνιοι δὲ

A Motus eorum consilio filius imperatoris, propter incussum timorem ac pericula, rem incipit ut illi voluerant, et oppida a fide patris ad suam abducit, deliberatum habens deinde orare patrem, ut in ea imperium sibi, quoad vixerit, retinere liceret, principatus autem in potestate ipsius et affinis imperatoris esset. Cantacuzenus intellecto negotio, adversum suasores longe iratissimus, jam in eos vindictam parturiebat. Postea tamen iram mansuetudine temperans, quod sciret lenitate facilius conciliatum iri filium, Irenen conjugem, ejus matrem misit, a qua cum patre in gratiam reduceretur, atque ab incepto nefario revocaretur. Illa aspectu solo omnia offendicula suspicionesque facillime sustulit. Erat enim femina non solum B prudens, et usu magnarum rerum, quas ad arbitrium commutaret perita, **730** sed et filium Matthæum ante alios liberos amabat ipsa, et redamabatur ab eo mirabiliter. Quare nec longa oratione indiguit, sed verbo tantum mandavit, illeque mandanti morem perfecte gessit. Deinde discordiarum auctoribus objurgatis, cum minis gravissimis, si rursum in tali scelere, quam essent callidi ostenderent (erant enim ei consanguinitate juncti), et filio ad pristinam plenamque obedientiam patris reducto, Byzantium reversa est, ubi minimum natu Andronicum pestilentia exstinctum reperit, quæ tunc grassabatur (86), quæque a Scythis Hyperboreis incipiens, ferme omnes oras maritimas pervasit, C magnamque indigenarum partem absumpsit. Nec enim Pontum tantummodo, Thraciam, Macedoniam, sed etiam Helladem, Italiam, insulas omnes, Ægyptum, Libyam, Judæam, Syriam, et orbem fere universum in circuitu permensa ac pervagata est. Sic autem erat incurabile malum, ut neque ulla diæta, neque robur corporis posset resistere, cum omnia, æque valida ut imbecilla corpora prosterneret, quique maxima impensa curabantur, non secus ac pauperrimi moriebantur. Et vacabat quidem a morbis cæteris annus ille. Quod si quis etiam ante aliquantum ægrotaret, omnia in illud morbi genus se exonerabant. Mussabat ars medicorum tota. Nec similiter omnes occupabat, sed alii quidem continuo, nec paulum durantes, ipso die, quidam ipsa hora ponebant animas. Quotquot

Jacobi Pontani notæ.

(86) Illustris admodum descriptio pestilentiæ, qualis apud Lucretium, lib. VI, ex Thucydidis lib. II, expressa, et apud Maronem *Georgicon* III. Cui tantum est otii, utriusvis poetæ carmen cum hac historica narratione conferat, non parvam rerum similitudinem deprehendet : nos alio festinamus.

autem biduum, triduumve restitissent, primum quidem febrim habebant acutissimam, et morbo caput invadente, elingues et ad omnia quæ fierent stupidi reddebantur, ac velut somno profundo absorbebantur. Sin forte ad se redirent, loqui nitebantur illi quidem, sed hærescente lingua, multa inarticulata, nervis in occipitio emortuis, promebant, et exspirabant celerrime. Aliis non in caput, verum in pulmones malum incidens, mox præcordia inflammabat, et dolores acutos circum pectus afferebat, et sputa sanguine contacta ejiciebant, atque e visceribus spiritus tetrum foras odorem volvebat. Fauces et lingua calore exaruerant, nigra et suffusa sanguine; nec plus proficiebant si multum, quam si parum biberent. Somno uti nullo poterant, et undequaque angebantur. In brachiis supra et infra, non paucis item in maxillis, et quibusdam **731** in aliis corporis partibus abscessus, sive ulcera, his majora, illis minora exsistebant, et nigræ papulæ enascebantur. Quibusdam velut atra stigmata per totum corpus erumpebant, aliis rariora magisque conspicua, aliis densiora et obscuriora; et omnes perinde ex his omnibus moriebantur. Nonnullis enim cuncta hæc, aliis plura, aut pauciora contingebant. Compluribus unicum tantummodo ex istis omnibus mortiferum erat. Quicunque vero de multis pauci evaserant, non amplius eo malo corripiebantur sic, ut etiam interirent: quamobrem rursus correpti, bene confidebant. Fiebant porro magni abscessus in femoribus, aut in brachiis: quibus sectis, multa et fœtida sanies effluebat, et morbus turbante materia sic emissa levabatur. Complures his omnibus obsessi, præter opinionem convalescebant. Nec ullum undecunque certum auxilium inveniebatur. Quod enim uni salutare, alteri idem patienti venenum erat: alterque ab alterius curatione morbum indipiscebatur, et cumulabantur funera, quibus multæ domus vacuabantur, cum et incolæ, et brutæ animantes una cum dominis vitam redderent. Sed nihil erat desperatione miserabilius. Cum enim quis tam ægrum se sentiebat, spes nulla incolumitatis relinquebatur, ac desperabundi semetipsos abjiciebant, morbumque non mediocriter ista dejectione tristitiaque augentes, repente animas efflabant. Species igitur ista luis satis exprimi verbis non potest. Unde maxime intellectum est, non humanæ naturæ quiddam agnatum et conveniens, sed divinitus immissam castigationem fuisse: multique inde ad sanitatem mentis conversi, meliores evaserunt, non illi modo, qui ea peste morte occubuerunt, sed quotquot ea liberati vitam retinuerunt. Tunc enim vitiis omnibus desertis, virtuti studebant, et multi facultates suas in pauperes distribuebant, etiam priusquam a morbo illo invaderentur. Quo si se affectos deprehenderent, nemo tam lapideus erat, animoque plane immedicabili atque insanabili, ut non pœnitentiam de peccatis suis præ se ferens, Deo apud tribunal illud sui

A καὶ αὔθωρόν· ὅσοι δὲ ἐπὶ δυσὶν ἀντεῖχον ἢ τρισὶν ἡμέραις, πρῶτα μὲν πυρετῷ κατείχοντο λαβροτάτῳ· καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν τοῦ νοσήματος ἐμπίπτοντος, ἀφωνίᾳ κατείχοντο καὶ ἀναισθησίᾳ πρὸς πάντα τὰ γινόμενα, καὶ ὥσπερ πρὸς ὕπνον κατεφέροντο βαθύν· ἣν δέ που ἀνανήψειαν, φθέγγεσθαι μὲν ἐβούλοντο, δυσκίνητος δὲ ἡ γλῶσσα ἦν, καὶ ἀδιάρθρωτα τὰ πολλὰ ἐφθέγγοντο, τῶν περὶ τὸ ἰνίον νεύρων νεκρωθέντων, καὶ τάχιστα ἀπέθνησκον. Ἑτέροις δὲ οὐκ εἰς τὴν κεφαλὴν, ἀλλ' εἰς τὸν πνεύμονα ἐμπίπτον τὸ κακὸν, φλόγωσίς τε ἦν αὐτίκα πρὸς τὰ ἔνδον, καὶ δριμείας ἐνεποίει ἀλγηδόνας περὶ τὰ στήθη· ὕφαιμόν τε πτύελον ἀνέπεμπον, καὶ πνεῦμα ἄτοπον ἀπὸ τῶν ἔνδον καὶ δυσῶδες· ἥ τε φάρυγξ καὶ ἡ γλῶσσα, καταξηραινόμενα ὑπὸ τοῦ καύσωνος, μέλανα καὶ αἱματώδη ἦσαν· B καὶ ποτὸν τό τε πλέον καὶ τὸ ἔλασσον ἐν ὁμοίῳ καθειστήκει· καὶ ἡ ἀγρυπνία ἐπέκειτο διὰ παντὸς, καὶ ἀπορία πανταχόθεν ἦν, ἐπί τε ταῖς ὠλέναις ταῖς ἄνω καὶ κάτω, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ πρὸς τὰς σιαγόνας, καὶ ἑτέροις ἐν ἑτέροις μέρεσι τοῦ σώματος ἀποστάσεις ἐγίνοντο, τοῖς μὲν μείζους, τοῖς δὲ ἐλάσσους, καὶ μέλαιναι φλυκτίδες ἀνεφύοντο. Ἑτέροις δὲ ὥσπερ στίγματα μέλανα κατὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐξήνθει· τοῖς μὲν ἀραιά τε καὶ διαφανέστερα, τοῖς δ' ἀμυδρότερα καὶ συνεχῆ· καὶ πάντες ὁμοίως ὑπὸ πάντων ἔθνησκον. Τοῖς μὲν γὰρ τὰ πάντα ἐπεγίνετο, τοῖς δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ ἓν τῶν πάντων ἤρκεσε πρὸς θάνατον· ὅσοι δὲ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, C οὐκέτι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ κατείχοντο κακοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ θαρσαλέῳ ἦσαν ἤδη· δὶς γὰρ οὐκ ἐπελάμβανεν, ὥστε καὶ κτείνειν. Ἀποστάσεις δὲ ἐγίνοντο μεγάλαι πρὸς τοῖς μηροῖς, ἢ ἐν ταῖς ὠλέναις· ὧν τεμνομένων, σφάκελος ἐξέῤῥει δυσώδης καὶ πολὺς, καὶ τὸ νόσημα διεφορεῖτο εἰς ἐκεῖνο, τὴν διενοχλοῦσαν ὕλην ἀποῤῥίπτον. Πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ πάντων κατασχεθέντες, παρὰ δόξαν διεσώζοντο. Ἦν δὲ ἐπικουρία οὐδαμόθεν. Ὃ γὰρ ἑτέρῳ συνήνεγκε, τοῦθ' ἑτέρῳ τὰ ἴσα πάσχοντι δηλητήριον ἐγίνετο· καὶ ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀνεπίμπλαντο τῆς νόσου, καὶ τὴν πλείστην φθορὰν τοῦτο ἐνεποίει, καὶ πολλαὶ οἰκίαι ἐκενώθησαν τῶν οἰκητόρων, καὶ τῶν ἀλόγων τοῖς κυρίοις συναποθανόντων. Δεινότατον δὲ ἦν ἡ ἀθυμία. Ὁπότε γὰρ τις αἴσθοιτο κάμνοντος ἑαυτοῦ, ἐλπὶς D οὐδεμία σωτηρίας ὑπελείπετο, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνέλπιστον τραπόμενοι, προΐεντο σφᾶς αὐτοὺς, καὶ ἀπέθνησκον ἐν τῷ αὐτίκα, μεγάλην ῥοπὴν τῷ νοσήματι τὴν ἀθυμίαν προστιθέντες. Τὸ μὲν οὖν τῆς νόσου εἶδος τοιοῦτον κρεῖσσον λόγου ἦν· ὅθεν καὶ μάλιστα ἐδεδήλωτο, οὐ τῶν συντρόφων καὶ τῇ φύσει προσηκόντων τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἕτερόν τι ὂν ὑπὸ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐπενηνεγμένον πρὸς σωφρονισμόν· καὶ πολλοὶ ἐκ τοῦ τοιούτου βελτίους τὴν ψυχὴν ἐγένοντο σωφρονισθέντες, οὐ μόνον οἱ τελευτήσαντες, ἀλλὰ καὶ ὅσοι περιεγένοντο τῆς νόσου. Πάσης γὰρ ἀπέσχοντο κακίας ἐν τῷ τότε χρόνῳ, καὶ ἀρετῆς ἐπεμελοῦντο· καὶ πολλοὶ τὰ ὄντα πένησι διένειμον, καὶ πρὶν τὴν νόσον εἰς αὐτοὺς ἐγκατασκῆψαι· εἰ δέ ποτε καὶ αἴσθοιντο αὐτοὺς κατεχομένους, οὐδεὶς ἦν

οὕτως ἀναλγήτως ἔχων, ὥστε μὴ μετάνοιαν ἐνδείξασθαι τῶν πεπλημμελημένων, καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια μὴ πρόφασίν τινα παρασχεῖν τοῦ σωθήσεσθαι ὑπὸ Θεοῦ, εἰ μὴ πάνυ ἀνιάτως εἶχε καὶ ἀθεραπεύτως τὴν ψυχήν. Ὑπὸ τῆς τοιαύτης νόσου, πλεῖστοί τε ἀπέθανον ἐν Βυζαντίῳ τότε, καὶ ὁ βασιλέως παῖς Ἀνδρόνικος, κατασχεθεὶς, ἐτελεύτησε τριταῖος. Βασιλὶς δὲ ἡ μήτηρ ἐπεὶ ἐπύθετο τοῦ παιδὸς τὴν τελευτὴν, ὑπὸ σφοδροτάτης ἀλγηδόνος πληγεῖσα τὴν καρδίαν, διὰ βίου ἀνεξάλειπτον ἔσχε τὴν μνήμην τοῦ παιδός. Ἦν γὰρ οὐ μόνον ἀγαθὸς ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντα μάλιστα, ὅσα νέον οἶδε κοσμεῖν, ἔχων εὐφυῶς, καὶ μεγάλας ἐλπίδας ὑποφαίνων τοῦ τῶν γεγεννηκότων ἄξιον ἑαυτὸν ἀποφανεῖν. Μετὰ τοῦτο δὲ ὁ βασιλεὺς βασιλέα τὸν γαμβρὸν ἔχων, πρὸς τὰς τῆς Θρᾴκης ἐξῄει πόλεις, καὶ πάσας περιῆλθε· τοῦτο μὲν βασιλέα πᾶσιν ἐμφανίζων ἄχρι τότε ἀγνοούμενον ταῖς πόλεσι, καὶ πᾶσιν ἔργοις αὐτοῖς κατάδηλον ποιῶν, ὡς τὴν πατρῴαν βασιλείαν ὁ νέος διαδέξοιτο βασιλεὺς, τοῦτο δὲ πρὸς πόνους στρατιώτῃ πρέποντας ἀσκῶν· ἥδετό τε κατάκρας ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς ὁρῶν τὸν νέον ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς τὰς στρατείας, καὶ μεγάλα ἐπαγγελλόμενον ἐκ τῶν παρόντων. Ἀλύπως γὰρ καὶ ἱλαρῶς τούς τε πόνους ἔφερε καὶ τῆς διαίτης τὴν ἐναλλαγὴν, καὶ πάντα ἔπραττεν ὁμοίως τοῖς εἰθισμένοις ἐκ πολλοῦ.

A salvandi aliquam occasionem daret. Hac pestilentia Byzantii quam plurimi, et filius imperatoris Andronicus tertio die interiit. Imperatrix mater ubi de obitu filii comperit, **732** vehementissimo dolore animum percussa, quandiu superavit, infixam in medullis ejus memoriam circumtulit. Erat quippe non solum forma liberali, sed ad omnia item, quæ nosset adolescentiæ ornamenta, natura habilis in primis et idoneus, imitandorumque parentum spem non modicam sustinebat. Posthæc imperator cum genero imperatore urbes Thraciæ singulas obivit, partim ut eum hactenus ignotum omnibus ostenderet, et ipso opere palam declararet, juniorem imperatorem paternum excepisse imperium, partim ut eumdem ad laborem militarem B assuefaceret: quem cum militiæ aptum, et e præsentibus indiciis magna in futurum pollicentem animadverteret, gaudio exsultabat incredibili. Etenim citra molestiam hilariterque labores et mutationem victus tolerabat, et omnia quasi ex diuturna consuetudine faciebat.

CAPUT IX.

Legatio imperatoris ad Clementem Papam; legationis capita duo, amolitio opinionis falsæ, et promissio auxilii contra Barbaros, Christianorum hostes. Papa gnarus omnium bello transactorum, eum miris laudibus celebrat. Duo episcopi cum ejus legatis a papa remissi. Aguntur ei gratiæ de cura adolescentis imperatoris et matris, et de animo in Barbaros. Cohortatio additur de Ecclesiarum concordia curanda. Iterum ardorem contra Barbaros, et studium pacis Ecclesiarum ostentat. Imperator conditionem proponit de concilio. Laudatur a papa. Promittitur conventus; sed bellum inter principes Italiæ negotium totum dissipat.

Αὖθίς τε εἰς Βυζάντιον ἀναστρέψας ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον Κλήμεντα τόν τε Σπανόπουλον Γεώργιον τὸν πρωτοβεστιαρίτην, καὶ Σιγηρὸν τὸν πραίτωρα τοῦ δήμου, καὶ ἐκ τοῦ Λατίνων γένους Φρανσὲς ὄνομά τινα πολὺν ἤδη χρόνον δεδουλευκότα βασιλεῖ, τῶν ἐπιτηδείων δ' ὄντα καὶ γνωρίμων πάπα πρέσβεις ᾑρεῖτο. Ἡ πρεσβεία δὲ ἦν, ἅμα μὲν ἀπαλείφουσα τῆς πάπα ψυχῆς τὰς περὶ βασιλέως προσπεσούσας φήμας. Ἤδει γὰρ αὐτὸν περὶ αὐτοῦ ἀκηκοότα, ὡς κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον Βαρβάροις χρήσαιτο συμμάχοις ἀναιροῦσι, καὶ ἐξανδραποδιζομένοις ὁσημέραι τοὺς Ῥωμαίους. Διὸ περὶ πλείονος ἐποιεῖτο τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων πάπαν καταμαθεῖν, καὶ ὡς ἀνάγκῃ διὰ τὸν περισχόντα πόλεμον ἐπὶ τοιαῦτα ἔλθοι, ἀλλ' οὐ τὴν κοινωνίαν τῶν Βαρβάρων ἀσπαζόμενος. Ἔπειτα ἐδεῖτο καὶ τὴν μελετωμένην ὑπ' αὐτοῦ πάπα, καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἑσπέραν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἔφοδον τῶν πολεμίων τῷ στρατηγῷ ἐπ' αὐτοῦ νυνὶ γεγενῆσθαι· ἥδεσθαί τε γὰρ μάλιστα ἐπὶ τῇ ἐκείνων ἀπωλείᾳ, καὶ αὐτὸν τὰ μέγιστα συνεργήσειν, οὐ μόνον διάβασιν παρέχοντα τῇ στρατιᾷ πρὸς τὴν Ἀσίαν ἄπονον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν συμπαρόντα μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ συν-

C Reversus Constantinopolim imperator, ad Clementem episcopum urbis Romæ Georgium Spanopulum protovestiarium, et Sigerum prætorem populi, et de Latinis Franciscum quemdam nomine, veterem ministrum suum, papæ notum ac familiarem legatos deligit (87). Legationis capita erant, ut deleret ex animo ejus, quam de eo opinionem ille conceperat. Non enim ignorabat auditum a Romano pontifice, quomodo belli tempore Barbarorum usus esset auxilio, qui Romanos occidissent, et captivos rapuissent quotidie. Idcirco nimiopere desiderabat papam causas eorum quæ gesta erant, edocere, nempe bello premente necessario id fecisse, non quod communionem Barbarorum amplecteretur. Deinde rogabat, quam ipse papa, et D cum eo Italiæ et Occidentis principes contra Barbaros crucis hostes expeditionem meditati essent, se nunc imperatore susciperent. **733** Plurimum enim se illorum peste et internecione lætari, seque adjutorem fore maximum, non solum transitum expeditum exercitui in Asiam concedendo, sed cum suis quoque copiis proficiscendo, et una certamen cupide obeundo. Aliis enim prærogativis

Jacobi Pontani notæ.

(87) De tam nobili legatione imperatoris ad pontificem Romanum, et hujus ad imperatorem Cantacuzenum: de rebus tanti momenti inter eos actis, Platina in Clemente VI nullum plane verbum habet, quod quis non injuria miretur.

antecessoribus suis imperatoribus libentissime cedere, alacritate autem ad res honestas, et desiderio videndi Barbaros eadem pati, quæ Christianis tamdiu nefarie intulissent, nulli cedere. Legatio ita se habebat, et ibant ex sententia imperatoris omnia. Cum enim legati exposuissent papæ, quorum gratia venerant, ille exorsus, omnia bello gesta tam exacte, quam si coram adfuisset, recensebat. Mirantibus legatis, ac percunctantibus, unde hæc illi tam certa notitia, a Zampæa Sabaudiensi femina, quæ in comitatu imperatricis inde ab exordio belli usque ad extremum versata esset, se accepisse dixit: quæ capto Byzantio in patriam remigrans, penitus omnia sibi uti contigissent, diligenter enarrasset: laudabatque et in cœlum tollebat imperatorem, qui adeo injuste armis oppugnatus, et calumniis ita vexatus, et bello tam multa indigna perpessus, post devictos hostes nihil parum ingenuum, aut pusilli animi præ se tulisset: neque malus sibi malis ac præsertim antea tot a se beneficiis affectis fuisset, sed cum Augusta et filiis ejus cum ut semet, tum ut studio illo imperatoris amici erga se dignum erat, egisse visus esset: et in alios omnes similiter sese mitem ac placidum, non solum commissorum pœnas a nemine reposcendo, sed contra studiose benefaciendo præstitisset. Illud vero in prima laude ducebat, quod imperatori adolescenti filiam copulasset, paternumque imperium ei restituisset. Tractatis autem legatis honorificentissime, in primis sedibus, in deductionibus, in decessionibus de via, et aliis quibus decuit, eos tandem dimisit, cum duobus episcopis, quorum unus (88) erat ordinis Minorum, Guilielmus nomine, alter ex Prædicatorum familia, Hugo de Spert vocabatur, uterque virtuti deditissimus, et in profanis litteris apprime versatus. Quare et in congressu erant festivissimi et poterat multum eorum ad persuadendum sermo. Quos imperator perbenevole et magno cum honore excepit, quotidieque cum illis jucunde collocutus est; ipsique operæ pretium maximum duxerunt omnia, quæ is in dies singulos proposuisset, **734** et super propositis disseruisset, toto illo tempore, quo apud eum mansissent, litteris consignare, ne e memoria elaberentur. Quæ in Italiam secum portantes, ibique et papæ, et viris sapientibus exhibentes, quantus vir esset, ostendebant, et ore ipsi nihilominus ejus laudes prædicabant. Verum hæc posterius facta sunt. Tum vero sub adventum suum legationem explicant, cujus hæc erat summa. Primum cum bonis omnibus gratias agunt, quod junior imperator ejusque mater illi curæ sint: cum, quæ nemo unquam exspectasset, post tam sævum bellum, et inimicitias implacabiles, et criminatorum in illum scelus, non ad præterita respexerit, sed satis esse existimarit, si tantum belli causarum purus videretur, et quasi nihil novi intervenisset,

A ἀγωνιζόμενον προθύμως. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων πλεονεκτημάτων τοῖς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκόσι ῥᾷστα ἂν παραχωρήσειε, προθυμίας δὲ τῆς περὶ τὰ καλὰ καὶ τοῦ βούλεσθαι τοὺς Βαρβάρους ἐπιδεῖν πάσχοντας ἀντίῤῥοπα τοῖς τολμηθεῖσι κατὰ Χριστιανῶν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, οὐδενί· ἡ μὲν οὖν πρεσβεία τοιαύτη ἦν, καὶ πάντα ἐτελεῖτο κατὰ γνώμην βασιλεῖ. Διαλεγομένων γὰρ τῶν πρέσβεων τῷ πάπᾳ περὶ ὧν ἧκον, ἐκεῖνος τὸν λόγον ἀναλαβὼν, πάντα διηγεῖτο ἀκριβῶς, ὥσπερ ἂν αὐτὸς παρὼν τοῦ πολέμου τελουμένου. Θαυμαζόντων δὲ τῶν πρέσβεων καὶ πυνθανομένων ὅθεν εἰδείη ταῦτα ἀσφαλῶς, παρὰ Ζαμπαίας τῆς ἐκ Σαβωΐας ἔφασκεν ἀκηκοέναι βασιλίδι συμπαρούσης ἐν Βυζαντίῳ ἀπ' ἀρχῆς μάλιστα τοῦ πολέμου ἄχρι τέλους. Ἣ μετὰ τὸ βασιλέα Βυζάντιον ἑλεῖν,
B ἀπαίρουσα εἰς τὴν οἰκίαν, πάντα διηγεῖτο ἀκριβῶς, τῷ πάπᾳ συντυχοῦσα, ὡς ἐγένετο, μηδὲν ἀποκρύψασα τῆς ἀληθείας. Ἐπῄνει τε ὁ πάπας βασιλέα, καὶ ὑπερηύχετο αὐτοῦ, ὅτι πολεμηθεὶς ἀδίκως οὕτω, καὶ διαβληθεὶς ὑπὸ συκοφαντῶν, καὶ τοσαῦτα ἐνεγκὼν δεινὰ κατὰ τὸν πόλεμον, ἐπειδὴ τοῖς ὅπλοις περιεγένετο τῶν ἀντισχόντων, οὐδὲν μικρόψυχον ἔπαθεν, οὐδ' ἀγεννές· οὐδὲ ἐμνησικάκησε τοῖς κακοῖς περὶ αὐτὸν γεγενημένοις, καὶ ταῦτα ὑπ' ἐκείνου πρότερον πολλὰ εὐεργετηθεῖσιν, ἀλλὰ βασιλίδι τε καὶ τοῖς παισὶν ἄξιος ὤφθη ἑαυτοῦ, καὶ τῆς βασιλέως τοῦ φίλου περὶ αὐτὸν σπουδῆς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὁμοίως ἥμερος καὶ προσηνὴς, οὐ μόνον τῶν τετολμημένων δίκας μηδένα ἀπαιτήσας, ἀλλὰ καὶ φιλοτίμως εὐερ-
C γετῶν ἐξ ἀντιστρόφου. Μάλιστα δὲ ἐπῄνει τὸ τὴν θυγατέρα συναρμόσαι βασιλεῖ τῷ νέῳ, καὶ τὴν πατρῴαν ἀποδοῦναι βασιλείαν. Φιλοτιμότατά τε ὁ πάπας περὶ τοὺς βασιλέως πρέσβεις διατεθεὶς ἐν προεδρίαις, καὶ προπομπαῖς, καὶ ὑπαντήσεσι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς προσήκουσιν, ἔπειτα ἀπέπεμπε, καὶ πρέσβεις δύο τῶν ἐπισκόπων συνεκπέμψας, ὧν ὁ ἕτερος τοῦ μενουρίων τάγματος ἦν, Γελίελμος προσαγορευόμενος, Οὔγγα δὲ Σπὲρτ ὁ λοιπὸς ἐκαλεῖτο ἐκ τῶν κηρύκων προσαγορευομένων ὤν· ἀρετῆς τε μάλιστα ἀντιποιούμενοι, καὶ τὴν θύραθεν σοφίαν εἰς ἄκρον μεμελετηκότες. Δι' ἃ καὶ μάλιστα ἡδεῖς ἦσαν ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πιθανοὶ πρὸς διαλέξεις. Οὓς ὁ βασιλεὺς μετὰ πολλῆς ἐδέξατο τῆς εὐμενείας καὶ τῆς τιμῆς, καὶ ἡδέως ὡμίλει ὁσημέραι καὶ συνῆν, αὐτοί
D τε προὔργου παντὸς ἐποιοῦντο τὸν χρόνον, ὃν αὐτῷ συνῆσαν ὅσα ἐπ' ἐκείνου προβληθείη καθημέραν, καὶ οἷα περὶ τῶν προβλημάτων διαλεχθείη γράφειν, ἵνα μὴ λάθῃ τῆς μνήμης ἐκρυέντα. Ἃ εἰς Ἰταλίαν ἀγαγόντες, καὶ πάπᾳ τε καὶ τοῖς ἐκεῖσε διαδόντες σοφοῖς μέγαν ἐκ τούτων ἀπεδείκνυον βασιλέα, καὶ ἀπὸ γλώττης οὐκ ὀλίγα ἐξηγούμενοι αὐτοί. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. Τότε δὲ μετὰ τὴν ἄφιξιν μικρὸν ἀπήγγελλον βασιλεῖ τὰ περὶ τῆς πρεσβείας. Τὰ δὲ ἦν πρῶτα μὲν εὐχαριστίαι καὶ εὐχαὶ τῆς περὶ βασιλέα τὸν νέον κηδεμονίας, καὶ βασιλίδα τὴν μητέρα· ὅτι ἃ μηδ' ἄν τις προσεδόκησε μετὰ τὸν τοσοῦτον πόλεμον, καὶ

Jacobi Pontani notæ.

(88) Gregoras quoque de his duobus episcopis, qui sub Andronico missi sint, confundit tempora, et rem totam imperfectissime negligentissimeque, ut solet, exponit lib. x.

τὴν ἄσπονδον ἐκείνην ἔχθραν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν A ἀγνωμοσύνην τῶν διαβαλόντων, οὐ πρὸς τὰ γεγενημένα εἶδεν, ἀλλ' ἀρκεῖν ἡγήσατο τὸ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον αἰτίων ὀφθῆναι μόνον καθαρόν. Αὐτὸς δὲ ὥσπερ οὐδενὸς μεταξὺ καινοῦ γεγενημένου τὸ ἀρχαῖον ἦθος διεσώζετο, καὶ τὴν περὶ τοὺς βασιλέως παῖδας εὐγνωμοσύνην καὶ κηδεμονίαν, ἣν εἶχεν ἐξαρχῆς εὐθὺς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν. Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἔφοδον ἐμήνυε, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν τοῖς πρὸ αὐτοῦ Ῥώμης ἐπισκόποις εἶναι περισπούδαστον· μᾶλλον δὲ αὐτῷ τῶν ἄλλων εἶναι κατὰ γνώμην, καὶ πολλοῖς πολλάκις περὶ τούτου διειλέχθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν δυναστῶν, καὶ πάντας παρακαλεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον κοινῇ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἀπὸ τῶν Βαρβάρων τῶν Χριστιανῶν ἐσόμενον, καὶ αὐτὸν ἕτοιμον εἶναι καὶ χρήματα παρέ- B χειν, καὶ στρατιὰν ὅσην ἂν μάλιστα ἐξῇ, καὶ μεγίστην πρὸς τὸν πόλεμον παρέχεσθαι συντέλειαν. Νυνὶ δὲ καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν αὐτοῦ λόγων, καὶ τῆς πρεσβείας ἐξωρμῆσθαι, καὶ χάριν αὐτῷ εἰδέναι ὑπὲρ τῆς προθυμίας ἧς ἐνδείκνυται τοῖς Βαρβάροις ὑπὲρ τῶν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἑλομένων τὸν πόλεμον ἐπεγείρων. Εἰ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, ὧν αἴτιος σπουδάζει Ῥωμαίοις καταστῆναι, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν πραγματεύσαιτο τὴν ἕνωσιν, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ διεστηκότα τοῦ Χριστοῦ μέλη συναφθείη, οὐκ ἀνθρώποις μόνον πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς οὐρανίοις δυνάμεσι, καὶ αὐτῷ Θεῷ μεγάλης ἂν εὐφροσύνης αἴτιος κατασταίη. Τοιαῦτα μὲν ὁ πάπας διὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπρεσβεύετο. Βασιλεὺς δὲ καὶ αὐτὸς πρῶτα μὲν τῷ C πάπᾳ χάριτας ὡμολόγει τῆς τε περὶ αὐτὸν εὐνοίας, καὶ τοῦ κατὰ Βαρβάρων τῶν Χριστιανοῖς ἐχθρῶν ῥᾳδίως ἐξωρμῆσθαι, αὐτόν τε διπλῇ διὰ τὸν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἔλεγε χαίρειν πόλεμον· τοῦτο μὲν ὡς ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένων ὠφελείας ἔσοιτο· τοῦτο δ' ὅτι κοινωνὸς ἔσται καὶ αὐτὸς τοῖς τὸν καλὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνισομένοις. Οὕτω γὰρ εἶναι παρεσκευασμένος, ὡς καὶ ναυσὶ καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις καὶ ἵπποις, καὶ πᾶσιν οἷς ἔχει κατ' ἐκείνων ἐξορμήσων, κέρδος μέγιστον ἡγούμενος τὸ ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἀγωνιζόμενος ἀποθανεῖν. Περὶ δὲ τῶν διεστηκότων τοῦ Χριστοῦ μελῶν τῆς ἑνώσεως καὶ ἁρμονίας, καὶ τῆς εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν ὅσην ἔχει τὴν ἔφεσιν καὶ τὴν σπουδὴν, οὐδὲ D λόγοις δύνασθαι καταφανὲς ποιεῖν. Πλὴν οὕτως εἶναι καὶ πρὸς ταῦτα παρεσκευασμένον, ὥστ' εἰ δεήσειεν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας ἀποσφαγῆναι, οὐ μόνον ἐμπαρέξειν ἑαυτὸν προθύμως, ἀλλὰ καὶ μάχαιραν προσεπιδοῦναι· ἢ εἰ δόξειε καυθέντα διὰ τῆς τέφρας τοῦ ἐκείνου σώματος τὴν ἕνωσιν ταῖς Ἐκκλησίαις βραβευθῆναι, αὐτὸν ἐπὶ τὴν πυρὰν πρῶτον ἐπιθεῖναι ξύλα, δι' ὧν ἐκτεφρωθῆναι περιέσται. Δέον μέντοι τοῦτο τὸ μέγα τε καὶ θαυμάσιον, καὶ τῶν ἄλλων ἀντάξιον πάντων ἔργον, μὴ ἁπλῶς οὕτω καὶ εἰκῇ καὶ ἀπερισκέπτως γίνεσθαι· ἀλλὰ πολλῆς

A pristinis moribus vixerit; statimque a morte imperatoris Andronici benignam voluntatem ac sollicitudinem erga ejus filios susceperit. Præterea quod de bello Barbaris inferendo animum suum significarit. Et aliis quidem ante ipsum Romanis episcopis fuisse id optatissimum, sibi tamen longe magis, crebroque ac multum super eo cum Italiæ dynastis egisse, omnesque hortatum communiter ad opus, unde Christianorum libertas a Barbaris asseratur; et quod ad se attineat, ad pecuniam et copias, quantas maximas possit, omninoque ad sumptus non modicos pro sua parte conferendos paratum esse. Nunc etiam amplius ejus legatorumque verbis exarsisse: et gratias agere, cum se ad Barbaros pro Christi fidelibus expeditione lacessendos adeo B propensum demonstret. Quod si præter alia bona, quæ Romanis conciliare enitatur, etiam Ecclesias concordia devincire conetur, ut divulsa Christi membra per eum conglutinentur, non hominibus duntaxat universis, sed cœlestibus etiam potestatibus, ipsique Deo id magnæ voluptati futurum. Hactenus papa per legatos episcopos. Imperator illi gratias agere de benevolentia, et quod ultro contra Barbaros Christianorum inimicos exarsisset, seque dupliciter hoc bello lætum esse: tum quia pro communi Christianorum utilitate gerendum sit: tum quia et ipse tam pulchrum hoc certamen certantium socius et commilito futurus sit. Sic enim se statuisse, et classe, et sumptibus, et ar- C mis, et equis, et quibuscumque possit rebus illos invadere: putareque se fore beatissimum, si in tali causa oppetere mortem contingat. **735** Quanto autem distractorum Christi membrorum conjunctio, atque concentus, et pax Ecclesiarum sibi desiderio ac studio sit, verbis se effari haud posse. Enimvero ad hoc tantopere ferri sese, et incitari, ut si pro concordia interfici oporteret (89), non solum interficienti jugulum, sed et gladium alacriter ipse porrigere vellet: aut si putaretur ipse exustus per cineres corporis sui Ecclesiis consensum conspirationemque tributurus, ipsum se ante alios ligna in pyram, qua in cine- D rem redigeretur, impositurum. Attamen tale, tamque magnum, et admirabile, et unum instar omnium opus non ita indiligenter, ac temere, et inconsulto fieri, sed antegressa indagatione multa, omnique sedulitate ad vere bonum cognoscendum adhibita, sic demum ea eligere oportere, quæ fidem germanam et tutam complecti videantur. Ineptum quippe ac turpe videri, de quibusdam fluxis, et caducis consilia agitantes, quæ et adeptis haud ingens emolumentum, et frustratis leve damnum pariunt, in illis nullam diligentiæ partem omittere, ne, quod bonum apparet amittatur: cum de cœlestibus, et de veritate dogmatum fidei

Jacobi Pontani notæ.

(89) Parem Constantinus præ se tulit, cujus hoc dictum in *Annal.* tomo proditum est a Zonora, imperatorem nemini omnium, ac ne suis quidem membris propriis parcere debere, publicæ tranquillitatis conservandæ causa.

quæstio est, parva tangi sollicitudine, et fidere tibi soli, perinde ac si per te ad tam sublimem cognitionem sis idoneus. Hoc enim, hoc esse, unde a primordio in Ecclesia dissensio manaverit. Si enim, qui primi doctrinam (m), quæ nunc apud Roma-

πρότερον ἐρεύνης ἠξιώσαντας, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐνδειξαμένου; περὶ τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ, οὕτω χωρεῖν ἐπὶ τὴν αἵρεσιν τῶν δοκούντων ὀρθῶν καὶ ἀσφαλῶν περὶ τὴν πίστιν· ἄτοπον γὰρ περὶ ἐπιγείων μέν τινων βουλευομένους, ὧν μικρά τε ἡ ὄνησις ἐπιτυ-

Jacobi Gretseri notæ.

(m) Inanes sunt istæ, ne dicam vanæ, Cantacuzeni excusationes et tergiversationes, quarum similes adducit Nilus in suo libro de causis dissidii inter Latinos et Græcos. Quid enim à Latinis, præsertim a pontificibus Romanis, præstitum non est, ut Græci a pernicioso schismate revocarentur et ad ovile Christi redirent? Jure prædicet Ecclesia Latina suum erga Græcos studium illis verbis, quibus Ecclesiæ sponsus Christus sedulitatem suam, et desiderium juvandi Israeliticum populum declaravit. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas? et noluisti* Quid subditur? *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Græciæ in solitudinem redactæ testem habemus experientiam. Testes sollicitudinis qua Latina Ecclesia Græcam ad avia errorum deflectentem in viam reducere studuit, laudare possumus, præter alios innumerabiles, duos summos pontifices Nicolaum hoc nomine primum, et Leonem IX, quorum scripta ad Græcos planum testatumque faciunt, quantopere Græciæ salutem quæsierint et procurarint. Sed Cantacuzenus desiderat synodum. Eadem sunt Nili et aliorum vota. At vix ignorare poterat Cantacuzenus, quoties propter controversias Græcos inter et Latinos excitatas synodi coactæ sint. Annon apud Barum celebratum est concilium a Græcis simul et Latinis tempore Urbani secundi, circa annum Domini 1090 in quo sanctus Anselmus evidentissimis rationibus Græcos convicit? Cujus concilii meminit ipse Anselmus libro *De processione sancti Spiritus*, et fusius rem narrat auctor Vitæ Anselmi, lib. II, qui eidem synodo interfuit. An non jam celebratum fuerat concilium Lateranense sub Innocentio tertio, anno Domini 1215 in quo definitum, Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, consentientibus, approbantibus et subscribentibus ipsismet Græcis? Quid dicam de concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo, cui similiter Græci interfuerunt, et omnibus consentientibus cantatum est Symbolum cum additione : *Filioque :* ter Græce, ter Latine. Taceo concilium Florentinum, quia Cantacuzenus diu ante illud vivere desiit. Taceo tot summorum pontificum super his quæstionibus responsa; ut proinde minime audiendus sit, qui post tot judicia aliud judicium quærit. Præclare Capreolus, episcopus Carthaginensis, in epistola ad Patres magni concilii Ephesini : *Si quis in ea quæ jam olim dijudicata sunt, denuo inquirere tentaverit, is sane aliud nihil facere censebitur, quam de fide, quæ hactenus valuit, aperte dubitare. Unde ad posteritatis exemplum, tum ut ea quoque, quæ jam olim pro Catholica fide definita et constituta sunt, perpetuam firmitatem obtinere valeant, oportet ea omnia inconcussa, immotaque conservare, quæ superioribus temporibus a sanctis Patribus constituta sunt;* quia, ut Martianus imperator recte ait, *injuriam facit judicio reverendissimæ synodi, si quis semel judicata et recte disposita revolvere et publice disputare contenderit.*

De indesinenti studio Latinæ Ecclesiæ revocandi Græcos ab errore hæc Gennadius, libro pro Concilio Florentino, cap. 5, sect. 16 : *Post inobedientiam et schisma Nicolaus primus ipsemet Constantinopolim profectus est, Photii tempore, ut tolleret schisma, quem cum non recepissent, excommunicationi ab eo subjecti sunt. Post hunc summi pontifices per temporum vices non destiterunt scribere et hortari Græcos ad Ecclesiæ conversionem et obedientiam, quousque coacta est synodus apud Lugdunum, quam Græci octavam vocant; cujus auctor exstitit Gregorius papa decimus, et unio est subsecuta. Sed iterum defecerunt, et iterum legatos Ecclesiæ receperunt. Cogitur synodus Constantinopolitana cum papæ legatis, Joannis Becci temporibus Constantinopolitani patriarchæ; et unionem amplexi sunt ad breve tempus, obedientiam ostendentes et pacem. sed postea rursus ad suum et proprium vomitum reverterunt. Sed nec rursus defatigati sunt Ecclesiæ catholicæ præsides eos ad obedientiam et pacem excitare. At illi, cum semel obsurduissent, non paruerunt. Protracta est igitur res usque ad nos, aspeximusque nostris oculis, quod multi ante nos patriarchæ et reges videre exoptarunt, nec viderunt. Nos vero vidimus beatissimum Eugenium IV Romanæ Ecclesiæ pontificem summum quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, triremibus missis et sumptibus, ut hoc magnum vulnus sanaretur, celebrataque est synodus ingens et admirabilis Ferrariæ et Florentiæ insignibus Italiæ urbibus, magna doctorum et sapientum virorum frequentia, et theologiæ scientia ac virtute illustrium. Tandem decretum sancitum est omni sapientia et veritate conspicuum, quod ubique est promulgatum, et ab omnibus gentibus receptum. Græci vero et ex iis qui pejoris sunt conditionis, vulgares quidam homines et indocti huic contradicunt, ac si quis rationis particeps decreto contradicit. id non a doctrina proficiscitur, sed ab animi pravitate, falsa et stultà præsumptione et gloria inani, quam ex vulgi imperitia aucupantur.* Ita pro Latinis Gennadius patriarcha Græcus.

Cæterum non modo res toties discussa, disceptata et dijudicata, sed etiam summa obstinatio, pertinacia, levitas, et arrogantia Græcorum, et ipse etiam schismaticorum genius, Latinos a concilio rursus cogendo absterrere merito poterat. *Cum multitudo ita confirmata et in fide defixa sit*, inquit schismaticus Gregoras, qui hoc ipso tempore vivebat, *ut ferri naturam facilius mutes, quam eos paululum a patriis dogmatibus abducas : quid opus est disputationibus* (et Conciliis) *nihil profuturis? Ut enim et ipse Apostoli verbis opportune utar, persuasum habeo, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque altitudinem, neque profunditatem, neque ullam aliam creaturam posse populum a patriis institutis et decretis abducere.* Hæc Gregoras ad finem lib. x *Hist. Byzantinæ.*

Levitatem Græcam arguit tam crebra ad vomitum reversio. Quoties ab erroribus extracti, in errores reciderunt? Vix domum venerant ex concilio Florentino, et mox fidem Latinis datam violarunt : *Græci domum reversi*, inquit Laonicus, lib. VI, *non amplius his, quæ convenerant in Italia stare voluerunt : sed apprehendentes sententiam diversam, noluerunt amplius in religionis negotio adhærere Romanis. Hinc motus pontifex Romanus viros quosdam doctos Byzantium ad Græcos misit, ut cum his in colloquium venirent, qui quidem synodum et concordiam, in Italia factam, non admittebant. Nam Marcus Ephesi episcopus, et Scholarius Græcorum doctissimus, ne quidem ab initio Latinorum dogmati consensum præstare voluerunt. Ubi ad colloquium et disputationum ventum est, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reversi*

χοῦσι, καὶ ἡ ζημία σφαλεῖσι φαυλοτέρα. περὶ ταῦτα μὲν πᾶσαν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν, μὴ τοῦ δοκοῦντος

A nam Ecclesiam viget, intulerunt, non sibi tantum arrogassent, neque alios vilipendissent, sed in me-

Jacobi Gretseri notæ.

sunt. Hæc de Græcorum levitate et versatili ingenio Laonicus, Græcus ipse. Quod scribit de Georgio Scholario, qui postea patriarcha Constantinopolitanus factus Gennadii nomen assumpsit, id falsum est, si velit Laonicus Scholarium decretis synodi Florentinæ nunquam assensum esse instar Marci illius Ephesini; non enim satis habuit assensum præbuisse, sed et insuper doctissimam et validissimam apologiam pro decretis concilii illius adversus Græcos edidit, quæ Latine exstat. Nec probabile est, quod auctor Turco-Græciæ sine auctore prodidit, Scholarium postea improbasse decreta synodi. Unde enim hoc constat illi sectario? Nam Laonicus, quem citat, non dicit eum dissensisse, postquam assensus fuerat, sed ab initio non assensum esse, quod qua ratione verum sit, paulo antea explicatum est. Imo Gennadius apologiam pro concilio non conscripsit in ipso concilio, sed postea, cum Græci a recto tramite resilirent.

Fastus, arrogantia, et ambitio Græcorum, vel inde potissimum elucet, quod nihil non tentarunt, ut patriarchæ Constantinopolitano primas vindicarent, tametsi legibus divinis humanisque invitis. Quare cum inficiari non possent Romanum pontificem in ecclesiastica hierarchia supremum esse, duplici commento hoc supremæ dignitatis fastigium ad se transferre conati sunt; primo enim dixerunt, pontifici non competere primas, divino instituto et concessu, sed imperatorum nutu, dono et privilegio, ac proinde in imperatoris manu esse, primas Romano pontifici adimere, iisque Constantinopolitanum præsulem insignire, imo et reipsa insignivisse tunc, cum Roma Constantinopolim imperium transtulit. Ita sentit et scribit Anna Comnena filia Alexii Comneni imperatoris lib. I *Alexiadis:* cum enim nescio quæ de pontifice Romano recensuisset, et hæc, inquit, perpetrat ille, qui universo orbi præsidet: Ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Λατῖνοι λέγουσι καὶ οἴονται. Ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἀλαζονείας αὐτῶν. Μεταπεπτώκτων γὰρ τῶν σκήπτρων ἐκεῖθεν ἐνθάδε εἰς τὴν ἡμετέραν βασιλίδα πόλιν, καὶ δὴ καὶ τῆς συγκλήτου, καὶ τῆς ὅλης βασιλικῆς τάξεως, μεταπέπτωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, καὶ δεδώκασιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος εἰς περιωπὴν πρωτίστην τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀναβιβασαμένη τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διοικήσεις ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον ἐποίησεν· *Quemadmodum Latini dicunt et opinantur. Est enim et hoc arrogantiæ illorum argumentum. Inde namque in hanc regiam urbem translatis imperio, senatu, totoque imperatorio ordine, translatus itidem est episcopalium sedium ordo, et superiores imperatores primas tribuerunt sedi Constantinopolitanæ, et maxime synodus Calchedonensis, quæ Constantinopolitano antistiti ad summam et primam speculam evecto, omnes totius orbis diœceses subjecit.* Hæc Anna, vel schismaticus, cui Anna Cæsarissa nomen suum supposuit: quæ verba adducit Illyricus in catalogo testium feritatis, et auctor Turco-Græciæ, qui Annæ codicem ex bibliotheca Augustana nactus videtur; quos talibus mendaciis et imperitiis in cathedram Petri, Christique vicarium insurgere, nil mirum: validiora enim arma non habet falsitas, quam mendacia et inscitiam. Quid imperitius, quam existimare primatum ecclesiasticæ hierarchiæ pendere ab imperatoris arbitrio, et a loci urbisve amplitudine et majestate? Quid mendacius quam imperatores Constantinum Magnum, aliosque, qui sceptra potiti sunt usque ad exortum schisma, Constantinopolitanam Ecclesiam superiorem fecisse Romana, vel etiam parem? Vel unica Justiniani Novella de ecclesiast. tit. et privileg. mendacium hoc evidenter coarguit, ubi primæ deferuntur Romano pontifici; secundæ Constantinopolitano: *Sacrorum conciliorum dogmata, sicuti sanctas Scripturas accipimus*, inquit imperator, *ideoque sancimus secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romæ papam primum esse omnium sacerdotum; beatissimum autem Constantinopoleos novæ Romæ secundum habere locum post sanctam apostolicam senioris Romæ sedem.* Et in Novella, *ut Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione*, sic loquitur idem imperator. *Ut legum originem anterior Roma sortita est, ita et summi pontificatus apicem apud eam esse, nemo est qui dubitet.*

B Falsissimum porro est, quod Anna addit de synodo Calchedonensi; nullum enim verbum in tota illa synodo, quo principatus ecclesiasticus et cura omnium Ecclesiarum episcopo Constantinopolitano deferatur. Conatus quidem est Anatolius Constantinopolitanus antistes canonem quemdam in concilio Calchedonensi condere in gratiam, commodum et præeminentiam suæ sedis: verum in eo canone non tribuit Anatolius cum suis asseclis primas episcopo Constantinopolitano, sed Romano: secundas defert Constantinopolitano, nec defert illi curam omnium Ecclesiarum totius mundi, ut Anna comminiscitur, sed Ponti, Asiæ, Thraciæ. Deinde canon ille plane subreptitius est, nullius momenti et roboris; quippe apostolicæ sedis legatis absentibus non sine astu conditus in præjudicium præcipue Alexandrinæ Ecclesiæ. Quocirca altero a condito canone die, statim reclamarunt apostolicæ sedis legati, neque ullo modo, quod per summam fraudulentiam et injuriam actum fuerat, suffragiis

C et assensu suo comprobarunt: de quo consulat, qui plura cupit, illustrissimum cardinalem Baronium, tom. VI *Annalium*, anno Christi 451. Nec refert, quod Anatolius in suo posito illo canone se refert ad Canonem concilii Constantinopolitani centum quinquaginta episcoporum sub Theodosio Magno; nam neque iste canon largitur tantum episcopo Constantinopolitano, quantum fabulatur Anna, secundas enim concedit, non primas Deinde quia et iste canon ex eodem ambitionis fonte manavit; et vel in illo concilio non est conditus, vel si in illo conditus est, a paucis, non sine fraude et fallacia conditus est, neque unquam a tota synodo aut pontifice Damaso probatus, ut copiose ostendit Baronius tom. IV *Annal.*, anno Christi 381. Et tamen Græci, et in his præcipue Nilus, arcem suæ causæ in his figmentis et imposturis collocant. Nec ideo Romanus pontifex primatum a conciliis aut ab imperatoribus habet, quia concilia et impera-

D tores, nominatim Justinianus, testantur et definiunt in suis decretis et Legibus Romanum pontificem esse omnium primum, quia his sanctionibus non tribuunt illi primam et supremam potestatem, sed declarant et definiunt, quid illi jure divino competat; idque quod jure divino illi competit, competere etiam volunt jure suo, hoc est, ecclesiastico et civili, tanquam juris divini interprete; ut eo minus auctoritas et potestas illius primaria in dubium ab improbis revocari possit. Non enim pontifex Romanus accepit primatum a conciliis aut imperatoribus, sed ab illo, qui Petro et successoribus sancti Petri in Petro dixit: *Tu es Petrus et super hanc petram*, etc.; et, *Pasce oves meas*. Quod nulli ex Constantinopolitanis patriarchis dictum. Hæc si Nilus advertisset, minus fortassis ineptiarum in libello suo de primatu pontificis effudisset.

Alii Græci alia via et ratione primatum ad se rapere tentarunt; conspicati, opinor, se apud per-

dium ab aliarum Ecclesiarum rectoribus discutienda proposuissent, tantum mali non vidissemus,

ἀγαθοῦ διακρατεῖν, περὶ οὐρανίων δὲ τοῦ λόγου ὄντος, καὶ τῶν περὶ τὴν πίστιν ἀπλανῶν δογμάτων,

Jacobi Gretseri notæ.

spicaciores parum effecturos. si primam illam viam inirent et tenerent; quid enim insulsius et stolidius, quam asserere, primam et supremam dignitatem in ecclesiastica hierarchia pendere ab arbitrio imperatoris? Aliam ergo rationem ambitiosæ suæ cupidini satisfaciendi excogitarunt: Romanam enim Ecclesiam passim apud suos traduxere, quasi in nonnullis fidei capitibus a sacris Litteris, et ab apostolicis traditionibus penitus deviet, perniciososque errores foveat, tueatur, et omnibus amplectendos obtrudat. Quapropter eam primæ sedis honore et culmine excidisse, hancque dignitatem ad Constantinopolitanum præsulem transiisse dictitabant. Primi, qui hanc viam paulo expressiore pede presserunt et institerunt videntur fuisse Patres illi Trullani; qui ut turpissimam ambitionem, qua æstuabant, honestatis quasi velo obnuberent, varia in Latinorum Ecclesia carpere, imo et damnare ingressi sunt: ut continentiam seu cælibatum ministrorum Ecclesiæ, jejunium Sabbati; ipsi enim Sabbato non jejunant. Missam perfectam et completam in Quadragesima; ipsi enim excepto die Dominico, Sabbato, et festo Annuntiationis, cæteris Quadragesimæ diebus celebrant Missam, quam vocant, τῶν προηγιασμένων, id est, *ex præsanctificatis*, ad eum fere modum, quo Latini die sacro Parasceves ex præsanctificatis offerunt; etsi Græci non unam tantum speciem, ut Latini, sed utramque adservant, et in hac sua Missa adhibent. Accusarunt etiam Latinos, quod a sanguine et suffocato non abstineant, quod aditum ad sacrum altare laicis non intercludant, ut id genus alia prætercam: quibus accusationibus viam non sibi, sed aliis muniverunt, ut pontificem Romanum de sua dignitate excidisse publice prædicarent. Nam ipsis satis fuit in præsenti ova posuisse, quæ alii excluderent, canonemque de episcopo Constantinopolitano condidisse longe impudentiorem, quam impostores tempore Concilii primi Constantinopolitani et Calchedonensis: de quo plura Franciscus Turrianus lib. de sexta, septima, et octava synodo. Secutus est Photius, qui quæ Trullani isti legislatores inceperant, perficeret, ambitione throni Constantinopolitani simul et furore in Nicolaum primum pontificem, et in cæteros Romanos præsules incensus, quod obstarent, ne sedem Constantinopolitanam contra jus et fas occupatam quiete possideret. De Photio dici potest, quod Tertullianus libro contra Valentinianos, cap. 4, de Valentino: *Speraverat episcopatum Valentinus* (Photius) *quia et ingenio poterat, et eloquio. Sed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit* (*ut solent animi pro prioratu exciti præsumptione ultionis accendi*) *ad expugnandam conversus veritatem, et cujusdam veteris opinionis semini actu colubroso viam delineavit.* Hæc Tertullianus de Valentino, ego de Photio; qui ira exasperatus adversus Latinos insurrexit objectans cum ea, quæ Patres Trullani, tum præsertim processionem Spiritus sancti e Patre et Filio, et additionem illam ad Symbolum: *Filioque.* Exstat hoc argumento liber Photii in bibliotheca Bavarica.

Tandem Leone IX pontifice maximo, Græci omnis jugi jam impatientes in perpetuum et generale schisma eruperunt, ducibus Michaele episcopo Constantinopolitano, et Leone episcopo Achridano in Bulgaria, contra quos ut longissimam, ita et doctissimam epistolam scripsit Leo IX pontifex, accurate omnes eorum querelas seu potius criminationes refellens, qui Romanæ Ecclesiæ potissimum crimini dabant, quod in azymis rem divinam faceret. Addiderunt postea alii Græci alia, ut communionem sub una tantum specie; morem semel duntaxat mergendi vel tingendi eos qui baptizantur; morem non præbendi Eucharistiam, aut confirmationem administrandi infantibus; purgatorium, sanctorum beatitudinem; verba consecrationis in sacrificio Missæ, et hujus generis plura, quibus Græci in eum fastum superbiæque typhum elati sunt, ut Romanæ Ecclesiæ non modo vale, sed et anathema dicerent, suamque, hoc est Constantinopolitanam, quasi omnium principem, jactitarent et venditarent. Hinc illa plena insolentiæ oratio Jeremiæ patriarchæ Constantinopolitani in censura ad Lutheranos cap. 13: Ἐπεὶ τοίνυν ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία πατρὶς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἡγεμονεῖ ἐν τῇ γνώσει τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἄσπιλον αὐχεῖ ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν διαταγμάτων, καὶ ἤδη ἡ νέα τὰ πρεσβεῖα τῆς ὀρθοδοξίας εἴληφε, καὶ εἰς κεφαλὴν τέτακται, δέον ἐστὶ καὶ πᾶσαν Χριστιανῶν Ἐκκλησίαν οὕτω τὰ τῆς λειτουργίας ἱερουργεῖν· *Quoniam igitur quæ apud nos est sancta Dei Ecclesia, patria ecclesiarum est, et per gratiam Dei excellit cognitione: de sinceritate gloriatur in claritate apostolicorum et paternorum institutorum: et jam hæc nova* (Roma) *principatum rectæ doctrinæ, capitisque locum obtinet, par est, ut omnes Christianorum Ecclesiæ ad hunc modum sacras liturgias celebrent.* Ita cæci isti de sua impietate et mendicitate sibi blandiuntur, et se principes esse somniant, cum sint omnium mortalium abjectissimi et miserrimi. Sed satis de arrogantia Græcorum, quæ, ut supra dicebam, Latinos merito remorari poterat, ne cum Græcis synodice convenirent, non modo sine fructu, sed et sine ulla spe fructus; præsertim cum isto etiam concilio concilium petere soliti fuerint, ut Romanum pontificem in ordinem cogerent: hocque concilii conventu indicarent, supremam controversias dijudicandi et definiendi potestatem non esse penes Romanum pontificem, sed penes solam synodum, quidquid pontifex contra sentiat aut decernat. Adde, quod concilium petebant; sed eo modo, quo nunc Lutherani, liberum, ut loquuntur, et Christianum, hoc est, quale ipsi postulant, et in quo ea duntaxat sanciantur et constituantur, quæ ipsi postulant, et prout ipsi postulant. Hoc scilicet liberum est et Christianum concilium.

Restat ipse schismaticorum genius, cui solemne judices petere, sed ubi dati fuerint, a sententia eorum alio appellare: testes sunt, ut alios non nominem, Donatistæ, qui controversiæ cum Cæciliano judicem flagitarunt. Datus est a Constantino imperatore Melchiades pontifex Romanus. Absolutus est Cæcilianus. Damnati Donatistæ. Num acquieverunt? Postularunt alios judices. Dati sunt et isti, eodem rursus eventu. Num acquieverunt Donatistæ? Minime vero. Aliud tribunal quæsiverunt, a quo denuo condemnati sunt. Sed frustra. Damnari potuit pertinacia, vinci aut frangi non potuit: *Puto quod ipse diabolus*, inquit sanctus Augustinus, epist. 167, *si auctoritate judicis, quem ultro elegerat, toties vinceretur, non esset tam impudens, ut in ea causa persisteret.* Non aliter egissent Græci toties antea damnati: licet Clemens pontifex, Cantacuzeni rogatu, synodum convocasset, quod aliquot post annis in concilio Florentino manifestum evasit. Itaque vana est querela Cantacuzeni, cum ait Latinos sua dogmata ab aliarum Ecclesiarum rectoribus discutienda non proposuisse, nimiumque sibi arrogasse, contemptis cæteris. Vanitatis redarguunt dictum hoc scripta Nicolai primi et Leonis IX, ut sileam concilia ante Canta-

χειροτονεῖν, οὔτε παντάπασιν ἠπίστει· ἀλλ' ἐν Βυζαντίῳ κελεύσας μένειν ἄχρις ἂν τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετασθείη, πρεσβείαν ἐποιεῖτο πρὸς σουλτὰν, ἅμα μὲν καί τινων πέρι ἀναγκαίων ἄλλων, καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ Χριστιανῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τούτου ἕνεκα τοῦ πατριάρχου· καὶ ἐκέλευε τοῖς πρέσβευσιν ἐν Παλαιστίνῃ γενομένοις, ἐξετάζειν τὰ κατ' αὐτὸν μετὰ τῶν ἐπισκόπων. Τοῦ βασιλέως δὲ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τετελευτηκότος, καὶ τοῦ πρὸς βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν πολέμου κεκινημένου, καὶ ὁ πατριάρχης Λάζαρος ὑποπτευθεὶς ᾑρῆσθαι τὰ ἐκείνου, ὑπὸ πατριάρχου τοῦ Ἰωάννου ἐρήμην κατεψηφίσθη, οὔτ' ἐλέγχων, οὔτε συνόδου, οὔτε τινὸς ἑτέρου τῶν νομίμων δεηθέντος· ἀντ' ἐκείνου δὲ ὁ κατηγορῶν Γεράσιμος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας παρανόμως ἐχειροτονεῖτο πόλεως. Λάζαρος δὲ ὁ πατριάρχης οὕτως ἰδὼν ἑαυτὸν ἀτιμωθέντα ἐπ' οὐδεμιᾷ τὸ εὔλογον αἰτίᾳ κεκτημένῃ, ἀλλὰ διὰ τὸ πρὸς βασιλέα μόνον ἔχθος, ἄλλως θ' ὅτι καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐχορήγουν οὐδὲν ὡς ἀπεῤῥιμμένον, καὶ γλίσχρως διέζη, καὶ τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἐνδεῶς ἐσκέπτετο πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα διαδιδράσκειν μετὰ τὴν ἐπάνοδον εἰς Διδυμότειχον ἐκ τῆς ἑσπέρας. Οὕτω δὲ δόξαν, πρὸς Γαλατᾶν τὸ Λατίνων φρούριον διαβὰς, τρόπον ἐπεζήτει, καθ' ὃν ἀφίξεται εἰς βασιλέα. Οἱ δὲ ἐν Βυζαντίῳ ἄρχοντες φωράσαντες τὸν δρασμὸν, καὶ πατριάρχης ὁ Ἰωάννης πέμψαντες εἰς Γαλατᾶν, ἐκέλευον Λατίνους πατριάρχην αὐτοῖς τὸν Ἱεροσολύμων ἐκδιδόναι. Οἱ δ' αἵρεσιν αὐτῷ προὐτίθεσαν, ἢ κοινωνεῖν αὐτοῖς πρὸς τῶν δογμάτων τὴν διαφορὰν, καὶ τὸν ἐπίλοιπον συνεῖναι χρόνον, ὡς νῦν τε αὐτῶν πολλὴν φιλοτιμίαν περὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐποιΐας ἐπιδειξομένων, καὶ τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου ὕστερον εὐεργετήσοντος μεγάλα, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν συναριθμήσοντος ἐπισκόποις,

Jacobi Pontani notæ.

(96) Nota pertinaciam hujus pseudepiscopi, qui etiam sub sultano Ægypti gravia tormenta perfert, ac Mahumetanam sectam detestatur, ut habes infra, cap. xv.

Jacobi Gretseri notæ.

(o) Pie et religiose Galatæi, qui Lazarum istum ulceribus obsitum persanare studebant: schismatice et pertinaciæ convenienter Lazarus, qui medicos obstinato animo respuit, in qua mentis obstinatione ita excellunt Orientales schismatici, ut cum nostris sectariis de pertinaciæ palma certare queant, non sine spe victoriæ. *Adeo stolidi sunt*, inquit Gennadius patriarcha Constantinopolitanus, *ut aperte Latinos hæreticos esse dicant, et papam præter cæteros omnes. Hinc unionem refugitis*, ait Gennadius alloquens Græcos, *neque papæ memoriam audire, neque qui unionem ex vestris sacerdotibus amplectuntur, videre sustinetis, neque qui cum ipsis communicant omnino pro Christianis habetis, et si forte contingit, ut in aliquod incurratis, quod vos papæ commonefaciat, panem oblationis non accipitis, sed furiis agitamini, ac dentibus adversus ipsos sacerdotes frendetis, et Judæis deteriores esse putatis.* Hæc Gennadius de Græcorum pertinacia. *Quomodo Joannes et Mambres restiterunt Moysi*, inquit ex Apostolo sanctus Cyprianus, libro *De unitate Ecclesiæ*, *sic et hi resistunt veritati, homines corrupti sensu, reprobi circa fidem, sed non proficient plurimum. Imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. Adimplentur quæcunque prædicta sunt, et appropinquante jam sæculi fine, hominum pariter ac temporum probatione venerunt. Magis ac magis adversario sæviente error fallit, extollit stupor, livor incendit, cupiditas excæcat, depravat impietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira præcipitat. Non tamen nos moveat aut turbet multorum nimia et abrupta perfidia, sed potius fidem nostram prænuntiante veritate corroboret.* Poterant Galatæi, hoc est, Genuenses, qui Galatam seu Peram incolebant, usurpare illud sancti Augustini, Emmeritum Donatistam episcopum ad Ecclesiam traducere adnitentis: *Multa diximus etiam fatigati. Et tamen frater noster, propter quem ista dicimus vobis, et cui pariter dicimus, et pro quo tanta agimus, adhuc pertinax consistit. Constantem se putat fortitudo crudelis. Non adhuc de vana et falsa fortitudine glorietur, audiat apostolum: « Virtus in infirmitate perficitur. » Nec ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum insanabilis est pestilentia*, ait scite et vere idem sanctus Augustinus, epist. 48. *Opto equidem, dilectissimi fratres*, ait sanctus Cyprianus, libro *De unitate Ecclesiæ*, *et consulo pariter et suadeo ut, si fieri potest, nemo de fratribus pereat, et consentientis populi corpus unum gremio suo gaudens mater includat. Si tamen quosdam schismatum duces* (qualis iste Lazarus) *et dissensionis auctores, in*

ἢ ἠπείλουν ἐκδιδόναι τοῖς αἰτοῦσιν, ὑφ' ὧν πείσεται τὰ ἀνήκεστα. Ὁ δὲ οὐ τοσοῦτον ἔδεισε τὰς ἀπειλὰς, ὅσον τῆς ἐκείνων ἀνοίας κατεγέλα, εἰ μικρῶν ἕνεκα καὶ εὐκαταφρονήτων τῆς πατρίου δόξης ἤλπισαν ἀποστήσειν, ἀντηπείλησέ τε καὶ αὐτὸς, ὡς ῥᾷον ἂν αὐτὸς αὐτοὺς τῶν κακῶς μεταστήσειε δεδογμένων, ἢ αὐτὸς συναπαχθείη, ἢ μεγάλαις ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις, ἢ τῶν πάνυ φοβερωτάτων ἀπειλαῖς. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἀμεταθέτως εἶδον ἔχοντα, δεσμώτην ἐξεδίδουν τοῖς αἰτοῦσιν· οἱ δὲ ἤγαγον πρὸς τὸν πατριάρχην, προσδόκιμον ὄντα ἀφιλανθρώπως χρήσεσθαι αὐτῷ. Ὁ δὲ τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς αἰδεσθεὶς, οὐδὲ γὰρ ἠγνόησεν ὅσα ἀντεῖπε τοῖς Λατίνοις ἐπὶ τὴν κοινωνίαν προκαλουμένοις, οὐδ' ὡς μᾶλλον εἵλετο ἀποθανεῖν, ἢ τῆς πατρίου δόξης ἀποστῆναι, προσιόντι τε ὑπέστη, καὶ προσαγορεύσας ἡμέρως καὶ προσηνῶς, παρεκάθισέ τε καὶ ὁμιλίας ἠξίωσε πρεπούσης φίλῳ, ὁμολογητὴν ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἀποκαλῶν. Ἔπειτα ἀπέπεμπεν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδὲ ἴχνος ἐπιδεδειγμένος δυσμενείας, προνοίας δὲ ἠξίωσεν οὐδεμιᾶς. Διὸ καὶ μετὰ μικρὸν ἐπεὶ ὑπ' ἐνδείας οὐ μετρίως ἐπιέζετο, ᾤχετο ἀποδρὰς πρὸς βασιλέα, καὶ τόν τε ἐπίλοιπον τοῦ πολέμου χρόνον συνῆν φροντίδος ἀξιούμενος· καὶ μετὰ τὸ πάντων κύριον καταστῆναι, εἰς Βυζάντιον ἐπανελθὼν, πολλῆς παρὰ βασιλέως ἀπήλαυε προνοίας. Τοῦτον δὴ τὸν πατριάρχην μετὰ Σεργοπούλου ὕστερον πρὸς τὸν σουλτὰν Αἰγύπτου πέμψας πρεσβευτὴν, ἄλλα τε ἠξίου τὸν σουλτὰν ποιεῖν, ἃ ἐλυσιτέλει τοῖς ἐκεῖ Χριστιανοῖς, καὶ τὸν πατριάρχην εἰς τὸν θρόνον ἀποκαταστῆσαι, τὸν παρανόμως ἐπισκοποῦντα ἀπελάσαντα Γεράσιμον. Σουλτὰν δὲ τά τε ἄλλα φιλοτίμως πρὸς τὴν βασιλέως πρεσβείαν διετέθη, καὶ πάντα ἐξεπλήρου ὧν ἐδέοντο οἱ πρεσβευταὶ, πολλὴν χάριν ὁμολογῶν περὶ τῆς εἰς αὐτὸν πρεσβείας· ἦν γὰρ θαυμάσιά τινα περὶ βασιλέως πεπυσμένος, καὶ τοῦ παντὸς ἐτιμᾶτο τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν· καὶ τὸν πατριάρχην πρὸς τὴν ἁγίαν πόλιν πέμψας, ἐκέλευε τοῖς ἐκεῖσε τῶν βαρβάρων ἄρχουσι, τὸν μὲν Γεράσιμον ἀπελαύνειν, Λάζαρον δὲ τὸν πατριάρχην ἄγειν διὰ τιμῆς, καὶ μηδὲν αὐτῷ παρενοχλεῖν τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ Χριστιανοῖς ἐπισκοποῦντι. Ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς βασιλέα γράμματα οὕτως ἔχοντα ἐν λέξει· Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐλεοῦντος καὶ ἐλεήμονος. Μακροημερεύσοι ὁ Θεὸς ὕψιστος πάντοτε τὰς ἡμέρας τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου, τοῦ εὐεργετικοῦ, τοῦ φρονίμου, τοῦ

A minutorum et despicabilium bonorum promissis a patriis cum institutis se aversuros sperarent: contraque et ipse pollicebatur, facilius se illos ab adulterinis dogmatis revocaturum, quam ut ipse cum illis aut ingentium bonorum sponsionibus, aut teterrimorum suppliciorum minis, simul in errorem abriperetur. Galatæi ut obfirmatum ac præfractum viderunt, vinctum petentibus transdiderunt; qui eum ad patriarcham, a quo crudeliter accipiendus putabatur, deduxerunt. Atqui is virtutem viri reveritus (neque enim nesciebat, quantopere Latinis ad communionem religionis eum allicientibus repugnasset, neque quomodo mori maluerit, quam a patrum suorum recto sensu discedere), accedenti assurrexit, humaniterque ac leniter B salutatum, assidere sibi jussit, et amanter cum eo sermonem miscens, confessorem appellavit (97). Post in domum designatam dimisit, nec minimo malevolentis animi dato indicio; nulla autem cura dignatus est. Quamobrem paulo post cum egestate admodum premeretur, ad imperatorem confugiens, per reliquum belli tempus apud eum diversatus, ejusdem liberalitate procurationeque etiam Byzantii, postquam ille imperium obtinuit, usus est. Hunc ergo patriarcham cum Sergopulo postmodum ad sultanum Ægypti legans, simul alia ab eo petebat pro Christianis illic degentibus, simul, ut patriarcham, dejecto Gerasimo contra jus et fas episcopatum gerente, C in sedem suam reponeret. Sultanus et ad cætera quod attinet, honorifice legatos suscepit, et omnia, quæ peterent præstitit, multasque ob legationem ad se missam gratias egit. **756** Audierat enim de imperatore quædam mirifica, et ejus amicitiæ cupidissimus erat, patriarchamque ad sanctam civitatem mittens, Barbarorum illic magistratui præcepit, Gerasimum expellerent, Lazarum patriarcham honorarent, nihilque illi, episcopum Christianorum per Palæstinam agenti, molestiarum facesserent. Ad hæc litteras ad imperatorem dedit in hæc verba: In nomine Dei misericordis et miseratoris (98). Producat Deus altissimus semper dies imperii, magni, benefici, prudentis, leonis, fortis, bellatoris strenui, cujus conspectum ferre D adversarius nemo potest, sapientissimi in religione, justissimi in loco et regione sua, fundamenti

Jacobi Pontani notæ

(97) Sanctus Cyprianus confessores vocat etiam eos, qui in carcerem propter fidem conjecti et in quæstionem dati sunt, seu, qui fidei Christianæ causa jam dura et crudelia pertulerunt. Et proprie sane; nam isti revera confitentur Christum coram hominibus: *confitentur*, inquam, *bonam confessionem coram multis testibus*, ut Timotheus, cui hoc elogium Paulus tribuit.

(98) Hujus epistolæ principium, id est, tituli, quibus Cantacuzenum imperatorem cohonestat, lingua Græca veteri scripti sunt, reliqua tota, lingua, quam nunc vulgare Græcum appellant. Itaque studio D. Marci Velseri factum, ut ea nobis ab homine utriusque sermonis Græci, et scholastici, inquam, et vulgaris periti Græco puro puto redderetur, quo eam convertere in Latinam possemus. Est autem sultani Ægypti Mahumetani.

Jacobi Gretseri notæ.

cæca et obstinata dementia permanentes non potuerit ad viam salutis consilium revocare: cæteri tamen vel simplicitate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis astutiæ calliditate decepti, a fallaciis vos laqueis solvite, vagantes gressus ab erroribus liberate, iter rectum viæ cœlestis agnoscite.

Christianorum fidei atque dogmatis, omnium sacro fonte initiatorum columnæ immobilis, doctrinæ Christi propugnatoris, gladii Macedonum, regis Græcorum, regis Bulgarorum, Asaniorum, Blachorum, Rhossorum et Alanorum, ornamenti dogmatis Iberorum et Syrorum, hæredis imperii regnorum ejus, marium et magnorum fluminum et insularum, domini Angeli Comneni Palæologi Cantacuzeni (99). Majestas tua, quod ei placitum est, a sultanica potentia nostra, et sanctificata atque illuminata domo nostra semper requirat. Nam pro eo amore, quo amborum majores inter se conjuncti fuerunt, et nos erga te sumus, quantum viribus possumus, tantum tibi gratificabimur. Ut quemadmodum patrum tuorum desiderio a nostra auctoritate respondebatur, nobisque illi gratias habebant, et ad nos legatos mittebant, et commercium inter nos erat : sic iterum quæ tibi grata sunt, fiant, et voluntati tuæ ad nos provocanti a nostra potestate satisfiat. Et quoniam consuetudo illa interrupta, et in longum dilata est, denuo a me mittuntur istæ litteræ, ut coram magno imperatore legantur, ad laudem veteris amicitiæ, et ad invitamentum petendi, utpote nobis omnia libenter cum auctario præstituris. Quidquid autem a vobis ad honestatis dulcissimam propagationem pertinens venerit, id omne animo benevolentissimo suscipimus : quomodo et nunc de manu præfecti Manuelis vestræ majestatis legati, mira cum lætitia et pace ejus litteras suscepimus, et quam continebant petitionem legimus. Aio igitur, charitate et amicitia colligatos fuisse magnum sultanum patrem meum, **757** cujus animæ Deus excelsus sit propitius, et majestatis tuæ fratrem Romanorum imperatorem, ut propter consuetudinem amborum domus una, ut dicis, esset, et inde legationes ad nos, et rursum hinc illuc mitterentur, et fierent quæ ille vellet. Præterea de sacris Hierosolymæ sanctæ templis petebat, quod etiam legimus, et ecclesiis, de quibus significastis, curam adhiberi jussimus. Quod autem apposuistis, ut copiam fandi daremus Manueli præfecto legato, ut conficeret, quorum causa veniret, invenit quod optavit; nam eum audiri jussimus. Post hæc petivit legatus vester, ut quoddam veteris templi ruinosum ædificium, vicinum Romanis, sancti Georgii renovaretur; id etiam fecimus. Insuper sacram a nobis facultatem petebat, ut cum sociis a tua majestate illi attributis, ad sanctam resurrectionem adorandi causa proficisci posset; quod permisimus, et libenter ejus voluntati respondimus. Nam de eo quod legatus petebat, ut fieret, quod ad sanctam resurrectionem pertinet scriptum est mandatum, et roganti illuc proficisci, comitem præfectum adjunximus, adoravitque quantum voluit, et cum gratiarum actione reversus est. Etiam hoc idem legatus adjecit ut edictum se-

A λέοντος, τοῦ ἀνδρείου, τοῦ ἐν πολέμοις ὁρμητικοῦ, εἰς ὃν οὐ δύναταί τις σταθῆναι ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τοῦ σοφωτάτου εἰς τὸ δόγμα αὐτοῦ, τοῦ δικαιοτάτου εἰς τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ, τοῦ θεμελίου τῆς πίστεως καὶ τοῦ δόγματος τῶν Χριστιανῶν, τοῦ κίονος τοῦ ἀσείστου ἁπάντων τῶν βεβαπτισμένων, τοῦ βοηθοῦ τῶν δογμάτων τοῦ Χριστοῦ, τῆς σπάθης τῶν Μακεδόνων, τοῦ Σαμψὼν, τοῦ βασιλέως τῶν Ἑλλήνων, τοῦ βασιλέως τῶν Βουλγάρων, τῶν Ἀσανίων, τῶν Βλάχων, τῶν Ῥώσων καὶ τῶν Ἀλανῶν, τῆς τιμῆς τοῦ δόγματος τῶν Ἰβήρων καὶ τῶν Σύρων, τοῦ κληρονόμου τῆς βασιλείας τῆς γῆς αὐτοῦ, τοῦ αὐθέντου τῶν θαλασσῶν, καὶ τῶν ποταμῶν τῶν μεγάλων, καὶ τῶν νήσων, Ἀγγέλου Κομνηνοῦ Παλαιολόγου τοῦ Κανταχουζηνοῦ. Πάντοτε B ἡ βασιλεία σου τὸ θέλημα αὐτῆς νὰ τὸ ζητῇ ἀπὸ τὴν σουλτανικὴν ἐξουσίαν μου, καὶ ἀπὸ τὸ ὁσπήτιόν μας τὸ ἡγιασμένον καὶ πεφωτισμένον, καὶ ὡς ἔχομεν πᾶσαν δύναμιν νὰ πληρῶμεν τὴν ἀγάπην τῆς βασιλείας σου, καὶ καθὼς εὑρίσκετο τῶν προγόνων τῆς βασιλείας σου μετὰ τῶν προγόνων τῆς σουλτανικῆς ἐξουσίας μου, καὶ καθὼς ἐπληροῦτο ἡ ὄρεξις τῶν βασιλέων τῶν προγόνων τῆς βασιλείας σου ἀπὸ τῆς αὐθεντίας μας, καὶ ηὐχαρίστουν μας πάντοτε ἐκεῖνοι, καὶ ἔπεμπαν εἰς τὴν ἡγιασμένην αὐλήν μας, καὶ συνετύγχαινάν μας, οὕτως πάλιν νὰ εὐεργετῆται ἡ ἀγάπη τῆς βασιλείας σου, καὶ νὰ πληροῦται ἡ ὄρεξις αὐτῆς ἀπὸ τῆς αὐθεντίας μας. Καὶ διότι ἀπεκόπη καὶ ἐμάκρυνεν ἡ συνήθεια ἐκείνη, ἀπεστάλη C ἡ γραφὴ αὕτη ἀπ' ἐμᾶς νὰ ἀναγνωσθῇ ἔμπροσθεν εἰς τὸν μέγαν βασιλέα, εἰς ἔπαινον τῆς προτέρας φιλίας, καὶ εἰς παρακίνησιν τῶν ζητημάτων, ὅτι πάντοτε μετὰ χαρᾶς νὰ ἔναι πεπληρωμένα, καὶ περισσότερα νὰ γίνωνται, καὶ τὸ ἦλθεν ἀπ' ἐσᾶς εἰς τὸν πλατυσμὸν τῆς καλοσύνης μας τὸν γλυκύτατον, νὰ τὸ δεχώμεθά με τὴν καλογνωμίαν, καθὼς τὰ ἐδεξάμεθα, καὶ τώρα καλὰ ἀπὸ τὰ χέρια τοῦ ἀποκρισιαρίου τῆς βασιλείας σου τοῦ ἄρχοντος τοῦ Μανουὴλ, καὶ παρελάβομεν αὐτὰ μετὰ εἰρήνης, καὶ ἐγνωρίσαμεν τὸ ἔγραφεν ἀπέσω. Ἐκεῖνο τὸ ἐζήτει, ὅ τινα ἔναι ἀγάπη, καὶ φιλία τὸ ἦτον μέσον εἰς τὸν πατέρα μου τὸν σουλτάνον τὸν μέγαν, ὁ Θεὸς ὁ ὑψηλὸς νὰ ἁγιάσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸν βασιλέα τῶν Ῥωμαίων τὸν ἀδελφὸν τῆς βασιλείας D σου, ὡς εἶχον συνήθειαν καθὼς λέγεις νὰ ἔναι τὰ δύο ὀσπήτια ἕν, καὶ ἤρχοντο ἀπ' αὐτοῦ ἐδῶ ἀποκρισιάριοι, καὶ ἀπ' ἐδῶ πάλιν αὐτοῦ, καὶ τὸ θέλεις νὰ γίνεται, καὶ νὰ ὑπαγαίνουν, καὶ νὰ ἔρχωνται κατὰ τὴν πρώτην συνήθειαν. Πάλιν ἐζήτησε διὰ τὰς ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων ἐκείνας ὅπου ἔναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα τὰ ἅγια, καὶ ἐγνωρίσαμεν καὶ αὐτό. Καὶ ὡρίσαμεν νὰ προσέξουν τὰς ἐκκλησίας, δι' ἃς ἐμηνύσατε, καὶ ἐκεῖνο τὸ ἐζητήσατε νὰ ἀκούσωμεν τὸν λόγον τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀποκρισιαρίου τοῦ Μανουὴλ, καὶ νὰ τὸν ἀπολογηθῶμεν, καὶ νὰ πληρώσωμεν τὰς δουλείας του, ἐπληρώσαμεν τὸ ἤθελεν

Jacobi Pontani notæ.

(99) Non fuit Comnenus, nec Palæologus, nisi a materna linea. Sed Barbarus ei honorem habere voluit, quantum maximum potuit.

A αὐτοῦ, καὶ ὡρίσαμεν ἵνα ἀκουσθῇ ὁ λόγος του. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος, ὅτι χάλασμα ἦν παλαιᾶς ἐκκλησίας εἰς τὴν γειτονίαν τῶν Ῥωμαίων ὁ ἅγιος Γεώργιος, νὰ ὁρίσωμεν νὰ κτισθῇ, καὶ ἠκούσαμεν τὸν λόγον του, καὶ ἐπληρώσαμέν τον. Πάλιν ἐζήτησεν οὗτος τὸν ὁρισμόν μας τὸν ἅγιον νὰ ὑπάγῃ εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, νὰ προσκυνήσῃ καὶ ἐκεῖνος, καὶ οἱ εὑρισκόμενοι μετ' ἐκείνου ἀπὸ τῆς βασιλείας σου, καὶ ἠγαπήσαμεν εἴ τι ἐζήτησες, καὶ ἐπληρώσαμέν το, καὶ ἐγράφη ὁρισμὸς εἴ τι μᾶς παρεκάλεσεν ὁ ἀποκρισιάριος νὰ πληρωθῇ εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν. Καὶ ὡς ἐζήτησεν νὰ ὑπάγῃ, ἐδώκαμεν ἄρχοντα μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀπέσωσέν τον ἐκεῖ, καὶ προσεκύνησεν ὡς ἤθελε, καὶ ἐγύρισε μετ' εὐχαριστίας. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος νὰ γένηται ὁρισμός μας ὑψηλὸς, νὰ φυλάσσωνται οἱ εὑρισκόμενοι Χριστιανοὶ εἰς τὸν B ἁγιώτατον τόπον τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τὰ μοναστήρια, καὶ αἱ ἐκκλησίαι, καὶ νὰ ἔχωσιν ἀγάπην, καὶ δεφένδευσιν ἀπὸ τὸν ἀμηρᾶν τὸν εὑρισκόμενον ἐκεῖ, καὶ οὐ μόνον οἱ τοπικοὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ καιροὺς ἐρχόμενοι εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας ἀναστάσεως, καὶ οἱ κατὰ καιροὺς εὑρισκόμενοι δουλευταὶ Μουσουλμάνοι εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, νὰ μηδὲν ἀφήνουν, νὰ καταφρονοῦν, καὶ νὰ δέρνουν, καὶ νὰ ὀχλοῦσι τοὺς κατὰ καιρὸν ἐρχομένους εἰς τὸ αὐτὸ ἅγιον προσκύνημα, ἢ εἰς τοὺς τοπικούς· ἀλλὰ μᾶλλον νὰ τιμῶσι, καὶ νὰ ἀναδέχωνται, καὶ νὰ κυβερνῶσιν αὐτούς. Καὶ ὡρίσαμεν καὶ ἐπληρώθη ὑψηλότατος ὁρισμὸς διὰ τὰ ζητήματα αὐτὰ εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον. Πάλιν εἰς τὸ ἐνεθύμιζεν ἡ βασιλεία C σου ἡ μεγάλη διὰ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ πατριάρχου τοῦ Λαζάρου ὅτι εἶχεν ἀποστείλειν αὐτὸν ὁ ἡγιασμένος σουλτὰν ὁ Μελὴκ Νάσαρ. Ὁ Θεὸς συγχωρήσοι τὰ κρίματά του εἰς τὰς ἡμέρας τὰς ἁγίας αὐτοῦ. Ὁ ἀποκρισιάριος νὰ δείξῃ, καὶ νὰ πληροφορήσῃ τὴν μεγάλην βασιλείαν σου διὰ τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ὅπως ἐγένετο, καὶ ἀπεπληρώθη ἕνεκεν τοῦ τοιούτου πατριάρχου, ἀπελύθη γοῦν ὁρισμὸς ὑψηλὸς εἰς τὰ ἅγια Ἱεροσόλυμα, νὰ στέργωσιν τὸν πατριάρχην τὸν Λάζαρον, καὶ νὰ τὸν φυλάσσωσι καλὰ καθὼς καὶ τοὺς πρώην πατριάρχας. Καὶ ὡρίσαμεν καὶ ἐγένετο ἡ κατάστασις τοῦ τοιούτου πατριάρχου, καὶ ἀπεστάλη καὶ αὐτὸς εἰς τὰ ἅγια Ἱεροσόλυμα μετὰ τοῦ ἀποκρισιαρίου. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος διὰ τοὺς αἰχμαλώτους, οἵ τινες εὑρίσκονται ἀπὸ D τὴν χώραν τῆς Ῥωμανίας, ἵνα ἐλευθερώσωμεν αὐτούς. Καὶ ἡμεῖς νὰ γνωρίσῃ ἡ βασιλεία σου, ὅτι τοιαύτην συνήθειαν ἀρχαίαν εἴχομεν διὰ τὰ αἰχμάλωτα, ὅτι νὰ γίνεται ἀνταλλαγὴ, καὶ νὰ ἀπολύωμεν ἡμεῖς ἐξ ὧν ἔχομεν, καὶ ἡ βασιλεία σου πάλιν ἐξ ὧν ἔχει ἀφ' ἡμῶν σκλάβων νὰ πέμπῃ πρὸς ἡμᾶς, ὅμως ὡρίσαμεν καὶ ἐπληρώθη, καὶ τὸ ζήτημα τοῦτο, καὶ ἠλευθερώσαμεν ὅσους ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος,

A rium ederemus, quo qui in sanctissimis Hierosolymæ locis habitant Christiani, item monasteria et ecclesiæ ne violarentur, et per charitatem conjungerentur, qui illic est ameræ (1) seu præfecto, ejusque auxilio defenderentur. Nec solum indigenas, sed et qui distinctis temporibus ad sanctam resurrectionem adorandam eo venirent, et præcipue qui illic serviunt Musulmanos (2), ne sineret conviciis lacerare ac verberare, aut ulla molestia afficere, tum eos qui sanctam adorationem certo tempore adveniunt, tum eos qui in loco illo habitant; sed potius in honore illos haberent, eosque susciperent, iisdemque ministrarent. Ita mandatum a nobis, prout petebatur, super illo loco sacrosanctum est editum. Quod vero postea nos B majestas tua de causa Lazari patriarchæ admonuit, quem sanctæ memoriæ sultanus Melec Nasar dum viveret (propitius sit peccatis ejus Deus) throno depulit, ut legatus docebit, ac plenam fidem faciet, quomodo res acta sit et quem finem habuerit, missum est a nobis mandatum Hierosolymam, **758** ut Lazarum patriarcham libenter recipiant, eumque velut antegressos patriarchas observent; qui etiam ipse cum legato Hierosolymam missus et restitutus est. Præterea et hoc legatus vester petebat, qui invenirentur ex imperio Romano captivi, libertate eos ut donarem. Nos autem (ut et istud majestas tua noverit) jam pridem in captivis morem hunc habemus, ut eos permutemus et dimittamus, quos a vobis habemus, vicissimque majestas C tua, quos a nobis habet. Quin etiam de hoc consilio certiorem te fieri jussimus, et quotquot legatus petivit, eos manumisimus, quos et secum abduxit. Apposuit et hoc rogatis legatus, ut mercatoribus inde huc venientibus tuto commorari liceat. Cui aures præbuimus, ediximusque publice, ut hujusmodi mercatores admittantur et defendantur, quemadmodum legatus rogaverat. Sic cum gravissimo edicto et responsione legatum dimisimus, et hoc tuæ majestati, ut verissimum, notum esse cupimus. Quod si quid aliud voluerit, nobis indicet, et voluntati ejus sat s'aciemus. Nos te post tuum in urbem, Dei nutu, cum robusta manu ingressum, malorum tibi irrogatorum oblitum esse, D imperatoris filium conservasse, inimicis misericordiam tribuisse antehac cognovimus. Ex quo magnam cepimus delectationem, teque commendavimus. Id modo fusius et clarius a patriarcha Lazaro et præfecto Manuele didicimus, ut etiam illud, te data in matrimonii societatem adolescenti filia tua et generum tibi et filium cooptasse; unde etiam uberiore gaudio perfusi sumus. Deus dilatet cor tuum atque imperium tuum, ac pro uno centum

Jacobi Pontani notæ.

(1) Vox Arabica est amira, seu amiras, summus præfectus, qua utuntur sæpe Zonoras, Cedrenus, Nicetas. Hinc Ameralius vocabulo composito ex Arabico et Græco, præfectus maris, θαλασσίαρχος.

(2) Musulmanos dici se volunt Mahumetani recte credentes, ut Arianicis temporibus cæteri Christiani, quotquot abominabantur eorum furores, orthodoxorum nomen profitebantur. Leunclavius. Quidam eo nomine Christianos ad Turcarum religionem transeuntes accipiunt.

tribuat, gladiumque tuum hostibus formidabilem efficiat, et te conservet, misericordiaque ac beneficentia sua beatum reddat. Etiam ita fiat, precor, Deus altissime. Scripta est epistola die decimo quinto mensis Saapan, septingentesimo quinquagesimo anno Mahometi (3). Et scripta est ex summo Dei mandato. Gloria magnæ gloriæ unius Dei. Vota et adorationes nostro illi auctori Mahometo, simul et discipulis ejus, honorabiliori plasmati Dei. Gratias ago Deo omnipotenti, in quem spero. Hactenus sultanus.

A καὶ παρέλαβεν αὐτούς. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος νὰ ἔναι ἀσφάλεια, εἰς τοὺς ἐρχομένους ἐδῶ ἀπ' αὐτοῦ πραγματευτάς, καὶ ἐγροικίσαμέν το, καὶ ἐγένετο ὁρισμὸς, ἵνα ἀναδέχωνται τοὺς τοιούτους πραγματευτὰς, καὶ φυλάσσωσιν αὐτοὺς, καθὼς ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος. Καὶ μετὰ τὸν ὑψηλότατον ὁρισμὸν, καὶ μὲ τὴν ἀπολογίαν ἐγυρίσαμεν τὸν ἀποκρισιάριον, καὶ ἂς γινώσκῃ τοῦτο ἀληθινὰ ἡ βασιλεία σου. Καὶ ὅταν ἔχῃ θέλημα ἄς μας φθάνῃ μανδάτον, νὰ πληρώσωμεν τὸ θέλημα τῆς βασιλείας σου. Ἡμεῖς πρότερον ἐγνωρίσαμεν ὅπως ὡς εἰσῆλθεν ἡ βασιλεία σου μὲ τὸν ὁρισμὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μετ' ἰσχύος μεγάλης εἰς τὴν πόλιν οὐδὲν ἐμνήσθης κακῶν, ἀλλὰ ἐφύλαξες τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως καὶ ἐσυνεπάθησες τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ ἐχάρημεν εἰς τοῦτο πολλὰ, καὶ ἐπαινέσαμεν τὴν βασιλείαν σου. Τῶρα πάλιν ἐμάθαμεν τοῦτο πλατύτερα, καὶ καθαρώτερα, καὶ ἀπὸ τὸν πατριάρχην τὸν Λάζαρον, καὶ ἀπὸ τὸν ἄρχοντα τὸν ἀποκρισιάριον τὸν Μανουὴλ, καὶ τὸ πῶς τὸν ἔδωκες τὴν θυγατέρα σου, καὶ ἐποίησες αὐτὸν υἱόν σου καὶ γαμβρόν σου, καὶ εἰς αὐτὸ πλεότερον ἐχάρημεν, καὶ ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν σου, νὰ τὴν πλατύνῃ, καὶ τὴν χώραν σου, εἰς τὸ ἓν ἑκατὸν νὰ τὴν ποιήσῃ, καὶ τὸ σπαθίν σου εἰς τοὺς ἐχθρούς σου φοβερὸν νὰ τὸ ποιήσῃ. Ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος νὰ σὲ διακρατῇ, καὶ νὰ εὐτυχῇς ἀπὸ τοῦ ἐλέους του, ναὶ ἄμποτε Θεὲ ὑψηλέ. Ἐγράφη εἰς τὰς δεκαπέντε τοῦ Σααπὰν, τῷ ἑπτακοσιοστῷ πεντηκοστῷ ἔτει τοῦ Μαχούμετ. Ἐγράφη κατὰ τὸν ὁρισμὸν τὸν ὑψηλόν. Δόξα τῇ μεγάλῃ δόξῃ τοῦ μόνου Θεοῦ. Εὐχαὶ καὶ προσκυνήματα εἰς τὸν αὐθέντην ἐκεῖνον τὸν Μαχούμετ, μετὰ τῶν μαθητῶν του τὸ ἐντιμότερον πλάσμα τοῦ Θεοῦ. Εὐχαριστῶ τὸν Θεὸν παντοκράτορα ὅπου ἐλπίζω εἰς ἐκεῖνον. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ σουλτάν.

759 CAPUT XV.

Gerasimus novam accusationem parans moritur. Sultani successor Christianorum persecutor. Cur Sichun archisatrapa Jacobitis pepercerit. Martyria et apostasiæ Christianorum. Lazari patriarchæ supplicium; episcopi in eum humanitas. Sultanus a persecutione cessans, Christianos ignominia damnat. Isidorus patriarcha episcopos creat, et Thessalonicæ Palamam, quem præfectis commendat imperator. Illorum inobedientia, et novitatis studium, cum fallacia. Palamas exclusus in Lemno manet. Andreæ Palæologi insolentia et audacia.

Gerasimus throno ejectus, rursum ad sultanum B venire mendaciisque patriarchæ depositionem ei persuadere properavit. Cæterum profectus ex urbe sancta (4), post diem tertium in itinere spiritum edit: sic Deo judicante, ut justa illius morte tentationibus injustis justus liberaretur. Atque ita diu satis patriarcha suos honores gessit. Porro, sultano illo mortuo, alius in principatu suffectus est, quem nulla causa manifesta ad Christianos persequendos commovit, sed quidam Sichun archisatrapa plurimum gratia et auctoritate apud illum valens, incitavit: homo Christianis omnibus infensissimus, præterquam Jacobitis hæreticis (5), quorum in sancta civitate præsertim, ac per Ægyptum et Syriam magna multitudo cum episcopo proprio visebatur: quibus non tam propter bonitatem, C quam metum parcebat. Fertur enim gens magna, Jacobi hæresin pertinacissime complexa, Nilum accolere, quam sultanus Ægypti officiis demereri necesse habet, propterea quod illa Nilum alio

Γεράσιμος δὲ ἐπεὶ ἐξηλαύνετο τῶν θρόνων, ὥρμητο μὲν αὖθις, ὡς ἐπὶ σουλτὰν ἐλθὼν, καταψεύσοιτο τοῦ πατριάρχου, καὶ πείσει τοῦ θρόνου ἐξελαύνειν. Μετὰ τρίτην δὲ ἡμέραν τῆς ἐκ τῆς ἁγίας πόλεως ἀποδημίας, ἐτελεύτα κατὰ τὴν ὁδὸν, οὕτω τοῦ Θεοῦ δικάσαντος, ὡς ἂν δικαίῳ θανάτῳ πειρασμῶν ἀδίκων ὁ δίκαιος ἀπαλλαγείη. Χρόνον μὲν οὖν οὕτως οὐ μικρόν τινα ὁ πατριάρχης διήγαγεν ἐπὶ τῶν θρόνων. Τοῦ δὲ σουλτὰν ἐκείνου τετελευτηκότος, ἄρχων ἕτερος ἀνεδείκνυτο, ὃς ὑπ' οὐδεμίας αἰτίας προφανοῦς πρὸς τὸν κατὰ Χριστιανῶν κεκίνητο διωγμὸν, Σειχοῦν τινος τῶν παρ' αὐτῷ δυνατωτάτων ἀρχισατράπου πρὸς τὸ ἔργον μάλιστα ἐνάγοντος, καὶ χαλεπωτάτου Χριστιανοῖς γεγενημένου πᾶσι, πλὴν τῶν ἐκ τῆς αἱρέσεως Ἰακώβου πολλῶν ὄντων μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει, καὶ κατ' Αἴγυπτον, καὶ Συρίαν, καὶ ἀρχιερέα ἰδίᾳ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως ἐχόντων. Ἐφείδετο δὲ αὐτῶν οὐ μᾶλλον δι' εὐγνωμοσύνην, ἢ δέος. Λέγεται γὰρ ὡς πρὸς τὴν Νείλου δίοδον μέγα ἔθνος ἐστὶ κατῳκισμένον, τὴν Ἰακώβου

Jacobi Pontani notæ.

(3) Sicut nos ab ortu Christi, ita Mahumetani ab ortu sui prophetæ annos numerant.

(4) Ex Evangelio aliisque locis utriusque Testamenti ita, et merito vocatur. Congerere huc testimonia nihil attinet, sicut nec causam afferre hujus appellationis, cum eas nemo nescire possit, qui quidem Christianus sit.

(5) Dicti sunt a quodam Jacobo, genere Syro, qui tempore Mauritii imperatoris et Pelagii II pontificis maximi emerserunt, circa annum Domini 584. Dicebant non esse necessarium sacerdoti confiteri peccata, sed Deo soli. Parvulos circumcidebant, adustione quadam in fronte vel genis impressa, hinc putantes orginale peccatum expiari, propter illud Christi Matth. III: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni.* Unam tantum in Christo naturam profitebantur. Non credebant sanctam Trinitatem, sed unitatem solum, *etc.* Vide Gabrielem Prateolum, *De vitis, sectis et dogmatibus omnium hæreticorum*, et Jacobi de Vitriaco lib. I *Historiæ orientalis*, cap. 76.

πρεσβεῦον αἵρεσιν καθάπαξ. οὓς ἀνάγκην ἔχει θε- A ραπεύειν ὁ σουλτὰν Αἰγύπτου, διὰ τὸ δύνασθαι τὸν Νεῖλον ἐπ' ἄλλην γῆν μετοχετεύειν. Ὃ εἰ γένοιτο, σύμπασα ἄρδην Αἴγυπτος, καὶ ἡ ἄλλη Συριὰ ἀπολοῦνται τρεφόμεναι ὑπ' ἐκείνου φιλοτίμως. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ τότε οἱ βάρβαροι τοῖς Ἰακώβου αἱρεσιώταις μόνοις ἦσαν εὐμενεῖς. Τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν οὕτως ἐπετέθησαν σφοδρῶς, ὡς πολλοὺς μὲν τῷ διὰ μαρτυρίου τέλει παραπέμψαι ποικίλαις καὶ διαφόροις κολάσεων ἰδέαις, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀποστῆσαι πίστεως, καὶ τῆς σφετέρας πεῖσαι ἔχεσθαι θρησκείας. ὃ καὶ μάλιστα δακρύων ἄξιον, ὅσοι δῆτα καὶ μετὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως συναπήγοντο τῷ πονηρῷ διὰ τῶν ἔργων, καὶ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ γεέννης ἦσαν κληρονόμοι. Οὐ γάρ B ἐστιν, οὐκ ἔστι τὸν ὀρθοῦ βίου μετὰ τῆς πίστεως ἐχόμενον, ναυαγῆσαί ποτε περὶ τὴν πίστιν, τῆς παρὰ Θεοῦ ἐπικουρίας ἔρημον γενόμενον. Ὅτε δὴ καὶ Λάζαρον τὸν πατριάρχην συλλαβόντες, πρῶτα μὲν πολλαῖς ὑπήρχοντο θωπείαις, καὶ παραλύειν τὸν τόνον ἐπειρῶντο, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀπάγειν πίστεως· νομίζοντες ἂν τοῦτον ἕλωσι, πάντας ὑπάξεσθαι Χριστιανοὺς πρὸς ἄρνησιν αὐτίκα τοῦ Χριστοῦ, τῷ σφετέρῳ προστάτῃ τῆς πίστεως ἑπομένους, καὶ μὴ ἀναγκασθήσεσθαι ἀποκτιννύναι. Μᾶλλον γὰρ ἠβούλοντο μεταστήσαντες τῆς πίστεως ζῶντας ἔχειν,

A potest derivare. Quod si fiat, tota Ægyptus, et Syria, quæ inde affatim aluntur, fame funditus intereant. Hac de causa et tunc Barbari solis Jacobitis erant propitii: reliquos Christianos omnes sic premebant, ut complures variis tormentorum generibus excruciatos e medio tollerent, non paucos etiam a fide in Christum ad sua sacra pellicerent. Dignum sane lacrymis, adeo multos cum fide Christi per opera ad cacodæmonem abripi, et ejusdem gehennæ coheredes illi evadere. Non enim est, non, inquam (p), est vitæ integritatem cum vera fide sectantem, aliquando circa fidem, divino auxilio destitutum, naufragari. Tum igitur et Lazarum patriarcham (q) comprehendentes, primum quidem blanditiis eum captabant, ejusque B invictam constantiam labefactare, et a religione Christiana abstrahere nitebantur: confisi, si hunc expugnassent, **760** universos statim Christianos ducis sui exemplum sequentes, ad Christum negandum adacturos: nec ad eos mactandos compulsum iri, siquidem eos a sacris ipsorum dimotos, habere vivos, quam nullo cum fructu occidere malebant. Ubi adulatio frustra fuit, omnia siquidem ille potius pro fide Christiana perpeti paratus erat carnificumque in se manus provocabat, et laniatus, ac membrorum distorsiones exoptare magis vide-

Jacobi Gretseri notæ.

(*p*) Significare videtur Cantacuzenus, eum qui semel veram fidem adeptus est, vitæque et morum honestati et probitati studet, non posse a fide C excidere, quod dogma Calvini est et Calvinistarum, licet, ut consideranti manifestum erit, verba Cantacuzeni in bonum sensum accipi possint; non enim quemquam fide et charitate præditum destituit Deus auxilio necessario ad hoc, ut fidem et charitatem conservet, sed si amittit, culpa et negligentia sua amittit, non defectu et penuria cœlestis subsidii ad conservationem gratiæ necessarii. Similes sententiæ occurrunt aliquando in *Monumentis Patrum*, ex quorum numero sanctus Cyprianus libro *De unitate Ecclesiæ*: *Nemo existimet bonos de Ecclesia posse discedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subvertit. Inanes paleæ tempestate jactantur, invalidæ arbores turbinis incursione evertuntur.* Hoc ideo dicit, quia sæpe fit, ut qui in hæresin aut aliam infidelitatis speciem labuntur, prius sceleratam vitiisque contaminatam vitam duxerint: *Neque enim fieri potest*, inquit Damascenus, lib. I D *Paral.*, cap. 12, *ut quisquam hæreticus fiat, nisi prius vel in verbis, vel in actionibus rationes vitæ suæ male compararit.* Interim certum fixumque maneat, eum, qui vere stat, vere cadere, et eum qui vere cecidit, vere iterum resurgere, atque adeo vere stare posse. *Quam multi modo luxuriantur*, inquit sanctus Augustinus tractat. 45, *in Joan., casti futuri. Quam multi blasphemant Christum, credituri in Christum; quam multi se inebriant, futuri sobrii; quam multi rapiunt res alienas, donaturi suas*, etc. *Item quam multi intus laudant, blasphematuri; casti sunt, fornicaturi; sobrii sunt, se vino postea sepulturi; stant, casuri.*

(*q*) De carcere cæterisque molestiis et ærumnis, quas Lazarus iste perpessus est a Sarracenis, nihil aliud habeo dicere, quam illud sancti Cypriani, libro *De unitate Ecclesiæ*: *Tales* (schismatici) *si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis et gravis culpa discordiæ nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est, ad eum pervenire non poterit, qui eam quæ regnatura est, derelinquit*, etc. *Exhibere se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit charitatem. Docet hoc et contestatur Paulus apostolus dicens: « Et si habuero fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum distribuero omnia mea, et si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil proficio, »* etc. *Cum Deo manere non possunt, quia esse in Ecclesia Dei unanimes noluerunt; ardeant licet flammis et ignibus traditi vel objecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest. Sic se Christianum esse profitetur, quomodo et Christum diabolus sæpe mentitur, ipso Domino præmonente et dicente: « Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, et multos fallent. » Sicut ille Christus non est, quamvis fallat in nomine illius, ita nec Christianus videri potest, qui non permanet in Evangelii ejus et fidei veritate.*

Sanctus Augustinus lib. I *Contra Parmenianum*, cap. 7: *Non quisquis in aliqua religionis quæstione fuerit punitus ab imperatore* (*sultano*) *martyr efficitur*, etc. *Non ergo ex passione certa est justitia, sed ex justitia passio gloriosa est; ideoque Dominus, ne quisquam in hac re nebulas offunderet imperitis, et in suorum damnatione meritorum laudem quæreret martyrum, non generaliter ait: « Beati qui persecutionem patiuntur; » sed addidit magnam differentiam, qua vera a sacrilegio pietas secernatur. Ait enim: « Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam. » Nullo modo autem* (*patiuntur*) *propter justitiam, qui Christi Ecclesiam diviserunt* (ut fecerunt schismatici Græci), *et cum ea, quasi simulata justitia conantur ante tempus a palea separari, ac frumenta ejus falsis criminationibus insectantur, dum ipsi ab ea potius, tanquam levissima palea, variis rumorum flatibus separati sunt.*

batur: et, Nihil, inquit, me a fide Christi separare poterit, desperata viri mutatione, Barbari blandimenta ut supervacanea omittunt, ad ingenitam et amicam sibi immanitatem se convertunt. Et Sichun quidem stat'm illum morte damnat. Sultanus autem, ut accepimus, ne occidatur, rogat, sed alio quodam modo de inobedientia puniatur. Non enim ille tam infestus erat Christianis (imo vero eorum neces dolenter ferre dicebatur) quam Sichun, mali illius pejus domicilium: hoc est, ipso dæmone pejor, filius perditionis, qui homicidæ patri suo obsequentissimus, Christianorum cædibus saturari nequibat, sed cruciabatur potius, quod non celeriter Christi nomen e terris eradere posset. Sententia igitur mortis inhibebatur; plagas autem quinquaginta, nervis bubulis nudato corpori Sichun jubebat imponi, quod ad tot verbera minime duraturum putaret, sed ante finem animam emissurum, ad vires humanas videlicet respiciens. Carnifices postquam seductum flagellarunt, et illi quidem plagarum, quas inferebant, numero defecerunt; athleta vero mentem in Deo quem desiderabat, defixam habens, cœleste auxilium imploravit, nihil abjectum nec dicens, nec faciens ob acerbitatem verberum, tyrannus magis accensus furiis et ira, quasi seipsum mollitiei et timiditatis coarguens, totidem alias infligi mandavit. Quod cum illi dicto citius exsequerentur, totum pavimentum sanguine rubescebat, et carnes dilaceratæ defluebant, fatiscentibusque compagibus, ossa patescebant. Patriarcha tanto cruciamento deficiens, et num. collabens jacebat, paulum adhuc spirans, et Barbaris tolerantia tam diræ verberationis stuporem commovebat. Deinde iterum quærunt, num sultani mandatis obtemperans, Christi fidem deserere, et cum ipsis communicare velit: libereque recusantem, ac dicentem, Nihil me a fide in Christum separare poterit, **761** in carcerem quemdam morte damnatis destinatum asportantes projiciunt, ut si non ex plagis, certe post gladio moriturum. Socii autem carceris (quorum erant non pauci ex Barbaris, alii alias ob causas capite damnati) humanitate quadam et miseratione ob naturæ consortium, non modica eum cura dignabantur, peritique hujusmodi affectuum medendorum, paulatim eum persanatis plagarum vulneribus restituerunt. Adhuc sub judicio mortis erat, cum Jacobitarum episcopus, quanquam prius ob sacrorum diversitatem eum odisset, interfectumque cupivisset, præter opinionem servatum conspiciens, nec humanæ id, sed divinæ virtutis monumentum existimans, ex eo ut athletam complecti omnique honore et observantia colere, et studiose victum quandiu in vinculis fuit, subministrare cœpit. Ac post intervallum longius Sichunti abrupta anima, ipse patriarcham a sultano impetratum e carcere eduxit, qui et Christianæ religionis colendæ potestatem dedit. Erat namque sultanus (ut docuimus) non sua sponte ad persecutionem propensus,

A ἢ ἀναιρεῖν, ἐξ ὧν περ οὐδεμία ὄνησις. Ὡς δὲ οὐδεμία τις αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἐκεῖνον κολακεύειν ὑπεφαίνετο ἐλπὶς, πάντα γὰρ ἐκεῖνος μᾶλλον ἕτοιμος ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑπομένειν ἦν, καὶ δημίων ἐξεκαλεῖτο χεῖρας, καὶ δεσμοὺς, καὶ στρεβλωτήρια ἐδόκει μᾶλλον ποθεῖν, καὶ, Οὐδὲν τῶν ὄντων, ἔλεγε, τῆς εἰς Χριστόν με δυνήσεται πίστεως ἀποστῆσαι· ἀπεγίνωσκον μὲν οἱ βάρβαροι τὴν μετάθεσιν, καὶ τὸ κολακεύειν ὥσπερ τι τῶν ἀχρήστων ἀπετίθεντο, ἐχώρουν δὲ ἐπὶ τὴν σύντροφον ὠμότητα καὶ φίλην, καὶ Σειχοῦν μὲν θάνατον εὐθὺς κατεψηφίζετο τοῦ πατριάρχου. Σουλτὰν δὲ ὡς ἐλέγετο, ἐδεῖτο μὴ ἀποκτιννύναι· ἀλλὰ τρόπον ἕτερόν τινα τῆς ἀπειθείας ἕνεκα κολάζειν. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἦν βαρὺς Χριστιανοῖς ἐκεῖνος, μᾶλλον δὲ ἐλέγετο καὶ ἄχθεσθαι ἀναιρουμένων, B ὅσον Σειχοῦν, τὸ τοῦ πονηροῦ πονηρότερον οἰκητήριον, ὁ τῆς ἀπωλείας υἱός· ὃς τῷ ἀνθρωποκτόνῳ πατρὶ πειθόμενος κατάκρας, κόρον οὐδένα κτεινομένων ἐλάμβανε Χριστιανῶν· ἀλλ' ἤχθετο μᾶλλον, ὅτι μὴ ταχέως τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα τῆς γῆς ἠδύνατο ἐξελαύνειν. Ἡ μὲν οὖν τοῦ ἀποκτείνειν ψῆφος ἐκωλύετο, πληγὰς δὲ ἐκέλευε Σειχοῦν ἐπὶ γυμνῶν τῶν σαρκῶν βουνεύροις ἐντείνειν πεντακοσίας. Ὤετο γὰρ οὐκ ἀντισχήσειν πρὸς τοσοῦτον πλῆθος, ἀλλὰ πρὶν εἰς τέλος ταύτας ἥκειν ἀπολείψειν αὐτὸν τὸ ζῆν, ὅσον εἰς τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν ἀποσκοπῶν. Ἐπεὶ δὲ οἱ δήμιοι διαλαβόντες ᾔκιζον, καὶ οἱ μὲν πρὸς τὸ πλῆθος ἔκαμνον τῶν πληγῶν, ὁ ἀθλητὴς δὲ τὸν νοῦν πρὸς ὃν ἐπόθει Χριστὸν εἶχε, C καὶ τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν ἐξεκαλεῖτο, οὐδὲν ἀγεννὲς οὔτε πράττων, οὔτε φθεγγόμενος πρὸς τὰς πληγὰς, ὁ τύραννος ἔτι μᾶλλον ἐξαπτόμενος ὑπὸ θυμοῦ, καὶ ὥσπερ ἑαυτοῦ μαλακίαν καὶ μικρολογίαν καταγνοὺς, καὶ ἑτέρας τοσαύτας ἐκέλευεν ἐντείνειν. Θᾶττον δὲ ἢ λόγος τὰ κεκελευσμένα πραττόντων τῶν δημίων, αἵμασι μὲν τὸ ὑποκείμενον ἅπαν ἔδαφος ἐφοινίσσετο, σάρκες δὲ κατέῤῥεον ἀποσπώμεναι, καὶ νεῦρα κατελείπετο καὶ ὀστέα γυμνὰ σαρκῶν. Ὁ πατριάρχης δὲ πρὸς τοσαύτην ἀπειπὼν τῶν δεινῶν ἐπιφορὰν, ἔκειτο μικρὸν ἐμπνέων, καὶ τοῖς Βαρβάροις ἔκπληξιν ἐνεποίει, ὅτι πρὸς τοσαύτας διαρκέσειεν αἰκίας. Ἔπειτα ἠρώτων αὖθις, εἰ μὴ τοῖς σουλτὰν προστάγμασιν εἴκων, τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀποστῆναι βούλοιτο, καὶ συμμετέχειν αὐτοῖς πρὸς τὴν θρησκείαν· D ὡς δ' ἐκεῖνος μετὰ παῤῥησίας ἀπηγόρευε, καὶ, Οὐδέν με τῆς εἰς Χριστὸν, ἔφασκε, πίστεως δυνήσεται ἀποστῆσαι, ἐπί τι δεσμωτήριον, ὃ τοῖς ἐπὶ θάνατον ἐξῄρητο κατεγνωσμένοις, φέροντες ῥιπτοῦσιν, ὡς εἰ μὴ νῦν ἐκ τῶν πληγῶν, ἀλλ' ὕστερον τὴν διὰ ξίφους σφαγὴν ὑποστησόμενον. Οἱ συνδεσμῶται δὲ, ἦσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι ἐκ βαρβάρων ἐφ' ἑτέραις δή τισιν αἰτίαις κατεψηφισμένοι ἀποθνήσκειν, φιλάνθρωπόν τι παθόντες, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν κατοικτείραντες, πρόνοιάν τε ἐποιήσαντο αὐτοῦ οὐ τὴν τυχοῦσαν· καὶ πρὸς θεραπείας τοιούτων παθημάτων ἐμπείρως ἔχοντες, ἀνεκτήσαντό τε διὰ χρόνου, καὶ τῶν ἐκ τῶν πληγῶν ἀπήλλαξαν τραυμάτων. Ἦν δὲ ἔτι ὑπὸ τὴν θανατηφόρον δίκην. Ὁ δὲ τῶν Ἰακώβου αἱρεσιωτῶν ἀρχιερεὺς, καίτοι πρότερον διὰ

A τὸ περὶ τὴν δόξαν διαφέρεσθαι ἀπεχθῶς πρὸς ἐκεῖνον ἔχων, καὶ ἡδέως ἂν ἰδὼν διεφθαρμένον, ὡς παρὰ δόξαν εἶδεν ὕστερον διασωθέντα, οὐ δυνάμεως ἀνθρωπίνης, θείας δὲ εἶναι τὰ γεγενημένα οἰηθεὶς, ὡς ἀθλητῇ τε προσεῖχεν ἐξ ἐκείνου, καὶ πᾶσαν προσῆγε τιμὴν καὶ θεραπείαν, καὶ τῶν ἐπιτηδείων τὴν χορηγίαν ἐποιεῖτο φιλοτίμως καθ' ὅσον χρόνον ἐδεσμεῖτο. Καὶ μετὰ χρόνον οὐκ ὀλίγον, Σειχοῦν τὴν ψυχὴν ἀποῤῥήξαντος βιαίως, αὐτὸς τὸν πατριάρχην ἐξῃτεῖτο παρὰ σουλτὰν, καὶ ἐξῆγε τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τὴν ἄδειαν τοῦ ἐμπολιτεύεσθαι τῷ Χριστιανῶν θρησκεύματι παρείχετο. Ἦν γὰρ δὴ, ὥσπερ ἔφημεν, ὁ σουλτὰν οὐκ οἴκοθεν ἐπὶ τὸν διωγμὸν κεκινημένος, ἀλλ' ὑπὸ Σειχοῦν καὶ παρὰ γνώμην ἐναγόμενος. B Διὸ καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν εὐθὺς ἐπέπαυτο, ἀτιμίαν μόνον Χριστιανῶν κατεψηφισμένος, τῆς τε ἄλλης ἰσοπολιτείας τοῖς βαρβάροις οὐ μεταδιδοὺς, ἀλλ' ἐν δοριαλώτων ἄγων μοίρᾳ, καὶ ἐπίσημόν τι χρῶμα φέρειν ἐν ταῖς στολαῖς προστεταχὼς, ἵν' εἶεν ἐκ τοῦ χρώματος κατάδηλοι ὄντες Χριστιανοὶ, τινὰ ὀνειδισμὸν ἐκ τούτου προστρίβεσθαι οἰόμενος αὐτοῖς. Τοῖς δὲ οὐκ ἀτιμότερον ἐκεῖνο δοκεῖ τὸ χρῶμα, ἢ τῶν Παύλου διὰ Χριστὸν στιγμάτων, οἷς αὐτὸς ἐκαλλωπίζετο. «Τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σώματί μου, λέγων, περιφέρω.» Λάζαρος δὲ ὁ πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως οὐκ ὀλίγον χρόνον μετὰ τὰς αἰκίας τὴν πιστευθεῖσαν ποίμνην διϊθύνας, πρεσβευτὴς ὑπὸ σουλτὰν ἐπέμφθη πρὸς βασιλέα Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον ὕστερον. Τὰ μὲν οὖν C κατὰ τὸν Ἱεροσολύμων ἱεράρχην οὕτως ἔσχεν ἄχρι τέλους ἀπ' ἀρχῆς. Ἰσίδωρος δὲ ὁ τὴν Βυζαντίων Ἐκκλησίαν μετὰ Ἰωάννην λαχὼν ἰθύνειν, ἄλλους τε οὐκ ὀλίγων πόλεων ἀρχιερεῖς ἐχειροτόνει, καὶ Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν, Θεσσαλονίκης. Ὃν ἐπεὶ εἰς τὴν λαχοῦσαν ἔδει στέλλεσθαι, ὁ βασιλεὺς γράμμασιν ἐφωδίαζε πρὸς τοὺς ἐν Θεσσαλονίκῃ ἄρχοντας, οἳ ἦσαν πρωτοσέβαστός τε ὁ Μετοχίτης Ἀλέξιος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης Παλαιολόγος, κελεύοντα τὸν ἀρχιερέα μετὰ πάσης εὐνοίας δέχεσθαι καὶ τιμῆς. Οἱ δὲ οὔτε τοῖς βασιλέως γράμμασιν ἐπείθοντο, οὔτε τὸν ἀρχιερέα εἰσεδέχοντο· ἀλλ' ἀναφανδὸν ἀπεῖπον τὸ ὑπὸ βασιλέα εἶναι· πρόφασιν μὲν ὡς τῷ Παλαιολόγῳ βασιλεῖ προσκείμενοι, καὶ διὰ τοῦτο Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ πολεμοῦντες, ἐκεῖνον ἀφῃρη- D μένῳ τὴν ἀρχήν· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἑαυτοῖς ἰδίᾳ τὴν Θεσσαλονικῆς ἀρχὴν περιποιοῦντες. Συνιδόντες γὰρ ὡς οὔτε βασιλεῖ ῥᾴδιον αὐτοῖς ἐπιέναι διὰ τὸ Μακεδονίαν πλὴν Θεσσαλονίκης ἤδη πᾶσαν ὑπὸ Κράλη ἔχεσθαι, καὶ μεγάλης δεῖσθαι τῆς παρασκευῆς, εἰ μέλλοι διὰ πολεμίας τε ἰέναι, καὶ ἐν μέσῃ στρατοπεδεύεσθαι πολεμίᾳ αὐτοὺς πολιορκοῦντα, ἃ ἐνόμιζον ἀδύνατα, τόν τε Κράλην οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, τὴν φίλην προησόμενον ζωὴν ὑπὲρ τοῦ κύριον Θεσσαλονίκης εἶναι, ἐσκέψαντο βασιλέα μὲν ἀπωθεῖσθαι, καὶ μὴ ὑπ' αὐτὸν τελεῖν, ἀπειλεῖν τε, εἰ μὴ ἐφῇ ἡσυχάζειν, ὡς παραδώσουσι Τριβαλλοῖς τὴν πόλιν. Κράλην δὲ φε-

sed a Sichunte vel nolens eo inducebatur; idcirco et post obitum illius statim cessavit, et infamia duntaxat Christianos damnavit. Nam civilibus eos functionibus excludens, atque in captivorum loco habens, certi coloris vestitum pro signo gestare jussit, unde pro Christianis agnoscerentur, quoddam probrum illis hac ratione se inusturum arbitratus. Verum ipsis color ille non est visus ignominiosior, quam Paulo propter Christum stigmata, quibus condecorabatur. « Ego, inquit, stigmata Domini nostri Jesu Christi in corpore meo porto[1]. » Lazarus porro sanctæ civitatis patriarcha, cum post flagellationem creditum sibi gregem diu pavisset, a sultano postea legatus ad imperatorem Joannem Palæologum missus est. Res igitur Hierosolymorum antistitis ab initio ad finem ejuscemodi fuerunt. Isidorus vero, qui Ecclesiam Byzantinam post Joannem moderandam accepit, et alios non paucarum urbium, et Gregorium Palamam Thessalonicæ episcopum consecravit. Quem ad Ecclesiam quam sortitus erat, profecturum, imperator litteris ad præfectos Thessalonicenses Alexium Metochiten protosebastum, et Andream Palæologum mensæ imperatoriæ præfectum, tanquam viatico instruxit.

762 Iis mandabatur, uti episcopum summa benevolentia summoque honore susciperent. Ast illi nec litteris imperatoriis paruerunt, nec episcopum susceperunt, palam negantes, se imperatori obstrictos: in speciem quidem ac si Palæologi partium essent, atque ideo Cantacuzeno, qui eum imperio spoliasset, rebellarent: vere autem, ut Thessalonicam sibi acquirerent. Nam cum scirent, nec imperatori expeditum esse, eorum conatus armis comprimere (quando jam Macedoniam universam, Thessalonica excepta, Crales occupasset), et requisitum iri apparatum ingentem, si per terram hostilem transiens, in ejus medio castrametaretur, ipsosque obsideret, quæ fieri non possint: Cralem insuper non pecuniam modo, sed ipsam quoque, si dici potest, animam, qua nihil ei charius, præ Thessalonica spreturum, imperatoris jugum excutere, ac nisi eos missos faceret, Triballis urbem addicturos minari decreverunt. Crali autem verba dare, nempe cum a Romanorum imperatore descriverint, facile ad illum transituros: et idcirco suadere illi, ne se armis potius cogere, quam æquitate animi et lenitate allicere conetur. Sic cum utrumque, alterum per alterum repulerint, ipsi civitatem sibi vindicare, eaque frui. Et processerunt illis ad tempus doli. Gregorius Palamas Thessalonicensium episcopus a præfectis non admissus, revertens in Lemno insula consedit; cui ab imperatore qua par fuit cura prospectum est. Præfecti vero Thessalonicæ, in primisque Palæologus, Zelotas circum se habens, civibus propter exempla præcedentia terrori erat, omnesque præ metu illi se submittentes, contra mussitare non audebant. Hinc etiam paulo

[1] Galat. VI, 17.

post, cum imperator humanitate et beneficentia urbem sibi conciliare cuperet (armis enim compelli non poterat), et super beneficiis publice privatimque conferendis edicta mitteret, Palæologus Zelotis, quorum audacia a nullo facinore abhorrebat, adjuvantibus, ea in foro combussit; qua de re paulo infra disseretur.

A ναχίζειν, ὡς ἐπειδὴ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἀφεστήκασι, ῥᾳδίως προσχωρήσουσιν αὐτῷ· καὶ διὰ τούτου πείθειν μὴ μᾶλλον πολεμεῖν, ἢ εὐγνωμοσύνῃ καὶ ἐπιεικείᾳ προσάγεσθαι πειρᾶσθαι, καὶ οὕτως ἑκατέρους δι' ἀλλήλων ἀποκρουομένους, τὴν πόλιν αὐτοὶ καρποῦσθαι· ἃ ἀπέβαινεν αὐτοῖς κατὰ γνώμην ἐπὶ χρόνον. Γρηγόριος μὲν οὖν ὁ Θεσσαλονίκης ἀρχιερεὺς, ἐπεὶ μὴ εἰσεδέχετο παρὰ τῶν ἀρχόντων, εἰς Λῆμνον διέτριβεν ἀναστρέψας, καὶ προνοίας παρὰ βασιλέως τῆς δεούσης ἠξιοῦτο. Οἱ δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ ἄρχοντες, καὶ μάλιστα Παλαιολόγος, τὸ ζηλωτικὸν ἔχων περὶ ἑαυτὸν, φοβερὸς τοῖς ἄλλοις πολίταις ἦν ἐκ τῶν πρότερον παραδειγμάτων, καὶ πάντες ὑπεπτήχεσαν, καὶ οὐδὲν ἐτόλμων ἀντιγρύζειν. Διὸ καὶ μετὰ μικρὸν βασιλέως ἐπιεικείᾳ καὶ εὐεργεσίαις προσάγεσθαι τὴν πόλιν βουλομένου, βιάζεσθαι γὰρ τοῖς ὅπλοις οὐκ ἐξῆν, καὶ θεσπίσματα πέμψαντος ἐπ' εὐεργεσίαις κοιναῖς τε καὶ ἰδιωτικαῖς, ὁ Παλαιολόγος τῶν πάντα τολμώντων συνεφαπτομένων ζηλωτῶν, ἐπὶ μέσης κατέκαυσε τῆς πόλεως. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον εἰρήσεται ὀλίγῳ.

763 CAPUT XVI.

Callistus fit patriarcha; approbatur ab episcopis. In gratiam imperatoris electio. Imperator monachismum cum uxore meditatur. Philotheo Heracleensi episcopo in monasterio Mamantis se subjicere cogitat. Duo se illi socii adjungunt. Monasterium in Manganis eligunt. Litteræ supplices Thessalonicensium. Protosebastus a Palæologo discedit, quem cives urbe pellunt. Zelotæ conantur urbem Crali prodere, qui ipsos et cives corrumpit. Imperator auxilium promittit. Barbarorum mos. Mertzianes submissus ab Orchane ad cædem Palæologi imperatoris deprehenditur. Imperatrix filium Thessalonicæ relinqui non vult.

Per id tempus Isidoro patriarcha rebus mortalibus exempto, qui thronum annis decem tenuerat (6), et gregem divino ardens amore paverat, imperator Callistum in ejus sede collocat. Hic post secessum a mundana vita, in monasterium Iberorum apud montem Atho se abdiderat. Quem ut virtutis æmulum, et ad ministerium tale idoneum audivit, missa triremi Byzantium adduxit. Eam electionem episcopis indigne patientibus, quanquam non omnibus, et aliis alium nominantibus, data sollicite opera, imperator ad consensum omnes impulit; ita Callistus cæteris omnium calculis prælatus est. Verum enimvero imperator et alias, et per tempus belli, cum seditionibus Romanorum exagitatus haud volens, sed necessitate adactus arma tractaret, et direptionibus vacaret (aliter quippe servare se cum suis nequaquam potuisset), molestiis exsolvi cupiens, et vitam procul negotiis beatissimam reputans, tandemque post adeptum imperium nascentes inde turbas et curarum moles intoleranter sustinens, ac genus vivendi placidum minimeque negotiosum suspirans, cum Irene uxore sensa sua communicat; statuuntque ambo, translato in generum imperio, nuntium rebus humanis mittere, monachorumque instituta sectari. Et convenit, ipsam quidem ad monasterium Marthæ (ea Michaelis primi Palæologi soror fuit) ut imperatori ex hæreditate materna debitum (7) concedere, et illic monacharum indutam habitu, quod restaret vitæ consumere: ipsum autem Philotheo Heracleæ in Thracia episcopo

B Τότε δὲ ἐπεὶ Ἰσίδωρος ὁ πατριάρχης ἐτεθνήκει, τοῖς θρόνοις ἐπ' ἔτεσι ἐνδιαπρέψας, καὶ τὸ ποίμνιον ποιμάνας θεοφιλῶς, τὸν Κάλλιστον ὁ βασιλεὺς τοῖς πατριαρχικοῖς θρόνοις ἐφιστᾷ, τῇ κατὰ τὸν Ἄθω μονῇ τῶν Ἰβήρων μετὰ τὴν ἐκ τοῦ κόσμου ἀναχώρησιν ἐνδιατρίψαντα. Ὃν ἐπεὶ ἐπύθετο ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι, καὶ πρὸς τὴν τοιαύτην διακονίαν εἶναι ἐπιτήδειον, ἤγαγεν εἰς Βυζάντιον τριήρη πέμψας. Ἀχθομένων δὲ τῶν ἀρχιερέων πρὸς τὴν αἵρεσιν, οὐ πάντων, καὶ ἄλλων ἄλλον προβαλλομένων, σπουδὴν πολλὴν εἰσενεγκὼν, πάντας ἔπειθεν ὁ βασιλεὺς συνθέσθαι, καὶ ἐχειροτονεῖτο τῶν ἄλλων προκριθείς. Ὁ βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον, καὶ κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, ἐπεὶ ὑπὸ Ῥωμαίων κατεστασιάσθη, ἄκων μὲν καὶ πρὸς ἀνάγκην πολέμοις προσέχων καὶ λεηC λασίαις, ἄλλως γὰρ αὐτόν τε καὶ τοὺς συνόντας οὐδαμῶς διασώζεσθαι ἐνῆν, ἡδέως δὲ ἔχων πραγμάτων ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τοῦ παντὸς τιμώμενος τὸ συζῆν ἀπραγμοσύνῃ, καὶ ὕστερον μετὰ τὸ τῶν πραγμάτων ἄρξαι ἀχθόμενος πρὸς τὸν θόρυβον τὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, καὶ βίου γαληνοῦ, καὶ ἀπράγμονος ἐρῶν, ἐσκέψατο μετὰ Εἰρήνης βασιλίδος τῆς γυναικὸς, τὴν μὲν βασιλείαν γαμβρῷ τῷ βασιλεῖ παραδοῦναι, αὐτοὺς δὲ ἀναχωρεῖν τῶν πραγμάτων, καὶ μοναχῶν ἑλέσθαι βίον. Καὶ βασιλίδα μὲν συνέθεντο τὴν Εἰρήνην πρὸς τὸ τῆς Μάρθας προσαγορευόμενον μοναστήριον, ἣ βασιλέως ἦν ἀδελφὴ τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων Μιχαὴλ, γενέσθαι ὡς βασιλεῖ προσῆκον ἐκ πρώτου κλήρου, καὶ μοναχῶν ἐνδυσαμένην σχῆμα, τὸν ἐπίλοιπον βίον διανύειν· βασιλέα δὲ τῷ τῆς Ἡρακλείας ἐπισκόπῳ τῆς ἐν Θρᾴκῃ Φιλοθέῳ ὑποτάξαντα ἑαυ-

Jacobi Pontani notæ.

(6) Lacuna est in Græco longior quam opus videatur. Nam quod sequitur, ἐνδιατρίψας, declarat nihil omissum, præter annorum numerum, quibus Isidorus patriarcha sedem Byzantinam obtinuit.

(7) Cum in Græco sit, ἐκ πατρῴου κλήρου, *ex paterna sorte, seu hæreditate,* legendum puto, ἐκ μητρῴου κλήρου, *ex materna hæreditate*; fuit enim Martha hæc soror Michaelis primi Palæologi, proavia Cantacuzeni materna.

missa secum auferens, si ad urbem occupandum operam viriliter contulisset. Jamque imperator ut Berrhœam noctu iret se comparabat, mandans navarchis, triremes instruerent, et barbaros simul ducentes, in fluvium quemdam perennem, non admodum Berrhœa procul manantem, ex composito venirent, ibique se exspectarent. Ipse vero tum ex Thessalonica præsidium, tum qui e Byzantio se sequentes, non paucos inde equos conquisierant, ducens ex continente Berrhœam, imperatore juniore Thessalonicæ relicto, petebat. Berrhœa autem, etsi jam antea multi degerent Triballi, a Crale eo habitatum missi, non milites modo, verum etiam homines copiosi, tum propter cæteram commoditatem (nihil siquidem eorum quæ urbem aliquam beatam faciunt, illic deest), tum quia ampla est, multisque incolis frequens, non plebeia solum turba, sed et militibus et optimatibus, quorum plures, vel omnes potius Crales ea occupata expulit, nihilo minus adhuc ejus defectionem timens, non paucos milites et nobiles aliquot ibi stabili sede collocarat. Arces porro construxit duas. Ac omnino quidem perfectæ, ad portam quæ Regia dicitur, Germanos præsidiarios imposuit: altera etiamnum præsidio carebat; non enim tam arx, quam parva urbs in magna erat (10). Parte enim non exigua de ambitu prioris urbis abscissa, muro eam discludebat, solo æquatis ædibus, et turres erigebat, post unam maximam tres minores, murorumque inter turres crassitudine illis respondentium duplicia propugnacula, seu pinnas faciebat, ut si opus foret, ab una in alteram facile commearent milites: et si arx forte caperetur, custodes ab hostibus æque intus ac foris nihil læderentur. Hanc igitur arcem sic institutam ad finem perducere non potuit, sed conveniens altitudo turribus adhuc deerat. Propter causas igitur a me positas, magna et bellicosa Triballorum vis Berrhœam incolebat: et tunc propter infestum imperatoris adventum non pauci in vicis habitantes, quod et se invasum iri metuerent, eo confluxerant, custodiebaturque urbs noctu et interdiu vigilanter, et ad hostem propulsandum sese instruebant. Quæ cum et imperator exploratissime sciret, non aperte eos aggrediebatur, quod se ad tam multos expugnatione subigendos viribus imparem nosset, sed ad furta se convertebat potius, non parum et incolis confisus; 772 nempe si se intus esse cognoverint, simul in hostes surrecturos, bellumque secum confecturos. Itaque magnopere studens, ne in Triballos ire nosceretur, ex compacto cum exercitu ad flumen venit. Triremes autem nondum aderant. Cum enim essent ad ostium fluminis, e mari atque e fluvio in modum aggeris aggesto luto (ut amat accidere), aditus ad transeundum obtineri non poterat: et navarchi ad naves expediendas

Jacobi Pontani notæ.

(10) Græce festivius propter παρωνομασίαν.

nullam machinam inveniebant, tantumque occasionem talem rei bene gerendæ elabi dolebant. Sciebant quippe, nec imperatorem sine ipsis Berrhœam invasurum : sed diluculo agnitum, Thessalonicam repetere coactum iri. Imperator similiter ad fluvium consistens, nondum adesse triremes dolenter ferebat, causamque absentiæ ignorabat : et ne cœpta in nihilum caderent, si dies intervenisset, etiam ipse verebatur. Interea dum classiarii hærent, quid agant, desubito exæstuans mare, et aliquandiu fluctuans, naves placido ac leni impetu in flumen promovet, citoque cum imperatore conjuncti, quam iniquo casu impediti fuissent, commemorabant. Imperator hæc non fortuna, sed divina providentia fieri existimans, ad negotium transigendum, ut Deo opitulante, confirmabatur, et quam celeriter licebat, cum gravi levique armatura et barbaris Berrhœam properabat, relictis ad custodiam triremium quot sufficere arbitrabatur. Euntem Merzelatus occurrens ad festinandum acuebat, quod diceret, omnia se confecisse, et scalas faciendas sociis commisisse. Cum ab oppido propius abessent, imperator rursus Merzelatum mittit, visum, ecquid scalæ sint confectæ. Refert ille, nullas esse confectas. Imperator iterum ancipiti cogitatione turbari. Tum qui illi erant proximi aptare in sylvis trabes, altitudinem muri æquantes (una enim in expeditione versabantur Berrhœotarum primarii, a Crale in exsilium acti, magnanimitate et fidentia nihil reliquis de imperatoris agmine concedentes, prompteque ad omnia præservientes, et ad patriam occupandam studium suum accommodantes), et quoniam clavi non suppetebant, funibus ex tabernaculo imperatoris usi, quaternas scalas brevi componere, quas cataphracti, et quidam levis armaturæ tollentes, Berrhœotis cum Merzelato ducibus, muris applicuerunt, oppidanis ad unum ignorantibus : ipsique primi, deinde utriusque armaturæ milites ascenderunt. **773** Imperator ut suos intus esse comperit, divisis copiis, ipse Romanos, equites peditesque ducens ad scalas processit : barbaros cum reliquis Romanis arcem adoriri jussit, ut pluribus ex partibus invadentes, terrorem indigenis afferrent. Qui intus jam erant milites, primum quidem in quosdam custodes incidentes, eos comprehendebant, mortemque interminabantur, si vocem ederent. Deinde cum ad portam Opsiccejanam venissent, alios custodes, eosdemque cives offenderunt, quos ad se juvandos, vectesque diffringendos hortati sunt. Dictum ac factum. Illi portis apertis imperatorem intromittunt. Qui optimatum paucos apud portam secum retinens, alios introrsus ire et cum Triballis hostibus dimicare jussit : ad quos perdendos soli incolæ sat multi erant. Ut enim intra mœnia imperatorem esse cognoverunt, acclamatione fausta eum prodente omnibus, statim in Triballos irruentes, facultates illorum diripiebant, et forte occurrentes capiebant. Triballi urbem ca-

A κατεργάσονται αὐτῷ τὸν πόλεμον. Ὁ μὲν οὖν πρόνοιαν πολλὴν ποιούμενος τοῦ μὴ κατάδηλος εἶναι Τριβαλοῖς ἐπιστρατεύων, ἦλθεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν κατὰ τὸ σύνθημα. Αἱ τριήρεις δὲ οὔπω παρῆσαν. Γενόμεναι γὰρ πρὸς τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ, οἷα φιλεῖ συμβαίνειν, ὑπό τε τῆς θαλάττης καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐξωθουμένης τῆς ἰλύος προσχοῦσθαι κατὰ τὴν εἰσβολὴν, ἠδυνάτουν πρὸς τὴν εἴσοδον· καὶ μηχανὴ τοῖς ναυάρχοις οὐδεμία ἐξευρίσκετο, ἀλλὰ μόνον ἤχθοντο τοιαύτης πράξεως ἀπολλυμένης. Ἤδεισαν γὰρ οὐδὲ βασιλέα χωρὶς αὐτῶν ἐπιστρατεύσοντα Βεῤῥοίᾳ, ἀλλ' ἅμα ἕῳ κατάδηλον γενόμενον, ἀναγκασθήσεσθαι εἰς Θεσσαλονίκην ἀναστρέφειν. Βασιλεύς τε ὁμοίως ἠγανάκτει ἐφεστὼς τῷ ποταμῷ, ὅτι μὴ παρῆσαν αἱ τριήρεις· τὴν αἰτίαν δὲ τῆς ἀπολεί-
B ψεως ἠγνόει, καὶ ἀπόλλυσθαι τοιαύτην πρᾶξιν ὑπενόει καὶ αὐτὸς, εἰ ἐπιγένοιτο ἡμέρα. Ἐν ὅσῳ δὲ οἱ ἐν ταῖς τριήρεσι περὶ τοῦ ὅ τι χρὴ πράττειν διηπόρουν, ἀθρόον πλημμυρήσασα ἡ θάλασσα, καὶ κυμήνασα ἐπὶ μικρὸν, ἡμέρῳ καὶ προσηνεῖ ῥοθίῳ παρέπεμπε τὰς ναῦς ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ ἐν ὀλίγῳ βασιλεῖ συμμίξασαι, διηγοῦντο τὸ κατὰ τὴν διάβασιν, ὥσπερ ἐξαίσιον συμβεβηκός. Βασιλεύς τε οὐ κατὰ τύχην, ἀλλὰ προνοίᾳ θείᾳ τὰ τοιαῦτα συνεσκευάσθαι οἰηθεὶς, μᾶλλον ἐπεῤῥώσθη πρὸς τὴν πρᾶξιν, ὡς Θεοῦ συναιρομένου· καὶ ᾗ τάχους εἶχε, τούς τε ὁπλίτας, καὶ ψιλοὺς, καὶ τοὺς βαρβάρους τῶν νεῶν ἐξαγαγὼν, ἐχώρει πρὸς Βέῤῥοιαν σπουδῇ, ἐπὶ τὴν φυλακὴν τῶν νεῶν καταλιπὼν ὅσους ᾤετο ἀρκέσειν. Μεταξὺ δὲ πορευομένῳ καὶ ὁ Μαρζελάτος
C παραγενόμενος, ἐπέσπευδε πρὸς τὴν πορείαν. Πάντα γὰρ αὐτῷ ἔφασκεν ἠνύσθαι, καὶ τοῖς ἑταίροις ἐπιτετραφέναι τὴν τῆς κλίμακος κατασκευήν. Ἐπεὶ δὲ ἦσαν οὐκ ἄπωθεν τῆς πόλεως, βασιλεὺς μὲν αὖθις ἔπεμπε Μαρζελάτον ἰδεῖν, εἰ κατεσκεύαστο ἡ κλίμαξ. Ὁ δὲ ἐπαναστρέψας, μηδεμίαν ἔφασκε κατεσκευάσθαι κλίμακα, καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς ἐν ἀπόροις ἦν. Οἱ περὶ αὐτὸν δὲ ξύλα τεμόντες ἐκ τῆς λόχμης τῷ τείχει ἰσομήκη (συνεστρατεύοντο γὰρ Βεῤῥοιωτῶν οἱ μάλιστα ἐν λόγῳ ὑπὸ Κράλη φυγαδευθέντες, πρὸς εὐψυχίαν καὶ τόλμαν οὐδενὸς λειπόμενοι τῶν συνόντων βασιλεῖ· οἳ καὶ μάλιστα προθύμως πρὸς πάντα ὑπηρέτουν, καὶ πρὸς τὴν τῆς πατρίδος ἐσπούδαζον κατάληψιν), ἐπειδὴ ἥλων οὐκ
D εὐπόρουν, τοῖς ἐκ τῆς βασιλικῆς σκηνῆς χρησάμενοι καλωδίοις, κλίμακας κατεσκεύασαν τέτταρας ἐν βραχεῖ, ὁπλῖται δὲ καὶ ἐκ τῶν ψιλῶν ἄραντες αὐτὰς, Βεῤῥοιωτῶν ἡγουμένων μετὰ Μαρζελάτου, τοῖς τείχεσι προσήρεισαν, μηδενὸς εἰδότος τῶν ἔνδον πολιτῶν· καὶ αὐτοὶ ἀνέβαινον πρῶτοι, ἔπειτα καὶ ἐκ τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ψιλῶν. Βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ᾐσθάνετο ἔνδον ὄντας τοὺς οἰκείους, αὐτίκα τὸ στράτευμα διῄρει, καὶ Ῥωμαίους μὲν ἔχων αὐτὸς ἱππέας καὶ πεζοὺς, ἐπὶ τὰς κλίμακας ἐχώρει, τὸ βαρβαρικὸν δὲ μετὰ Ῥωμαίων τῶν ἐπιλοίπων ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἐκέλευε χωρεῖν, ὥστε καταπλήττειν πολλαχόθεν προσβαλόντας. Οἱ ἔνδον δὲ γενόμενοι στρατιῶται, πρῶτα μὲν φύλαξί τισι περιτυχόντες, συνελάμβανον, καὶ σιωπᾶν ἐκέλευον, ἢ ἠπείλουν ἀποκτείνειν.

Ἔπειτα ἐλθόντες ἐπὶ πύλην τὴν Ὀφικκιανὴν προσαγορευομένην, ἑτέροις ἐνέτυχον φύλαξι πολίταις, οὓς ἐκέλευον συμπράττειν σφίσι, καὶ καταῤῥηγνύναι τοὺς μοχλούς· θᾶττον δὲ ἢ λόγος ἐκεῖνοι τὰς πύλας διανοίξαντες, εἰσεδέχοντο βασιλέα. Ὁ δὲ, τῶν ἀρίστων ὀλίγους πρὸς ταῖς πύλαις κατασχὼν περὶ αὐτὸν, τοὺς ἄλλους ἔνδον ἐκέλευε χωρεῖν, καὶ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις. Τοὺς δὲ καὶ μόνοι ἤρκουν διαφθείρειν οἱ ἐγχώριοι. Ὡς γὰρ ᾔσθοντο ἔνδον ὄντα βασιλέα, τῆς εὐφημίας πᾶσι ποιούσης δῆλον, ἐπέθεντο αὐτίκα Τριβαλοῖς, καὶ τά τε ὄντα διήρπαζον, καὶ συνελάμβανον εἴ που περιτύχοιέν τινι. Οἱ Τριβαλοὶ δὲ, ἐπεὶ ᾐσθάνοντο ἑαλωκυῖαν Βέῤῥοιαν, πρῶτα μὲν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας συνέθεον πανταχόθεν ὡπλισμένοι, ὡς ἢ ἀμυνούμενοι ἂν ἐξῇ, ἢ τὰς πρὸς τῇ ἀκροπόλει πύλας διανοίξαντες ἀποδιδράσκοιεν. Τῶν βαρβάρων δὲ ἀλαλαξάντων ἔξωθεν τῆς ἀκροπόλεως, αὐτίκα πᾶσαν ἐλπίδα σωτηρίας ἀπογνόντες, τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες, εἰσῄεσαν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, παῖδας καὶ γυναῖκας ἔχοντες, τῶν δὲ ἄλλων οὐδένα λόγον ἐποιοῦντο. Ὄντων δὲ πολλῶν, τριάκοντα γὰρ ἦσαν τῶν εὐπατριδῶν ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, οἳ στρατιωτῶν πάντες ἦρχον, στρατιῶται δὲ πεντακόσιοι καὶ χίλιοι, ἐπεὶ τὰ τῆς ἀκροπόλεως τείχη καὶ οἱ πύργοι ἦσαν ἀτελεῖς, οἱ μὲν ἄρχοντες ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰς ἕνα τῶν πύργων ὕψους ἱκανῶς ἔχοντα εἰσῄεσαν· τὸ δ' ἄλλο τῶν στρατιωτῶν πλῆθος, οἱ μὲν συνελαμβάνοντο αὐτίκα· οἱ δὲ πρὸς τὰς οἰκίας κατεκρύπτοντο παρὰ τοὺς φίλους. Οἱ Γερμανοὶ δὲ τὴν ἑτέραν εἶχον ἀκρόπολιν καθ' ἑαυτούς, ἣ πρὸς τῇ βασιλικῇ καλουμένῃ πύλῃ ἦν· ἄλλο δέ τι πλῆθος ἀχθοφορούντων, ὡς ἐλέγετο ὑπὲρ μυρίους ὄν, ἐκ πάσης τῆς ὑπὸ Κράλην γῆς ἠγμένον ἐπὶ τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἀκροπόλεως, ἔξω αὐλιζόμενον τειχῶν, ὡς ᾔσθετο τοὺς βαρβάρους, ἔτι δοκῶν μεγάλων προσερηρεισμένων τοῖς τείχεσιν, ἐπὶ λίθων καὶ τῆς ἄλλης ὕλης ἀνολκήν, δι' αὐτῶν εἰσρυέντες, διεσώθησαν ἐντὸς τῆς πόλεως. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ᾔσθετο ἤδη κατὰ κράτος τὴν πόλιν ἐχομένην, ᾔει καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, εὐφημούμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ προπεμπόμενος· γενόμενος δὲ ἐκεῖ, πάντα μὲν εὕρισκεν ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ τῆς στρατιᾶς διηρπασμένα· τοὺς βαρβάρους δὲ πέμψας ἐκώλυσε, μὴ εἰσελθεῖν ἐντὸς τῆς πόλεως, ἵνα μή τι ὑπ' αὐτῶν κακουργηθῇ, ὡς πολέμῳ τῆς πόλεως ἑαλωκυίας. Ἔπειτα τοῖς Τριβαλοῖς, τοῖς ἐν τῷ πύργῳ ἐκέλευεν ἐξιέναι, δεξιὰν διδούς, ὡς οὐδὲν παρ' αὐτοῦ πείσονται δεινόν. Οἱ δ' αὐτίκα ἐξιόντες προσεκύνουν· πάντες γὰρ τῶν φίλων ἦσαν. Γερμανοὶ δὲ ἀντεῖχον πρὸς τὸν δῆμον καὶ τοὺς ἐκ τῶν τριήρεων ὁπλίτας μαχομένους, ἄχρις οὗ βασιλεὺς ἐγένετο καὶ πρὸς αὐτούς· αὐτίκα δὲ καὶ αὐτοὶ ἐκλιπόντες τὴν ἀκρόπολιν προσεχώρουν. Ἦσαν δὲ ἐκεῖνοι, οἳ μετὰ βασιλέως, ὅτε πρὸς Βέῤῥοιαν τὸ πρῶτον ἧκε Κράλη προστάττοντος συνεστρατεύοντο, οἷς ὁ βασιλεὺς μεγάλας ᾔδει χάριτας τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας τότε· οὐ γὰρ ὑπέμειναν, καίτοι ὑπὸ Κράλη κελευόμενοι, ἐκλιπεῖν αὐτὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ στρατευόμενον, ἀλλὰ καίτοι πολλῶν κινδύνων περισχόντων, ὅμως ἄχρι Βεῤῥοίας εἵποντο προθύμως. Δι' ἃ

A plam animadvertentes, primum ad præfectos cum armis undique concurrerunt, ut eos defenderent, si possent, aut portis apud arcem apertis aufugerent. Barbaris autem extra arcem lætum vociferantibus, statim salute funditus desperata, ab equis descendentes, cum liberis et uxoribus, cæteris neglectis, in arcem confugerunt. Cum porro multi essent præfecti militum (triginta videlicet nobiles, habentes uxores ac liberos, milites autem mille quingenti), quoniam arcis muri et turres nondum extremam manum acceperant, præfecti cum conjugibus et filiis in unam turrim satis altam se abdiderunt; de militibus alii quidem mox comprehendebantur, alii in ædibus ab amicis occultabantur. Germani alteram arcem, quæ ad portam re-
B giam erat, soli tuebantur: alia multitudo, operariorum, ut ferebatur, plus decem millia, ex tota Cralis provincia ad arcis ædificationem collecta, extra muros manens, ubi barbaros sensit, etiam tum trabibus magnis ad muros applicitis (lapidibus reliquæque materiæ sursum attrahendæ videlicet), per eas in urbem scandentes servati sunt. Quam ut jam vi ac virtute occupatam cognovit imperator, et ipse ad arcem acclamante ac deducente populo profectus, ibi omnia et a plebe et a militibus direpta invenit; misitque, et barbaros urbis ingressu prohibuit, ne quid ei, ut bello captis solet, noceretur. Deinde Triballos, qui **774** se in turrim condiderant, exire jussit, data fide pu-
C blica, nihil mali perpessuros. Qui protinus egressi, omnes eum adorarunt; erant siquidem amici omnes. At Germani populo, et qui ex triremibus venerant, cataphractis resistebant, quoad imperator accessit; tum enim confestim arce deserta se dediderunt. Atque hi ipsi illi erant, quos ei primum Berrhœam petenti Crales socios adjunxerat; quibus tunc imperator magnas de benevolentia gratias egit. Non enim quamvis id Cralés mandasset, Thessalonicæ in castris ipsum deseruerant, sed per media multaque discrimina usque Berrhœam cupide secuti fuerant. Qua de causa imperator etsi captivos benigne et humaniter eos habuit et cum equis atque etiam cum armis, donato viatico, ad Cralem dimisit. Cæteros milites omnes
D extra triginta præfectos, contentos indumentis, pedibus abire domum voluit; equi namque ab exercitu direpti erant; reliquam colluviem, bajulorum nimirum ac fossorum, longius ab urbe, jussu imperatoris abductam, ne a barbaris spoliarentur, milites dimiserunt. Cum autem et triginta illos honorifice vellet dimittere, se retineri rogaverunt, ne apud ipsorum principem per calumniam accusarentur, seseque volentes cum urbe tradidisse viderentur. Paulo post alii quidem domos suas imperatoris permissu petiverunt; aliis fuga placuit; nonnulli Thessalonicam ducti, inde fugiebant; nec enim in carceribus concludebantur, sed in monasteriis sine vinculis custodiebantur. Talia apud Berrhœam acciderunt, feliciore

imperatore quam sperari poterat, et tot hostium uno die victore ac domino, sine sanguine. Nemo enim vel Romanus, vel Triballus occubuit; unus barbarus a Romanis interemptus narrabatur. Barbari, postquam ex urbe capta nihil prædarum acquisierunt (nec enim eos imperator sinebat ingredi), subjectam Crali regionem ut sibi incursare liceret oraverunt. Permittente imperatore, vim maximam pecoris, homines paucos abegerunt, quod illi opacis ac nemorosis locis facile eorum manus effugerent.

αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, καίτοι αἰχμαλώτοις γεγενημένοις ἡμέρως ἐχρήσατο καὶ προσηνῶς, καὶ ὅπλα παρασχόμενος, καὶ ἵππους, ἔτι δὲ καὶ ἀργύριον προσθεὶς, ἀπέπεμπεν ἐπὶ Κράλην. Τοὺς δὲ ἄλλους στρατιώτας ἅπαντας, πλὴν τριάκοντα τῶν ἀρχόντων, ἠμφιεσμένους ἐκέλευε πεζῇ ἀναχωρεῖν εἰς τὴν οἰκίαν· οἱ γὰρ ἵπποι διηρπάσθησαν ὑπὸ τῆς στρατιᾶς· καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος ἅπαν τὸ ἀχθοφορικὸν οἱ στρατιῶται μακρὰν τῆς πόλεως ἀπαγαγόντες, ἀπέλυον κελεύσαντος βασιλέως, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν βαρβάρων διαρπασθῶσιν. Οἱ τριάκοντα δὲ βασιλέως ἐντίμως βουλομένου ἀπολύειν, ἐδεήθησαν κατέχεσθαι, ἵνα μὴ πρὸς τὸν σφέτερον δυνάστην διαβληθῶσιν, ὡς τὰ βασιλέως ᾑρημένοι, καὶ ἑκόντες ὄντες δόξωσι σφᾶς τε παραδεδωκέναι καὶ τὴν πόλιν. Μετὰ μικρὸν δὲ, οἱ μὲν ἀπῇεσαν εἰς τὰς οἰκίας βασιλέως ἐπιτρέποντος, οἱ δ' ἐδόκουν διαδιδράσκειν· ἔνιοι δὲ αὐτῶν ἀχθέντες εἰς Θεσσαλονίκην, ἐκεῖθεν ἀπεδίδρασκον· οὐ γὰρ ἐν δεσμωτηρίοις κατεκλείοντο, ἀλλ' ἐν μοναστηρίοις ἄδετοι μόνον ἐφρουροῦντο. Τοιαῦτα μὲν τὰ πρὸς Βέῤῥοιαν συνηνέχθη κρεῖττω, πάσης ἐλπίδος εὐτυχηκότος βασιλέως, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τοσούτων πολεμίων ἀναιμωτὶ κυρίου γεγενημένου. Τέθνηκε γὰρ οὐδεὶς οὔτε Ῥωμαίων, οὔτε Τριβαλῶν πλὴν ἑνὸς βαρβάρου, κἀκείνου ὡς ἐλέγετο ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνῃρημένου. Οἱ βάρβαροι δὲ ἐπεὶ ἐκ τῆς ἁλώσεως τῆς πόλεως οὐδὲν ἀπώναντο· οὐ γὰρ εἴασεν ὁ βασιλεὺς ἐντὸς γενέσθαι· τὴν ὑποκειμένην Κράλῃ χώραν ἐδεήθησαν καταδραμεῖν, καὶ βασιλέως ἐπιτρέψαντος, κατέδραμόν τε, καὶ λείαν ἤλασαν πολλὴν μάλιστα ἐκ βοσκημάτων, ἀνθρώπων δὲ ὀλίγων. Συνηρεφοῦς γὰρ ὄντος τοῦ τόπου καὶ λοχμώδους, ῥᾳδίως διεδίδρασκον.

775 CAPUT XIX.

Edessam proficiscitur imperator, quem spes fallit; naturalis, et ab arte illius oppidi munitio. A cataphractis quibusdam ad oppugnationem incitatur, quibus obsequitur, eamque capit. Quid post captam ibi egerit. Deditio plurium oppidulorum. In Servios expeditio; oppidi descriptio. Præfecto persuadetur, uti obsidionem toleret. Extra mœnia habitantes, se imperatori dedunt. Multi in oppido eidem favent; ejus oppugnatio. A nobilissimis urbibus, et ipsa Scopia, sede Cralis, accersitur, deditioque promittitur. A dynastis quoque advocatur. Eorum duo ad eum transfugiunt. Thessalonicam regreditur.

Imperator statu Berrhœensium rerum ex sententia formato, Edessam majore cum agmine, quam Berrhœam venerat, discessit; multi siquidem etiam Berrhœa se adjunxerant. Verumtamen non tantam in præsentibus copiis, quantam in civibus Edessenis præstantioribus urbis capiendæ fiduciam reponebat, quos statim ad se defecturos, reliquosque secum tracturos confidebat. Cæterum res longe secus omninoque adversus opinionem evenit. Nam et ipsi palam se inimicos profitebantur, et infirmam plebem eodem incitabant, ac stantes pro muris, in imperatorem conviciis incurrebant, aientes, valde imperitum esse, quod cum Crali longe majore cum exercitu sedecim annis obsidenti, nihilque proficienti, se dedere noluerint, ipse parvo spatio cum tam pauxillo agmine eos domiturum speraret. Imperator urbe se frustrari doluit, et oppugnationi mox desperavit: non solum quia natura manuque munita esset (plusquam dimidiata enim lacu circumdata, hostibus inaccessa est, pars reliqua muris multo firmissimis, et vastis turribus, alicubi etiam præcipitiis et vallibus imperviis cingitur), sed quia item non modica Triballorum manus eam præsidii causa insidebat: cui quatuor apud eos illustres præerant, quos cives potentiores adjuvabant strenue. Nihilominus noctem ibi manendum, postridieque discedendum, nec in iis quæ effici nequirent aggrediundis tempus conterendum statuit. In quam sententiam et proceres Romani

Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰ κατὰ Βέῤῥοιαν ᾗ ἐβούλετο διῴκει, Ἐδέσσῃ ἐπεστράτευσε, πλείους ἄγων, ἢ Βεῤῥοίᾳ ἐπιών. Οὐκ ὀλίγοι γὰρ πρὸς τοῖς οὖσι συνείποντο καὶ ἐκ Βεῤῥοίας· οὐ μέντοι τοσοῦτον πρὸς τὴν αἵρεσιν τῆς πόλεως ἐθάῤῥει τῇ συνούσῃ στρατιᾷ, ὅσον Ἐδεσσηνῶν τοῖς δυνατοῖς, οὓς ᾤετο αὐτίκα προσχωρήσειν, καὶ τὸν ἄλλον δῆμον πείσαντας· οἱ δὲ τοὐναντίον ἅπαν ὤφθησαν, ἤπερ ᾤετο ὁ βασιλεύς. Οὐ μόνον γὰρ αὐτοὶ πολέμιοι ἦσαν φανερῶς, ἀλλὰ καὶ τὸν δῆμον ἔπειθον, ἑστῶτές τε ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀπέσκωπτον εἰς βασιλέα, πολλὴν αὐτοῦ φάσκοντες καταγινώσκειν ἀπειρίαν, εἰ Κράλη μετὰ πολλαπλασίου στρατιᾶς ἐν ἑκκαίδεκα ἔτεσι πολιορκοῦντος, καὶ πλέον οὐδὲν ἀνύειν δυνηθέντος ἐκ τῶν ὅπλων, εἰ μὴ ἑκόντες προσεχώρουν, αὐτὸς ἤλπισεν ἐν βραχεῖ περιγενήσεσθαι τοσούτους ἄγων. Βασιλεὺς δὲ ἤχθετο μὲν πρὸς τὴν ἀποτυχίαν τῆς πόλεως· αὐτίκα τε ἀπεγίνωσκε τὸ τειχομαχεῖν, οὐ μόνον διὰ τὴν φυσικὴν ὀχυρότητα τῆς πόλεως, καὶ τὴν ἐκ τῶν τειχῶν (ὑπὲρ ἥμισυ γὰρ ὕδασι περικλυζομένη, ἀπρόσιτός ἐστι πολεμίοις διὰ τὴν λίμνην, τὸ δὲ ἐπίλοιπον, τείχεσιν ὀχυρωτάτοις καὶ πύργοις μεγάλοις, ἔστι δ' ὅπου καὶ κρημνοῖς καὶ φάραγξιν ἀβάτοις περιέχεται), ἀλλ' ὅτι καὶ στρατιὰ οὐκ ὀλίγη ἦν ἐκ Τριβαλῶν ἐγκαθιδρυμένη πρὸς τῇ πόλει φρουρᾶς ἕνεκα, ὧν ἦρχον τέτταρες τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπιφανῶν, οἷς συνηγωνίζοντο προθύμως καὶ τῶν πολιτῶν οἱ δυνατοί· ὅμως ἐδόκει τὴν νύκτα αὐτοῦ αὐλισαμένους, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀναχωρεῖν, καὶ μὴ τρίβειν τὸν και-

A μὲν ἐπιχειροῦντας ἀδυνάτοις. Τὰ ἴσα δὲ καὶ τοῖς ἐν τέλει Ῥωμαίων ἐδόκει πᾶσι, καὶ τῆς στρατιᾶς τοῖς ἡγεμόσιν· ἀδύνατον γὰρ κἀκεῖνοι ὑπενόουν τειχομαχίᾳ τὴν λῆψιν τῆς πόλεως, ὅσον ἐκ τῆς κατὰ τὰς μάχας πείρας. Νυκτὸς δὲ ἐκ τῶν ὁπλιτῶν τινες οἳ εἵποντο βασιλεῖ ἐκ τῶν τριήρεων, προσελθόντες ἐπυνθάνοντο βασιλέως, εἴ τι σκέπτοιτο περὶ τῆς πόλεως. Τοῦ βασιλέως δὲ πρὸς εἰρωνείαν ἐρομένου, τί δ' ἂν αὐτοῖς δοκοίη βέλτιον, ἀποπειρᾶσθαι τῶν τειχῶν, ἢ ἀναχωρεῖν, αὐτοὶ μάχεσθαι παρῄνουν, καὶ ἐδέοντο, μὴ διὰ τὴν Ἐδεσσηνῶν ἀγνωμοσύνην ἀπολιπεῖν τὴν πόλιν, ὅπλοις ἁλίσκεσθαι οὖσαν δυνατήν, αὐτοί τε ἐπηγγέλλοντο προθύμως ἀγωνιεῖσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους τριηρίτας παρέξειν πείσαντες. Αὐτίκα τε ἐφαίνετο καὶ βασιλεῖ βέλτιστα τοὺς ὁπλίτας παραινεῖν, καὶ ἐπένευε πρὸς τὴν τειχομαχίαν, B ἐκέλευε τοῖς μὲν ὁπλίταις, κλίμακας κατασκευάζειν, τοῖς δὲ ἡγεμόσι τῆς στρατιᾶς ἅμα ἕω ἐφοπλίζειν, ὡς τειχομαχήσοντας τὴν στρατιάν. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἤδη ἦν, διέταττε τὴν στρατιὰν, καὶ τὸ μὲν βαρβαρικὸν τοῖς κατὰ τὴν λίμνην τείχεσιν ἐφίστη, ὅθεν ἦν ἀδύνατον ἑλεῖν· ἵν' εἰ καὶ ἁλῶναι Ἔδεσσαν συμβαίη, μὴ ἔχοιεν βάρβαροι ὅθεν εἰσελθόντες ἀποκτείνοιέν τινας· αὐτὸς δὲ τὸ κράτιστον ἔχων τῶν ὁπλιτῶν μετὰ τῶν εὐπατριδῶν, πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἀντικαθίστατο, ὅθεν τείχη τε ἦσαν καρτερώτατα, καὶ Τριβαλῶν καὶ τῶν Ἐδεσσηνῶν τὸ κράτιστον ἐφρούρει· τοὺς δὲ ἄλλους ἡγεμόνας μετὰ τῶν ταγμάτων, τοῖς λοιποῖς τείχεσιν, ὡς ἕκαστος ἔτυχεν ἀντικαθίστη, καὶ ἤρχοντο τειχομαχίας ἀρχο- C μένης εὐθὺς ἡμέρας· ἐγένετο δὲ καρτερωτάτη ἄχρι μέσης ἀνενδότως. Οἵ τε γὰρ ἔνδοθεν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἠμύνοντο καρτερῶς, καὶ οἱ ἔξωθεν τόλμης ἔργα καὶ ἀνδρίας ἐπεδείκνυντο θαυμαστὰ, μάλιστα δὲ οἱ ὁπλῖται, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν τριήρεων ψιλοὶ ἠφείδουν ἑαυτῶν. Ὁ βασιλεὺς γὰρ ἐκήρυξε τῷ πρώτως ἀναβάντι τοῖς τείχεσι σημαίαν τέτταρας μνᾶς ἀριστεῖον ἔσεσθαι χρυσίου, τρεῖς δὲ τῷ μετ' ἐκεῖνον ἀναβάντι, καὶ τῷ τρίτῳ δύο μετ' αὐτούς. Κατὰ μέσην δὲ ἡμέραν, πολλῶν ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἀμυνομένων τραυματιῶν γενομένων, ἐνίων δὲ καὶ ἀποθανόντων, τάς τε κλίμακας προσήρεισαν τοῖς τείχεσιν, ἀδρανῶς ἤδη τῶν ἔνδοθεν ἀμυνομένων, καὶ τῇ πύλῃ τῆς ἀκροπόλεως πῦρ ὑφῆπτον· δαπα- D νηθείσης δὲ, ἐκεῖθέν τε καὶ ἀπὸ τῶν κλιμάκων εἰσεχέοντο, καὶ εἴχετο ἡ πόλις, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, κατάκρας· καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐπεὶ κατ' αὐτὸν ἐγένετο ἡ ἅλωσις, ἔνδον γενόμενος, οὐκ εἴα ἀτακτεῖν τοὺς στρατιώτας, πλὴν τῶν πρώτως εἰσελθόντων τινὰ μικρὰ ὠφεληθέντων. Ἀπέθανε μέντοι ἐκ τῶν μετὰ βασιλέως Ῥωμαίων ἢ βαρβάρων οὐδὲ εἷς, τραυματίαι δὲ ἐγένοντο πολλοί· μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν ὁ βασιλεὺς τοὺς στρατιώτας ὅσοι ἦσαν Τριβαλοὶ, ἀπέλυσε πρὸς τὴν οἰκίαν ἄνευ ἵππων. Τέτταρας δὲ τοὺς ἡγεμόνας εἶχεν ἐν φρουρᾷ, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς τὰ Κράλη ᾑρημένους ἐξήλασε τῆς πόλεως·

omnes et duces, ab experientia militari urbem inexpugnabilem judicantes, iverunt. Noctu porro quidam de gravi armatura, quæ eum triremibus secuta fuerat, accedunt, quid de oppido cogitet, percunctantur. Imperator per simulationem vicissim quærit utrum probent tentare mœnia an discedere. Illi ad oppugnationem hortantur, et orant **776** ne propter Edessenorum perfidiam ab urbe armis subigenda desistat, siquidem subigi possit: suamque et aliorum ex triremibus, quibus id persuasuri essent, promptam operam pollicentur. Imperator consilium illico arripiens, eos scalas comparare, duces bene mane militem in armis ad oppugnationem habere jubet. Ubi diluxit, copias digerit, et barbaros muris juxta lacum admovet, unde urbs capi nullo modo poterat, ut si ea forte occuparetur, non haberent qua ingressi aliquos trucidarent: ipse vero cum robore, cataphractis scilicet ac nobilibus, ad arcem se applicuit, ubi muri validissimi, et Triballorum Edessenorumque flos: alios duces cum ordinibus suis ad alias mœnium partes, ut cuique sors cecidit, adhibuit, cœptaque cum die oppugnatio est, et certatum sine remissione usque ad meridiem acerrime. Oppidani enim de muris præliabantur fortiter, et qui foris oppugnabant, imperterritæ virtutis documenta dabant eximia: præcipue autem qui e triremibus gravis et levis armaturæ erant, corporibus suis minime parcebant. Imperator etenim ei qui primus in muro vexillum defixisset, præmium virtutis quatuor minas, seu libras auri, ternas secundo, binas tertio præconis voce promiserat. Meridie multis ex propugnatoribus vulneratis, aliquot etiam interfectis, et scalas muris affixerunt, languidius jam oppidanis resistentibus, et portæ arcis ignem subjecerunt: qua consumpta, inde, et per scalas se infuderunt, obtinebaturque urbs, ut dicitur, funditus (11). Imperator ea capta non est passus milites turbatis ordinibus ad prædam discurrere, præter eos qui primi introruperant, et quæsticulum sibi fecerant. Ex Romanis et imperatoriis multi vulnerati sunt, nemo tamen occubuit; milites Triballi ad unum sine equis ad suos dimissi. Quatuor præsidii duces, et ex civibus Cralis fautores expulit; pro arce defendenda ducentos, partim gravis, partim levis armaturæ reliquit; urbis præfectum Georgium Lyzicum, virum bello fortissimum ac prudentem designavit, atque ita Berrhœam repetiit. Citra Martem quoque accesserunt circum Edessam et Berrhœam castella et oppidula, nempe hæc, Staridola, Petra, Soscus, Deura, Strobus, Notia; et ex oppidulis Thessaliæ Lycostomium, Castrium. **777** Aliquanta requie exercitui concessa, imperator rursus expeditionem contra Servios suscepit. Urbs hæc non parva ad confinia Bottiææ et Thessaliæ jacet: cui et reliquæ Thessaliæ Prealimpus e pro-

Jacobi Pontani notæ.

(11) Ergo κατάκρας, hoc verbum, inquam, proverbiale est.

ceribus Cralis præerat, qui prudentia, fortitudine, exercitatione bellica supra cæteros excellere videbatur. Ædificata est super montis ardua prominentia, statimque a principio semetipsa altior, sicut est, accedenti apparet. In ipso autem jugo montis desinit, triplici muro distincta et intersepta, ut foris existimes tria esse oppida, aliud post aliud. Utrinque vallibus profundis circumdatur. Quod patet ab urbe spatii usque ad planitiem, et ad valles, qua habitari potest, ædibus et incolis, non plebeiis modo, sed et optimatibus ac militibus domesticis multis atque strenuis plenum est. Ipsa urbs propter loci positionem sursum succedentes domos habens, paucas ædes cum multis contignationibus videtur habere. Ejus duæ partes inferiores a civibus incoluntur: tertia, quæ eadem arx est, præfecto relinquitur. Est autem undequaque accessu oppugnatuque difficilis. Illic Prealimpus sedens fossis ac munitionibus non egebat, cum huic rei natura providisset. Et is civibus magnopere diffidens, eorum liberos, uxores, et rem familiarem in secundum, seu medium septum sevocabat, viros omnes in ultimam, seu infimam urbem expellebat: mandans uti imperatorem, si invaderet, a se liberisque suis propulsarent; ipse mediæ illi urbi, in qua conjuges cum prolibus erant, præsidium e Triballis imponebat, quos supra quingentos habere dicebatur. Habitantes autem extra muros, neque in urbem ingredi sinebat, neque filios eorum cum uxoribus recipiebat: sed pro ædibus stantes pugnare jubebat, loco pene inaccesso et adorientibus difficillimo. Sic igitur ille ad obsidionem excipiendam se comparabat. Rumor vagabatur, invitum in urbe retineri, malleque, vitandæ pugnæ, ad urbes Thessaliæ profugere. Contra sui eum ab hac mente deducebant: quod si ea urbe potiretur imperator, tota quoque Thessalia pro certo potiturum. Quibus obsequens, obsidionem sustinuit. Imperator, postquam castra propius urbem movit, primum quidem milites, paucis secum remanentibus, prædatum dimisit: prædam opimam Romani, barbarique similiter et ex ipsis Serviis, et ex circumjacentibus vicis retulerunt. Postea vicinius accedentes, oppugnationi se accingebant. **778** Qui de Serviiis extra oppidum habitabant, impressionem hostium metuentes, et Triballis eos intra mœnia non admittentibus, et quia insuper ab imperatore haud erant alieni, omnes consensu in ejus se potestatem tradiderunt, ac milites hospitio receperunt. Qui in urbe erant, ipsi quoque partibus ejusdem vehementer adhærebant: tamen propter uxores ac liberos, qui in medio tenebantur, necessario Triballis auscultabant. Tertio die parati muros, indigenis præcipue allicientibus, et capi urbem posse affirmantibus oppugnant. Sed quia non undecunque licebat invadere, locis ut plurimum duris et asperis, ubi maxime dabatur ascensus, florem ipsum sagittariorum constituens imperator propugnatores propellere jubet. Alii testudine facta ad muros ruunt, eosque

A φρουράν τε πρὸς τὴν ἄκραν διακοσίους ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς καταλιπὼν, καὶ ἡγεμόνα τῇ πόλει Λυζικὸν Γεώργιον κράτιστον δοκοῦντα τὰ πολέμια καὶ συνετὸν, εἰς Βέῤῥοιαν ἐπανῄει. Προσεχώρουν δὲ καὶ ἀμαχεὶ τὰ περὶ Ἔδεσσαν καὶ Βέῤῥοιαν φρούρια καὶ αἱ πολίχναι, τά τε Σταρίδολα λεγόμενον, καὶ ἡ Πέτρα, καὶ ὁ Σωσκὸς, καὶ ἡ Δεύρη, ἔτι τε ὁ Ὀστροβὸς, καὶ τὰ Νότια· καὶ ἐκ τῶν Θετταλίας πολυχνίων, τὴν Λυκοστόμιον λεγόμενον, καὶ τὸ Καστρίον. Ἀναπαύλης δὲ μικρᾶς τινος ὁ βασιλεὺς ἀξιώσας τὴν στρατιὰν, ἐξεστράτευσεν αὖθις κατὰ Σερβίων. Πόλις δὲ ταῦτα οὐ μικρὰ, ἐν μεθορίοις Βοττιαίας κειμένη καὶ Θετταλίας· ἧς ἦρχε μετὰ τῆς ἄλλης Θετταλίας Πρεάλιμπος τῶν παρὰ Κράλῃ δυνατῶν, ὃς μάλιστα ἐδόκει συνέσει καὶ εὐτολμίᾳ, καὶ τῇ περὶ τὰ πολέ- B μια τῶν ἄλλων προέχειν ἐμπειρίᾳ. Κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐκείνη ἐπί τινος ἀνάντους τοῦ ὄρους προβολῆς, εὐθὺς ἐξαρχῆς αὐτὴ ἑαυτῆς μετεωροτέρα φαινομένη καὶ οὖσα προϊόντι. Ἐπ' αὐτὴν τε τὴν ἀκρώρειαν καταλήγει τρισὶ διατειχίσμασι διῃρημένη, ὡς δοκεῖν ἔξωθεν, τρεῖς εἶναι πόλεις κειμένας ἐπαλλήλους. Ἑκατέρωθέν τε φάραγγας περιβέβληται βαθείας. Τὸ δ' ἀπὸ τῆς πόλεως ἄχρι τοῦ ἐπιπέδου καὶ τῶν φαράγγων, ὅσον μάλιστα οἰκεῖσθαι ἐπιδέχεται, οἰκιῶν πεπλήρωται καὶ ἀνθρώπων οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ἐκ τῶν πολιτῶν, καὶ ἐκ τῶν στρατιωτῶν, οἳ ἦσαν ἐγχώριοι πολλοί τε καὶ ἀγαθοί· ἥ τε πόλις, ἐπαλλήλους τὰς οἰκίας ἔχουσα διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου θέσιν, ὀλίγας ἔχειν δοκεῖ C οἰκίας πολυορόφους. Οἰκεῖται δὲ τὰ μὲν δύο τμήματα ὑπὸ τῶν πολιτῶν· τὸ δὲ τρίτον ἄκρα ὂν, τῷ ἄρχοντι ἀνεῖται. Ἔστι δὲ δυσπρόσοδος πανταχόθεν, καὶ οὐ πάνυ ῥᾳδία πρὸς τειχομαχίαν. Ἧ ὁ Πρεάλιμπος ἐνδιατρίβων, τάφρων μὲν οὐκ ἐδεήθη, οὐδέ τινος πρὸς ὀχυρότητα σπουδῆς. Ἤρκει γὰρ ἡ προσοῦσα φύσει. Τοῖς πολίταις δὲ καὶ πάνυ ἀπιστῶν, τῶν μὲν τὴν πόλιν οἰκούντων παῖδας, καὶ χρήματα, καὶ γυναῖκας εἰς τὸ δεύτερον διατείχισμα ἀνελάμβανε· τοὺς ἄνδρας δὲ πάντας ἐξήλαυνεν ἐπὶ τὸ τρίτον, καὶ ἐκέλευεν ἀμύνεσθαι βασιλέα ἐπιόντα ὑπὲρ σφῶν καὶ τέκνων· αὐτὸς δὲ τὴν ἄκραν κατεῖχε, καὶ τῷ δευτέρῳ διατειχίσματι, ἐν ᾧ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ παῖδες ἦσαν, φρουρὰν ἐπέστησε Τριβαλικήν· συνῆσαν γὰρ αὐτῷ ὑπὲρ πεντακοσίους, ὡς D ἐλέγετο. Τοὺς μέντοι τῶν τειχῶν οἰκοῦντας ἔξω, οὔτ' αὐτοὺς εἴα εἰς τὴν πόλιν εἰσιέναι, οὔτε παῖδας εἰσεδέχετο καὶ γυναῖκας· ἀλλ' ἐκέλευε πρὸ τῶν οἰκιῶν ἑστῶτας μάχεσθαι, δυσπροσόδου ὄντος τοῦ χωρίου, καὶ χαλεπωτάτου τοῖς ἐπιοῦσιν. Οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος παρεσκευάστο πρὸς τὴν πολιορκίαν. Ἐλέγετο δὲ καὶ ὡς ἄκων κατασχεθείη πρὸς τῇ πόλει. Μᾶλλον γὰρ ἐβούλετο φυγομαχεῖν ἐπὶ τὰς τῆς Θετταλίας πόλεις. Οἱ συνόντες δὲ παρῄνουν μὴ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν· ὡς εἰ ταύτης περιγένοιτο, καὶ Θετταλίαν πᾶσαν καθέξοντος βασιλέως ἀσφαλῶς. Οἷς πειθόμενος ὑπέμεινε τὴν πολιορκίαν. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐγγὺς τῆς πόλεως ἐστρατοπεδεύετο, πρῶτα μὲν ἐπὶ λεηλασίαν ἔπεμπε τὴν στρατιὰν, ὀλίγους ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατασχών· καὶ ἔκ τε αὐτῶν Σερ-

βίων καὶ τῶν περικειμένων κωμῶν πολλὴν λείαν A ἄγοντες ἐπανῆκον Ῥωμαῖοί τε καὶ βάρβαροι ὁμοίως. Ἔπειτα ἐγγύτερον γενόμενοι, παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν τειχομαχίαν. Οἱ ἐπὶ τῆς ἔξω δὲ Σερβίων συνοικίας, τήν τε βασιλέως δεδοικότες ἔφοδον, καὶ τῶν Τριβαλῶν εἰς τὴν πόλιν οὐ προσδεχομένων, ἄλλως τε καὶ τὰ βασιλέως μᾶλλον ᾑρημένοι, κοινῇ τε πάντες ἐκ συνθήματος προσεχώρουν βασιλεῖ, καὶ τὴν στρατιὰν ἐδέχοντο, καὶ ἐξένιζον ἐπὶ τῶν οἰκιῶν. Οἱ δὲ ἔνδον καὶ αὐτοὶ μὲν τὰ βασιλέως μάλιστα ᾑροῦντο, ἐχομένων δὲ τῶν παίδων καὶ τῶν γυναικῶν, ἀναγκαίως προσεῖχον Τριβαλοῖς. Εἰς τρίτην δὲ ἡμέραν παρασκευασάμενοι ἐτειχομάχουν, καὶ τῶν ἐγχωρίων μάλιστα ἐφελκομένων, καὶ οὐκ ἀδύνατον ἐπαγγελλομένων τὴν παράληψιν. Ἐπεὶ δὲ B οὐ πανταχόθεν ἐξῆν προσβάλλειν, ἀποκρότων ὡς ἐπιπλεῖστον καὶ σκληρῶν τῶν τόπων ὄντων, ἔνθα μάλιστα ἐξῆν προσβαίνειν τὸ κράτιστον τῶν τοξοτῶν ἐπιστήσας ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευε τοῖς τόξοις χρῆσθαι, καὶ ἀνείργειν τοὺς ἀμυνομένους. Ἄλλοι δὲ ἀσπίδας ὑποδύντες, προσέβαλλόν τε τοῖς τείχεσι, καὶ διώρυττον. Ἔτυχε δὲ τὸ διόρυγμα, ἐντὸς οἰκίας εἶναι κενῆς ἀνθρώπων· ἐπεὶ δὲ ἤδη διορώρυκτο, καὶ ἔμελλον εἰσιέναι, ἡ τῆς οἰκίας δεσπόζουσα ἐκείνης κατὰ τύχην εἰσελθοῦσα, καὶ ἁλισκομένην τὴν πόλιν αἰσθομένη, βοῇ τε ἐχρῆτο, καὶ συνεκάλει τοὺς ἀμυνομένους. Οἱ δὲ παρῆσαν ἅμα τῷ αἰσθέσθαι, καὶ τοὺς διορύττοντας βάλλοντες, ἀφίστων τῶν τειχῶν. Ἅμα δὲ καὶ ὄμβρων ῥαγδαίων ἐπενηνεγμένων ἐν αὐτῇ μάλιστα τῆς μάχης τῇ ἀκμῇ, ἥ C τε ἄλλη στρατιὰ ἐπέπαυτο καὶ ἀνεχώρει πρὸς τὸ στρατόπεδον· οὐ δυναμένη πρός τε ὄμβρους ὁμοῦ καὶ πολεμίους μάχεσθαι ἀσφαλῶς ἑστῶτας ἐπὶ τῶν τειχῶν, αὐτοὶ διολισθαίνοντες τὰ πολλὰ πρὸς τὸν πηλόν. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεὶ διημάρτανε τῆς πόλεως πρὸς τὴν πρώτην ἐπιχείρησιν, τότε βιάζεσθαι τοῖς ὅπλοις ἀπογνοὺς, καὶ πρὸς τὸ πολιορκεῖν διὰ τοὺς ὄμβρους καὶ τὸν χειμῶνα ἀδυνάτως ἔχων, αὖθις ἀνέστρεψεν εἰς Βέῤῥοιαν· εἵποντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς ἔξω Σερβίων συνοικίας πλὴν ὀλίγων πάντες, ὅσοι μάλιστα ἐν λόγῳ ἦσαν ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ὀλίγα ἔχοντες ἐκ τῆς οὐσίας, ὅσα φέρειν ἦσαν δυνατοί· οὐ μόνον διὰ τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκ Τριβαλῶν οὐδὲν διὰ τὴν ἀποστασίαν ἤλπισαν ἐπιεικὲς, εἰ γένοιντο ἐπ' αὐτοῖς. Ἔτι δὲ D ἐν Βεῤῥοίᾳ βασιλέως διατρίβοντος, ἐκ τῶν μάλιστα ἐπισήμων πόλεων αἳ Ῥωμαίων μὲν ἦσαν ὑπήκοοι τὸ ἀρχαῖον, χρόνον δὲ ἐδούλευσαν οὐκ ὀλίγον Τριβαλοῖς, ἧκον διαλεγόμενοι κρύφα, καὶ δεόμενοι ἥκειν παρ' αὐτοὺς, ὡς εἰσδεξόμενοι ἐκβαλόντες Τριβαλούς. Οὐ μόνον δὲ ἐκ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς Σκοπιᾶς, ἣ δοκεῖ βασίλεια Κράλη εἶναι ἀπὸ τοῦ βασιλέως τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων Μιχαὴλ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐκτετμημένη, πρέσβεις ἧκον ἀναφανδὸν ἀπὸ τῆς πόλεως κοινῇ βασιλέα καλοῦντες ἥκειν ἐπ' αὐτοὺς, ὡς παραδώσοντες τὴν πόλιν. Ὁ Κράλης γὰρ ἐπὶ Παίονας ἐστρατευμένος τότε, ὡς ἐπύθετο βασιλέα ἐπιόντα, καίτοι στρατιὰν πλείστην περὶ αὐτὸν ἠθροισμένην ἔχων, ἀντικαθίστασθαι πρὸς

perfodientes penetrant: contigitque intra domum mœnibus hærentem, hominibus vacuam veniri, per quam cum se in urbem immissuri essent, domina domus casu ingressa, oppidumque captum advertens, elato clamore propugnantes convocat. Illi extemplo accurrunt, fodientesque jaculis a muro depellunt. Cumque in ipso potissimum fervore certaminis imber effusius caderet, manus illa a pugna destitit, atque in castra recessit, quando simul adversus imbrem et hostem dimicare non poterat, tuto supra muros stantem, cum ipsi fallentibus vestigiis toties in lutum prolaberentur. Imperator quoque primum impetum fuisse irritum cernens, et armis cogi posse desperans, et propter imbrem atque hiemem continuare obsidionem non valens, Berrhœam rediit; quem suburbani Serviorum præcipui omnes præter paucos, cum liberis et uxoribus, de facultatibus suis non plus habentes, quam asportare secum poterant, secuti sunt. Neque id faciebant ob amorem erga imperatorem tantummodo, sed quod etiam a Triballis, si eis amplius subessent, defectionis suæ præmia parum bona exspectabant. Adhuc agente apud Berrhœam imperatore ex nobilissimis urbibus, quæ antiquitus Romanis parebant, jamque diu Triballis servierant, veniebant qui clam colloquerentur, rogarentque ad se veniret, ejectis Triballis illum suscepturos. Nec ex aliis duntaxat urbibus, verum etiam ex ipsa Scopia, quæ Cralis regia putatur, quam Michael ex Palæologis primus imperator a Romano imperio separavit, legati palam urbis nomine venerunt, eum ad se in deditionem accipiendos invitantes. **779** Nam Crales, qui tunc in Pæonas moverat, ut imperatorem adventasse audivit, quanquam haberet copias ingentes, non se illi audebat opponere: sed omnia ducens in minimis conflictum volebat declinare. Unde etiam cum Scopiæ cives legatione missa imperatorem infestis signis ad se tendere nuntiassent, auxiliumque poposcissent, primum quidem spem faciebat, si Romani ipsos adorirentur. Ut autem fama de adventantibus Romanis barbarisque increbuit, terroremque duplicavit, manifeste opem Scopiensibus negavit, hortans, ut semetipsos pro viribus defensarent, se in præsentia ad eos venire non posse. Illi communi consilio magnæ dementiæ tribuendum statuentes, illis resistere, quibuscum eorum princeps cum tanto exercitu bellare non auderet, ad imperatorem adeunt, urbisque, antequam duriora experiantur, deditionem faciunt. Postmodum sedato timore in judicium a Crale vocati, et defectionis accusati, facile crimen refutarunt, archiepiscopo eorum cognoscente, qui eos nihil adversus æquitatem patravisse pronuntiavit, si Crale nolente succurrere, sed hortante ut seipsos tuerentur, illi prudenter sibi ac salutariter consulentes, potentioribus parere constituerint. Adeo tunc omnes urbes perculsæ, ultro, priusquam diriperentur, imperatoris esse cupiebant. Nec urbes solum, sed etiam Triballorum potentissimi, qui antea imperatori fuissent amici, et ei subesse ma-

fuissent, tunc etiam magis volebant, sed ob metum A secreto cum eo agebant, et ad se illum allectabant, omnes quantam possent opem eidem allaturi. Venerunt et duo ex ipsis transfugæ, quorum alter illustrissimus e Cralis familia, Chlapænus nomine, manum sub se non contemnendam habebat, et divitiis pollebat: alter non valde clarus, tamen et ille urbium præfecturas gesserat, exercitusque ductaverat, Tolisthlabus appellatus. Atque hi cæterorum dynastarum sententiam decretumque afferebant, si Cralem invaderet, armis suppetias laturos. Imperatori pares ad confligendum copias non habenti visum, non oportere fretum defectionibus tantummodo periculum subire, sed instructum pro opportunitate in hostem ire. Ac tunc quidem præfectum Berrhœæ Diplobatatzen protovestiarium ad rerum difficultates et conversiones scientem accommodare consilia, et ad pugnam interritum relinquens, **780** iis autem qui e Thracia accesserant, Nicephorum Tarentinum præficiens, Thessalonicam regressus est.

βασιλέα οὐκ ἐθάῤῥει· ἀλλὰ πάντα προέμενος ἐβούλετο φυγομαχεῖν. Ὅθεν καὶ τῶν Σκοπιᾶς πολιτῶν πρεσβευσαμένων πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν ἔφοδον ἀπαγγελλόντων βασιλέως καὶ δεομένων βοηθεῖν, πρῶτα μὲν ἐλπίδας παρείχετο ὡς βοηθήσων, ἂν ἐπίωσιν αὐτοῖς Ῥωμαῖοι. Ὡς δὲ μᾶλλον προσέπιπτον αἱ φῆμαι φοβερώτεραι τῶν ἐπιόντων Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων, φανερῶς ἀπεῖπε τὴν ἐπικουρίαν τοῖς ἐκ τῆς Σκοπιᾶς· ἐκέλευέ τε σώζειν ἑαυτοὺς ὡς ἂν οἷοί τε ὦσιν· αὐτὸν γὰρ μὴ δύνασθαι τὸ νῦν ἔχον ἥκειν πρὸς αὐτούς. Οἳ βουλευσάμενοι κοινῇ, καὶ πολλῆς ἀνοίας εἶναι κρίναντες ἀντικαθίστασθαι οἷς ὁ σφῶν δυνάστης τοσαύτην ἔχων δύναμιν οὐκ ἐτόλμα, ἥκουσι πρὸς βασιλέα, καὶ τὴν πόλιν παρεδίδουν πρὶν διαφθαρῆναι. B Ὕστερον δὲ ἐπεὶ οἱ φόβοι διελύοντο, ἐπὶ δίκην καταστάντες ὑπὸ Κράλη, καὶ διωκόμενοι ἀποστασίας, ῥᾷον ἀπελύσαντο τὰ ἐγκλήματα, τοῦ παρ' αὐτοῖς ἀρχιεπισκόπου διαιτῶντος· ὃς ἐπεψηφίζετο αὐτοὺς μηδὲν ἠδικηκέναι, εἰ ἐπικουρεῖν μὴ βουλομένου Κράλη, ἀλλὰ καὶ παραινοῦντος σώζειν ἑαυτοὺς, συνετά τε ἅμα καὶ σωτήρια σφίσιν ἐβουλεύσαντο, δουλεύειν τοῖς δυνατωτέροις ψηφισάμενοι. Οὕτω πᾶσαι πόλεις κατεσείσθησαν τῷ φόβῳ τότε, καὶ προσχωρεῖν ἐβούλοντο ἑκοῦσαι βασιλεῖ, πρὶν ἀναρπασθῆναι. Οὐχ αἱ πόλεις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν Τριβαλῶν οἱ δυνατώτατοι, καὶ πρότερον εὔνως περὶ βασιλέα διακείμενοι, καὶ μᾶλλον ὑπ' ἐκείνου ᾑρημένοι βασιλεύεσθαι, τότε καὶ μᾶλλον ὑπὸ δέους κρύφα διελέγοντο καὶ παρώξυνον ἥκειν ἐπὶ σφᾶς, ὡς πάντων τὰ δυνατὰ βουλησομένων συνεργεῖν. Ἧκον δὲ καὶ αὐτόμολοι δύο ἐξ αὐτῶν· ὧν ἅτερος τῶν μάλιστα ἦν ἐπιφανῶν κατὰ γένος προσήκων Κράλῃ, Χλάπαινος ὠνομασμένος, στρατιάν τε ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν οὐκ εὐκαταφρόνητον καὶ πολλὴν περιουσίαν· ὁ λοιπὸς δὲ οὐ τῶν πάνυ περιδόξων ἦν· πλὴν κἀκεῖνος ἀρχάς τε πόλεων ἐγκεχειρισμένος, καὶ στρατοπέδων ἡγεμονίας, ὄνομα Τολίσθλαβος. Καὶ ἄμφω δὲ ἐκ τῶν ἄλλων δυνατῶν λόγους ἐκόμιζον πρὸς βασιλέα, ὡς ἢν ἐπίῃ Κράλῃ, καὶ αὐτοὶ συμπολεμήσουσιν ἀποστάντες. Βασιλεῖ δὲ ἀξιόμαχον στρατιὰν οὐκ ἔχοντι, οὐκ ἐδόκει δεῖν ταῖς ἀποστασίαις θαῤῥοῦντα μόνον, ἑαυτὸν εἰς τοὺς κινδύνους εἰσωθεῖν· ἀλλὰ παρασκευασάμενον, ἐπιστρατεύειν ἐπικαίρως. Τότε δὲ ἄρχοντα ἐν Βεῤῥοίᾳ Διπλοβατάζην τὸν πρωτοβεστιαρίτην καταλιπὼν πραγμάτων τε δυσκολίαις καὶ μεταβολαῖς εἰδότα χρῆσθαι, καὶ πρὸς μάχας τολμητὴν, ταῖς τε κατὰ Θετταλίαν προσχωρησάσαις, Νικηφόρον ἐπιστήσας τὸν Σαραντηνὸν, ἐπανέζευξεν εἰς Θεσσαλονίκην.

CAPUT XX.

Gynæcocastrum movet. Id occupare præfecti rationibus motus differt. Ejusdem præfecti perfidia. Legatio Cralis ad imperatorem expostulatoria. Ad Thessalonicam ad colloquium ex pacto conveniunt. Crales beneficia exprobrat, et pro iniquo ingratoque imperatorem accusat. Qui suam defensionem cum eximia hostis prædicatione conjungit. Laudatur etiam ejus uxor Helena; ipsum Cralem hujus belli auctorem esse ostendit, juxta id, quod Plautus ait: « Vitium quod de me prædicas, id tibi est.» Monet ad extremum officii, et minas adnectit.

Paulo post cum equitatu peditatuque et genero C expeditionis socio Gynæcocastrum abit. Castellum est munitissimum, ab Andronico juniore imperatore ab ipsis fundamentis exædificatum, unius pene diei itinere Thessalonica distans. Id cum aliis captum a Triballis tenebatur, et ex iis atque e Romanis dedititiis præsidiarios habebat. Bessus præfectus adventu imperatoris cognito, timens ne vi caperetur, per nuntium sponte ad eum se transiturum promisit. Fidei autem faciendæ, et quas de collo suspensas gestabat, sacras reliquias (12) adjecit, et tantum non juravit, castellum sese traditurum. Imperator optimum fore ratus, nullis dimicationibus ac cædibus id recipere, Bessum accersit. Ut in castra venit, sacramento quidem confirmat, ad eum se deficere, castellumque dedere; precatur tamen, ne in præsens aut ipse ingredia-

Μετὰ μικρὸν δὲ, τήν τε ἱππικὴν καὶ τὴν πεζὴν δύναμιν ἀναλαβὼν, ἔχων καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν συστρατευόμενον, ἐπεστράτευσε Γυναικοκάστρῳ, ὃ φρούριόν ἐστι καρτερώτατον ὑπὸ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου οἰκοδομηθὲν αὐταῖς κρηπῖσιν, ἡμέρας ὁδοῦ μῆκος ἔλαττον ἀφεστηκὸς Θεσσαλονίκης. Εἴχετο δὲ ὑπὸ Τριβαλῶν μετὰ τῶν ἄλλων αὐτὸ ἑλόντων. Οὐκ ὀλίγα τε ἔβλαπτε Θεσσαλονίκην, στρατιὰν ἔκ τε Ῥωμαίων τῶν προσκεχωρηκότων, καὶ Τριβαλῶν ἔχον ἐγκαθιδρυμένην. Βέλχος δὲ ὁ τοῦ φρουρίου ἄρχων, ὡς ἐπύθετο βασιλέα ἐπιόντα, τοῖς ὅπλοις δείσας μὴ ἁλῷ, πέμψας ἐπηγγέλλετο προσχωρεῖν ἑκών. Πίστεως δὲ ἕνεκα καὶ τὰ ἐν κόλποις ἅγια παρείχετο, ὅρκους μονονοὺ ὑπὲρ τοῦ τὸ φρούριον ἐγχειρίσειν παρεχόμενος. Βασιλεῖ τε ἐδόκει βέλτιστον τὸ φρούριον ἔχειν ἄνευ φόνων καὶ κινδύνων· ἐκέλευέ τε Βέλχον ἥκειν παρ' αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ ἧκε πρὸς τὸ

Jacobi Pontani notæ.

(12) Observa pium morem, cujus exemplum etiam supra habuisti.

στρατόπεδον πρὸς βασιλέα, ὅρκους μὲν παρείχετο A ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τε αὐτὸν προσχωρεῖν, καὶ τὸ φρούριον παραδιδόναι· ἐδεῖτο δὲ μὴ τὸ νῦν ἔχον ἢ αὐτὸν εἰσιέναι, ἢ φρουρὰν εἰσάγειν· τήν τε γὰρ οὐσίαν αὐτῷ πλείστην οὖσαν καὶ διεσκεδασμένην ἀπολεῖσθαι ὑπὸ Τριβαλῶν διαρπασθεῖσαν, καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτῷ καὶ οἰκείους Κράλην ἄρδην διαφθερεῖν διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν· ἀλλὰ περιμείναντα ἡμέρας πεντεκαίδεκα, ἄχρις ἂν οἰκείους τε καὶ χρήματα μεταπέμψηται, οὕτω τὸ φρούριον παραλαμβάνειν. Τούτοις μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς πεισθεὶς, καὶ ὅρκους ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐκείνου παρασχομένου, ἀνέστρεφεν εἰς Θεσσαλονίκην. Βέλχος δὲ τὰ ὀμωμοσμένα δῆθεν ἐκπληρῶν, τούς τε οἰκείους ἐκ Τριβαλῶν μετεπέμπετο, καὶ βοσκήματα καὶ τὴν ἄλλην B περιουσίαν ἔπεμπέ τε καὶ εἰς Θεσσαλονίκην οὐκ ὀλίγα δεῖγμα τῆς πρὸς βασιλέα εὐνοίας καὶ τῆς φυλακῆς τῶν συνθηκῶν. Κράλης δὲ ἤδη πεπυσμένος, ὡς ἡ μὲν ἐκ τῆς ἠπείρου στρατιὰ καὶ Ῥωμαίων, καὶ βαρβάρων τοσαύτη οὖσα ἀναστρέψειε, βασιλεὺς δὲ ταῖς τριήρεσι μόναις καὶ βαρβάροις πεζοῖς ὀλίγοις ἀφιγμένος εἰς Θεσσαλονίκην Βέῤῥοιάν τε εἷλε, καὶ Ἔδεσσαν, καὶ ἄλλας πολίχνας οὐκ ὀλίγας, ἀνεθάρσησέ τε, καὶ στρατιὰν ἀναλαβὼν οὐ πολλὴν μὲν, πολὺ δὲ ὅμως ὑπερέχουσαν τῆς βασιλέως, ἤλαυνε σπουδῇ ἐπὶ Θεσσαλονίκην. Καὶ Βέλχος μὲν αὐτίκα ὑπ' ἐκεῖνον ἦν, καὶ συνεστρατεύετο μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν, τῶν πρὸς βασιλέα συνθηκῶν καὶ ὅρκων ἀμνημονήσας. Κράλης δὲ ἐγγὺς γενόμενος Θεσσαλονίκης, πρεσβείαν ἔπεμπε πρὸς βασιλέα, καὶ πρῶτα μὲν C ὠνείδιζε τὴν εἰς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην, ὅτι ἀμνημονήσας ὧν εὖ ὑπ' αὐτοῦ πρότερον πεπόνθει, καιροῦ τυχὼν αὐτοῦ ταῖς πόλεσιν ἐπιστρατεύσειε, καὶ τοὺς φρουροῦντας κατασχοίη ἐκβαλὼν, καὶ χρημάτων ἀποστερήσειεν οὐκ ὀλίγων, ἃ οὐκ ἐχρῆν ποιεῖν, ἀλλὰ τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων ἀπομνημονεύοντα, τὴν φιλίαν διασώζειν πρὸς αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ ἃ μὴ ἔδει εἴργαστο, κατηγορεῖν μὲν αὐτὸν, οἴεσθαι δὲ καὶ πάντα ὁντινοῦν· ἀναλύεσθαι δὲ ὄντων τῶν γεγενημένων, βούλεσθαι μάλιστα αὐτὸν, εἴ γε καὶ αὐτῷ δοκοίη, ἀλλήλοις συνελθεῖν, καὶ διαλεχθέντας περὶ τῶν διαφορῶν συμβάσεις θέσθαι, καὶ τὸν πόλεμον καταθέσθαι, ἀνανεωσαμένους τὰς σπονδὰς καὶ τὴν εἰρήνην. Τοιαῦτα μὲν ἐπρέσβευεν ὁ Κράλης, βασιλεῖ τε ἐδόκει βέλτιστα, καὶ συνέθεντο ἡμέραν ῥητὴν, D ἐν ᾗ ἔδει γενομένους ἐν ταυτῷ λύειν τὰς διαφορὰς, σπονδὰς θεμένους. Ἐπιστάσης τε τῆς προθεσμίας, οἵ τε βασιλεῖς ἀμφότεροι ἐξῄεσαν ὡπλισμένοι, καὶ οἱ συνόντες. Κράλης τε ὁμοίως μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὡπλισμένοι ὄντες ἧκον ἐγγὺς Θεσσαλονίκης, καὶ συνεγένετο τοῖς βασιλεῦσι· μετὰ δὲ τὴν προσαγόρευσιν ὁ Κράλης πρῶτος ἥπτετο πρὸς βασιλέα λόγου, Ἀδικεῖς, εἰπὼν, ὦ βασιλεῦ, πολέμου ἄρχων. Ἐγὼ δὲ ᾤμην εἶναι μηδὲν τῶν ὄντων, ὃ σε πρὸς ἐμὲ πεῖσαι δυνήσεται ἀγνωμονεῖν. Οἶσθα γὰρ αὐτὸς τῶν

tur, aut ipse præsidium inducat; suas enim facultates et maximas, et locis disjunctas Triballis diripientibus amissurum, et Cralem odio incensum cognatos atque domesticos suos funditus perditurum; sed exspectato die quinto decimo, donec propinquos et opes suas collegerit, sic demum illud occupet. His imperator, juramento præsertim accedente, persuasus, Thessalonicam repetit. Bessus jurata exsequens, et propinquos ac pecora resque alias e Triballis cogens, Thessalonicam non pauca, suæ in imperatorem propensionis pactique servati indicium mittit. Crales ut accepit tantum e Romanis atque barbaris collectum exercitum e continente reversum, et imperatorem triremibus solis, cum barbaris peditibus non ita multis Thessalonicam profectum, Berrhœamque **781** et Edessam, et alia oppidula complura cepisse (13), sese confirmans, cum copiis non magnis, imperatoriis tamen longe majoribus Thessalonicam contendit. Et Bessus quidem cum militibus suis, pactorum et jura menti oblitus, statim illi se jungit. Crales Thessalonicæ appropinquans, legationem ad imperatorem mittit, eique ingratum animum exprobrat, quod acceptorum beneficiorum immemor, tempore adjuvante urbes suas oppugnarit, ejectisque præsidiis occuparit, et facultatibus non modicis spoliarit, secus quam debuerit. Debuisse autem recordantem sua merita sacrosanctam servare amicitiam. Et quia contra fas egerit, se illum reprehendere, putareque reprehensum iri ab omnibus. Verum quia præterita corrigi nequeant, velle se, si idem ipsi placeat, cum eo congredi, disceptatisque controversiis pacisci, et bello valere jusso, fœdus pacis renovare. Hæc in legatione Crales, quæ imperatori gratissima accidere: præfixusque amborum voluntate dies, quo convenirent, ac dissidium icto fœdere componerent. Jamque dies præfinitus ad colloquium aderat, cum ambo imperatores et comites armati exeunt. Crales similiter cum stipatoribus suis armatus ad urbem Thessalonicam et imperatores accedit. Ubi inter se consalutarunt, Crales prior fari incipit: Iniquus es in me, imperator, cum bellum mihi facis. Ego vero sic arbitrabar, rem esse nullam, quæ alienum et ingratum te reddere posset. Scis enim, ut nemo melius, quomodo hostiliter ab homophylis oppugnatus, et Romanorum finibus exactus (injuste quidem, quis negat? sed tamen exactus) ad nos confugeris: qui neque beneficium aliquod tibi debebamus, nec tua injuria dolebamus. Sed si vera dicenda sunt, discordias in loco beatitudinis numerabamus, cum inde res nostræ bene haberent. Ast ego, quanquam hostes tui crebro legationes mitterent, pecuniam et urbem non unam offerrent, imperiique Romani partem non minimam parvipenderent, si me ami-

Jacobi Pontani notæ.

(13) Post hæc verba est in codice Græco lacuna pene unius versus. Videntur tamen verba sequentia ἀνεθάρσησέ τε, etc. cohærere cum superioribus.

cum atque socium nanciscerentur, et unam solam pro his omnibus gratiam peterent ut te vinctum illis transderem, aut ipse constrictum tenerem, nihilo minus immani pecuniæ. et tot oppidis, tamque amplæ, et cultæ regioni necessitudinem tuam anteposui : nec tantum quod facillime poteram, hostibus non prodidi (haud enim tibi memoria excidit ille status tuus), **782** sed etiam, quod in me fuit, bis, terque auxilia mea tibi adjunxi. Quorum omnium existimabam te perpetuo memorem, nunquam eo progressurum, ut quamvis potens, urbes meas affligeres. Tu autem, quod apparet, eorum omnium posita memoria, nunc barbaros in me, ut in hostem injuriosissimum ducis. Et urbium quidem alias armis cepisti, alias dolo et insidiis, aliquantas etiam metu subegisti. Militum vero præsidiariorum, qui in quaque reperti sunt, atque nobilium multorum, partim pugna occidisti, partim in servitutem redegisti, et libertatem eis corporum, quando tibi libuit, præbuisti, non magis manumissione eos exhilarans, quam dum servos faceres, contristaveras : quod non ita ipsis jucunda esset post servitutem libertas, quam tristis fuerat libertati imposita servitus. Pecuniam quoque infinitam et pecora innumerabilia abstulisti. Quæ omnia me excruciant, faciuntque ut vehementer ingratum te et iniquum judicem. Verum enimvero, tametsi abs te læsus toties, non hostis tibi, sed amicus et socius esse volo, perinde ut antehac : et hortor, ut abjectis istis cogitationibus humilibus priorem amicitiam et fœdus mecum renoves, et uterque quæ habet, retineat. Quod si ægre tibi est, me quoque portionem aliquam de Romano imperio ablatam possidere, at illud cogites velim, te multo ampliorem habere, detractam ex ea quæ alterius erat propria : quibus utrumque contentum esse, et facto fœdere pacem agitare par est. Sin ista conditio te non delectat, vide ne, præterquam quod nihil proficis, etiam inexplebilis avaritiæ et ingrati animi erga amicos ac bene meritos crimen incurras. Hæc Crales ad imperatorem multis præsentibus. Imperator aliquandiu silens, in hæc verba responsum reddidit : Nihil æque hominum vitæ jam inde ab initio obesse opinor, neque aliud magna dissidia et bella gravia peperisse, quam quod unusquisque sibi et aliis haud justus est arbiter, sed sibi quidem vel turpissima frequenter ignoscit, ab áliis autem etiam pro minutissimis delictis pœnas poscit acerbissimas. Atque hoc est, quod vitam humanam tantopere perturbavit atque permiscuit, nec urbibus tantum ac domibus ingentia incommoda intulit, sed et tota imperia pessumdedit, cum aut quidam insaturabili cupiditate bello per nefas illato alios evertunt, aut ab aliis quibus iniqui fuerant, juste ac honeste se ulciscentibus evertuntur, quod et tibi modo contigisse arbitror. Si enim æquum et bonum **783** te in nostra amborum causa judicem præstitisses, non tu contra fœdus et juramenta tot oppidis Romanorum incubans, nihil te novum admittere censuisses ; nec me, qui

A ἄλλων μᾶλλον, ὡς πολεμηθεὶς ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων, καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθεὶς (ἀδίκως μὲν, οὐ γὰρ ἂν ἀρνηθείην οὐδ' αὐτὸς, ὅμως δ' οὖν ἀπελαθεὶς), ἧκες παρ' ἡμᾶς, οὔτ' ἀμοιβάς σοι προτέρων εὐεργεσιῶν ὀφείλοντας, οὔτ' ἀγανακτοῦντας ὑπὲρ σοῦ ἀδικουμένου, ἀλλ' εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τὴν ὑμῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰν ἐν εὐτυχίας μέρει λογιζομένους τῷ τὰ ἴδια εὖ τίθεσθαι. Ἐγὼ δὲ καίτοι τῶν σοὶ πολεμούντων πολλὰς πρεσβείας πεποιημένων, καὶ χρήματα παρεχομένων, καὶ πόλεις πολλὰς, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀπόμοιραν προϊεμένων οὐκ ὀλίγην, καὶ φίλον ἔχειν, καὶ σύμμαχον ὑπισχνουμένων, καὶ μίαν τούτων ἁπάντων χάριν ἀπαιτούντων τὸ σὲ δεσμώτην παρασχεῖν, ἢ αὐτὸν κατέχειν συλλαβόντα, οὐκ ἠθέλησα αὐτός· ἀλλὰ καὶ

B χρημάτων πολλῶν, καὶ πόλεων τοσούτων, καὶ χώρας πολλῆς καὶ ἀγαθῆς, τὴν σὴν φιλίαν προειλόμην, καὶ οὐ μόνον οὐ προδέδωκα τοῖς πολεμίοις, καίτοι ῥᾷστά γε δυνάμενος· οὐ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς ἐν ὅτοις ἦσθα τότε· ἀλλὰ καὶ τό γε εἰς ἐμὲ ἧκον, καὶ δὶς, καὶ τρὶς ἐπὶ συμμαχίᾳ παρεσχόμην στρατιάν. Ὧν ἐνόμιζον ἁπάντων μεμνημένον οὐδέποτε βουλήσεσθαι, κἂν δυνήσηται μεγάλα, τὰς ὑπ' ἐμὲ τελούσας πόλεις κακουργεῖν. Σὺ δ', ὡς ἔοικεν, ἐκείνων ἁπάντων ἐπιλελησμένος, ἥκεις νῦν βαρβάρους ἄγων, ὡς ἐπὶ πολέμιον καὶ τὰ μέγιστα ἠδικηκότα. Καὶ πόλεις, τὰς μὲν τοῖς ὅπλοις εἷλες, ἑτέρας δὲ κλοπῇ, οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ ὑπὸ δέους προσχωρησάσας. Καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας στρατιώτας, καὶ τῶν ἐπιφανῶν

C πολλοὺς, τοὺς μὲν ἀπέκτεινας κατὰ τὰς μάχας, τοὺς δὲ ἄλλους ἀνδραποδίσας, ἐν εὐεργεσίας μέρει τὴν ἐλευθερίαν τῶν σωμάτων, ὅτε σοι βέλτιον ἐφαίνετο, παρείχου, οὐ μᾶλλον ἥδεσθαι ποιῶν τυγχάνοντας ἐλευθερίας, ἢ ὅσον ἐξανδραποδιζόμενος ἐλύπεις. Χρημάτων τε ἀπεστέρησας καὶ βοσκημάτων, οὐδὲ ἀριθμητῶν. Ἃ πάντα ἄχθεσθαι ποιεῖ, καὶ πολλὴν σου κατηγορεῖν ἀγνωμοσύνην. Ὅμως μέντοι, καίτοι τοσαῦτα ὑπὸ σοῦ ἠδικημένος, οὐ πολέμιος, ἀλλὰ φίλος καὶ σύμμαχος, ὥσπερ καὶ πρότερον αἱροῦμαι εἶναι σός. Καὶ πᾶσαν ἀποθέμενον παραινῶ μικροψυχίαν, τὴν προτέραν φιλίαν καὶ τὰς σπονδὰς ἀνανεοῦσθαι, ἔχοντας ἃ ἔχομεν ἑκάτερον. Εἰ δέ σε λυπεῖ τὸ καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας μοῖράν τινα παρῃρημένον ἔχειν, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννοεῖν χρὴ, ὡς αὐ-

D τὸς ἔχεις πολλαπλάσιον λαβὼν ἐκ τῆς αὐτῆς ἑτέρῳ προσηκούσης· οἷς προσῆκον ἀγαπᾷν ἑκάτερον, καὶ σπονδὰς θεμένους, εἰρήνην ἄγειν. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα φίλα σοι δοκεῖ, ὅρα μὴ σοι πρὸς τῷ μηδὲν πλέον ἠνυκέναι, καὶ ἀπληστίας καὶ ἀχαριστίας πρὸς τοὺς φίλους καὶ τοὺς εὖ πεποιηκότας ἔγκλημα προσέσται. Τοιαῦτα μὲν ὁ Κράλης διειλέχθη πρὸς βασιλέα πολλῶν παρόντων. Βασιλεὺς δὲ ἐπισχὼν μικρὸν, τοιαύτην πρὸς Κράλην ἐποιήσατο ἀπολογίαν. Οὐδὲν οὕτως οἴομαι λυμαίνεσθαι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐξαρχῆς οὐδὲ μᾶλλον αἴτιον τῶν μεγάλων διαφορῶν καὶ τῶν πολέμων γεγενῆσθαι, ἢ τὸ μὴ δικαίως ἕκαστον ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις διαιτᾷν· ἀλλ' ἑαυτῷ μὲν καὶ τὰ ἀτοπώτατα πολλάκις συγχωρεῖν, τοὺς δ' ἄλλους καὶ ὑπὲρ τῶν ἐλαχίστων μεγίστας ἀπαιτεῖν

εὐθύνας. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ πολλῆς ἐμπέπληκε τὸν A βίον ταραχῆς, καὶ οὐ πόλεσι μόνον καὶ οἰκίαις μεγάλας ἐνειργάσατο συμφοράς, ἀλλὰ καὶ ὅλας διέφθειρεν ἡγεμονίας, ἢ αὐτούς τινας ὑπ' ἀπληστίας ἑτέρους διαφθείραντας πολέμων ἄρχοντας ἀδίκων, ἢ ὑπὸ τῶν ἀδικουμένων διαφθαρέντας, δικαίως καὶ καλῶς ἀμυνομένων· ὅπερ οἴομαι καὶ σοὶ συμβεβηκέναι νῦν. Εἰ γὰρ δικαίως καὶ καλῶς ἐμοί τε καὶ σαυτῷ διῄτεις, οὐκ ἂν σὺ μὲν, ἐκσπόνδως καὶ παρὰ τοὺς ὅρκους τοσαύτας ἔχων Ῥωμαίων πόλεις, καινὸν ᾤου μηδὲν ποιεῖν, ἐμὲ δ' ὅτι ἐκ πολλῶν ἀπέλαβον ὀλίγα, ἐδίωκες ἀγνωμοσύνης καὶ ἀχαριστίας, καὶ τὸ τούτων ἔτι θαυμασιώτερον, ἀπληστίας. Ὡς μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων πολεμηθεὶς ἀδίκως, καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθεὶς, πρὸς σὲ B ἀφῖγμαι, πολλοὺς ἄγων καὶ τῶν οἰκείων, καὶ τῶν φίλων, καὶ χρήματα οὐκ ὀλίγα, καὶ ὡς αὐτὸς οὔτε χρημάτων ἐπιθυμίᾳ τοσούτων ὄντων τῶν τε παρ' ἐμοὶ, καὶ τῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων παρεχομένων, οὔτε πόλεων καὶ χώρας τοσαύτης προϊεμένων ἐπὶ τῷ κακῶς ποιεῖν ἐμὲ, οὐδενὸς ἡττήθης, ἀλλὰ πάντων τὴν εἰς ἐμὲ φιλίαν προὔθηκας, οὐκ ἂν ἀρνηθείην οὐδ' αὐτός· ἀδικοίην γὰρ ἂν τὰ μέγιστα σέ τε ὁμοίως καὶ τοὺς ἄλλους, οἷς ἐξῆν τοιούτοις παραδείγμασι καλοῖς χρωμένοις ἐπὶ τὸ τὰ βελτίω πράττειν προθυμεῖσθαι. Τὸ γὰρ μηδὲν, ὥσπερ ἔφης καὶ αὐτὸς, πρὸς ἀντίδοσιν εὐποιΐας προοφείλοντα, καὶ κατὰ συμφορὰς εἰσδεδεγμένον, ἔπειτα μήτ' οἴκοθεν ὁρμηθῆναι πρὸς πλεονεξίαν, μήθ' ὑπ' ἄλλων ἐναγόμενον, καὶ καταναγκαζόμενον, μήτ' ἄδικον, μήτ' C ἀγεννὲς βουλεύσασθαι περὶ ἐμὲ, ἀλλὰ πάντων ἐκείνων τῶν δοκούντων πρὸς τὴν ἀρχὴν λυσιτελεῖν, τὴν τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου αἵρεσιν προῖκα προτιμῆσαι, οὐ μεγαλοψυχίαν μόνον καὶ φιλοτιμίαν, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνην καὶ εὐβουλίαν συμμαρτυρεῖ, καὶ τούτων ἁπάντων ἐγώ σοι πολλὰς ὀφείλειν δίκαιος εἶναι χάριτας ὁμολογῶ· οὐ μόνον διὰ τὸ μηδὲν ἠδικηκέναι μάλιστα δυνάμενον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν εἰς ἐμὲ τιμὴν μείζω, ἢ πρὸς φίλον ἐπεδείξω. Σχεδὸν γὰρ παρ' ὅσον χρόνον σοὶ συνῆν, τῆς ἀρχῆς ἐμοὶ τῆς σῆς ἐξέστης, οὐκ αὐτὸς μόνον τῶν πρωτείων ἀεὶ παραχωρῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας, ὡς αὐτῶν βασιλεύοντι προσέχειν κελεύων, καὶ πᾶσιν αἰδῶ παρέχειν καὶ τιμήν. Δι' ἃ σοι καὶ μείζους οἶδα χάριτας, ἢ σωτηρίας. Τότε μὲν γὰρ σωθεὶς, D πάντως ὕστερον ἀποθανοῦμαι· ἡ τιμὴ δὲ καὶ μετὰ τελευτὴν διαμενεῖ, ὑπὸ πάντων ᾀδομένη καὶ τῶν εἰς ὕστερον ἐσομένων. Οὐ σὲ δὲ μόνον ἐπὶ τούτοις δίκαιος ἂν εἴην ἐπαινεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν σὴν γυναῖκα μάλιστα αἰτιωτάτην ὀφθεῖσαν τῶν γεγενημένων εἰς ἐμέ· αὐτὴ γὰρ καὶ ἐβουλεύσατο καὶ ἔπεισέ τε ὁμοίως, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τέλει, μὴ μικρολογεῖν μηδ' εἶναι ἀγαθοὺς ἐπὶ μισθῷ, ἀλλὰ προῖκα καὶ κατὰ φιλοτιμίαν, μέγιστον κέρδος αὐτὸ τοῦτο ἡγουμένους, τὸ τὰ καλὰ καὶ δίκαια αἱρεῖσθαι· οἵ τε ἐν τέλει πάντες, καὶ ἡ ἄλλη στρατιὰ, οὐ διὰ τὸ σὲ βούλεσθαι μόνον καὶ κελεύειν, ἀλλὰ καὶ οἴκοθεν ὡρμημένοι, μεγάλην ἐπεδείξαντο τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην εἰς ἐμέ. Ὧν ἁπάντων αὐτὸς

A ex multis pauca recepi, ut improbum ingratumque, et quod his mirabilius est, avarum accusavisses. Me igitur a civibus meis bello petitum, et Romano solo pulsum, cum necessariis et amicis, et pecunia multa ad te venisse, te neque amore pecuniæ, quam ego et hostes tam grandem offerebamus, neque urbibus et regione, quibus tibi cedebatur, ut mihi malefaceres, te, inquam, nullo horum victum esse, sed omnibus amicitiam meam prætulisse, nec ipse negaverim; essem enim in te et alios, qui tam egregiis exemplis ad virtutem incitari poterant, injustissimus. Nam quod nullum, ut aiebas, beneficium mihi debens, in mea me calamitate excepisti, neque tuopte ingenio ad commoda tua ex me comparanda impulsus es, B neque ab alio inductus, aut coactus injuste, aut indigne in me consuluisti: sed omnibus illis, quæ ad principatum amplificandum pertinere videbantur, honestatem atque justitiam anteposuisti, hæc te non modo excelso animo, et ardore quodam immortalis gloriæ præditum, sed et bonum virum, intelligentia præstantem testantur, et ob hæc omnia ego tibi multas gratias jure debere confiteor: non solum quod nihil nocueris, cum id facillime posses, sed etiam quod majori me honore, quam amicum cumulaveris. Ferme enim, quandiu tecum vixi, tuo principatu mihi cessisti, non ipse duntaxat priores mihi deferens, sed et subjectos tuos omnes, tanquam si eorum rex essem, mihi obtemperare, omnique veneratione et honore me C prosequi præcipiens. Quorum gratia ampliores tibi, quam pro salute et incolumitate mea abs te conservata gratias ago. Tum siquidem abs te servatus, omnino tandem aliquando hac luce defungar: honor autem, quo me cohonestasti, etiam post fata manens, per ora posterorum volitabit. Neque vero te tantum his de causis, sed et conjugem tuam jure laudibus celebrarim, quæ tuorum erga me beneficiorum causa præcipua fuit. Ipsa enim consilium dedit, ipsa tibi aliisque proceribus persuasit ne quid sordidius committeretis, neve præmium aliquod exspectantes, sed gratis prorsus, et laudi vobis studium in me vestrum ducentes, benefici essetis, hoc unum in lucris maximis deputantes, justa et honesta consectari. Principes porro tui D omnes et milites, non tantum quia tu ita velles, itaque mandares, **784** sed sponte et voluntate libera humanitatem candoremque eximium adversus me declararunt. Pro quibus et ipse gratias debeo, et quorum aures vel sero ea narratio tetigerit, illos prædicabunt. Quid est igitur quod dicis, me tot meritorum immemorem, sine ulla causa voluisse bello te lacessere, tam male respondentem tuis benefactis? Atqui longe foret absurdissimum, lingua quidem sic prolixe gratias agere bene merentibus, nec tacita velle habere merita, re autem ingratum esse, viderique sibi maxime contrarium: quem neque in illos qui me vehementer offenderant et in miserias præcipitaverant, unquam tali animo fuisse constat, sed et dissidii hujus, et ar-

morum istorum causas ab initio usque nunc ipsi præbuistis, id quod rebus demonstrare contendam. Ut enim mihi apud vos diversanti super societate visum est fœdus sancire, et sic invicem commodare conari, tu mercedis societatem multa oppida et regionem Romani principatus propriam postulabas. Ego vero nec abjectissimum quidem castellum tibi spondebam, volebamque auxilium esse gratuitum. Non enim vobis duntaxa' indignum, illiberale et pudendum esse summopere, non gloriæ et amicitiæ gratia, sed mercede servire: verum etiam mihi tam impossibila factu esse, ut nihil magis, propter meam et eorum qui me sequerentur salutem Romanos prodere, quamvis illi in me arma improbe movissent: quandoquidem non illos servitute mactare, sed ab eorum cervicibus hostile servitutis jugum dejicere, jam inde a principio nervis omnibus contendo, statimque meam sententiam aperui, ut, si videretur, amicitiæ tantum et honoris amplissimi causa opem ferres: sin minus, me tamen nihil ab ingenuitate abhorrens commissurum, neque cives meos Romanos proditurum, sed cum liberis et propinquitate conjunctis moriturum potius, quam ob præsentem utilitatem æterna dedecoris monumenta ad posteros Romanos relicturum. Quæ tu quoque cum conjuge proceribusque consultando justa et utrique nostrum laudem non minimam conciliatura judicabas, fœdusque percussimus, et sacramenta concepimus, ut amicitiam et societatem in omni vita coleremus, alterque alterum, ut maxime posset, in tempore adjuvaret. Oppida vero et regionem Romanam, quantam Andronico imperatore adhuc superstite tu ipse, aut majores tui prioribus imperatoribus abstulissent, **785** tantam secure teneres: nec propterea ego arma sumerem, quamvis ea possem tibi eripere. Relictas usque ad id tempus urbes, nullo modo, neque arte, aut machina ulla auferre niterere: sed mihi, ad recuperationem Romani principatus, pro facultate contra adversarios meos dimicans navares operam; et captas quidem, aut deditas me præsente ego haberem sine controversia: sin contingeret me absente, aut ipsum te, aut dynastarum tuorum quempiam urbem aliquam Romanorum aut proditione, aut obsidione, aut corruptis largitione civibus, aut alia quadam ratione occupare, mihi restitueretur, nullusque obtentus ad ullum auferendi modum sufficeret. Atque istuc probare evidenter licet ex juramentis in tabulas relatis, quibus tunc fœdus inter nos ictum sanxisti, præsentibus archiepiscopo tuo, et iis qui nunc coram adsunt, principibus tuis. Consideremus itaque, uter juramenta ista servarit, egone, quem tu tantæ improbitatis et tam ingratæ voluntatis atque sceleris in amicos, et insatiabilis cujusdam cupiditatis accusas: an tu, qui scilicet alienum nihil concupiscis, sed amicitiam constanter colis, et quasi quoddam vitæ institutum tenes, ut non facile cum tempore commuteris, neque se-

A τε χάριτας ὀφείλω, καὶ οἱ ἄλλοι ἐπαινέσονται ὅσοις εἰς ἀκοὰς ἀφίξεται καὶ μετὰ χρόνον τὸ διήγημα. Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν τοσούτων ἀγαθῶν ἀμνήμων ἐγὼ γεγενημένος, ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας εἱλόμην πολεμεῖν, καὶ κακοῖς ἀμείβεσθαι τοὺς εὐηργετηκότας; Πάντων μέν τ' ἂν εἴη ἀτοπώτατον, γλώττῃ μὲν οὕτως εἰδέναι χάριν τοῖς εὐπεποιηκόσι, καὶ μὴ συγκρύπτειν αἱρεῖσθαι τἀγαθὰ, ἔργοις δὲ ἀχαριστεῖν, καὶ ἑαυτῷ φαίνεσθαι ἐναντιώτατον, ὃς οὐδὲ πρὸς τοὺς πολλὰ προσκεκρουκότας, καὶ μεγάλων γεγενημένους αἰτίους συμφορῶν, τοιαύτην οὐδέποτε γνώμην ὤφθην ἔχων· ἀλλὰ καὶ τῆς τοιαύτης διαφορᾶς, καὶ τοῦ κεκινημένου πρὸς ἡμᾶς νυνὶ πολέμου αὐτοὶ τὰς αἰτίας ἐξαρχῆς, καὶ ἄχρι νῦν παρέχεσθε, καὶ τοῦτο πειράσομαι ποιεῖν ἐκ τῶν πραγμάτων ἐναρ- B γές. Ὡς γὰρ διατρίβοντί μοι παρ' ὑμῖν ἐδόκει σπονδὰς καὶ ὅρκους ἐπὶ συμμαχίᾳ τίθεσθαι, καὶ οὕτω παρέχεσθαι πειρᾶσθαι τὴν ὠφέλειαν, σὺ μὲν μισθὸν τῆς συμμαχίας ᾔτεις πόλεις πολλὰς καὶ χώραν τῇ Ῥωμαίων προσήκουσαν ἡγεμονίᾳ· ἐγὼ δὲ οὐδ' ἑνὸς τῶν φαυλοτάτων τινὸς φρουρίου παρεχώρουν· ἀλλ' ἠξίουν προῖκα βοηθεῖν. Οὐ γὰρ ὑμῖν εἶναι μόνον ἀγεννὲς καὶ ἀνελεύθερον, καὶ ἀδοξίαν προστριβόμενον πολλὴν, μὴ διὰ φιλοτιμίαν καὶ φιλίαν, ἀλλὰ μισθῷ δουλεύειν, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ τῶν πάντων ἀδυνατώτατον, διὰ τὴν ἐμαυτοῦ καὶ τῶν συνόντων σωτηρίαν καταπροΐεσθαι Ῥωμαίους, εἰ καὶ ἀγνωμονοῦντες ἐκεῖνοι, τὸν πόλεμον κεκινήκασι τὸν πρὸς ἐμέ· οὐ γὰρ καταδουλοῦν, ἀλλ' ἐλευθεροῦν C ἀπὸ τῶν πολεμίων μᾶλλον ἐξαρχῆς τε εὐθὺς, καὶ ἄχρι νῦν μάλιστα σπουδὴν ποιοῦμαι, εὐθύς τε ἀπεφαινόμην, ὡς εἰ μὲν δοκοίη διὰ φιλίαν μόνην καὶ φιλοτιμίαν βοηθεῖν· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' αὐτόν γε καταπράξεσθαι ἀνελεύθερον οὐδὲν, οὐδὲ προδότην φανεῖσθαι Ῥωμαίων τῶν ὁμοφύλων· ἀλλ' αἱρήσεσθαι μᾶλλον αὐτὸς ἀπόλλυσθαι, καὶ τέκνα καὶ οἰκείους, ἢ διὰ τὴν ἐν τῷ παρόντι χρείαν ἀδοξίας ἀείμνηστα μνημεῖα τοῖς εἰσέπειτα Ῥωμαίοις καταλείπειν. Ἃ ἐδόκει καὶ σοὶ μετὰ γυναικὸς βουλευομένῳ καὶ τῶν ἐν τέλει δίκαιά τε εἶναι, καὶ πολλὴν οἴσοντα φιλοτιμίαν ἐμοί τε ὁμοίως καὶ ὑμῖν· καὶ συνεθέμεθα τὰς σπονδὰς, καὶ τοὺς ὅρκους ἐπὶ τούτοις, ὥστε φίλους ἀλλήλοις εἶναι καὶ συμμάχους διὰ βίου, καὶ βοηθεῖν ἑκάτερον ἑτέρῳ, ὡς ἂν μάλιστα D ἔχοι καλούσης χρείας· πόλεις δὲ καὶ χώραν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις, ὅσης μὲν αὐτὸς βασιλέως ἔτι περιόντος Ἀνδρονίκου ἢ οἱ πρόγονοι ἀφείλοντο ἐκ τῶν προτέρων βασιλέων, ταύτην ἔχειν ἀσφαλῶς, καὶ μηδένα πόλεμον ἐμὲ κινεῖν περὶ αὐτῆς, κἂν δύνωμαι ἀφαιρεῖσθαι· τὰς ἔτι δὲ ὑπολειπομένας ἄχρι τότε, μηδενὶ τρόπῳ μήτε τέχνῃ, μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ πειρᾶσθαι ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλ' ἐμοὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν συγκατακτᾶσθαι ἄχρι καὶ τοῦ δυνατοῦ πολεμοῦντα τοῖς ἐμοὶ ἀνθεστηκόσι, καὶ τὰς μὲν ἁλισκομένας, ἢ προχωρούσας ἐμοῦ παρόντος, ταύτας ἔχειν ἐμὲ ἀνενδοιάστως. Εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ἀπόντος, ἢ αὐτὸν, ἢ τῶν ὑπὸ σὲ τελούντων δυνατῶν τινα, πόλιν κατασχεῖν ὑπήκοον Ῥωμαίοις, ἢ προδοσίᾳ, ἢ πολιορκίᾳ, ἢ διαφθείραντα τοὺς

ἐνδον χρήμασιν, ἢ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ, πάσας ἐμοὶ ἀποδιδόναι, καὶ μηδεμίαν πρόφασιν ἀρκεῖν ἐπὶ μηδεμιᾷ ἀποστερήσει, καὶ τούτων ἔξεστιν ἀπόδειξιν παρέχειν ἐναργῆ ἐκ τῶν ἐγγράφων ὅρκων τουτωνὶ, οὓς ἐποιήσω τότε πρὸς ἐμὲ ἐν ταῖς συνθήκαις παρόντος ἀρχιεπισκόπου τοῦ σοῦ, καὶ τῶν νυνὶ παρόντων ἐνθάδε τουτωνὶ τῶν ὑπὸ σὲ ἐπιφανῶν. Σκεψώμεθα δὴ οὖν ὁπότερος ἐνέμεινε τοῖς ὅρκοις τούτοις· ἆρ' ὁ πολλὴν ἀγνωμοσύνην καὶ ἀχαριστίαν κατηγορούμενος ἐγὼ, καὶ κακῶς περὶ τοὺς φίλους, καὶ ἀπληστίας δίκην φεύγων, ἢ σὺ ὁ τῶν ἀλλοτρίων μηδενὸς ἐπιθυμῶν, ἀλλὰ βέβαιος περὶ τοὺς φίλους, καὶ ὥσπερ πολιτείαν διὰ βίου μετιὼν τὸ μὴ συμμεταβάλλεσθαι ῥᾳδίως τοῖς καιροῖς, μηδὲ τὰ εἰσάπαξ ἐψηφισμένα τρόπων εὐκολίᾳ διαλύων. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, μήτ' εὐορκίας ἐμὲ καὶ βεβαιότητος περὶ τοὺς φίλους, καὶ εὐγνωμοσύνης μηδὲν δεῖγμα παραλείπειν, μήτε σὲ ἀπληστίας, καὶ ἐπιορκίας, καὶ περὶ τοὺς φίλους ἀπιστίας· ὡς γὰρ ἐγενόμην ἐν Βεῤῥοίᾳ, καί τινες πολίχναι προσεχώρουν περὶ αὐτὴν καὶ Θετταλία, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπειρώμην αὔξειν τὴν ἀρχὴν, καὶ στρατιὰν ἠθροικὼς ὅσην μάλιστα ἐξῆν, ἔχων καὶ Γερμανοὺς τοὺς παρὰ σοῦ, ἧκον εἰς Θεσσαλονίκην ὑπὸ τῶν φίλων κεκλημένος. Σὺ δὲ αὐτίκα ἐπεβούλευες, μηδεμίαν αἰτίαν μηδὲ πρόφασιν πρὸς τὸν πόλεμον παρασχομένῳ, καὶ τοῖς τε Θεσσαλονικεῦσι συνεβούλευες ἐπεξιέναι, καὶ Γερμανοὺς τοὺς σοὺς ἀνεκαλοῦ ἀπ' αὐτῆς τῆς παρατάξεως σχεδόν· ἃ εἶναι πολεμιωτάτου, εἰ μὴ σύγε, ἀλλ' οἱ παρόντες ἅπαντες ἐροῦσι. Ἀναστρέφοντι δὲ ἐκεῖθεν, στρατιὰν ἔπεμψας ἐπὶ τὸν Ἀξειὸν κωλύουσαν πρὸς τὸν πόρον, καὶ μονονουχὶ τοῖς πολεμίοις αὐτοχειρίᾳ παρεδίδως· ἐς τοσαύτην γὰρ κατέστησας ἀνάγκην, ὥστε εἰ μὴ Θεὸς ἄνωθεν ὑπερέσχε χεῖρα πρὸς τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ, ἀπωλόμεθ' ἂν πάντες ἀκλεῶς ὑπὸ περιχυθέντων ὁμοῦ Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων. Οὕτω τοὺς ὅρκους διετήρησας ἀκριβῶς, καὶ ταῦτα οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου γεγραμμένους. Οὐ μὴν ἠρκέσθης ἀφανῶς ἐπιβουλεύειν μόνον, ἀλλ' Ἀποκαύχου τοῖς κόμποις καὶ τοῖς πλάσμασι πεισθεὶς, χρήματά τε, ὡς ἐλέγετο, παρ' ἐκείνου εἰληφὼς, πολέμιον ἐμὲ ἐψηφίσω φανερῶς, ὃν ἐν τοῖς ὅρκοις γράφεις διὰ βίου σύμμαχον καὶ φίλον ἕξειν· οὐδ' αὐτὸς ἂν, οἶμαι, φαίης εὐορκεῖν· καὶ γράμματα ἔπεμπες ἐμοὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν συμμαχίαν φανερῶς ἀπαγορεύοντα, καὶ πόλεμον καταγγέλλοντα ἀκήρυκτον· ἃ καὶ νῦν ἔξεστιν ὁρᾷν εἰς δεῦρο διασωθέντα παρ' ἐμοί. Καὶ ἐξ ἐκείνου οὐ διέλιπες φανερῶς τε πολεμῶν, καὶ ἀφανῶς ἐπιβουλεύων. Ἐμοί τε γὰρ εἰς Διδυμότειχον ἐπανήκοντι μετὰ Ἀμοὺρ, ἐπεὶ ἐκεῖνος ἦν εἰς τὴν Ἀσίαν, τὴν ὑπόσχεσιν Ἀποκαύχῳ ἐκπληρῶν, τὸ κράτιστον τῆς στρατιᾶς ἔχων ἐπεστράτευες· καὶ προῆλθες ἄχρι Μυγδονίας, φανερῶς ἐπιὼν ἐμοί. Περσῶν δὲ πεζῶν περιτυχόντων, ὧν τὰς ναῦς αἱ Λατινικαὶ ἐνέπρησαν τριήρεις, καὶ πολλὰ τῇ στρατιᾷ λυμηναμένων, ἣν ἔπεμπες ἐπ' αὐτοὺς, ἀνεχώρεις καὶ αὐτὸς εἰς τὴν οἰκίαν πληγεὶς ἀπροσδοκήτοις, καὶ Μανουὴλ δεσπότην τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς Βεῤῥοίας τὴν ἀρχὴν, καὶ τῶν ἄλλων πολιχνίων καταλελειμμένον ὑπ' ἐμοῦ, φανερῶς τε ἐπολιόρκεις

A mel decreta per levitatem retractes. Equidem mihi videor nullum religionis, constantiæ, æquitatis munus erga amicos prætermisisse: neque avaritiæ meæ, perjurii et infidelitatis in eosdem ullum argumentum exstat. Cum enim Berrhœæ versarer, urbesque finitimæ quædam ad me desciscerent, ego quidem, ut res ferebat, augere imperium conabar, et collectis quantas poteram copiis, habens et Germanos abs te mihi missos, Thessalonicam amicorum accersitu veni. Tu mox nulla causa, nulla occasione a me præbita mihi insidiatus, Thessalonicensibus, ut in me irent, auctor fuisti, Germanosque tuos ex ipsa propemodum acie revocasti. Quæ profecto importunissimi hostis esse, si tu non dicas, at dicent quotquot hic astant. Me
B autem inde revertentem, manum ad Axium flumen, transitu me prohibituram misisti, et tantum non tua ipse manu hostibus me tradidisti. Eo enim necessitatis adegisti, ut nisi Deus desuper manum suam ad flumen trajiciendum extendisset, a circumfusis simul Romanis atque barbaris nulla cum nostra gloria delendi fuerimus: **786** tam præclare tu jusjurandum, idque in litteras nuper relatum præstitisti. Nec clandestinis insidiis contentus, etiam Apocauchi, hominis ventosi, figmentis credens, et pecunia ab illo, ut aiebant, accepta, hostem me palam declarasti, quem in jurejurando socium semper atque amicum habiturum te scribis. Hæc qui faciat, nec tu eum, opinor, juratis stare affirmaveris. Insuper litteras mittebas, qui-
C bus pacem et amicitiam aperte renuntiabas, et bellum non ante, pro more, indictum denuntiabas: quas et in hunc usque diem a me servatas videre licet. Ex illo me et manifestis armis, et occultis insidiis petere non cessasti. Nam et Didymotichum cum Amurio reversum, postquam ille in Asiam renavigavit, ut Apocaucho promissa faceres, robur exercitus in me duxisti; et usque Mygdoniam palam hostis meus tetendisti. Persis autem peditibus occurrentibus, quorum naves Latinæ triremes incenderant, et egregie attrito ab eis exercitu, quem contra ipsos mittebas, ipse quoque improvisa re perculsus, in tuam provinciam rediisti: et Manuelem despotam filium meum, quem ego
D Berrhœæ, oppidulorumque aliorum præfectum reliqueram, palam obsedisti, nec cives pecunia depravare omisisti, donec illis exosum in Thessaliam expulisti. Tu vero urbem occupabas, et Pheras similiter longo tempore obsidens, cum te orarem, juramentique commonefacerem, quandoquidem civili bello distentus, ad urbes illas accedere non poteram, auris discerpenda mea verba tradebas: et egestate illos obsessioneque assidua premens, postremo etiam ibi civibus primariis pecunia transversim actis, urbem ad te allexisti: et postmodum magno equitum peditumque numero Thessaliam et Acarnaniam Romanorum provincias invasisti, ac memorabilem illam calamitatem invexisti, ut Acarnanes ob intolerandam famem ad maritimas

oras sponte profecti, barbaris plagiariis lucrum se gratuitum prostituerent, obsecrantes in alias terras transferri, ibique servire tota vita potius, quam præsenti inedia contabescere. Postea Angelo consobrino meo demortuo, quem ego prætorem eo miseram, tu provincias tibi vindicasti, et præterea urbes Macedoniæ non paucas, quæ, quando vicissim jurabamus, sub imperio Romano censebantur. Utrum igitur hæc amantis, et juramenti sanctitatem custodientis, habendique inexplebilem aviditatem et rapinas odientis sunt, an plane secus?
787 A quibus vitiis nos procul absumus. Quin imo cum Amurius hic ad me juvandum cum quatuor et viginti barbarorum millibus adesset, qui universum principatum tuum concutere ac destruere poterant, cavi diligentissime, ne quid damni provincia tua pateretur: quanquam belli honestam occasionem haberem, priores insidias, quodque opere ipso apertum te hostem profitebare, et hisce litteris, quas ad me misisti, pacem et juramentum rescindebas et id a me barbari etiam atque etiam flagitarent. Tamen absurdum nimis et personæ meæ indecorum duxi, propter minutum abjectumque animum tuum, et in rebus honestis inconstantiam, ingratum erga amicos atque infidelem videri, si qui tanta in me prior bona contulisset, ei nihil rependerem, sed propter culpas quasdam tolerabiles, in omni vita mea reliqua hostis loco eum ducerem. Post id tempus cum sæpius ulcisci me possem, nolui, verum missis oratoribus, etiam ante captum Byzantium, ut tandem amici officium sequerere, neve juramenta violares, rogavi. At tu quid jus fasque postularent non curabas: sermonibusque fallacibus et curiosis circumscribere me attentabas. Ego, tametsi id nossem planissime, non statim in te arma movi, sed enitebar semper, ne timiditate quadam ad bellum tibi inferendum prosiluisse existimarer. Cum cernerem autem incassum me laborare, cunctationemque meam non magnitudinem animi et æquitatem, sed morum civilium neglectum, ac propemodum proditionem esse, ne sic quidem in provinciam tuam irrui, sed ademptas urbes nitor recipere, quarum causa tu me avaritiæ iniquitatisque insimulas: tale quiddam faciens, quale est in proverbio, fures insuper accusant: et cupiditatem quasi merito mihi objectas, quod cum ipse amplissimam Romani imperii partem obtineam, tibi minorem invideam. Atqui, bone vir, hoc justum et decorum esse difficulter probaveris. Non enim sane Mœsorum, aut Pæonum aliorumve regnum, quod neutrius erat, divisimus, sed cum tu de Romano imperio, cujus penes me jus et auctoritas est, non exiguam portionem detraxeris, adhuc de reliqua tibi gratias agi postulas. Me vero etiam ante hunc habitum, quem gesto, Romanis imperasse, docere nihil attinet, quando id omnibus notissimum est. At enim etsi antea in tenebris vivens, repente imperator prodiissem,
788 tamen sic me in antecedentium imperatorum

A πέμπων στρατιὰν, καὶ τοὺς ἔνδον οὐκ ἠμέλεις διαφθείρων χρήμασιν, ἄχρις οὗ πείσας ἐκείνῳ δυσνοεῖν, ἐκεῖνον μὲν ἐξήλασας εἰς Θετταλίαν, αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν εἶχες, καὶ Φερὰς ὁμοίως ἐπὶ συχνὸν πολιορκήσας χρόνον, ἐμοῦ δεομένου, καὶ τῶν ὅρκων ἀναμιμνήσκοντος, ἐπεὶ μὴ ταῖς πόλεσιν εἶχον ἐπιδημεῖν ὑπὸ τοῦ ἐμφυλίου κατεχόμενος πολέμου, οὐδένα λόγον ἐποιοῦ, ἀλλ' ἐνδείᾳ πιέσας καὶ συχνῇ πολιορκίᾳ, τέλος ἔπεισας προσχωρεῖν, κἀκεῖ τοὺς δυνατωτέρους διαφθείρας χρήμασι· καὶ μετὰ τοῦτο, Θετταλίᾳ καὶ Ἀκαρνανίᾳ ἐπεστράτευσας Ῥωμαίοις οὔσαις ὑπηκόοις, πλῆθος πεζῶν τε καὶ ἱππέων ἄγων, καὶ τὴν μνημονευομένην ἐκείνην φθορὰν εἰργάσω, ὑφ' ἧς εἰς τοσαύτην ἀνάγκην Ἀκαρνᾶνες ἦλθον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, ὡς ἑκοντὶ πρὸς τὰ
B παράλια γινόμενοι, προσκεῖσθαι τοῖς ἀνδραποδισταῖς βαρβάροις κέρδος ἄπονον, καὶ δεῖσθαι ἐφ' ἑτέραν γῆν μετενεχθέντας δουλεύειν μᾶλλον διὰ βίου, ἢ ἐν τῷ αὐτίκα διαφθείρεσθαι ὑπὸ λιμοῦ. Ὕστερον δὲ Ἀγγέλου τοῦ ἐμοῦ τετελευτηκότος ἀνεψιοῦ, ὃς ἦρχεν ὑπ' ἐμοῦ πεμφθεὶς, ἁρπάσας τὰς ἐπαρχίας ἔχεις· καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρας πόλεις τῆς Μακεδονίας οὐκ ὀλίγας, αἳ ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἦσαν, ὅτε πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν ἐγίνοντο οἱ ὅρκοι. Πότερον οὖν ταῦτα φιλοῦντος, καὶ εὐορκοῦντος, καὶ μισοῦντος τὴν ἀπληστίαν καὶ τὴν ἁρπαγὴν, ἢ τοὐναντίον ἅπαν; Ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ Ἀμοὺρ ἐνταῦθα πρὸς ἐμὴν ἐπικουρίαν γενομένου, τετρακισχι-
C λίους ἐπὶ δισμυρίοις ἄγοντος βαρβάρους, οἳ τὴν σὴν ἡγεμονίαν πᾶσαν ἀνατρέπειν ἦσαν δυνατοὶ, αὐτὸς ἐποιησάμην πᾶσαν πρόνοιαν, μηδὲν τὴν ὑπὸ σὲ ζημιωθῆναι χώραν· καίτοι πρόφασιν εὐπρόσωπον ἔχων τοῦ πολέμου, τὰς προτέρας ἐπιβουλὰς, καὶ τῷ φανερῶς ἐκπεπολεμῶσθαι, καὶ ἔργοις, καὶ τούτοις δὴ τοῖς παρὰ σοῦ πεμφθεῖσι γράμμασιν ἐπὶ ἀπαγορεύσει τῆς εἰρήνης, καὶ τῶν ὅρκων μάλιστα, καὶ τῶν βαρβάρων δεομένων. Ἀλλ' ἄτοπον ἐνόμισα δεινῶς, καὶ οὐδὲ ἐμοὶ προσῆκον διὰ τὴν σὴν μικροψυχίαν, καὶ τὴν ἀστασίαν περὶ τὰ καλὰ, ἀχάριστον καὶ ἄπιστον φανῆναι πρὸς τοὺς φίλους, εἰ τῷ τοσούτων ἀγαθῶν ὑπάρξαντι μηδεμίαν ἀποδοίην ἀμοιβὴν· ἀλλ' ἀνεκτῶν τινων χάριν αἰτιῶν οἷα πολεμίῳ χρησαίμην διὰ βίου. Καὶ μετὰ ταῦτα πολλάκις δυνηθεὶς
D ἀμύνεσθαι, οὐκ ἠθέλησα, ἀλλὰ πρεσβείας πέμπων, καὶ πρὶν Βυζάντιον ἑλεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα τὰ δίκαια ποιεῖν ἐδεόμην οἷα φίλον, καὶ μὴ τοὺς ὅρκους παραβαίνειν. Σὺ δὲ τῶν μὲν δικαίων καὶ προσηκόντων ἔπραττες οὐδέν· λόγοις δὲ ἀπατηλοῖς καὶ περιέργοις παράγειν ἐπειρῶ. Ἐγὼ δὲ καίτοι σαφέστατα εἰδὼς ὡς ἀπατῶμαι, οὐκ αὐτίκα ἐπεστράτευον· ἀλλ' ἐπειρώμην ἀεὶ, μὴ αὐτὸς ὑπὸ μικροψυχίας ὡρμημένος πρὸς τὸν κατὰ σοῦ πόλεμον φανῆναι. Ἐπεὶ δὲ ἑώρων ἀνήνυτα πονῶν, καὶ μὴ μεγαλοψυχίαν ἤδη καὶ εὐγνωμοσύνην, ἀλλ' ἀμέλειαν τῶν ὁμοφύλων, καὶ προδοσίαν οὖσαν τὴν μέλλησιν σχεδὸν, οὐδ' οὕτως ἐπὶ τὴν σοὶ προσήκουσαν ἧκω γῆν· ἀλλὰ τὰς ἀφῃρημένας πόλεις ἀνασώζεσθαι πειρῶμαι, ἐφ' αἷς αὐτὸς ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἐγκα-

A λεις· παραπλήσιον ποιῶν τῇ παροιμίᾳ, ἥ φησι προσεγκαλεῖν τοὺς φῶρας· καὶ ὥσπερ τι τῶν δικαίων προβαλλόμενος, ἀπληστίαν ὀνειδίζεις, ὅτι τὸ πλεῖστον τῆς ἀρχῆς Ῥωμαίων ἔχων αὐτὸς, σοὶ τοῦ ἐλάττονος οὐ βούλομαι παραχωρεῖν. Τοῦτο δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ τοῦ λόγου ἔχειν πρὸς τὸ εἶναι εὐπρεπὲς καὶ δίκαιον. Οὐ γὰρ δὴ τὴν Μυσῶν ἀρχὴν, ἢ Παιόνων, ἢ τινων ἄλλων διειλόμεθα, ἣ προσῆκεν οὐδ' ἑτέρῳ· ἀλλὰ τῆς ἐμοὶ προσηκούσης Ῥωμαίων ἡγεμονίας οὐκ ὀλίγον μέρος ἀφελόμενος, καὶ χάριν ἀξιοῖς εἰδέναι περὶ τοῦ ὑπολειφθέντος. Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν καὶ πρὶν εἰς τοῦτο ἥκειν σχήματος Ῥωμαίων ἦρχον, ἀποφαίνειν οὐκ ἀνάγκη, πάντων σαφέστατα εἰδότων. Πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ ἀφανείᾳ πολλῇ τὸ πρότερον συζῶν, ἀθρόον ἑωρώμην Ῥωμαίων βασιλεὺς, B οὕτως ἂν ἠξίουν τῶν προβεβασιλευκότων ἔχειν τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ τινὰ πατρῷον κλῆρον, καὶ παντί τῳ δίκαιος ἂν ἦν, περὶ τοσούτων μόνον ὅσων ἀπεστέρησας αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐλαττόνων, καὶ τῶν τυχόντων ἀμφισβητεῖν, καὶ πόλεμον κινεῖν, εἰ μὴ ἐβούλετο τὰ δίκαια ποιεῖν. Ἐμοὶ δὲ οὐ τοῦτο μόνον πρόσεστι δικαίωμα, ἀλλὰ καὶ οἱ ὅρκοι, οὓς αὐτὸς ἐποιήσω πρὸς ἐμὲ, καίτοι μηδέπω τὴν ἡγεμονίαν πᾶσαν ἔχοντα Ῥωμαίων. Ἄτοπον γὰρ τότε μὲν μήτε τὴν περισχοῦσαν δυσπραγίαν, μήτε τὸ Ῥωμαίους ἐμοὶ τοσοῦτον ἐκπεπολεμῶσθαι, μήθ' ὅτι πρὸς τὴν σὴν ἐπικουρίαν ἀφεώρων, ὥστε δυνήσεσθαι τῶν ἄλλων εἶναι κύριος, μήτ' ἄλλο μηδὲν τῶν φαινομένων τότε δυσχερῶν, σοὶ πεῖσαι τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων παρακεχωρηκέναι, ἀλλ' C αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἀποθνήσκειν, ἤ τι πράττειν ἀγεννὲς, σὲ δὲ μᾶλλον τὰς Ῥωμαίοις ὑπηκόους πόλεις ἐμοὶ πεῖσαι ψηφίσασθαι προσήκειν· νυνὶ δ' ὅτε τῆς ἀρχῆς ἁπάσης κύριος αὐτὸς κατέστην, καὶ δύναμιν ἀνακαλεῖσθαι τὰ ἀφῃρημένα ἔχω, ἢ φρονήσειν οὕτω δοῦλα, ὥσθ' ἑκοντὶ παραχωρεῖν τῶν πόλεων, ἢ σὲ λόγον οἴεσθαι λέγειν ἔχοντα τοιαῦτα ἀξιοῦντα. Ὡς μὲν οὖν οὐκ ἀδικῶν, οὐδὲ ἐπιορκῶν αὐτὸς οὔτε πρότερον φαίνομαι, οὔτε νῦν, ἐκ τῶν εἰρημένων πᾶσιν εἶναι οἴομαι καταφανές. Εἰ μὲν οὖν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν γοῦν, τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλεις καὶ αὐτὸς, καὶ Ἀκαρνανίαν ἀποδιδόναι, καὶ Θετταλίαν, καὶ τὰς ἄλλας ἃς ἔχεις τῆς Μακεδονίας πόλεις, τῆς προτέρας ἀδικίας ὀλίγον ποιήσομαι τὸν λόγον, τῆς φιλίας ἀμειβόμενος, καὶ τῆς φιλοτιμίας, ἧς ἡνίκα ἐδεόμην ἐπεδείξω, καὶ τὰς προτέρας ἀνανεωσάμενος σπονδὰς, καὶ τοὺς ὅρκους, αὖθις σύμμαχον καὶ φίλον ἕξω, καὶ πειράσομαι ἐμαυτὸν ἀποδεικνύναι αὖθις ἐξαρχῆς ἄξιον τῆς παρὰ σοῦ φιλοτιμίας καὶ σπουδῆς. Εἰ δ' αὖθις οὐδὲν δίκαιον ποιεῖν διανοῇ, ἀλλ' ἀδικεῖν εἰσάπαξ ἔγνως καὶ ἐπιορκεῖν, ἐγὼ μὲν τῶν προσηκόντων τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ οὐδενὸς παραχωρήσω· θεὸν δὲ μαρτυράμενος τὸν ἔφορον τῶν ὅρκων, καὶ ἀνθρώπους, οἳ τότε τε παρῆσαν ἐν τοῖς ὅρκοις, καὶ νῦν πάρεισιν, ἐμοῦ τὰ δίκαια προκαλουμένου, καὶ καταλύειν τὸν πόλεμον ἐθέλοντος, ἂν τυγχάνω τῶν δικαίων, πειράσομαι τοῖς ὅπλοις τήν τε οὖσαν διασώζειν, καὶ τὴν ἀφῃρημένην ἀρχὴν ἀνακαλεῖσθαι. Ἢν δέ τινα συμβαίνῃ δυσχερῆ διὰ τὸν πόλεμον, μὴ ἐμοὶ τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ σαυτῷ τῶν γινομένων μὴ εὔορκα ποιεῖν προσλογίζεσθαι ἐθέλοντι.

principatum, quemadmodum in hæreditatem quamdam paternam successisse arbitrarer, totisque viribus debere, et verissime posse, non solum de iis quæ tu avellisti, sed de minoribus quoque et parvi momenti cum quovis contendere, illumque ni justitiæ munus præstare velit, bello aggredi. Non solum autem hoc firmamento causa mea nititur, sed juramento insuper, quo te mihi, et quidem nondum totius Romanorum imperii compoti obstrinxisti. Parum enim consentaneum esset, tum neque circumstantes me undique casus, neque Romanorum tantum in me odium, neque quod opem tuam implorabam, quo aliorum dominus evaderem, neque aliud quippiam eorum, quæ tunc adversa nobis videbantur, mihi persuasisse, ut urbibus Romanis tibi cederem, sed mori præoptasse, quam indignum quidquam admittere, et te potius permovisse, ut Romanorum civitates mihi deberi decerneres: nunc quando totum in manu habeo imperium, et ea sum potentia, ut ablata recuperare queam, aut ita summisso ac servili esse animo, ut urbes tibi volens relinquam, aut putare, te istuc postulantem, rationi convenienter loqui. Me igitur nec injurium, nec perjurum vel ante fuisse, vel modo esse, ex dictis patere omnibus opinor. Quare si vel nunc servire justitiæ et æquitati est animus, et Acarnaniam, Thessaliam, atque urbes quas habes in Macedonia, restituere, præteritas injurias haud in magno ponam discrimine: quando eas amore et honore mihi temporibus meis exhibito compensas, instauratoque fœdere et sacramento, de integro ut amicum et socium te amplectar, rursumque studio atque observantia tua dignum me ab initio ostendam. Sin autem jus fasque contemnis, et injuriam inferre ac pejerare imbibisti, ego de Romano imperio nihil dimittam: Deum vero jurisjurandi præsidem, et homines, qui tunc aderant, cum juraretur, et nunc adsunt, dum ad æquitatem provoco, et bello supersedere cupio, Deum, inquam, hominesque testor, nisi jus meum consequar, me armis, et quæ habeo conservare, et quæ ablata sunt recipere conaturum. Quod si inde evenerint, quæ tu minime velles, ne mihi, sed tibi irascare, qui juratis manere nolueris.

789 CAPUT XXI.

Crales obmutescit, perjurium confitetur; ablata restituere non vult; re non composita disceditur. Quantopere imperatorem timeat. Ejus pertinacia, quamvis timidi. Quare urbes retinere cupiat. Testatur imperator se ad bellum ejus improbitate cogi. Terretur Crales, et pudori suo consuli rogat. Iniquitatem ei rursum imperator objicit; cum eo urbes partitur, ac pacem facit, atque ad epulas adhibet.

Τοιαῦτα μὲν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐφ' οἷς

Hæc imperatoris ad Cralis criminationem respon-

sio fuit : cui cum ille opponere nihil posset (quippe quem injuriarum atque perfidiæ conscientia stimularet) paulum conticuit : deinde imperatorem rogavit, uti secedentes de controversia sua sine arbitris colloquerentur. Annuit, secedunt. Ibi tum Crales confiteri, se fidem parum sanctam habuisse, contraque fœdus Romanorum oppida occupasse : nec tamen ad reddendum propendere, sed orare, collata in se beneficia apud animum recoleret, et hanc sibi gratiam persolveret, ut ambobus retinentibus quod haberent, ita demum fœdus ferirent. Cum nihil vel minimum concederetur, re imperfecta, Crales in castra, imperator in urbem rediit. Postridie denuo, ut inter se polliciti erant, conveniunt, eademque iterantur, et neque imperator de repetitione urbium occupatarum quidquam remittere, neque Crales eas reddere, quanquam diceret, tantum se timorem imperatoris concepisse, ut etiam si per somnium eum videret, statim expergisceretur : et, si de bello cum eo gerendo cogitaret, antequam somno consopiretur, præ metu anxio noctem insomnia traducere. Neque vero morbum celabat suum : quin palam apud Romanos, et Triballos narrabat, se in omni anteacta vita nullum perinde mortalem, ut Cantacuzenum timuisse, horruisseque. Et in illa congressione quærente imperatore, quid ita tandem dedecus tantum conscivisset, dum in senatum Venetorum se allegisset, qui majus et illustrius, quam ipsi, imperium haberet, respondit, ejus metu adactum id fecisse : et adjecit, nihil mirum, quod se huc demisisset, mirum magis non vilius atque despectius aliquid ausum. At enim cum tali timore laboraret, nec eum propalam confiteri erubesceret, nihilo minus urbes reddere detrectabat : rogabatque, uti tantum fœdus iceret, contentus Berrhœa duntaxat, et Edessa, **790** castellisque, et oppidulis aliis, quæ ad eum defecissent. Et juratus affirmabat, non se urbes cupidinis potius quam pudoris ergo affectare : quem pudorem non apud domesticos modo, sed alios quoque ubicunque dynastas sibi incutiat, si metu imperatoris adeo perculsus dejectusque videatur, ut tot oppida sine pugna deserat, quæ post tantam impensam tamdiu possederit, quorumque causa cum exercitu tot labores et discrimina pertulerit. Obstinationem viri cernens imperator, Mei quidem candoris erga te, inquit, et quod nullum unquam amici officium a me desiderari passus sim, cum præteritum, tum maxime præsens tempus idoneo possunt esse testimonio. Quia nihil tibi facere allubescit, quod justum honestumque sit, venire me ad arma oportebit, feras imitantem, quæ venatorum jaculis appetitæ, et per silvas agitatæ, primum quidem fugiunt, et certamen cum hominibus quantum valent devitant, ad necessitatem autem redactæ, periculoque jam proximæ, se convertunt : et dum vitam suam vehementissime defendunt, ipsi vitæ nullo modo parcunt. Idem sane ego nunc faciam. Nihil

A ἐγκαλεῖν ὁ Κράλης ἐπεχείρει, ἀπεκρίνατο· ὁ Κράλης δὲ ἀντειπεῖν οὐκ ἔχων πρὸς οὐδὲν, συνῄδει γὰρ αὐτῷ καὶ ἀδικίαν, καὶ παράβασιν τῶν ὅρκων, ὀλίγον ἐπέσχε σιωπήσας. Ἔπειτα ἐδεῖτο βασιλέως, τῶν ἄλλων ἀποστάντας μόνοι διαλέγεσθαι ἐφ᾽ ἑαυτοὺς περὶ τῶν διαφορῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐπείθετο ὁ βασιλεὺς καὶ ἀφίσταντο τῶν ἄλλων, ἐπιορκεῖν μὲν ὁ Κράλης ὡμολόγει, καὶ παρασπονδεῖν τὰς Ῥωμαίων κατέχων πόλεις· οὐκ ἐβούλετο δὲ ἀποδιδόναι· ἀλλ᾽ ἐδεῖτο βασιλέως τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων ἀπομνημονεύοντα, ταύτην τὴν χάριν καταθέσθαι, τὸ ἔχοντας ἑκάτερον, ἃ ἔχουσιν ἐν τῷ παρόντι, τίθεσθαι σπονδάς. Βασιλέως δὲ οὐδὲ τῶν φαυλοτάτων οὐδενὸς παραχωροῦντος, διελύθησαν ἀσύμβατοι. Καὶ Κράλης μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον, βασιλεὺς δὲ εἰς τὴν πόλιν
B ἐπανῆλθον, εἰς τὴν ὑστεραίαν αὖθις ἐπαγγειλάμενοι ἀλλήλοις συντυχεῖν· καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν συνελθόντες, λόγους ἐποιοῦντο περὶ τῶν ὁμοίων, καὶ οὔτε βασιλεὺς περὶ τῶν κατεχομένων ἐνεδίδου πόλεων, οὔθ᾽ ὁ Κράλης ὑπέμενεν ἀφίστασθαι, καίτοι γε ἔλεγε Κράλης, ἐς τοσοῦτον δέους πρὸς βασιλέα καθεστάναι, ὡς καὶ ἐν ὀνείροις εἴ ποτε ὁρᾷν συμβαίη, τοῦ ὕπνου ἀφίστασθαι αὐτίκα, καὶ πρὶν ληφθῆναι ὕπνῳ, ἄϋπνον διανυκτερεύειν, εἰ λογίζοιτο περὶ ἐκείνου ὅπως χρὴ πολεμεῖν, ἐν ἀπόροις ὑπὸ δέους καθεστώς. Οὐ μὲν οὐδὲ πρὸς τοὺς ἔξω τὸ πάθος ἀπεκρύπτετο, ἀλλ᾽ ἀναφανδὸν καὶ πρὸς Τριβαλοὺς καὶ Ῥωμαίους τοὺς συνόντας, μηδένα ἀνθρώπων ἔλεγε διὰ βίου, μήτε πρότερον μήθ᾽ ὕστερον ὥσπερ Καντακουζηνὸν
C τὸν βασιλέα ἐκπεπλῆχθαι καὶ δεδοικέναι. Καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ δὲ ἐκείνῃ, ἐρομένου βασιλέως, ὅτου χάριν τοσαύτην ὑπομείνειεν αἰσχύνην τοῖς τῆς Βενετίας βουλευταῖς συγκαταλέξας ἑαυτὸν, μείζονα καὶ περιφανεστέραν συμπάντων ἐκείνων ἔχων αὐτὸς ἀρχὴν, διὰ τὸν ἐκείνου φόβον ἀπεκρίνατο. Καὶ προσετίθει, μηδὲν εἶναι θαυμαστὸν, εἰ τοιαῦτα ὑπομείνειε· τοὐναντίον μὲν οὖν, ὅτι μὴ καὶ πρός τι χεῖρον καὶ πολλῷ φαυλότερον ἐξετράπη. Καίπερ δὲ οὕτω δέους ἔχων, καὶ οὐδὲ πρὸς πάντας αἰσχυνόμενος ὁμολογεῖν, ὅμως ἀφίστασθαι τῶν πόλεων οὐκ ἤθελεν· ἀλλ᾽ ἐδεῖτο μόνον βασιλέως χωρεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις, Βέῤῥοιαν μόνην ἔχοντα, καὶ Ἔδεσσαν, καὶ τὰ ἄλλα φρούρια, καὶ τὰς πολίχνας, ὅσαι προσεχώρησαν. Ἰσχυρίζετο δὲ καὶ ὅρκους τοῖς λόγοις προστιθεὶς,
D ὡς οὐ πλεονεξίας μᾶλλον, ἢ αἰσχύνης ἕνεκα τῶν πόλεων ἀντιποιοῖτο· αἰσχύνεσθαι γὰρ οὐ τοὺς οἰκείους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ὁπουδήποτε δυνάστας, εἰ φαίνοντο τοσοῦτον ἡττημένος πρὸς τὸν βασιλέως φόβον, ὥστε τοσούτων πόλεων ἀμαχεὶ παραχωρεῖν, ἃς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον κτώμενος, χρήματά τε ἀναλώκει πλεῖστα, καὶ τοσούτους πόνους καὶ κινδύνους ὑπομεμενήκει μετὰ τῆς στρατιᾶς. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἑώρα ἀσυμβάτως ἔχοντα, Τὴν μὲν ἐμὴν, εἶπε, πρὸς σὲ εὐγνωμοσύνην, καὶ ὡς οὐδὲν τῶν φίλῳ προσηκόντων, οὔτε πρότερον, οὔθ᾽ ὕστερον ἐνέλιπον, καὶ ὁ παρελθὼν μὲν χρόνος, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὁ νυνὶ παρὼν ἀξιόχρεως συμμαρτυρεῖν. Σοῦ δὲ μηδὲν ἐθέλοντος τῶν δικαίων ποιεῖν καὶ προσηκόντων, ἀνάγκη πρὸς τὸν πόλεμον χωρεῖν, ταυτὸν τοῖς θηρίοις

πάσχοντα, καὶ γὰρ ἐκεῖνα βαλλόμενα, καὶ ἐλαυνόμενα ὑπὸ τῶν θηρευτῶν, πρῶτα μὲν φεύγουσι, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους μάχην ὅση δύναμις ἐκκλίνουσιν. Ἐπειδὰν δὲ εἰς ἀνάγκην καταστῶσι, καὶ τὸν κίνδυνον αἴσθωνται ἐφεστηκότα, στρεφόμενα ἀμύνονται, καὶ οὕτω μετὰ σφοδρότητος, ὡς τῆς σφετέρας ἀφειδεῖν παντάπασι ζωῆς. Τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς νυνὶ ποιήσω· μάλιστα μὲν γὰρ ἐβουλόμην μὴ πόλεμον κινεῖν πρὸς σὲ, ἀλλὰ φίλον καὶ σύμμαχον ἔχειν, ὥσπερ δίκαιον, καὶ τῶν ὑπηργμένων ἀγαθῶν, ᾗ ἂν μάλιστα δυναίμην, ἐκτίνειν ἀμοιβάς. Ἐπεὶ δ' αὐτὸς τῶν δικαίων ᾕρησαι ποιεῖν οὐδὲν, οὐδὲ τῶν Ῥωμαίοις πόλεων ἀφίστασθαι, ἃς ἔχεις ἀδίκως κατασχὼν, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν ἃ νομίζω συμφέρειν Ῥωμαίοις, πράττειν, καὶ μὴ περιορᾷν ἀδίκως οὕτω καταδουλωθέντας Τριβαλοῖς· ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπεὶ μὴ καὶ ἡ παρεσκευασμένη στρατιὰ ἀφῖκτο, εἰς Βυζάντιον καὶ αὐτὸς ἐπανελεύσομαι, καὶ παρασκευασάμενος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι ὡς μάλιστα ἔχω μετὰ πολλῆς δυνάμεως, καὶ μεγάλης τῆς παρασκευῆς ὑμῖν ἐπιστρατεύσω· γνώμην ἔχων, ὡς ἢ μαχόμενος πεσεῖσθαι, ἢ πρὸς τῷ Ῥωμαίους ἐλευθεροῦν, καὶ αὐτὸν καὶ ὑπηκόους ἐξανδραποδίζεσθαι, καὶ διαφθείρειν καὶ καταδουλοῦσθαι. Ἃ εἰδότα καὶ αὐτὸν ὡς ἀληθῆ, παρασκευάζεσθαι ὡς ἀμυνούμενον, καὶ διαγωνιούμενον περὶ τῶν ὅλων. Κράλης δὲ ἀκούσας βασιλέως οὕτως ἐμβριθῶς διειλεγμένου περὶ τοῦ πολέμου, καὶ ὁρῶν ἀμετάθετον τὴν γνώμην ἔχοντα, καὶ γενόμενος περιδεὴς, ἐδεῖτο βασιλέως μὴ οὕτω πρὸς ὀργὴν ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξάπτεσθαι· ἀλλὰ λύσιν τινὰ ἐξευρίσκειν τῶν κακῶν, ὅθεν ὅ τε πόλεμος καταλυθήσεται, καὶ μηδ' αὐτὸς παντάπασι μηδὲν τῶν τε πόνων, καὶ τῶν κινδύνων, ὧν ὑπέμεινε τὰς πόλεις κτώμενος, ἀπόναιτο. Ἐπέτρεπέ τε πάντα βασιλεῖ, καὶ συνετίθετο στέργειν πᾶν, ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκοίη βέλτιον, καὶ λυσιτελοῦν ἑκατέροις. Βασιλεὺς δὲ τό τε πάντα ἔχειν ὁρῶν ἀπονητὶ ἀδύνατον, καὶ τὸ τινῶν ἀποστερούμενον ὀλίγων μὴ συγκατατίθεσθαι πρὸς τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ περὶ τῶν ὅλων διακινδυνεύειν βούλεσθαι ἀβουλίας, ἀδήλου μάλιστα τοῦ μέλλοντος ὄντος, καὶ τοῦ πολέμου πολλὰς ἐν τῷ μεταξὺ δυναμένου δέχεσθαι μεταβολὰς, ἄλλως θ' ὅτι καὶ βαρβάρους ἔμελλεν ἐπάγειν ἐνθυμούμενος, οἳ πλεῖστα καὶ Ῥωμαίους βλάπτουσιν, οἷς δοκοῦσι συμμαχεῖν, καὶ τὴν ἐσομένην Τριβαλῶν φθορὰν, καὶ τοὺς φόνους, καὶ τοὺς ἀνδραποδισμοὺς, ὧν ἐκήδετο, καί τοι πολεμίων ὄντων διὰ τὴν θρησκείαν, τὸ μὲν ἀληθὲς εἶπε, καὶ δίκαιον, πρὸς Κράλην, καὶ ὃ πᾶς ὁστισοῦν ἂν ἐπιψηφίσαιτο δικαίως διαιτῶν, οὐδὲν εἶναι ἕτερον, ἢ ἐξίστασθαι Ῥωμαίοις τῶν πόλεων τῶν τοῖς ὅρκοις περιειλημμένων. Ἐπεὶ δ' αὐτὸν ὁρᾷ πάνυ περιεχόμενον τῶν πόλεων, καὶ τῆς ζωῆς οὐ μικρὸν μέρος ἡγούμενον ἀφαιρεθήσεσθαι, εἰ τούτων ἀποστερηθείη, ἀδικήσειν μὲν Ῥωμαίους, πλὴν διελόμενον τὰς πόλεις ὡς ἂν αὐτῷ δοκοίη, καὶ παραχωρήσαντα ὅσων ἂν ἐθέλοι, εἰ μὲν αὐτῷ δοκοίη, καὶ πείθοιτο αὐτοῦ τῇ ψήφῳ, τίθεσθαι εἰρήνην ἐπὶ τούτοις καὶ σπονδάς· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο, ἐξεῖναι αὖθις πολεμεῖν τὰς πάσας ἔχοντι. Καὶ αὐτίκα Ἀκαρνανίαν μὲν καὶ Θετταλίαν, Σέρβιά τε καὶ τὰς

A enim minus cupiebam quam bello te persequi: sed ut æquum erat, amicum et socium habere, tuisque meritis ultro mihi præstitis, quantas maximas possem, gratias referre. Quoniam tamen nihil rectum, ac probum agere, neque ab urbibus quas contra fas occupatas retines discedere decrevisti, opus est et me aggredi, quæ ex Romanorum republica fore sentio, et excutere jugum, quod eorum cervicibus Triballi per nefas injunxerunt. Verum nunc quidem cum insuper conscriptæ copiæ nondum adsint, Byzantium revertar, instructusque hibernis mensibus, primo vere cum quam ingenti potero exercitu, magnoque apparatu in vos movebo: ea mente ut aut præliando occumbam, aut præter libertatem mea opera Romanis restitutam, B teque populumque tuum cædibus ac servituti subjiciam. Et cum tu quoque scias me vera loqui, ad resistendum, et decertandum de summa rerum te compara. Crales, auditis tam graviter ac serio de bello dictis, cum voluntatem imperatoris immutabilem videret, admodum extimescens, precabatur, ne sic iratus ad arma ferveret; quin potius viam aliquam in his malis inveniret, qua et bello supersederetur; **791** ipse pro laboribus, atque periculis, quæ urbibus acquirendis tolerasset, non omnino nihil reciperet: remque totam ejus arbitrio permittebat, æqui bonique se facturum promittens, quidquid ipse utrisque melius, commodiusque futurum judicasset. Imperator, intelligens et C omnia citra molestiam, laboremque haberi non posse, et paucis quibusdam privatum paci repugnare, ac de summa jacere aleam velle, dementis esse, cum futura incertissima sint, et anceps, ac dubia fortuna belli: ad hæc barbaros se introducturum cogitans, qui et Romanis, quorum videntur socii, plurimum noceant; et Triballorum futuram cladem, cædes, servitutes (de quibus quanquam hostibus, nihilominus, ut Dei cultor erat, sollicitus), Cralem compellans ait, veritatem, et justitiam, et quod quilibet bonus æstimator calculo suo approbarit, nihil esse aliud, quam Romanis urbibus juramento comprehensis se abdicare. Cæterum quia ipsum tantopere urbibus inescatum videat, et arbitrantem vitæ partem non modicam cum illis D amissurum, injuriam quidem Romanis se irrogaturum, verumtamen judicio suo urbes partiturum, et cessurum, quot sibi placuerit, si illi etiam videatur, et suæ stet sententiæ, pacem super his, et fœdus faciendum. Si recuset, licere illi se omnes habentem de integro armis lacessere, et mox Acarnaniam, Thessaliam, Servia, et intra has ad mare sitas, et Berrhœam cum Edessa, Gynæcocastrum, et Mygdoniam, cum instauratis oppidis et circum Strymonem vicos, usque ad terminos Pherarum, et Tantessani montes appellatos Romanis attribuit. Zichna, Pheras, Melenicum, Strombitzam, Castoriam, aliosque vicos, et oppidula Macedonica, quæ extra dictos montes erant, Cralem retinere voluit, et super his fœdus, societa-

temque inire, et abstinere damnis mutuis. Sic imperator urbes distribuit; quæ distributio etiam Crali placuit, et ita inter illos convenit, paxque confecta Triballis juxta ac Romanis gaudio fuit. Atque eodem in loco Cralem, ejusque comitatum imperator ad epulas magnificas invitavit, juniore imperatore præsente, et cum socero pariter ex ea munificentia gloriam aucupante.

A ἐντὸς τούτων πρὸς θάλασσαν πολίχνας, καὶ Βέῤῥοιαν, καὶ Ἔδεσσαν, Γυναικόκαστρόν τε καὶ Μυγδονίαν μετὰ τῶν κατῳκισμένων πόλεων, καὶ τὰς περὶ Στρυμμόνα κώμας ἄχρι τῶν Φερῶν ὁρίων, καὶ Ταντεσάνου ὄρη προσαγορευόμενα, ἀπένεμε Ῥωμαίοις· Ζίχνα δὲ καὶ Φερὰς, καὶ Μελενίκον, καὶ Στρύμβιτζαν, καὶ Καστορίαν, καὶ τὰς ἄλλας Μακεδονικὰς κώμας καὶ πολίχνας, αἱ τῶν εἰρημένων ὅρων ἐκτὸς ἦσαν, Κράλην ἔχειν, καὶ συμμαχίαν ἐπὶ τούτοις ποιεῖσθαι καὶ σπονδὰς, καὶ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν· οὕτω μὲν ὁ βασιλεὺς διῄρει τὰς πόλεις· καὶ ἐδόκει καὶ Κράλῃ καλῶς ἔχειν, καὶ συνέβησαν ἐν τούτοις, καὶ πάντες ἥδοντο, καὶ Τριβαλοὶ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸς τὴν εἰρήνην. Ὅ τε βασιλεὺς εἱστία φιλοτίμως Κράλην, καὶ τοὺς συνόντας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου οὗ αἱ συμβάσεις ἐγεγένηντο, παρόντος καὶ τοῦ νέου βασιλέως, καὶ συμφιλοτιμουμένου βασιλεῖ τῷ κηδεστῇ.

792 CAPUT XXII.

Pactum de eligendis proceribus, qui urbes utriusque nomine tradant, et accipiant. Crales seducitur, fœdus renuntiat, suos in Cantacuzenum animat. Copiæ utrimque educuntur. Neuter pugnam incipit, uterque se excusat. Imperator Byzantium abiturus imperatorem juniorem monet, a Crale caveat, qui Edessam proditione capit. Lyzicus præfectus punitur, in via moritur, Edessa evertitur, incolarum pars major nuda dimittitur. De incursu barbarorum. Mœso regi se purgat imperator. Consilium de barbaris Thracia et Mœsia arcendis. Prodigium, quo Alexander contra Cralem confirmatur. Imperator navale purgat. Mœsus fidem fallit. Eum imperator ad officium reducere frustra nititur.

Secundum prandium pacti sunt, ut postridie imperator Romanos principes viros quinque deligeret, qui suo nomine urbes acciperent, Crales de suis totidem destinaret, qui illas pro eo traderent, finitisque conventis, et salute dicta, hic ad castra, ille in urbem se retulit. Jam nox erat, cum quidam ex comitibus imperatorum clam ad Cralem adeunt, hortanturque urbes ne tradat, sed bellum adversus Cantacuzenum malit, qui cum in præsentia exercitu inferior sit, parum, aut nihil obesse possit. Si Byzantium redeat, ut illic se comparet, Palæologum imperatorem permoturos, ut cum eo quibus videbitur optatissimis conditionibus paciscatur, conjunctimque bellum contra illum suscipiat. Sibi enim intolerabile videri, imperare eum qui hæredem imperii legitimum hæreditate sua dejecerit. Crales statim lætitia ebrius, multas suasoribus gratias agit, seque imperatori Palæologo contra socerum prompte affuturum, et omnem ei benevolentiam, studiumque spondet. Postquam luxit, pacem certa lege constitutam renuntiavit. Sed si velit urbes nuper occupatas solas habere, imo vero, si etiam de iis adhuc quasdam reddat, sic persuasurum sibi, ut bello abstineat: si nolit, paratus ad prælium exeat, se totis viribus contra pugnaturum. Imperator Cralis verba parvi ducere; norat enim, se illum cogere in gyrum posse. Vehementer autem Romanis insidiatoribus succensebat; non enim ignorabat, unde hæc ejus mutatio, et rerum emendationem desperabat, ratus, bellorum rursus civilium, magnarumque seditionum hæc esse præludia. Tamen quamvis sic affectus, postridie se ad dimicationem exiturum denuntiavit. Crales contra **793** se parare, et suos confirmare: Cantacuzenum non esse timendum, quandiu a suis oppugnetur, sed constanter sperandum victoriam, quasque Romanis ademerint urbes, retenturos. Similem enim esse homini aquis submerso, quem sui

A boris arcem desiderate. Mementote supremos ejus pro vobis agones, quomodo debilitato jam penitus toto corpore hostilibus vulneribus, medicorumque ustionibus, et inde ad mortem tendente, se contempserit, vitæque haud pepercerit, alacriter ad tribunal et sacrorum antistites venerit, nec prius inde abierit, quam insectatores vestros, et depravata illorum dogmata, et inducta Ecclesiæ naufragia contriverit, et imis perditionis exitiique fluctibus dederit. **803** Talis item ejus fuit, priusquam perverteretur, de dogmatis sententia. Non enim dici potest, alia fuisse, quæ judicio suo, ut depravationem ac perniciem veritatis, condemnavit imperator: alia tomum sub me confectum (16) ex Ecclesia exturbasse (adversus quem tomum B mirum est quantum studii adhibuerit), sed eadem penitissime. Idem et de sanctis in monte Atho habendum, quos temulentiæ ac ventris vitio deditos mentius, quando vita et mores omni luce clarius illorum virtutem et cum Deo conjunctionem produnt. Tantum enim semper a vinolentia et crapula abfuerunt, quantum accusator a veritate. Græci fabulantur Atlantem quemdam, diis cum Saturno cœlo pulsis (17), hac pœna a principibus punitum, ut terræ columnas sustineret, atque ita ponderis vastitate premeretur. Atqui ego, veritate mihi attestante, hosce homines vita puriter admodum agenda hunc honorem a Deo consequi dixerim, ut terrarum orbem, ejus numen precibus illi placantes, fulciant ac sustentent. C Me autem, etiamnum vivo Andronico imperatore, ad eos profectum, de imperio Romano, ut mihi vaticinarentur, rogasse, ecquid ad me venturum esset, aperte mentitur: quem hoc ipsum mentiri certissima illa probatio est, quod toties etiam in aliis mentiri consuevit. In primis autem et Anna imperatrix, eorum omnium mihi conscia, veritati testimonium impertiet. Non enim minus illa me, quam imperator commovit, ut deliberata in aliud tempus differrem. Non ego, ut ille mendax ait, tunc ad monachos in Atho monte discessi, ut futuros eventus ex eorum prædictionibus elicerem: sed ante omnia, ut imperatoris valetudinem, qua in vita nihil habebam melius ac pretiosius, eorum votis precibusque com- D mendarem; item, ut eorumdem pro me supplicationes impetrarem, qui, quod toties Deum offendissem, perpetratorum supplicia, post obitum luenda, pertimescerem. Ad hæc cum animo sederet, post humanæ gloriæ, felicitatis, ac deliciarum satietatem a tumultibus recedere, præstare cogitabam alicui monastario

Jacobi Pontani notæ.

(16) Vel hinc patet, hujus historiæ parentem Cantacuzenum ipsissimum esse, cum oblitus sui primam personam ponat, *sub me*, inquit, id est, me imperatore ac præside. Infra rursum, *me autem*, etc. aliquoties per totum caput. Tamen in fine ad dissimulationem redit, dicens, hæc pro se respondisse Cantacuzenum, lectis Gregoræ scriptis de se, et dixisse jam monachum, cap. 25, quo et jam tempore ex antecedentibus verisimile est ad historiam scribendam aggressum fuisse.

(17) Hanc fabulam nusquam legi. Atlas est mons in Mauritania, cujus vertex propter altitudinem videtur cœlum attingere. Et quoniam Atlas, qui ibi regnavit, rerum astronomicarum fuit studiosissimus, datus ex similitudine nominis fabulæ locus, ut cœlum sustinere diceretur. Cui parumper successit in eo onere sustinendo Hercules, quia nimirum ab eodem Atlante res cœlestes, stellarumque rationes et motus didicit.

me mandare, ibique reliquum annorum meorum ab inanibus mundi perturbationibus, strepituque remotum, in tranquillitate consumere. Placebat autem magis Batopedii monasterium. Moxque monachis illis dato argento præcipi, domicilia mihi construenda locarent, quæ usque nunc exstant, veritatemque, qua nihil colo sanctius, testantur clarissime. **804** Cur autem non illic monachi habitum indutus manserim, sed ad imperatorum negotiorumque tumultus redierim, nec amor mundi in causa fuit, nec ad res humanas laude dignas torpor quidam, sed imperator ipse immodice mihi affixus, et qui sine me vitam sibi insuavem, atque acerbam putaret. Ut enim sciscitatus, quid me Atho adduxisset, causam percepit, nempe, liberandi me a curis et negotiorum turbis, vitæque innocenter actitandæ desiderium, amicitiam a me magnopere violatam conquestus est, quod privata sectans commoda, publica negligerem: et ipsum solum in tanta occupationum multitudine, molestiaque destituens, ipse secedere, et tranquillo otio perfrui meditarer: erumpensque in me stomachum, propositum meum injuriam, et amicitiæ suæ contemptum appellabat. Me autem affirmante, animam curare voluisse, et æquum censente, nihil hoc uno præstantius existimari, magisque ipsum iniquum esse, si me eo incumbentem, et honestam aliquam responsionem apud formidabile illud Dei tribunal pro admissis acquirere laborantem prohibere conaretur, postquam animum meum flectere nequivit, et in suscepto consilio obfirmatum vidit, Augustam ascivit sociam. Inde ambo multis verbis et argumentis me pervicerunt, ne tum quod cupiebam exsequerer. Quanquam (amica enim veritas) nec ipse, etsi impense volebam, propter conjunctissimam familiaritatem ab imperatore separari poteram. Nec tamen ab ea mente prorsus discessi, sed tum quidem, pro eo ac illi petebant, rediturum me promisi, et ubi sanctos illos allocutus, effeci, ut in Batopedio habitaculum mihi construeretur, Thessalonicam ad imperatorem redii. Erat autem in animo rebus meis bene compositis reverti, et inter monachos illos eadem vitæ instituta, legesque profiteri. Brevi intervallo imperatore mortalitate perfuncto, quia aliud non licebat, tota rectione in humeros meos translata, detentus sum etiam invitus. Cum autem sycophantæ illi bellum suscitassent, et me meosque adeo in summum discrimen conjecissent, non meæ potius, quam omnium saluti consulturus, imperatorem Romanum fieri me sustinui, tantumque malorum examen tamdiu oppugnatus toleravi. Quod cum ita sit, Gregoras mentitur ea impudentissime, quæ non refutari modo, sed facillime refutari queant. **805** Quod porro me partibus Palamæ addictum, injustam tulisse sententiam, ait, atque ideo nec se pariturum, cum judicio disceptantibus idem et judex, et adversarius fuerit, nullo negotio ejus vanitatem demon-

A ἀνθρωπίνης, καὶ εὐημερίας καὶ τρυφῆς, ἐσκεπτόμην ἐν τίνι τῶν φροντιστηρίων βέλτιον οἰκεῖν, καὶ τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐν ἀταραξίᾳ διανύειν τῶν τοῦ βίου ματαίων ἀποστάντα θορύβων καὶ ταραχῶν. Καὶ ἐδόκει τὸ Βατοπεδίου αἱρετώτερον, αὐτίκα τε τοῖς ἐκεῖσε μοναχοῖς ἐκέλευον, ἀναλώματα παρέχων, οἰκήσεις ἐμοὶ ποιεῖν, αἳ καὶ εἰς δεῦρο διασώζονται, ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς παρ' ἐμοὶ πρεσβευομένης ἀληθείας, τοῦ δὲ μὴ τότε αἴτιον ἐκεῖ καταλειφθῆναι, καὶ σχῆμα μοναχῶν ἀναλαβεῖν, ἀλλ' αὖθις πρὸς βασιλέα καὶ τὸν θόρυβον τῶν πραγμάτων ἐπανήκειν, οὔθ' ἡ φιλοκοσμία ἦν, οὔθ' ἡ ῥᾳθυμία περὶ τὰ καλά· ἀλλὰ βασιλεὺς αὐτὸς ἀτόπως ἐξεχόμενος, καὶ οὐδὲ βιωτὸν ἡγούμενος αὐτῷ τὸν βίον ἐμοῦ διεστηκότος. Ὡς γὰρ ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν, ἥ με ἄγει πρὸς τὸν
B Ἄθω, καὶ τῆς ἐν βίῳ φιλοσοφίας, ἤκουεν ἐπιθυμίαν καὶ θορύβων καὶ πραγμάτων ἀπαλλαγῆς, πολλὴν ἀφιλίαν κατηγόρει, ὅτι τὰ δοκοῦντα λυσιτελεῖν ζητῶν ἰδίᾳ, τῶν κοινῶν καταμελῶ, καὶ μόνον καταλείπων ἐπὶ τοσοῦτον πραγμάτων ὄχλον, αὐτὸς βούλομαι ἀναχωρεῖν, καὶ ἀπολαύειν τῆς γαλήνης. Ἠγανάκτει τε, καὶ ἀδικίαν τὸ πρᾶγμα ἀπεκάλει, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀθέτησιν φιλίας. Ἐμοῦ δὲ τὸ περὶ ψυχῆς τὸν λόγον πεποιῆσθαι ἰσχυριζομένου, καὶ μηδὲν ἀξιοῦντος ἡγεῖσθαι προτιμότερον, καὶ μᾶλλον ἐκεῖνον ἀποδεικνύντος ἀδικεῖν, εἰ βουλομένῳ ταύτης πρόνοιαν ποιεῖσθαι, καί τινα εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου βήματος, ἐφ' οἷς προσκέκρουκα Θεῷ πορίζειν ἐμαυτῷ, αὐτὸς
C φαίνοιτο κωλύων, ἐπεὶ μὴ πείθειν ἐκεῖνος εἶχεν, ἀλλ' ἰσχυρῶς ἐχόμενον ἑώρα τῶν προτέρων λογισμῶν, καὶ βασιλίδι τῇ γυναικὶ χρησάμενος συμμάχῳ, ἔπεισαν ἄμφω πολλοῖς χρησάμενοι λόγοις καὶ παραινέσεσι, μὴ τὸ νῦν ἔχον πράττειν τὰ κατὰ γνώμην. Φίλον δὲ τἀληθὲς, οὐδ' αὐτὸν δυνάμενον διαστῆναι βασιλέως ὑπὸ τῆς ἄκρας συνηθείας, καίτοι μάλιστα βουλόμενον, οὐ μὴν παντάπασι τῶν λογισμῶν ἐκείνων ἀπεσχόμην, ἀλλὰ τότε μὲν αὖθις ἀναστρέφειν ἐπηγγελλόμην, ὥσπερ ἐκεῖνοί γε ἠξίουν. Καὶ ἀνέστρεφον ἐν Θεσσαλονίκῃ πρὸς ἐκείνους μετὰ τὸ τοὺς ἁγίους ἐκείνους προσειπεῖν, καὶ τὴν δεξομένην ἐν ὑστέρῳ οἴκησιν οἰκοδομεῖσθαι ἐν Βατοπεδίῳ παρασκευάσαι, γνώμην δὲ εἶχον, ὡς εὖ διαθέμενος τοῖς τὰ κατ' ἐμὲ, αὖθις ἐπανήξων, καὶ συνεσόμενος
D ἐκεῖσε μοναχοῖς τὸν ἴσον βίον ἑλόμενος αὐτοῖς. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον τετελευτηκότος βασιλέως, ἐπεὶ πράττειν ἑτέρως οὐκ ἐπ' ἐμὲ καταλειφθείσης, καὶ ἄκων ἐξῆν, τῆς ὅλης διοικήσεως τῶν πραγμάτων κατεσχόμην, τῶν συκοφαντῶν δὲ ἐκείνων τὸν πόλεμον κεκινηκότων, καὶ τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον ἐμοί τε καὶ τοῖς συνοῦσιν οὕτως ἀθρόον ἐπενεγκόντων, οὐ τῆς ἐμαυτοῦ μᾶλλον ἢ τῶν ὅλων σωτηρίας ἕνεκα τὸ βασιλεὺς Ῥωμαίων εἱλόμην εἶναι, καὶ τοσοῦτον ὑπέμεινα κακῶν ἑσμὸν, ἀνημέρως οὕτω πολεμηθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον. Δι' ἃ μάλιστα ψεύδεται Γρηγορᾶς οὐκ ἀνετέλεγκτα, ἀλλὰ πάντων μάλιστα εὐελεγκτότατα. Ὅτι δέ μέ φησι τῇ Παλαμᾶ, προσκείμενον μερίδι ἄδικον ψῆφον ἐπενεγκεῖν, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' αὐτὸν

πείθεσθαι ἐθέλειν, ὡς τὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ δικαστὴν, καὶ ἀντικαθιστάμενον πρὸς τὴν δίκην τοῖς κρινομένοις, εὐχερέστατα ψευδόμενον ἀπελέγξω. Οὐ γὰρ μόνον Βαρλαὰμ, ὃς τῆς τοιαύτης ἦρξε διαφορᾶς μᾶλλον προσεκείμην ἐξαρχῆς αὐτός· αὐτόν τε γὰρ εἶχον ἐπὶ τῆς ἐμῆς οἰκίας διατρίβοντα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ πολλῆς ἠξίουν τῆς προνοίας, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φίλων ἦγον, καὶ μᾶλλον ἐπ' ἐκείνου χώραν εἶχε τὸ ἐμὲ προκατειλῆφθαι. Ἐκεῖνος γὰρ ἀεὶ συνῆν, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐξετίθει ἀκριβέστατα, καὶ ὑφηγεῖτο συνεχῶς. Ὅθεν οὐδ' ἔστι σκήψασθαί τινα, ὡς ἃ μὲν Παλαμᾶς περὶ ὧν πρεσβεύειν διαβεβαιοῦται ᾔδειν, τὰ τῶν ἀντιλεγόντων δὲ ἠγνόουν. Ἀλλ' εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐκείνοις μᾶλλον ἐνήτυχον προτέροις, καὶ μετὰ τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν, ἐπεὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπ' ἐμοὶ πᾶσα ἡ ἡγεμονία ἦν, τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ μᾶλλον προσκεῖσθαι τοῖς ἑτέροις ὑπ' ἀκρισίας, ὥστε πατριάρχην τὸν Ἰωάννην, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπὶ τὴν δίκην προὐκαλούμην μέλλοντα ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις ἐξετάζεσθαι· τὰ ἴσα γὰρ ἐνεκαλεῖτο, καὶ μετ' ἐκεῖνον αὖθις τὸν Ἀκίνδυνον, ἐπεὶ κρυπτόμενος αὐτὸς ἑτέρους προσέπεμπε, καὶ παρέπειθε θορυβεῖν, ὡς ἀδίκως ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας διαστροφὴν τῶν δογμάτων ἐγκαλοῖντο, αὐτοὶ μᾶλλον κακῶς περὶ αὐτῶν φρονοῦντες, οὐ περιεῖδον· ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν ἐκέλευον χωρεῖν, καὶ τυγχάνειν τῶν δικαίων, καὶ πίστεις παρεῖχον ἐπὶ τῷ πείσεσθαι προσδοκᾶν μηδὲν δεινόν· δεδοικέναι γὰρ ἔλεγε μὴ εἱρχθῇ. Αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἧττον, καὶ μετὰ τὰς πίστεις ἀπεκρύπτετο καὶ ἠγνοήθη μέχρι τελευτῆς. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐπεὶ αὐτός τε Γρηγορᾶς, καὶ ἄλλοι ἀνεφύησαν τῆς Βαρλαὰμ, καὶ Ἀκινδύνου αἱρέσεως διάδοχοι, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐθορύβουν, καὶ τὸ δικαστήριον ἐπεβοῶντο, οὐ περιεῖδον αὖθις· ἀλλὰ σύνοδόν τε ἐκ πολλῶν ἀρχιερέων συνεκρότουν, καὶ τὸν Θεσσαλονίκης Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν μετεπεμπόμην, λόγον περὶ ὧν ἐνεκαλεῖτο δώσοντα· καί τοι δίκαιος ὢν τὰ δὶς ἐψηφισμένα στέργειν πρότερον. Βασιλεύς τε γὰρ ὁ Ἀνδρόνικος ὁ ἀοίδιμος μετὰ τῆς συνόδου κατεδίκασεν ἁπάσαις ψήφοις, οὐ Βαρλαὰμ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ὕστερον φαίνοιτο φρονῶν τὰ ἴσα, καὶ μετὰ ταῦτα, ἐμοῦ ἀπόντος, Ἄννα ἡ βασιλὶς μετὰ τῶν ἀρχιερέων, ἡνίκα πατριάρχην τε καθεῖλον τὸν Ἰωάννην διὰ τὴν κακοδοξίαν, καὶ τοὺς φρονοῦντας τὰ ἴσα αὖθις ἢ φρονήσοντας, ὅτε καὶ τῶν ὕστερον ἀντιλεγόντων, οἱ πλείους ἦσαν σύμψηφοι, ἢ προστάται τῶν γινομένων μᾶλλον. Δίκαιος οὖν, ὥσπερ ἔφην τὰ ἐψηφισμένα στέργειν ὢν, οὐχ ὑπέμεινα, μὴ καὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ τὴν ἐξέτασιν ποιήσασθαι τῶν λεγομένων, καὶ τὸν τοῦ δικαίου λόγον οὐ παρεῖδον, ἀλλ' ἐξήνεγκα τὴν ψῆφον ἀληθῆ καὶ δικαίαν, οὔτε φιλίαν, οὔτε ἔχθραν, οὔτε τῶν ὄντων οὐδὲν ἕτερον τῆς ἀληθείας προτιμήσας. Ὡς γὰρ οὐδ' ἐπὶ μικροῖς τισι καὶ εὐκαταφρονήτοις τινῶν διαφερομένων τὸ δίκαιον παρεῖδον· ἀλλ' ἀληθῶς καὶ δικαίως ἐδίκασα πᾶσι, σχολῇ γ' ἂν περὶ δογμάτων τῆς δίκης οὔσης, ἔνθα τὸ κινδυνευόμενον Θεὸς, τῆς ἀληθείας ἕτερόν τι προειλόμην· ἀλλ' ὡς ἐπ' αὐτοῦ Θεοῦ τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων σαφῆ καὶ καθαρὰν πεποιημένος, Παλαμᾶν μὲν εὕρισκον,

A strabo. Contra enim potius Barlaamo, ejus dissensionis incentori a principio adhærebam, quem et in ædibus meis cum fratribus hospitio exceperam, et curabam eum studiose, numerabamque in amicissimis; cui præ aliis patebat ad me aditus, assiduo enim mecum versabatur, resque suas exponebat mihi accuratissime, et docebat quotidie. Unde non est, cur quis fingat, me, quæ Palamas quidem pro verissimis duceret, et confirmaret, non ignorasse, ignorasse autem, quæ contra ab aliis dicerentur. Sed, si vera licet loqui, cum illis et prius, et bello finito, postquam imperio universo potitus sum, egi; tantumque abfuit, ut magis temeritate quadam ab aliis starem, ut Joannem patriarcham sæpius in his ipsis examinandum ad B judicium provocarim: siquidem eorumdem reus erat. Et post illum rursus Acindynum (qui se parietibus tegens, alios mittebat, male a se persuasos, ut tumultuarentur, perinde, quasi corruptorum Ecclesiæ dogmatum per nefas accusaretur, cum ipsi potius adversarii ea corrumperent), non præterii, sed ad quæstionem de se habendam ire, et juri stare jussi, fidemque dedi, nihil ei triste eventurum; timere enim se affirmabat, ne jussu meo in carcerem raperetur. Ille vero quanquam accepta fide, nihilo minus se occultabat, et ad mortem usque latuit. Tempore procedente, ubi ipse Gregoras, et alii Barlaami, et Acindyni hæresis successores exorti, Ecclesiam perturbarunt, et C tribunal appellarunt, denuo rem minime dissimulandam censui: sed multorum episcoporum synodum coegi, Gregoriumque Palamam Thessalonicensem antistitem accersivi, de quibus accusabatur, responsurum: quamvis antea bis decretis merito contentus esse potuissem. Nam et laudatissimus ille imperator Andronicus cum synodo non Barlaamum solum, sed si quis in posterum paria sentire reperiretur, penitus damnavit, et postea me absente Anna imperatrix cum episcopis, quando Joannem patriarcham propter opinionis errorem, simulque omnes eadem sentientes, aut sensuros exauctoravit, cum plures eorum, qui contradixerunt, assentirentur, imo rei agundæ præessent potius. Cum itaque, ut narravi, decre- D tis contentus esse possem, non quievi, 806 quin me quoque imperatore, quæ dicta sunt, in disquisitionem vocarentur, et justitiæ rationem habui sententiam veram, et justam, nullo vel ad odium, vel aliud quidquam respectu, tuli. Qui enim nec ob parva quædam, et despicabilia litigantium jura vilipendi, sed ex vero et justo jus dixi omnibus, multo minus in dogmatum judicio, ubi id de quo periculum est, Deus est, veritate quidquam antiquius habui, sed tanquam præsente, et audiente Numine dogmata ad liquidum, et fideliter discutienda cum curassem, Palamam, et socios sanctis Patribus summe congruentes, eorumque vestigia manifeste prementes, Gregoram vero et alios, qui his adversabantur, Barlaami et Acindyni genuinos

discipulos inveni, quorum placita cum veritate pugnantia, et pietate fidei a sanctis Patribus traditæ, esse contraria, licebat etiam magistris prioribus tomis discere. Nihilo minus cum præscriptis ab Ecclesiæ doctoribus velut canonibus ea comparassemus, minime dubiam plane depravationem vidimus. Quocirca episcopis omnibus approbantibus, illos quidem ut recte sentientes absolvi, hos condemnavi: ac de cætero, ut æquum erat, victoribus omni ratione adjutorem me præbui, victis, amissa fronte nec ad veritatem redire, nec quiescere volentibus, nec sua tantum pernicie contentis sed ad idem barathrum et alios illicientibus, sine ulla verecundia contumeliosis, et supra omnem modum impudentibus (id quod a principio inimicis veritatis, et Ecclesiæ hostibus in more fuit) pœnam debitam inflixi; imo enimvero minorem debita, neque enim ut illi malum quod merebantur, acciperent, sed ne possent malum dare providebam. Est autem, opinor, lex et in aliis vitæ humanæ publicis, privatisque criminibus, judicem, priusquam litigatores causam dicant, nullum damnare, nisi ab officio velit discedere: auditis autem utrisque partibus, et ad alteram respiciente victoria (quod omnino oportet) et ipsum ad validiorem accedere, illamque aliam, quæ læserat, ad officium compellere. Non igitur injurius quilibet propterea contra judicem excipiet, eumque pro injusto traducet, quia se ad violati partes adjunxerit. Quod Gregoras nunc faciens, non magis mendacii, quam amentiæ et improbitatis opinionem consequitur. Quod autem legitimum de veritate sensum in se corrumpi passus, et patria **807** pietate ejurata transversim raptus, a Barlaamo, et Acindyno hæreticis, propter improbitatem suam, et frustrationem eorum quæ speraverat, nec ipsi animæ suæ pepercit, ut ulcisceretur tantummodo, a quibus se læsum putat, mihi eadem objicit, mirari nemo debet. Qui namque Deum ipsum non est reveritus, sed propter odium suum in quosdam adversus illum mendacia multa effudit, longe minus ab imperatore, præsertim cum ei cum offecisse videretur, temperare voluit. Pietati autem meæ, et in vera, atque avita religione constantiæ tota Ecclesia, gratia Dei in veritate stabilita, et apostolicis traditionibus sedulo inhærens, testimonium dabit, nec minus ipse Gregoras, accusator meus, qui toto belli tempore non solum de laudibus meis multa disseruit (18), sed etiam benevolentia quadam in me, mea causa extrema perpeti paratus fuit, quando eadem sentiebam, quæ hodie sentio. Nam damnationem Barlaami, qua illum feriit Andronicus imperator, ipse approbavi, et post ejus mortem rursum Acindynum damnavi, Joanne patriarcha synodum convocante, et stomachante vehe-

A καὶ τοὺς τὰ ἴσα ἠρημένους, τοῖς ἁγίοις, καὶ θεολόγοις ἄκρως συμφωνοῦντας, κατ' ἴχνος ἑπομένους φανερῶς, Γρηγορᾶν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους οἳ ἀντικαθίσταντο, τὰ Βαρλαὰμ, καὶ Ἀκινδύνου δοξάζοντας ἀπαραποιήτως, ἃ ὅτι τῆς ἀληθείας ἔκφυλα, καὶ τῆς περὶ τῆς εὐσεβοῦς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων παραδοθείσης πίστεως ἐναντία, ἐξῆν μὲν καὶ τοῖς προτέροις τόμοις χρήσασθαι διδασκάλοις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τοῖς ὑπὸ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας παραδοθεῖσιν, ὥσπερ κανόσι παραθέντες, τὴν διαστροφὴν εὕρομεν σαφῆ καὶ καθαρὰν, οὗ ἕνεκα καὶ αὐτὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀρχιερέων συνεπιψηφιζομένων, ἐκείνους μὲν ὡς ὀρθῶς φρονοῦντας ἐδικαίωσα, τούτων δὲ κατεψηφισάμην, τὸ δὲ ἐξῆς ὥσπερ ἦν δίκαιον, τοῖς μὲν νενικηκόσι, πάντα τρόπον ἐπεκούρησα, τοῖς ἡτ-B τημένοις δὲ ἀναισχυντοῦσι, καὶ μήτ' ἐπιστρέφειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν βεβουλημένοις, μήτε ἡσυχίαν ἄγειν, τῇ σφετέρᾳ μόνον ἀγαπῶσιν ἀπωλείᾳ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἴσον βάραθρον, καὶ ἄλλους ἐκκαλουμένοις, καὶ πρὸς ὕβρεις χωροῦσιν ἀνερυθριάστως, καὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἀναισχυντίας ἐπιδεικνυμένοις, ὥσπερ ἔθος ἐξαρχῆς τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς Ἐκκλησίας πολεμίοις, καὶ δίκην τὴν προσήκουσαν ἐπέθηκα· μᾶλλον δὲ καὶ τῆς ἀξίας ἀποδέουσαν πολὺ, οὐδὲ γὰρ τοῦ κακῶς ἐκείνους πάσχειν πρόνοιαν ἐποιησάμην, ἀλλὰ τοῦ μὴ δυνάσθαι κακῶς ποιεῖν. Ἔστι δὲ, οἶμαι, νόμος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν βιωτικῶν, καὶ δημοσίων, καὶ ἰδίων ἐγκλημάτων, τὸν δικαστὴν πρὶν μὲν εἰς λόγους ἀντικαταστῆναι τοὺς ἀλ-C λήλοις διαφερομένους, μηδενὸς καταψηφίζεσθαι ἐρήμην, εἰ μὴ βούλοιτο ἐκδιαιτᾷν· ἐπειδὰν δὲ ἥκοιεν εἰς λόγους, καὶ ἡ νίκη χωρήσοι πρὸς τὸν ἕτερον, πᾶσα γὰρ ἀνάγκη καὶ αὐτὸν τῷ τὸ πλέον ἔχοντι προστίθεσθαι, καὶ καταναγκάζειν τὸν ἀδικοῦντα τὰ δίκαια ποιεῖν, οὐ δὴ διὰ τοῦτο πᾶς τις ἀδικῶν παραγράψεται τὸν δικαστὴν, καὶ ἀδικίαν ἐπικαλέσει, ὅτι τῷ ἠδικημένῳ προσετέθη. Ἃ Γρηγορᾶς νυνὶ ποιῶν, οὐ μᾶλλον ψευδολογίας, ἢ ἀνοίας, καὶ μοχθηρίας δόξαν ἀποφέρεται. Ὅτι δ' αὐτὸς τὴν διαστροφὴν παθὼν τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν πάτριον εὐσέβειαν ἐξομοσάμενος, καὶ συναπαχθεὶς τοῖς αἱρετικοῖς Ἀκινδύνῳ, καὶ Βαρλαὰμ ὑπὸ μοχθηρίας τρόπων, καὶ ἀποτυχίας, ὧνπερ ἤλπισεν, ἀφειδήσας καὶ ψυχῆς αὐτῆς, ἵνα μόνον ἀμύνηται τοὺς δόξαντας λελυπηκέναι, ἐμοὶ τὰ ἴσα D ἐγκαλεῖ, θαυμαστὸν οὐδέν. Ὃς γὰρ οὐκ ἐφείσατο Θεοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν πρός τινας ἀπέχθειαν ἐκείνου ψευδῆ πολλὰ κατεῖπε, σχολῇ γ' ἂν ἀπέσχετο βασιλέως, καὶ ταῦτα δόξαντος λελυπηκέναι, ὅτι δ' εὐσεβὴς ἐγὼ καὶ τῆς ὀρθῆς, καὶ πατρίου δόξης ἐξεχόμενος ἀκριβῶς, καὶ πᾶσα μὲν ἡ τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησία συμμαρτυρήσειε, χάριτι Θεοῦ βεβαίως ἡδρασμένη περὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων ἐχομένη ἀκριβῶς· οὐχ ἧττον δὲ καὶ Γρηγορᾶς αὐτὸς ὁ νυνὶ τοιαῦτα ἐγκαλῶν, παρὰ πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον οὐ μόνον ἐγκώμια πολλὰ διεξιὼν ἐμοῦ,

Jacobi Pontani notæ.

(18) Elogia illa simul uno loco post Vitam Cantacuzeni, ex Gregora collecta, posuimus. Bellum autem intelligit, quod Andronicus nepos cum avo gessit.

ἀλλὰ καὶ τὰ ἔσχατα ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς εἰς ἐμὲ εὐνοίας ᾑρημένος, ὅτε τὰ αὐτὰ ἐφρόνουν οἷα καὶ νυνί. Τῇ γὰρ ὑπὸ βασιλέως ἐξενηνεγμένῃ καταδίκῃ Βαρλαὰμ, καὶ αὐτὸς συνεπεψηφισάμην, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, αὖθις Ἀκίνδυνον κατεδίκασα, Ἰωάννου τότε πατριάρχου τὴν σύνοδον συγκροτοῦντος, καὶ οὐ μέτρια ἀγανακτοῦντος, ἐφ' οἷς Ἀκίνδυνος Παλαμᾶ, καὶ τῶν ἄλλων μοναχῶν ἀδίκως κατηγόρει Βαρλαὰμ συνηγορῶν.

A mentius, propter ea quæ Acindynus Barlaamo patrocinans, in Palama cæterisque monachis injuste accusaverat.

CAPUT XXV.

Gregoras habetur mendax, impudens, levis. Negat se contra imperatorem scripsisse, et abolere ea vult. Imperatoris responsum gravi reprehensione plenum. Veneti Galatam noctu apertis portis ingrediuntur; armis postea repelluntur. Onerarias secum abstrahunt; prætereuntes vexant; auxilium contra Genuenses petunt, nec obtinent. Galatæi veniam orant, et ne hostes adjuvet. Venetorum cum imperatore fœdus temporarium. Origo ejus consuetudinis. Veneti non impetrato auxilio, indignabundi recedunt.

Τοιαῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς ὕστερον, ἐπεὶ εἰς χεῖρας αὐτῷ τὰ Γρηγορᾶ γράμματα ἧκει, ἀπηγορεῖτο περὶ ἑαυτοῦ, καὶ ψευδῆ, καὶ ἀπίθανα συγγεγραφέναι ἀπεδείκνυεν ἐκεῖνον. Ἔπειτα καὶ τῶν Ῥωμαίων τοὺς ἐν λόγῳ μάλιστα, καὶ ἐπιφανεστέρους ἐξεπίτηδες συγκαλεσάμενος, εἰς ἐπήκοον ἀναγινώσκεσθαι παρεῖχε πάντων, καὶ πολλὴν αὐτοῦ πάντες κατεγίνωσκον ψευδολογίαν, καὶ ἀναιδείαν, καὶ κουφότητα, ὅτι περὶ δημοσίων πραγμάτων, ἃ πολλοὶ, μᾶλλον δ' ἅπαντες συνίσασι, γράφειν προείλετο οὐκ ἀληθῆ, ἐφ' οἷς ἔμελλε ῥᾷστα ἀπελέγχεσθαι ψευδόμενος. Πυθόμενος δὲ ὁ Γρηγορᾶς ἃ δράσειε βασιλεὺς τὰ ἐκείνου θριαμβεύσας πλάσματα, οὐ μετρίως ἠνιάθη, ὅθεν καὶ συντυχὼν ὕστερον, ὠνείδιζε τὸν θρίαμβον, ὡς ἐπ' ἐκείνου τῇ αἰσχύνῃ εἰργασμένον. Ἔφασκέ τε τὴν μὲν πρὸς τὸν τόμον ἀντιλογίαν, ἰδίαν εἶναι· τὰ δὲ κατ' αὐτοῦ συγγεγραμμένα, ὅτου εἴη ἀγνοεῖν· βούλεσθαι δὲ ἀφανίζειν ἐντυχόντα καὶ αὐτόν· ἃ εἰ καὶ πρότερον ἐπέμφθη πρὸς αὐτὸν, πυρὶ παρεδίδου ἂν πρὶν εἰς ἑτέρας ἥκειν ἀκοάς. Βασιλεὺς δ' ἔφασκεν, οὐ συνορᾷν αὐτῷ τοὺς λόγους εἰς ὅ τι τείνει. Εἰ μὲν γὰρ μὴ τὰ συγγεγραμμένα ἤθελεν εἶναι φανερὰ, ἀλλ' ἀφανείᾳ πολλῇ κατέχεσθαι τὸν πάντα χρόνον, ἀνθ' ὅτου συντιθεὶς τοσοῦτον πόνον ἤνεγκεν; Εἰ δ', ὅπερ δίκαιον, μᾶλλον εἶναι φανερὰ ἐβούλετο, καὶ μεγάλας ἂν εἴη χάριτας εἰδέναι δίκαιος, ὅτι ἐπὶ τοσούτων καὶ τῶν ἐπιφανεστέρων μάλιστα, καὶ θαυμάζειν λόγων δύναμιν εἰδότων παρέσχετο ἀναγινώσκεσθαι, ἵν' ἐπαινοῖτό τε, καὶ τὰς ἐπικαρπίας κομίζοιτο τῶν πόνων ζῶν, μάλιστα καὶ τῶν ἐπαίνων αἰσθανόμενος, νεκροὺς γὰρ οὔτ' ἔπαινος, οὔτε ψόγος ἡδύνειν ἢ ἀλγύνειν οἶδεν. Εἰ δὲ διὰ τὸ πεφωράσθαι τὰ ψευδῆ, ἃ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ πλάττεται ἀλγεῖ, οὐκ αὐτὸς ἂν εἴη τῆς ἀλγηδόνος αἴτιος αὐτῷ, εἴπερ μηδὲ πέπεικεν αὐτὸς φαῦλον εἶναι καὶ τῆς ἀληθείας καταψεύδεσθαι. Δέον μέντοι καὶ πρὸς τοῦτο μὴ πάνυ δάκνεσθαι. Ὀλίγῳ γὰρ ὕστερον ἀπολιπὼν τὸν βίον, οὔτε τῶν ἐπαινούντων αἰσθήσεται, ἢ τῶν ὑβριζόντων, ἄν τε δίκαιοι καὶ ἀληθεῖς αἱ μέμψεις ὦσιν, ἄν τε μὴ, ὥσπερ καὶ ὧν αὐτὸς κατηγόρηκε πολλὰ καταψευδόμενος. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον δίκαιον λυπεῖν, καὶ οὐκ ὀλίγην ἐμποιεῖν φροντίδα, μὴ ἐν τῷ μέλλοντι δικαστηρίῳ, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἐγκλη-

B Hæc Cantacuzenus imperator postea, cum scripta Gregoræ in manus ejus venissent, pro se respondit, ipsumque falsa, et incredibilia scripsisse demonstravit. Deinde honoratissimis, et nobilissimis Romanorum dedita opera convocatis, in eorum præsentia recitari ambo jussit, omnesque Gregoram mendacem graphicum, et hominem bene inverecundum, ac levem pronuntiarunt, quod de publicis rebus, quas plerique omnes nossent, figmenta litteris mandare non dubitasset, adeo ut mendaciorum convinci facillime posset. Gregoras, audito quod imperator fecisset, et quomodo de ejus commentis triumphum egisset, tristitia non vulgari affectus, eum convenit, de triumpho illo, ut ad 808 dedecus suum instituto, conquestus est. Quæ contra tomum dicta sint, sua esse; quæ contra ipsum imperatorem, nescire se cujus sint; velle autem, ubi inciderit, ea supprimere; quæ si prius accepisset, quam ad aliorum aures venirent, igni mandaturum fuisse. Hic imperator, non se perspicere quorsum verba ejus pertineant. Si enim scripta sua nolebat exire in publicum, cur tantum laborem in componendo susceperit? si autem, quod æquius, publica volebat esse, etiam magnas sibi gratias merito debere, cum coram tam multis et illustribus, et vim dicendi admirari scientibus, ea legenda dederit, ut et laudaretur, et laborum suorum fructum adhuc vivus perciperet, gloriamque sentiret: mortuos enim nec laudibus delectari, nec vituperatione contristari. Quod si propterea doleat, quia ejus mendacia deprehensa sint, quæ nullo fundamento ipse excogitarit, non se illi causam doloris esse, quandoquidem non suaserit, ut tam improbe contra veritatem mentiretur. Oportere tamen etiam ob hoc mœrori non indulgere: paulo enim post discessu facto ex hac vita (19), nec laudes, nec reprehensiones sensurum, sive jure ac vere, sive secus reprehendatur: sicut nec illi sentiant, quos ipse multa mentiendo insimulaverit. Illud potius ægritudinem, ac sollicitudinem non parvam ingenerare nobis debere, ne in futuro judicio quomodo aliorum criminum in hac vita designatorum, sic mendacii quoque calumniarumque pœnas persol-

Jacobi Pontani notæ.

(19) Hinc collegimus, Gregoram pene senem fuisse. Fuit autem aulicus senioris Andronici, et venit in aulam annos natus 27, ut ipse testatur lib. VIII.

vamus : potissimum si præter iniquum odium nullam aliam mentiendi, calumniandique causam habuerimus. Hæc postea a Cantacuzeno facta, et dicta sunt, cum imperatori genero imperium transdidit, et sub habitu monachi vitæ genus paratum, et quietum agere constituit. Tunc autem synodo prorsus finita, et Acindyni sectatoribus impietatis evidenter convictis, civilibus actionibus sese reddens, expeditionem in Triballos adornavit. Interea ad Latinos Galatæos quatuordecim Venetorum triremes appelluntur. Et quia noctu improvisi supervenerant, non animadversi descenderunt, intraque muros ingressi (portæ siquidem oppidi per noctem apertæ relinquebantur, ea erat incolarum superbia et audacia), non parum nocuerunt. Custodes enim ubi oppidum captum animadverterunt, vociferationibus cives ad vim propulsandam concitarunt, qui ex ædibus inermes versus mare decurrentes, et quid hoc rei esset nescitare cupientes, partim vulnerabantur : **809** partim (et quidem non pauci) interficiebantur. Tandem re comperta, animis et armis instructi, hostes nulla re memorabili gesta, et ignavissime præliantes, rursum ejiciunt : qui ad triremes nullo suorum interfecto, aliquot duntaxat vulneratis pervenerunt, solventesque, onerarias quasdam vacuas secum abstraxerunt, ac sibi proprias fecerunt. Claro jam die bis terque ignem in onerarias, quæ plurimæ in portu stabant, immittere conati sunt, sed accedere propius non sinebantur. Deinde prætereundo alias infestabant, et quasdam e Ponto descendentes onerarias capiebant. In istis igitur triremibus etiam legatus Venetorum, nomine Delphinus, ad imperatorem mittebatur, opem rogatum ad bellum contra Genuenses, promittebatque ducem Venetiarum, et senatum de Romanis meriturum optime, si auxilium annueret. Paria Ravennæ princeps per litteras pollicens rogabat, nempe uti Venetos adjuvandos susciperet, quibus etiam ipse opitularetur. Imperator eis societatem, ut et antea apud Thessalonicam negavit, addiditque nullam se ipsis facere injuriam, si, præterquam quod nullo eis ad bellum impedimento esset, adversum Galatæos etiam non pugnaret. Qui tametsi bellum sæpe commeruerint, et nemo queat reprehendere, aut contra dicere, si præteritas injurias persequatur ; attamen in amicitiam Venetorum nihil peccaturum, si offensas ipsis sua sponte condonet. Imperator igitur ita scite bellum subterfugit. Longe enim melius putabat, ab utrisque abstinentem, ad Romanorum urbes, quæ erant in continente, ab hostium dominatu asserendas incumbere. At Venetus legatus, et alii qui cum eo venerant, hujus societatis recusationem permoleste ferebant. Galatæi quoque, ut resciverunt hostes suos imperatorem rogare auxilia, iteratis legationibus orare insistebant, ne despicerentur, sed si quid antea improbius in illum admisissent, veniam daret, nec jam vires hostium augeret, in posterum nihil per scelus unquam, sed

A ματικῶν τῶν κατὰ τὸν βίον, καὶ τοῦ ψεύδους, καὶ τῆς συκοφαντίας, δίκας δῶμεν, καὶ μάλιστα εἰ μηδεμίαν πρόφασιν ἑτέραν ἔχοι, ἢ ἄδικον ἀπέχθειαν. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἐπράχθη τε καὶ εἴρητο μετὰ τὸ τῆς ἀρχῆς βασιλεῖ τῷ γαμβρῷ παρακεχωρηκέναι, καὶ καθ' ἡσυχίαν βιοτεύειν, ὑποδύντα σχῆμα μοναχῶν. Τότε δὲ, ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν σύνοδον ἀπήρτιστο πάντα, καὶ τέλος εἶχε, καὶ οἱ τὰ Ἀκινδύνου ᾑρημένοι ἠλέγχοντο ἀσεβοῦντες φανερῶς, ἐπὶ τὰς πολιτικὰς ἐτρέπετο πάλιν πράξεις· καὶ παρεσκευάζετο ὡς ἐπιστρατεύσων Τριβαλοῖς. Ἐν τούτῳ δὲ τοῖς ἐν Γαλατᾷ Λατίνοις δέκα καὶ τέτταρες ἐκ Βενετίας ἐπέπλευσαν τριήρεις. Νυκτός τε ἐπελθόντες ἀπροσδόκητοι, ἀπέβησάν τε οὐ προαισθομένων, καὶ ἐγένοντο ἐντὸς τειχῶν· ἦσαν γὰρ αἱ
B πύλαι τοῦ φρουρίου νυκτὸς ἀνεῳγμέναι, ὑπ' αὐθαδείας, καὶ θρασύτητος τῶν ἐνοικούντων, καὶ ἐκάκωσαν οὐκ ὀλίγα. Ὡς γὰρ ᾐσθάνοντο οἱ φύλακες τὴν ἅλωσιν, βοῇ τε ἐχρῶντο, καὶ συνεκάλουν ἐπὶ τὴν ἄμυναν τοὺς ἐγχωρίους. Οἱ δὲ, ἐκ τῶν οἰκιῶν ἄοπλοι ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατιόντες, ὅ τι εἴη τὰ δρώμενα μαθεῖν, ἐτιτρώσκοντό τε καὶ ἀπέθνησκον πολλοί. Ἔπειτα, ὡς ᾔσθοντο, ἀναθαρσήσαντες καὶ ὁπλισάμενοι, ἐξήλασαν τοὺς πολεμίους αὖθις, οὐδὲν γενναῖον εἰργασμένους, ἀλλὰ φαυλότατα ἠγωνισμένους· ὅμως διεσώθησαν πάντες ἐπὶ τὰς τριήρεις, οὐδενὸς πεσόντος, τραυματιῶν δὲ ὀλίγων γενομένων, ἀναγόμενοί τε τοῦ λιμένος, καὶ ὁλκάδας εἷλκεισαν κενάς τινὰς, καὶ ἐκυρίευσαν. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἤδη ἦν, δὶς μὲν καὶ τρὶς
C ἐπεχείρησαν πῦρ ἐνεῖναι ταῖς ὁλκάσιν οὔσαις πλείσταις ἐπὶ τοῦ λιμένος, ἀπεκρούσθησαν δὲ ὑπ' ἐκείνων οὐδ' ἐγγὺς γένεσθαι δυνηθέντες. Ἔπειτα παραπλέοντες ἐκάκουν, καί τινων ἐκράτησαν ὁλκάδων ἐκ Πόντου καταπλεουσῶν. Ἐν ταύταις δὴ ταῖς ὁλκάσι, καὶ πρέσβυς ἐκ Βενετίας ἀφῖκτο, Δελφὶν ὠνομασμένος, πρὸς βασιλέα, καὶ ἐδεῖτο συμμαχεῖν αὐτοῖς πρὸς τὸν κατὰ τῶν ἐκ Γεννούας πόλεμον, μεγάλα τέ τινα ἐπηγγέλλετο τὸν δοῦκαν Βενετίας, καὶ τὴν βουλὴν Ῥωμαίους ὠφελήσειν, εἰ πείθοιτο αὐτοῖς συμμαχεῖν ὁ βασιλεύς. Τὰ ἴσα δὲ καὶ ὁ ῥὴξ Ῥασύνας πρὸς βασιλέα διὰ γραμμάτων ἐπρεσβεύετο, καὶ μεγάλα ἐπηγγέλλετο, καὶ ἐδεῖτο βασιλέως τοῖς ἐκ Βενετίας συμμαχεῖν, οἷς καὶ αὐτὸς σύμμαχός ἐστι. Βασιλεὺς δὲ ἀπηγόρευεν αὐτοῖς, ὥσπερ καὶ πρότερον τὴν συμ-
D μαχίαν ἐν Θεσσαλονίκῃ· ἔφασκε γὰρ ἀδικεῖν μηδὲν, εἰ πρὸς τῷ μηδὲν αὐτοῖς ἐμποδὼν εἶναι πρὸς τὸν πόλεμον, μηδὲ πρὸς ἐκείνους πολεμοίη. Ὡς μὲν γὰρ αἰτίας ἐκεῖνοι πολλὰς παρέσχοντο πολέμου, καὶ οὐδεὶς ἂν αὐτῷ μέμφοιτο δικαίως ἀμυνομένῳ τῶν προτέρων ἕνεκα ἀδικήματα, οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἀντειπεῖν· πρὸς μέν τοι τὴν αὐτῶν φιλίαν ἐνστήσεσθαι οὐδὲν, εἰ αὐτὸς ἑκὼν εἶναι τοῖς προσκεκρουκόσι παρέχοιτο συγγνώμην. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς οὕτως εὐφυῶς ἀπεσκευάζετο τὸν πόλεμον. Μᾶλλον γὰρ ἐδόκει εἶναι ἄριστον ἑκατέρων ἀποσχόμενον προσέχειν τῇ ἠπείρῳ, καὶ τὰς δεδουλωμένας Ῥωμαίων πόλεις ἐλευθεροῦν ἀπὸ τῶν πολεμίων. Ὁ ἐκ Βενετίας δὲ πρεσβευτὴς καὶ ἄλλοι οὐ μετρίως ἠγάνακτουν, πρὸς τὴν συμμαχίαν αὐτοῖς ἀπαγορεύοντος βασιλέως. Οἵ τε ἐκ

Γαλατᾶ ὁμοίως εἰδότες, ὡς οἱ πολέμιοι σφίσι δέονται A βασιλέως συμμαχεῖν, πρεσβείας καὶ αὐτοὶ συχνὰς ποιούμενοι, ἐδέοντο μὴ σφᾶς περιιδεῖν· ἀλλὰ συγγνώμην τε παρέχειν, εἴ τι πρότερον ἠγνωμονήκασι, καὶ νῦν μὴ συμμαχεῖν τοῖς πολεμίοις, ἐπηγγέλλοντό τε εἰσαῦθις μηδέποτε ἀγνωμονήσειν, ἀλλὰ πάντα ποιήσειν τὰ κατὰ γνώμην βασιλεῖ, καὶ δουλεύειν ἀκριβῶς· ἅμα δὲ καὶ χρήματα παρείχοντο οὐκ ὀλίγα. Βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν μὴ πολεμήσειν ἐπηγγέλλετο, εἰ τὰ ἐπαγγελλόμενα καὶ αὐτοὶ ἀληθῆ ἐπὶ τῶν ἔργων ἀποδείξαιεν· τὰ δὲ χρήματα οὐκ ἐλάμβανεν, οὐκ αὐτῷ πρέπουσαν οἰόμενος εἶναι τὴν μικρολογίαν οὐδὲ δοκεῖν ἐπὶ χρήμασι τὰ κοινῇ λυσιτελοῦντα προΐεσθαι Ῥωμαίοις. Οἱ ἐκ Βενετίας δὲ ὡς βασιλεὺς ἀσυμβάτως ἔχει συνορῶντες πρὸς αὐτούς· οὐδὲ γὰρ ᾤοντο οὐδὲν B λόγου ἄξιον αὐτοὶ δυνήσεσθαι μὴ βασιλέως συνεφαπτομένου πρὸς τὸν πόλεμον, δεινὰ μὲν ἐποιοῦντο καὶ ἠγανάκτουν· φανερῶς μέντοι κινεῖν πρὸς βασιλέα πόλεμον ὡρμημένοι οὐκ ἐφαίνοντο, ἀλλ' ὑποψίας παρεῖχον μόνον· αἱ γὰρ πρὸς Ῥωμαίους αὐτοῖς σπονδαὶ ἐπ' ἐξόδῳ ἔτυχον οὖσαι τότε. Ἔχουσι γὰρ πρὸς Ῥωμαίους οὐ διηνεκεῖς, ἀλλ' ἐπ' ἔτεσι ῥητοῖς ἀπὸ τῶν Μιχαὴλ τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων βασιλέως χρόνων· ἐπειδὰν δὲ ἐν ἐξόδῳ αἱ συμβάσεις γένωνται, ἔξεστιν ὁποτερῳοῦν πόλεμον εἰ βούλοιτο, κινεῖν. Εἰ δ' ἑκατέροις λυσιτελεῖν δοκοίη μᾶλλον ἡ εἰρήνη, αὖθις τὰς σπονδὰς ἀνανεοῦσι, καὶ τοὺς ὅρκους. Ἐπεκράτησε δὲ παρὰ Ῥωμαίοις καὶ τοῖς ἐκ Βενετίας Λατίνοις τὸ τοιοῦτον ἔθος ἐκ τοιαύτης μάλιστα αἰτίας. Βασιλεὺς ὁ πρῶτος Μιχαὴλ, ἐπεὶ C Βυζάντιον ἀνεσώσατο Ῥωμαίοις, καὶ Θρᾴκην, καὶ Μακεδονίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἑσπέραν ἑξήκοντα ὀλίγῳ πλείω ἔτη δουλεύσαντα Λατίνοις, πεζὴν μὲν καὶ ἱππικὴν δύναμιν μεγάλην εἶχε καὶ ἀξιόμαχον πρὸς πάντας πολεμίους, ναυτικὴν δὲ οὔπω τοσαύτην παρεσκευασμένος ἦν, ὅσην ὕστερον· ὅθεν καὶ τοὺς θαλασσοκρατοῦντας ἐδεδίει, καὶ ἐθεράπευε τῷ καιρῷ προσήκοντα ποιῶν· δεῆσαν μέντοι πρὸς ἑκάστους τίθεσθαι σπονδὰς, τοῖς μὲν ἄλλοις ὅσοι κατ' ἐμπορίαν εἰς Βυζάντιον, ἢ ἑτέρας παραλίους πόλεις Ῥωμαίους ὑπηκόους καταπλέουσι, φόρους ἔταττε καὶ ἀργύριον ῥητὸν τῷ δημοσίῳ· καὶ ἐπείθοντο ἀδύνατοι ὄντες ἀντιλέγειν· ἄχρι γὰρ καὶ νῦν παρέχονται τοὺς φόρους· οἱ ἐκ Βενετίας δὲ καὶ Γεννούας μέγα δυνάμενοι, καὶ τὸν Ἰόνιον, καὶ Αἰγαῖον, καὶ D τὸν Εὔξεινον, στόλοις μεγάλοις παραπλέοντες, ὧν τὰ παράλια πάντα μάλιστα, ἢ τὰ πλείω ὑπήκοα Ῥωμαίοις τότε ἦσαν, οὐκ ἐπείθοντο παρέχειν φόρους· ἀλλ' ἠξίουν ἐν πᾶσιν ἐμπορίοις τὴν βασιλέως ἀτέλειαν καρποῦσθαι. Βασιλεὺς δὲ τότε πείθειν οὐκ ἔχων, καὶ βιάζεσθαι τοῖς ὅπλοις μὴ δυνάμενος, τοῖς μὲν ἐκ Γεννούας ἔθετο σπονδὰς διηνεκεῖς ἐπὶ τῷ ἐκείνους μὲν εἶναι ἀτελεῖς παντάπασιν ἐν πάσαις πόλεσι, καὶ ἐμπορίοις, ἃ εἰσιν ὑπήκοα Ῥωμαίων καταπλέουσιν· αὐτοὺς δέ τινα τρόπον ὑπὸ βασιλέα τελεῖν, τριήρεις τε παρέχειν κατὰ συμμαχίαν, εἰ δέοιτο, πεντήκοντα ἐφωπλισμένας, βασιλέως μόνου ναύταις, καὶ ὁπλίταις μισθὸν παρέχοντος. Εἰ δὲ κενῶν δέοιτο τριήρεων, τὰς ἴσας παρέχειν μετὰ τῶν ὅπλων μόνων

A omnia ex ejus arbitratu facturos diligenterque parituros; simul pecuniam ingentem offerebant. Imperator armis se temperaturum spondere, si opere ipso promissorum veritatem confirment: pecuniam repudiare, ratus non se decere hanc humilitatem animi, neque videri pecunia delinitum, commune Romanorum emolumentum in extremis ponere. **810** Veneti eum a societate secum paciscenda abhorrentem experti, quoniam absque ipso nihil egregium se effecturos opinabantur, graviter id atque indigne ferebant: et cum aperte bellum adversus illum moliri non viderentur, suspicionem tamen præbebant; nam fœdus cum Romanis tum exspirabat. Quod quidem non æternum, B sed ad annos præfinitos ac certos habent, a temporibus Michaelis primi Palæologi imperatoris, quibus transactis, utrivis parti bellum movere integrum est. Sin utrique parti pax utilior appareat, fœdus denuo sancitur. Ea consuetudo inter Romanos ac Venetos hinc potissimum manavit. Michael imperator Byzantio, Thracia, Macedonia, toto Occidente (quæ paulo amplius sexaginta annos sub ditione Latinorum fuerant) Romano imperio recuperatis, copias quidem pedestres et equestres non exiguas, et quibusvis hostibus opponendas habebat, classem nondum tantam, quantam postea ædificavit: unde et maris dominos timebat; et tempori se accommodans, officiis eos demerebatur. Cum autem fœdus facere cum singulis oporteret, C aliis quidem mercatus causa Byzantium et ad alias urbes Romanorum maritimas, navigantibus portoria, et pecuniam certam ærario inferendam imposuit: qui quod aliter non possent, parebant, et usque hodie vectigal pendunt. Veneti autem et Genuenses, freti potentia sua, et Ionium, Ægæum, Euxinum maria magnis classibus circumnavigantes (ad quorum littora urbes pene omnes, aut saltem plurima pars tunc Romanis suberat), hujusmodi portorium solvere detrectabant, volebantque per omnia emporia immunitatem sibi concedi. Imperator, quoniam illos tunc nec verbis movere, nec armis cogere valebat, cum Genuensibus fœdus perpetuum percussit, ut essent quidem per universas urbes et emporia Romanorum immunes D penitus: aliquo tamen modo imperatori subjicerentur, et, si opus foret, subsidiarias triremes armatas quinquaginta mitterent, imperatore solum remiges et stipendia in militem suppeditante. Si vacuis egeret, totidem numero, tantum cum armis et præfectis præberent, et quo bellatum proficisceretur, eo sequerentur, eosdemque secum amicos ac socios colerent. Cum Venetis, quia convenire nihil poterat, pretio contendere cogitabat. Verum bello alio majore ingruente, a rege, inquam, Franciæ Carolo **811** (exspectabatur enim cum potenti classe Byzantium venturus), et parante se ad navalem pugnam imperatore, placuit in annos certos cum Venetis inducias pacisci, ut si quando bello contra Carolum defungeretur, exeunte fœ-

dere, adversum illos fortunam bellicam experirentur. Atque hac ab illis temporibus ducta consuetudine, Veneti cum Romanis fœderantur: ea fœdera, cum terminus advenerit, renovantur. Quod si alterutris bellum arriserit, citra crimen licet. Ergo in exitu fœderis cum Venetis, ut dicebamus, ubi imperatorem ad coeundam belli societatem adducere nequiverunt, palam quidem arma haud denuntiantes, præfectum suorum, qui Byzantii habitabant, in triremes accipientes recesserunt, cum opinione, si occasionem nanciscerentur, se de imperatore ulturos.

A καὶ ἀρχόντων, συμμαχεῖν τε βασιλεῖ καθ' ὁποίου ἂν ποτε πολεμῇ· καὶ φίλους εἶναι αὖθις, καὶ συμμάχους, οἷς ἂν ἐκεῖνος φίλοις χρῷτο. Τοῖς ἐκ Βενετίας δὲ ἀσυμβάτως εἶχε, καὶ ἐβούλετο πολεμεῖν. Ἑτέρου δὲ πολέμου μείζονος ἐπικειμένου τοῦ ῥηγὸς Καρούλου, προσεδοκᾶτο γὰρ ἐκεῖνος στόλῳ μεγάλῳ ἐπιπλεύσειν Βυζαντίοις, καὶ παρασκευαζομένου βασιλέως πρὸς ναυμαχίαν ἐπ' ἐκεῖνον, ἐδόκει δεῖν ἀνακωχὰς πρὸς τοὺς ἐκ Βενετίας τίθεσθαι, καὶ ἔθετο ἐπ' ἔτεσι ῥητοῖς, ἵν' εἴ ποτε ἀπαλλαγείη τοῦ πρὸς Κάρουλον πολέμου, ἐξείη πολεμεῖν αὐτοῖς, τῶν σπονδῶν ἐξηκουσῶν. Τὸ δὴ τοιοῦτον ἐξ ἐκείνου ἄχρι νῦν ἐπικρατῆσαν ἔθος, τὸν ἴσον τρόπον αἱ πρὸς Ῥωμαίους αὐτοῖς γίνονται σπονδαί. Ἐπειδὰν δὲ ἥκωσιν εἰς τέλος, ἀνανεοῦνται αὖθις. Εἰ δὲ δοκοίη θατέρῳ πολεμεῖν, ἔξεστι μηδὲν ἐγκαλουμένῳ. Ἐν ἐξόδῳ τοίνυν τῶν πρὸς τοὺς ἐκ Βενετίας σπονδῶν, ὥσπερ ἔφημεν, οὐσῶν, ἐπεὶ μὴ βασιλέα πείθειν εἶχον συμμαχεῖν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους, φανερῶς μὲν οὐ κατήγγελλον τὸν πόλεμον· τὸν δὲ ἄρχοντα τῶν ἐν Βυζαντίῳ οἰκούντων ὑπηκόων αὐτοῖς ἐν ταῖς τριήρεσιν ἀναλαβόντες, ἀπεχώρουν· δόκησιν δὲ παρεῖχον ὡς ἀμυνοῦνται βασιλέα τοῦ μὴ συμμαχεῖν, εἴ ποτε λάβοιντο καιροῦ.

CAPUT XXVI.

Galatæi notantur. Mos Lacedæmoniorum superbus. Galatæi saxum e machina Byzantium jaciunt bis, quibus bellum indicitur. Veneti revocantur, cum quibus initur societas. Causa belli Venetis et Genuensibus. Galatæ obsidio. Nicolai Pisani præfecti classis Venetæ audacia. Tres machinæ frustra factæ. Nuntius Venetus de septuaginta triremibus Genuensium supervenientibus. Populi Genuensis contra optimates tumultus. Democratiam quærit; optimatibus patriam honoresque restituit, quorum sumptibus classis ædificata contra imperatorem mittitur. Ducis Veneti ignavia. Pugna ad Galatam. Tarchaniota vulneratus. Imperator Byzantium frustratus redit. Venetus rediens, in Genuenses incidit. In Eubœam fugiens servatur.

Galatæi, cernentes abire Venetos, et falso existimantes, non in ipsorum gratiam imperatorem auxilium denegasse, sed potius, cum magna quædam inter se reposcerent, convenire non potuisse: cum alioqui etiam bene meritis semper male gratiam referre consuevissent (quomodo olim Lacedæmonios fecisse fertur) (20), ne ullius egere neve ulli cedere viderentur, præ nimio fastu et arrogantia, meridie, nulla re ab imperatore irritati, lapidem tormento Byzantium per machinam jaculati sunt. Quo cognito imperator ad eorum principem et senatum mittit percunctatum, quare bellum inceptarent. Illi factum ignorare simulant, et causam facinoris tam insolentis machinario tribuunt. Tum legati in illum et administros exemplum edi instant (fieri enim neutiquam posse, quin multos adjutores habuerit), sic enim sibi ab imperatore mandatum. Galatæi se facturos statim pollicentur. Postridie mane aliud saxum Byzantium jaciunt. **812** Tum reputans imperator, et scopum tangens, propter recessum Venetorum in hanc confidentiam et contemptionem erupisse, ut bellum ordiantur, ipsis continuo per internuntium bellum indicit, jubens, diebus octo, quos haberent cum Romanis, mercaturæ contractibus, ac nominibus aliisve quæ prætexi possent compositis, ad præliandum occurrant. Deinde Venetos revocat, qui statim gaudentes revertuntur. Cum his socie-

B Οἱ ἐν Γαλατᾷ δὲ, ὁρῶντες ἐκείνους ἀποχωροῦντας, οὐκ ἐνόμισαν ὅπερ ἦν, ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων χάριν ἀπαγορεύσειεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τὴν συμμαχίαν· ἀλλ' ᾤοντο μεγάλα τινὰ ἀλλήλους ἀπαιτεῖν, δι' ἅπερ ἀσυμβάτως ἐσχηκέναι, ἄλλως τε καὶ τοὺς εὐεργετοῦντας ἀεὶ κακοῖς ἀμείβεσθαι εἰωθότας, ὥσπερ τοὺς πάλαι Λακεδαιμονίους λέγουσιν, ἵνα μηδενὸς δοκῶσι δεῖσθαι μηδ' ἥττους εἶναι μηδενὸς, ὑπ' ἄκρας αὐθαδείας καὶ φυσήματος, ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ καὶ μηδεμίαν αὐτοῖς αἰτίαν πολέμου παρεσχημένου βασιλέως, λίθον ἀφῆκαν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον διὰ τῆς μηχανῆς. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο τὸ συμβὰν ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὸν ἐκείνων ἄρχοντα πέμψας καὶ τὴν βουλὴν, τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο, δι' ἣν ἄρχονται πολέμου. Ἐκείνων δὲ ὑποκρινομένων ἀγνοεῖν, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀτοπίας C τῷ ἐπὶ τῆς μηχανῆς ἀνατιθέντων τεταγμένῳ, ἐκέλευον οἱ πρέσβεις ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς συναραμένους κολάζειν· ἀδύνατον γὰρ μὴ καὶ πολλοῖς ἑτέροις χρῆσθαι συνεργοῖς· οὕτω γὰρ ἦν αὐτοῖς προστεταγμένον ὑπὸ βασιλέως. Οἱ δὲ ἐπηγγέλλοντο προθύμως. Ἐς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἅμα ἕῳ καὶ λίθον ἕτερον ἐπὶ Βυζάντιον ἀφῆκαν. Νομίσας δ' ὅπερ ἦν ὁ βασιλεὺς, ὡς διὰ τὸ τοὺς ἐκ Βενετίας ἀνακεχωρηκέναι, θρασυνθέντες αὐτοὶ περιφρονοῦσι, καὶ πολέμου ἄρχουσιν, αὐτοῖς μὲν αὐτίκα πόλεμον κατήγγελλε πέμψας, καὶ ἐκέλευεν ἡμέραις ὀκτὼ διαλυσαμένους, ὅσα πρὸς Ῥωμαίους ἔχουσι συμβόλαια ἐπ' ἐμπορίας, ἢ χρέα, ἢ ἑτέρας τινὰς προφάσεις, καθί-

Jacobi Pontani notæ.

(20) Bona facta male factis compensasse Lacedæmonios, vulgo notum esse ait. Herodotus quidem, loquens de Lacedæmoniis, ante Lycurgum, inquit, Κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων κατά τε σφέας αὐτοὺς, καὶ ξένοισι ἀπρόσμικτοι, *ex omnibus Græcis fuisse pravissimis moribus, nec vel inter se, vel cum advenis commercium habuisse.*

A σασθαι πρὸς πόλεμον· τοὺς δὲ ἐκ Βενετίας μετεπέμπετο. Οἱ δ' ἀνέστρεφον αὐτίκα χαίροντες, καὶ ἐτίθετο πρὸς αὐτοὺς συμμαχίαν, καὶ σπονδάς, ἥττους μὲν ὧν ἔμελλε πρότερον ποιεῖν παραπολύ· μεγάλα γάρ τινα καὶ μάλιστα λυσιτελῆ Ῥωμαίοις ἐπηγγέλλοντο περὶ πλείστου ποιούμενοι τὴν βασιλέως συμμαχίαν. Τότε δὲ ἐπεὶ ἑώρων ἀδυνάτως ἔχοντα ἑτέρως πράττειν, ἤδη γὰρ οἱ ἐν Γαλατᾷ ἐκπεπολέμωντο, ἀφῄρουν πολλὰ τῶν πρότερον ἐπηγγελμένων. Ὅμως δ' οὖν γεγενημένων τῶν σπονδῶν, ὁ πρὸς τοὺς ἐκ Γεννούας αὖθις ἤρχετο πόλεμος τῷ βασιλεῖ. Αἰτία δὲ ἦν τοῖς ἐκ Βενετίας, καὶ Γεννούας τοῦ πολέμου τούτου, ὃς ἀμφοτέροις συμφορῶν μεγάλων αἴτιος ἐγένετο, ὅτι πρὸς Τάναϊν ἐπ' ἐμπορίᾳ πλεόντων ἀμφοτέρων, συμβέβηκε τινὶ τῶν ἐκ Βενετίας πρὸς Σκύθην τινὰ διενεχθῆναι, καὶ τὴν διαφορὰν μέχρι φόνου προελθεῖν· B ἀμυνομένων δὲ ὑπὲρ τοῦ ὁμοφύλου τῶν Σκυθῶν, τῶν τε Λατίνων ὁμοίως ὑπὲρ τοῦ οἰκείου, δημοσία τῶν γενῶν ἑκατέρων ἐγένετο ἡ μάχη· καὶ ἔπεσον μὲν πολλοὶ Λατίνων παρὰ τὴν μάχην, διπλασίους δὲ καὶ περαιτέρω τῶν Σκυθῶν. Ἔπειτα ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Λατίνων ἀναχωρησάντων, ἐπεὶ μηδὲν οἱ Σκύθαι βλάπτειν ἦσαν δυνατοί, ἀθάλαττοι ὄντες παντελῶς, ἐπεστράτευσαν Καφᾶ, ὃ Λατίνων τῶν ἐκ Γεννούας φρούριόν ἐστι τοῖς παραλίοις τῆς Σκυθίας κατῳκισμένον, καὶ ἐπολέμησαν ἐπ' ἔτεσι δυσὶ μηδεμίαν ἐνδιδόντες ἀνακωχήν. Ἐν οἷς αὐτοί τε τῶν οἰκείων πολλοὺς ἀπέβαλον κατὰ τὰς μάχας, καὶ τοῖς Λατίνοις αἴτιοι πολλῶν κατέστησαν ἀναλωμάτων. Τῶν μὲν γὰρ τειχῶν ἦσαν ἥττους, τῶν ἔνδον κραταιῶς ἀμυνομένων· ἐμπορικῶν δὲ χρημάτων κατὰ τὴν Σκυθίαν C ἐκράτησαν πολλῶν, καὶ κατὰ τὸν πόλεμον ἀναγκάζοντες τρέφειν μισθοφορικὸν ἐπὶ φρουρᾷ τοῦ πολιχνίου, οὐκ ὀλίγα ἐζημίωσαν. Ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀνήνυτος ἐφαίνετο ἡ ἐπιχείρησις, διέλυον τὸν πόλεμον, θέμενοι σπονδάς. Μετὰ δὲ τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν ἠξίουν οἱ ἐκ Γεννούας μηδένα μήτε Ῥωμαῖον, μήτε ἐκ Βενετίας ἔμπορον πλέειν ἐπὶ Τάναϊν, μήτ' ἐκ σφῶν· πρόφασιν μὲν ὡς μὴ καὶ αὖθις ἀναγκάζοιντο ἔκ τινος αἰτίας Σκύθαις πολεμεῖν, τῇ δ' ἀληθείᾳ προσόδων μεγάλων ἀφορμὰς σφίσιν αὐτοῖς κατασκευάζοντες. Διενοοῦντο γάρ, ὡς εἰ κοινὸν ὁ Καφᾶς ἐμπόριον τοῖς ἁπανταχόθεν καταστα(ί)η, μεγάλα ὠφελήσεσθαι αὐτοὺς τοὺς ἁπανταχόθεν ἀργυρολογοῦντας· ἢ εἰ μὴ τούτοις ἔφασαν ἀγαπῷεν, D τὰς κατὰ τὸν πόλεμον συνεκτινέτωσαν δαπάνας. Βενετικοῖς δέ, τό, τε Ταναΐδος παντάπασιν ἀποσχέσθαι, ἐδόκει ἥκιστα λυσιτελεῖν, καὶ τὸ τὰ χρήματα συνεκτίνειν ἀνεκτὸν οὐδ' ἄκροις ἦν ὠσίν· ἀλλ' ἔφασαν μηδένα ἂν κωλύσειν πλέειν ὅποι ἂν δοκῇ λυσιτελεῖν· καὶ ἅμα ἐπεχείρουν πλέειν ἐπὶ Τάναϊν ἀκόντων Γεννουϊτῶν· οἱ δ' ἐκώλυον πρὸς βίαν, καὶ ἐζημίω-

tatem ac fœdus instituit, multo minore conditione, quam prius erat facturus, quando summopere expetita imperatoris societate, eximia quædam et Romanis utilissima promittebant. Sed ut eum animadverterunt, facile aliter non posse (jam enim Galatæi arma fremebant), multa ex promissis illis magnificis resciderunt. Nihilominus facto contra Genuenses fœdere, bellum denuo ab imperatore inchoatum est. Causa porro belli hujus Venetis et Genuensibus, (quod utrisque magnæ cladi fuit) erat quod Tanaim ambobus mercatus gratia navigantibus (21), Genuensi cum Scytha quodam altercante, lis usque ad cædem pervenerat. Dumque Scythæ tuentur suum, et Latini suum similiter, communis et publica inter utramque gentem pugna commissa est, multique Latini, sed amplius altero tanto Scythæ oppetiverunt. Postea Latinis ad naves reversis, Scythæ quia nocere nequibant, utpote maris expertes, funditus Capham, Genuensium oppidum (22), in maritimis Scythiæ ædificatum, oppugnare instituerunt, obsederuntque biennio continenter. Quo tempore et de suis adverso marte multos amiserunt, et Latinos ad grandes impensas adegerunt. Nam muris oppugnandis haud satis valebant, quod castellani viriliter se acriterque defenderent : mercatorum vero mercimonia, et illa multa per Scythiam occupantes, et conductitios ad oppidi præsidium alere cogentes, non parum eis detrimenti creabant. Verum ut labor inanis apparuit, bellum fœdere diremerunt. Quo dirempto, Genuates neque Romanum neque Venetum mercatorem, nec de suis ullum Tanaim navigare voluerunt : verbo, ne rursus ipsis belli cum Scythis gerendi nasceretur materia, re, ut magnorum vectigalium causam sibi pararent. Sic enim ratiocinabantur, si Capha undecunque adventantibus commune emporium fieret, quæstum uberem argenti exactione collecturos : **813** aut si istuc non probarent, belli sumptum una tolerarent. At Venetis Tanai prorsus excludi non videbatur e re publica. De communitate autem sumptuum horrebant audire, aiebantque, neminem sibi navigationem, quo sperata invitaret utilitas, ademturum : simulque nolentibus etiam Genuensibus, Tanain cursum dirigebant, qui per vim obsistebant, et quosdam mercatores cum onerariis intercipientes, mercibus eos multabant. Inde bellum atrox conflatum, nec parum pecuniæ et triremium utrinque deperditum. Tum igitur, ut et imperator Venetis belli socium se ascripsit, triremes militibus complebat, mare cum Venetis obtinebat, et ex continente missa manu oppidum obsi-

Jacobi Pontani notæ.

(21) Tanais est urbs ad ostium fluvii ejusdem nominis sita. Stephanus : Τάναϊς, πόλις ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ. Κατὰ δὲ τὰς εἰς τὴν λίμνην τὴν Μαιῶτιν ἐκβολὰς τοῦ Ταναΐδος πόλις Ἑλληνικὴ ἔκτισται Τάναϊς, ἥτις καὶ Ἐμπόριον ὀνομάζεται· *Tanais, urbs, cognominis fluvio. Est autem Græca civitas, juxta ostium fluminis, quo se in Mæotidem paludem exonerat, ædificata, et Emporium quoque vocatur.*

(22) Capha, olim Theodosia, sita in Ponti Euxini ora, Genuensium colonia, de qua vide Petri Bizari *Historiæ Genuensis* lib. VI. Anno 1475 occupata est a Mahomete, Turcarum imperatore, non sine magna strage.

ciebat. Ac primum quidem ab utroque latere, et navalis et terrestris copia invadentes, ædes exteriores (exceptis, quæ sub ipsis muris erant) incenderunt. Deinde agmen ex continente frequenter in dies singulos impetum faciebat, arcteque obsidebat, ut Latinos ne prodire quidem extra muros permitteret. Navalem vero turbam bipartito dividens imperator, unam partem illic ad obsidionem reliquit : alterum in Pontum ad Genuates vexandos misit, quod cumulatissime præstiterunt; nam et merces, et mercatores non paucos interceperunt, et onerarias multas exusserunt. Ubi e Ponto redierunt, ad oppidi expugnationem se instruxerunt, quanquam imperatore nimiopere adversante, existimanteque muros validissimos, multis propugnatoribus supra astantibus nulla spe obtinendæ victoriæ adoriri non oportere, sed longinquitate obsidionis potius rem confectum iri, ac Venetæ classis Nicolaum Pisanum ob id monente, cui ut inexercitato tentanda videbatur oppugnatio, quique Romanos æque omnes notabat, quodammodo, quasi per eorum timiditatem staret, quominus Galata caperetur, quod facillime posset, si Romani secum vires alacriter consociarent. Quocirca imperator, etsi evidentissime sciret, eum aggredi, quæ prudentem ac peritum ducem non decerent, tamen ne quæ obtineri possent, ipse quadam ignavia e manibus dimisisse putaretur, Latini spiritibus obsecundavit, et cum alia ad oppugnationem apta comparavit, tum binas onerarias prægrandes conjunxit, et quantum potuit, trabibus copulavit, ligneamque turrim superposuit, **814** cujus altitudo Galatæ muros excederet. Turris illa tabulata habebat tria, in quibus milites consistentes pugnarent. Ab eadem duo cornua longissima projiciebantur, quæ usque ad mœnia perventura existimabant, super quibus fabri compactis instar tabulati asseribus pontem ad muros straverant. Credebant autem, iis qui de turri pugnabant, tuto transeundi facultatem præbentibus, magnanimos quosdam inde progressos, cum oppidanis propugnatoribus in muro commissuros, et victuros. Et processisset illis inventum, si extrema cornuum usque ad mœnia pertinuissent. Sed quia non parum longitudini deerat, machina inanis fuit. Similem pontem, absque turri, etiam Phaceolatus protostrator jussu imperatoris super grandi oneraria fecit, et extremis cornibus ligneam basin seu craticulam imposuit, ita compositam, ut quibusdam funibus et vectibus super quibus jacebat, moveretur, eoque ligna igni alendo idonea congessit, eo consilio, ut incensam uni turrium Galatæ imponeret (erant enim pleræque ligno superne constructæ), quo per turrim etiam ædes flamma vento stante comprehenderet. Sed enim cornibus deficientibus, in nihilum recidit ejus cogitatio. Tertiam insuper machinam Veneti tanquam scalas a navi ad muros fabricati sunt. Paratis jam a mari omnibus, etiam a continente quæ opus erant, præ-

A σαν εἰς χρήματα ἐμπόροις ἐπιθέμενοι τισὶ, καὶ κρατήσαντες ὁλκάδων. Ἐκ δὲ τούτου εἰς τὸν πόλεμον κατέστησαν, καὶ μέγας ἀνεῤῥιπίσθη, καὶ χρήματα οὐκ ὀλίγα, καὶ τριήρεις ἀπώλοντο ἀφ' ἑκατέρων. Τότε δ' οὖν ἐπεὶ καὶ βασιλεὺς Βενετικοῖς συνεξώρμητο πρὸς τὸν πόλεμον, τριήρεις τε ἐπλήρου καὶ θαλάττης ἐκράτει μετὰ τῶν ἐκ Βενετίας, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου πέμψας στρατιὰν, ἐπολιόρκει, καὶ πρῶτα μὲν ἑκατέρωθεν ἥ τε ναυτικὴ καὶ ἱππικὴ δύναμις προσβαλόντες, τὰς ἔξω Γαλατᾶ ἐνέπρησαν οἰκίας πάσας πλὴν ὀλίγων, αἳ ὑπὸ τοῖς τείχεσιν αὐτοῖς ἦσαν. Ἔπειτα ἡμῖν ἠπειρῶτις, συχνὰς καθημέραν ποιουμένη τὰς ἐφόδους, ἀκριβῶς ἐπολιόρκει, καὶ οὐδὲ προβαίνειν εἴα τειχῶν ἔξω τοὺς Λατίνους. Τὴν ναυτικὴν δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς δύο διελὼν, τὴν μὲν, B αὐτοῦ κατέλιπε τὸ φρούριον πολιορκεῖν, τὴν ἑτέραν δὲ ἔπεμπεν ἐπὶ Πόντον τὰ Γεννουϊτῶν κακώσουσαν, καὶ ἐκάκωσαν ἐπιπλεῖστον· χρημάτων τε γὰρ ἐκράτησαν, καὶ ἐμπόρων οὐκ ὀλίγων, καὶ ὁλκάδας ἐνέπρησαν πολλάς. Ἐπεὶ δὲ ἐπανῆκον ἐκ τοῦ Πόντου, παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν τειχομαχίαν, καίτοι μάλιστα βασιλέως ἀπαγορεύοντος, καὶ μὴ δεῖν οἰομένου τείχεσιν ὀχυρωτάτοις, καὶ πολλοὺς τοὺς ἀμυνομένους ἔχουσιν ἐφεστηκότας προσβάλλειν οὐδεμιᾶς ἐλπίδος οὔσης περιγίνεσθαι τοῖς ὅπλοις· ἀλλὰ μᾶλλον χρονίῳ κατεργάζεσθαι πολιορκίᾳ, καὶ τῷ τῶν Βενετικῶν ναυαρχοῦντι Νικολάῳ τῷ Πισσαίῳ παραινοῦντος· τῷ δὲ, ἐδόκει μᾶλλον τειχομαχεῖν ὑπ' ἀπειρίας, καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐῴκει ὁμαλῶς καθάπτεσθαι, ὡς διὰ τὴν C ἀτολμίαν σφῶν Γαλατᾶ ἀναλώτου μένοντος ῥᾷστα δυναμένου, εἰ αὐτοῖς, καὶ Ῥωμαῖοι συμπροθυμηθεῖεν. Δι' ἃ ὁ βασιλεὺς, καί τοι μάλιστα εἰδὼς, ὡς οὐ προσήκουσιν ἔμφρονοι, καὶ δεινῷ στρατηγῷ ἐπιχειρεῖ, ὅμως ἐπείθετο, διὰ τὸ φύσημα τοῦ Λατίνου· καὶ τὸ μὴ δοκεῖν ὑπ' ἀτολμίας προΐεσθαι τὰ δυνατὰ, καὶ ἄλλα τε παρεσκευάζοντο ἐπιτήδεια πρὸς τὴν τειχομαχίαν, καὶ ὁλκάδας μυριοφόρους συζεύξας δύο, καὶ ὡς μάλιστα ἐνῆν δοκοῖς μεγάλοις ἐφαρμόσας, ἔπειτα πύργον ξύλινον ἐπέστησεν ἐπὶ τοσοῦτον ὕψους ἥκοντα, ὥστε εἶναι τῶν Γαλατᾶ μετεωρότερον τειχῶν· ὀροφάς τε εἶχε τρεῖς, ἐξ ὧν ἔμελλον ἑστῶτες οἱ ὁπλῖται μάχεσθαι. Ἀπὸ δὲ τοῦ πύργου, προβεβλημέναι ἦσαν δύο κεραῖαι μέγισται μεγέθει, ἃς ᾤοντο διικνεῖσθαι ἄχρι τῶν τειχῶν, ἐφ' ἃς σανίσιν D οἱ δημιουργοὶ, ὥσπερ ἀναβάσεις θέμενοι, ὁδόν τινα κατεσκεύασαν ἀπὸ τοῦ πύργου φέρουσαν ἐπὶ τὰ τείχη. Ὤοντο δὲ ὡς τῶν ἀπὸ τοῦ πύργου μαχομένων ἄδειαν παρεχομένων, καὶ ῥᾳστώνην πρὸς τὴν δίοδον δι' αὐτῆς τῶν εὐψύχων τινὰς συμβαλοῦσι τοῖς ἐπὶ τοῖς τείχεσι, καὶ κρατήσουσι βαλλομένους, καὶ ἀπὸ τοῦ πύργου. Ὃ κἂν προὐχώρησε κατὰ τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῖς, εἰ αἱ κεραῖαι ἄχρι ἀφικνοῦντο τῶν τειχῶν, ἀποδέουσαι δὲ ὀφθεῖσαι οὐκ ὀλίγον, ἄπρακτον τὸ μηχάνημα ἐποίουν. Ταύτῃ δὲ ὁμοίαν πλὴν τοῦ πύργου, καὶ Φακεωλάτος ὁ πρωτοστράτωρ κατεσκεύαζετο βασιλέως προστεταχότος μηχανὴν ἐφ' ὁλκάδος, καὶ αὐτὸς μεγάλης, ἐπ' ἄκραις δὲ ἐκεῖνος ταῖς κεραίαις, ἐσχάραν ἐπέθηκε ξυλίνην, οὕτω δὲ ἦν ἡ ἐσχάρα κατεσκευασμένη, ὥστε κινεῖσθαι καλωδίοις

δή τισι καὶ δικοῖς, ἐφ' οἷς ἐπέκειτο, ἔπειτα ὕλην A συμφορήσας τρέφειν δυναμένην πῦρ, ἐπέθηκε τῇ ἐσχάρᾳ, γνώμην δὲ εἶχεν ὡς ἑνὶ τῶν Γαλατᾶ πύργων ἐπιθήσων ἐξαφθεῖσαν· ἦσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι ξύλοις ἄνωθεν ἐπεσκευασμένοι, ὥστε διὰ τοῦ πύργου καὶ ταῖς οἰκίαις ἐπελθεῖν τὸ πῦρ, ἀνέμου πνεύσαντος· ἀνύειν δὲ οὐδὲν οὐδ' ἡ ἐκείνου ἐπίνοια ἐδύνατο, ἀποδεουσῶν τῶν κεραιῶν. Καὶ τρίτην δὲ οἱ Βενετικοὶ προσεξειργάσαντο, ὥσπερ κλίμακα ἀπὸ τῆς νεὼς ἐπὶ τὰ τείχη τῶν πολεμίων. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐκ θαλάττης πάντα ἦσαν παρεσκευασμένα, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου τὰ δέοντα προσεπορίζοντο, καὶ κλίμακάς τε κατεσκεύαζον, καὶ σιδήρια οἷς χρῆσθαι ἔμελλον ἐπὶ τῷ τὰ τείχη διορύσσειν, ὕλης τε φάκελοι ἐκομίζοντο ἐφ' ἁμαξῶν, αἷς ἔμελλον πρός τε τὴν διάβασιν τῆς τάφρου χρήσεσθαι, αὐταῖς ἁμάξαις εἰσωθήσαντες, καὶ B πρὸς ταῖς πύλαις, εἰ δέοι, ἐνιέναι πῦρ. Καὶ ἐπεὶ οὐδὲν ἐνέδει ἔτι, ἡ πεζὴ καὶ ἱππικὴ δύναμις ἐξήγετο, ὧν ἐστρατήγει δεσπότης Μανουήλ, Ἀσάνης, ὁ βασιλίδος τῆς Εἰρήνης ἀδελφὸς ὑποστράτηγον ἔχων τὸν πρωτοστράτορα Φακρασῆν, καὶ περιεστρατοπέδευε Γαλατᾶν. Καὶ ἡ ναυτικὴ ἤδη παρεσκεύαστο, ὡς εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἕῳ τοῖς τείχεσιν ἐμβαλοῦντες, καὶ οἱ ἐν Γαλατᾷ δὲ παρεσκευάζοντο, ὡς ἀμυνούμενοι, τάς τε γὰρ ὁλκάδας καὶ τριήρεις ὅσας εἶχον, κατέδυσαν πρότερον εἰς τὴν θάλασσαν, κατὰ μίαν ἐφεξῆς πρὸ τῶν τειχῶν ἀνάψαντες τοῖς καλωδίοις ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων, ὅσον μὴ παντάπασι καταδύεσθαι, ἀλλ' ἀνάγεσθαι εἶεν εὐχερεῖς, καιροῦ καλοῦντος, καὶ ἄλλα ὅσα πρὸς ἀποτροπὴν ἐδόκει λυσιτελήσειν τῶν C μηχανημάτων. Συνήνεγκε δὲ αὐτοῖς ἐς τὰ μάλιστα τῶν ὁλκάδων ἡ κατάδυσις· αὐταί τε γὰρ ἀνάλωτοι ἦσαν τῷ πυρὶ, διὰ τὸ ὕδωρ· καὶ ταῖς πολεμίαις ναυσὶν ἀπόβασιν οὐ παρεῖχον· τάς τε μηχανὰς ἐκώλυον ἐγγὺς τειχῶν ἰέναι. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς μετὰ τῆς ἐκ τῆς ἠπείρου στρατιᾶς διενυκτέρευσεν ἐλθών· πρωτοστράτορα δὲ τὸν Ταρχανειώτην, ὃς τῶν βασιλικῶν τριήρεων ἐστρατήγει, καὶ τὸν τῶν Βενετικῶν ἄρχοντα Νικόλαον, ἅμα ἕῳ ἐμβαλεῖν ἐκέλευεν ἀπὸ θαλάττης, ὡς καὶ τῆς πεζῆς καὶ ἱππικῆς δυνάμεως ἐκ τῆς ἠπείρου ἐμβαλούντων. Τριήρεις δὲ ἦσαν αἱ σύμπασαι Ῥωμαίων, καὶ Λατίνων κατ' ἐκείνην τὴν μάχην δύο καὶ τριάκοντα. Συνέβη δὲ τῆς αὐτῆς νυκτὸς ἐκ Βενετίας τριήρη πρὸς Νικόλαον ἀφῖχθαι, ἣ ἐμήνυεν ἑβδομήκοντα· τριήρεις ἐκ Γεννούας D ἀνηγμένας, ἰέναι ἐπ' αὐτοὺς, ἐκέλευόν τε ἡ βουλὴ, καὶ ὁ δοὺξ, πρόνοιαν αὐτοῦ, καὶ τῶν τριήρεων ποιεῖσθαι, μὴ ὑπὸ τοῦ πολεμίων στόλου ἐγκαταληφθεὶς ἀπόληται. Ὁ γὰρ ἐν Γεννούᾳ δῆμος οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ πρότερον πρὸς τοὺς παρὰ σφίσι πολεμήσαντες δυνατοὺς, τοὺς μὲν, ἐξήλασαν περιγενόμενοι τῶν ἀρίστων, καὶ ἀειφυγίαν καταψηφισάμενοι, τοὺς δ' ἀτίμους εἶχον, μήτε βουλῆς ἀξιοῦντες, μήτ' ἀρχῆς μηδεμιᾶς· ἀλλὰ πάντα τρόπον ἐπίεζον, καὶ ἐταπείνουν· δημοκρατεῖσθαι γὰρ ἐβούλοντο μᾶλλον, ἢ ὑπ' ἐκείνων ἄρχεσθαι. Τοῦ δήμου δέ τινα προστησάμενοι Σίμωνα

stabantur, scalæque et ferramenta quærebantur, quibus muros perfoderent : et libenter lignorum fasces advehebantur, quibus cum ipsis plaustris in fossam injectis, ad transeundum et ad portas, si opus foret, inflammandas uterentur. Cumque nihil jam desideraretur, peditatus et equitatus a despota Manuele, Asane, Irenes imperatricis fratre, eductus (cujus legatus seu minor dux Phacrases protostrator), Galatam circumsedit. Et pars navalis jam accincta erat, ut orta luce postridie ad muros ferretur, ipsique Galatæi ad resistendum se instruebant. Nam onerarias et triremes, quotquot habebant, prius deduxerant, singulas deinceps ante muros funibus a pinis religatas, ne penitus abriperentur, sed pro tempore subduci facile possent, et alia quæcunque ad machinas avertendas commodatura credebant. **815** Maxime autem illis profuit onerariarum deductio; ipsæ enim igne consumi nequibant, propter aquam scilicet, et hostiles naves accessu ad muros prohibebant. Imperator itaque cum exercitu terrestri adveniens, noctem egit : protostratorem vero Tarchaniotam, imperatoriis triremibus præfectum, et Venetorum ducem Nicolaum, die recenti a mari aggredi jussit, utpote eodem tempore equitibus et peditibus a continente simul aggressuris. Numerabantur autem in illa pugna triremes Romanorum et Venetorum simul binæ supra triginta. Eadem porro recte triremem Venetiis ad Nicolaum venire contigit, quæ docebat, septuaginta triremes solvisse Genua, et in illos tendere; mandabantque dux et senatus, sibi et navibus suis consuleret, ne ab hostium classe interclusus periret. Populus siquidem Genuensis jampridem potentibus oppugnatis, et optimatum victor, alios in perpetuum exsilium egerat, alios capite diminutos, neque senatorio ordine, neque ullo magistratu dignabatur, sed omnibus modis eos premebat ac deprimebat; populari enim, quam illorum imperio uti malebat. Tum vero de plebe quemdam Simonem Buccanegram (23) summæ reipublicæ præfecerant, idque populus et senatus approbarat. Cæterum bello hoc cum Venetis exardescente cum se viderent non posse resistere, nisi a potentibus adjuvarentur, quod et multa pecunia et majore apparatu opus esset, optimatibus reditum ab exsilio decreverunt, eos in senatum legerunt, et rempublicam capessere jusserunt. Potentes, cum prospicerent, si iratis animis reconciliationem gratiæ cum populo aspernarentur, futurum ut eo a Venetis attrito, ipsi eamdem calamitatem subirent, et turpe, imo vero turpissimum ducentes, propter populi adversus se crimen ultro libertatem prodere, inhonestamque ac minime ingenuam servitutem longe inferioribus servire, scelus ei et stultitiam exprobrarunt, quod optimates (24) ob hoc solum, quia

Jacobi Pontani notæ.

(23) De hoc lege lib. vi Bizari.

(24) De ostracismo hæc accipienda sunt : hoc est, de tali pœna, et tali ex causa, quali, et ex qua Athenis post exactum Hippiam tyrannum Pisistrati

vulgo præstarent, adeo facile dedecori ac ignominiæ subjecissent, bellum pro republica impigre arripuerunt, arma et reliqua necessaria contulerunt, et classem septuaginta navium ædificatam, cum præfecto Pagano Auria (25), viro nobilissimo, prudentiaque, fortitudine, experientia ante alios eminente bellatum miserunt. **816** Nicolaus, Venetarum triremium ductor, ubi classem hostium adventare accepit, quanquam alioqui ad pugnam audacissimus, timore correptus, confestim de fuga cogitavit. Sed ne parata oppugnatio impediretur, imperatorem audita celans, cum triremibus suis, et machina super oneraria, extra teli spatium duntaxat, ordinem armatus tenebat, pugnaturi opinionem præbens, cum re penitus abstineret. Romani diluculo jussa facessentes, cum triremibus et machinis onerariarum muris sese admovent. Verum machinæ, quod eos non attingerent, inutiles erant. Nihilominus qui intus erant milites, propiores facti, in propugnatores jacula contorquebant, et vulnerabant plurimos. Idipsum faciebant, qui e triremibus pugnabant. Nec pauci ex imperatoriis vulnerati sunt, ex quibus nonnulli occubuerunt. Quin et dux Tarchaniota cubitum dextrum per thoracem, seu loricam (tanto impetu telum advolavit) trajectus, paulum a morte abfuit. Divina autem providentia servatus, multos et intolerandos dolores sustinuit; vix enim biennio plaga cicatricem obduxit. Imperator quoque ex continente invadere, et currus onustos fossæ immittere jussit, ut ea pervia scalæ ad muros applicarentur. Immiserunt, etsi non omnes. Adhuc in eo negotio militibus occupatis, Galatæi maritima pugna dimissa, qua mœnia versus continentem præcipue laborabant, accurrerunt, apertisque portis effusi, et igni in virgulta arida conjecto, omnia cum ipsis plaustris combusserunt, ac de muris homines et equos magno numero vulnerarunt: nec ipsi vicissim pauciores vulnera retulerunt. Imperator jam cernens operam inanem esse, quanquam id futurum antea scivisset, receptui cecinit, et pedites quidem extemplo jussit abscedere, ipse cum equitatu per noctem in castris mansit. Altero die cum armatis diu ad portas Galatæ constitit, nec quisquam Latinorum contra processit, nec telum jecit. Inde, quia nullus prodibat, Byzantium se recepit. Nicolaus, Venetorum ductor, occultata causa, ob quam prælio supersedisset, omnino volebat discedere, atque hoc solum elocutus, a senatu et duce sibi mandatum, uti rediret, salute dicta, Venetias renavigavit, bello contra Genuates soli imperatori relicto, qui triremibus suis e mari **817** Galatam obsidebat, et a

A Μπουκανέγραν προσαγορευόμενον, ἄρχειν ἔφησαν τῶν πραγμάτων, καὶ τοῦ δήμου, καὶ τῆς βουλῆς συνεπιψηφιζομένης. Τοῦ Βενετικοῦ δὲ πολέμου τουτουῒ κεκινημένου, ἐπεὶ ἑώρων ἀντικαθίστασθαι, ὄντες ἀδύνατοι αὐτοὶ μὴ καὶ τῶν δυνατῶν συναιρομένων, οἷα δὴ πολλῶν χρημάτων, καὶ μείζονος δεομένου τοῦ πολέμου τῆς παρασκευῆς, τῶν τε φευγόντων ἀρίστων κάθοδον ἐψηφίσαντο, καὶ τῆς παρὰ σφίσι μετέδοσαν βουλῆς, καὶ τῶν πραγμάτων ἅπτεσθαι ἐκέλευον. Οἱ δυνατοὶ δὲ ὁρῶντες ὡς ἂν αὐτοὶ πρὸς ὀργὴν τὰς πρὸς τὸν δῆμον διωθῶνται καταλλαγὰς, οὐδὲν ἕτερον ὑπολείπεται, ἢ ἐκείνων διαφθειρομένων ὑπὸ τῶν ἐκ Βενετίας, καὶ αὐτοὺς συγκινδυνεύειν, καὶ δεινὸν ἡγούμενοι καὶ τῶν αἰσχίστων διὰ τὴν τοῦ δήμου πρὸς αὐτοὺς ἀγνωμοσύνην ἑκόντι B προδιδόναι τὴν ἐλευθερίαν, καὶ δουλεύειν τοῖς πολλῷ χείροσιν αἰσχρῶς, καὶ ἀγεννῶς, ὠνείδισαν μὲν τῷ δήμῳ τὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ τὴν ἀκρισίαν, ὅτι τοὺς ἀρίστους οὕτω προπηλακίζουσιν εὐχερῶς μηδὲν ἕτερον ἔχοντες ἐγκαλεῖν, ἢ ὅτι βελτίους τῶν πολλῶν εἰσιν· ὑφίσταντο δὲ τὸν πόλεμον προθύμως ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ, καὶ χρήματα παρασχόμενοι, καὶ ὅπλα, καὶ τὴν ἄλλην συντέλειαν ὅσην ἔδει· τόν τε στόλον τῶν ἑβδομήκοντα νεῶν παρεσκευάσαντο, καὶ Παγανὴν ἐπιστήσαντες, στρατηγὸν ἐκ τοῦ τῶν Ὀρίων γένους τὸν ἐπιφανέστατον, καὶ συνέσεως, καὶ τόλμης ἕνεκα, καὶ ἐμπειρίας ὑπερέχοντα τῶν ἄλλων, ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὸν πόλεμον. Νικόλαος δὲ ὁ τῶν Βενετικῶν τριήρεων στρατηγὸς, ἐπεὶ ἐπύθετο τὴν περὶ τοῦ τῶν πολεμίων στόλου ἀγγελίαν, καὶ πρότερον ἀτολμότατος C πρὸς μάχας ὢν, τότε μᾶλλον ἐξεπέπληκτο, καὶ εὐθὺς ἀπεῖδε πρὸς φυγήν. Ἵνα δὲ μὴ ἡ παρεσκευασμένη τειχομαχία κωλυθῇ, βασιλεῖ μὲν οὐδὲν ὧν ἐπύθετο ἀπήγγελλε, τὰς σφετέρας δὲ τριήρεις ἔχων, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ὁλκάδος μηχανὴν, ὅσον μὴ βάλλεσθαι παρατεταγμένος μόνον ἐν τοῖς ὅπλοις ἦν δόκησιν παρέχων, ὡς μαχούμενος, ἔργου δὲ παντάπασιν ἀπείχετο. Ῥωμαῖοι δὲ, κατὰ τὸ ἐπίταγμα βασιλέως, ἅμα ἕῳ τοῖς τείχεσι προσέβαλον τῶν πολεμίων, καὶ ταῖς τριήρεσι, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ὁλκάδων μηχαναῖς. Αἱ μὲν οὖν μηχαναὶ τῶν τειχῶν μὴ ἐφικνούμεναι, ἄπρακτοι ἐλείποντο. Ὅμως ἐγγὺς γενόμενοι οἱ ἐν αὐταῖς ὁπλῖται, ἔβαλον τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν, καὶ πλείστους ἐτραυμάτισαν, ὁμοίως καὶ οἱ ἀπὸ τῶν D τριήρεων. Ἐτραυματίσθησαν δὲ οὐκ ὀλίγοι, καὶ ἀπὸ τῶν βασιλικῶν, καὶ ἔπεσόν τινες. Ἐτρώθη δὲ καὶ ὁ στρατηγὸς Ταρχανειώτης τὸν δεξιὸν ἀγκῶνα βέλει, καὶ διήλασεν ἀμφοτέρας τὰς ἐπιφανείας, καίτοι τεθωρακισμένον, μετὰ τοσαύτης προσέπεσε τῆς ῥύμης, ἐξ οὗ μάλιστα μὲν ἦλθε τοῦ ἀποθανεῖν ἐγγύς. Προνοίᾳ δὲ Θεοῦ περιεσώθη πολλὰς, καὶ ἀνυποίστους ἀλγηδόνας ἐνεγκών· μόλις γὰρ ἐν ἔτεσι δυσὶν οὐλὴν ἐδέξατο τὸ τραῦμα. Βασιλεύς τε ἐκ τῆς ἠπείρου προσ-

Jacobi Pontani notæ.

silium institutum est, ut ejicerentur, qui ob nimiam præstantiam oppressa civium libertate, tyrannidem occupaturi metuebantur, eratque, ut Plutarchus ait, nomine et specie potentiæ et excellentiæ depressio atque imminutio: revera invidiæ populi solatium. Vide Diodori lib. II; Alexandri Neapolitani lib. III, cap. 20; Lambini Commentarium in Themistoclem Æmilii Probi.

(25) De hoc multa Bizarus, *De bello Veneto*, lib. II.

βάλλειν τε ἐκέλευε τῇ στρατιᾷ, καὶ τῇ τάφρῳ A ἐμβάλλειν τὰς ἁμάξας, ὡς ἂν τοῖς τείχεσι τὰς κλίμακας ἐρείσωσι διαβατῆς γεγενημένης. Καὶ ἐνέβαλον οὐ πάσας. Ἔτι δὲ τοῖς στρατιώταις περὶ ταῦτα ἠσχολημένοις, οἱ ἐν Γαλατᾷ τὴν ἐκ θαλάττης μάχην ἀποσκευασάμενοι, ἔθεον ἐπὶ τὸ μάλιστα πονοῦν τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον τειχῶν, καὶ τὰς πύλας διανοίξαντες ἐξεχέοντο, καὶ πῦρ ἐνίεσαν τῇ ὕλῃ, καὶ πάσαν κατέφλεξαν αὐταῖς ἁμάξαις· ἐτραυμάτισαν δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν βάλλοντες πολλοὺς ἀνθρώπους τε καὶ ἵππους, οὐκ ἐλάττους δὲ καὶ αὐτῶν ἐτραυματίσθησαν. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἤδη τὴν ἐπιχείρησιν ὁρῶν ἀδύνατον, καίτοι καὶ πρότερον εἰδώς, ἀπήγαγε τὴν στρατιάν, καὶ τὴν μὲν πεζὴν ἐκέλευεν ἀναχωρεῖν αὐτίκα, αὐτὸς δὲ τὴν ἵππον ἔχων ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου καὶ ηὐλίσατο τὴν νύκτα. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὡπλισμένην ἀγαγὼν τὴν στρατιάν, ἔστησε πρὸ τῶν Γαλατᾶ πυλῶν ἐφικανόν, οὐδεὶς δὲ Λατίνων ἀντεπεξῆλθεν, οὐδὲ βέλος ἀφῆκεν ἐπ' αὐτούς. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπεὶ μηδεὶς ἀντεπεξῄει, εἰς Βυζάντιον ἀνέστρεφε. Νικόλαος δὲ ὁ τῶν Βενετικῶν ἄρχων τὴν αἰτίαν ἀποκρύψας, δι' ἣν τῆς τε μάχης ἀπέσχετο παντάπασι, καὶ βούλοιτο ἀναχωρεῖν, μόνον δὲ τοῦτο εἰπών, ὡς παρὰ τῆς βουλῆς, καὶ τοῦ δουκὸς ἀποπλέειν κελευσθείη, πρὸς Βενετίαν ἀπεχώρει συνταξάμενος, τὸν πρὸς τοὺς ἐκ Γεννούας πόλεμον μόνῳ βασιλεῖ καταλιπών, ὃς τριήρεσί τε ἐκ θαλάττης ἐπολιόρκει ταῖς ἰδίαις, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου συχνὰς ἐποιεῖτο τὰς ἐφόδους πέμπων στρατιάν, καὶ πάντα ἔπραττεν ἐξ ὧν ἐκείνους πάσχειν ἦν κακῶς, καὶ ἔβλαπτεν οὐ μέτρια τινά. Νικόλαος δὲ πρὸς Βενετίαν ἀποπλέων, τῷ τῶν πολεμίων στόλῳ περιέτυχε, προαισθόμενος δὲ, ἔφευγεν ᾗ τάχους εἶχεν, ἐπεδίωκόν τε οἱ πολέμιοι, φθάσας δὲ αὐτοὺς πρὸς τῇ κατὰ τὴν Εὔβοιαν πολίχνῃ, ᾗ αὐτοῖς ἐστιν ὑπήκοος, τάς τε τριήρεις διέσωσεν οὐδεμίαν ἀπολέσας· καὶ περιεποίησε τὴν πολίχνην, ῥᾶστα ἂν ἑαλωκυῖαν εἰ μὴ φθάσαντες αὐτοὶ εἰσῆλθον.

continente crebris eam impressionibus lacessebat, nihilque ad oppidanos affligendos prætermittebat, nec sane mediocriter illos vexabat. Nicolaus Venetias cursum tenens, in hostium classem devenit, quam præsentiens summam in fugiendo celeritatem adhibuit, et hostes insequentes effugiens, apud Eubœæ quoddam oppidulum, Venetis subjectum, triremes, nulla amissa, servavit : ipsumque tutatus est, quod levi negotio Genuenses cepissent, ni ille intrando antevertisset.

CAPUT XXVII.

Per invidios quosdam pervertitur junior imperator. Unde bellum redintegratur. Causæ illorum malevolentiæ. Simplicitas et candor junioris imperatoris. Andronicus Asanes malevolis suspectus, ab eis decipitur fraude admirabili, ut Byzantium discedat. Cantacuzenus adversis nuntiis tristatus, matrem ad filium sibi reconciliandum mittit, quod feliciter præstat. Cralem quoque et Cralænam severissime objurgat, et bellum depellit.

Ἐν τούτοις δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ ὁ τῶν B βασιλέων πόλεμος αὖθις ἤρχετο, καὶ ἐλάμβανεν αἰτίας οὐ μικράς. Οἱ γὰρ ἐν Θεσσαλονίκῃ μετὰ βασιλέως ὑπολελειμμένοι τοῦ νέου Ἰωάννου, οὐκ ἠγάπων τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ νεωτέροις ἐπεχείρουν, καὶ βασιλέα τὸν νέον ἐξεπολέμουν βασιλεῖ τῷ κηδεστῇ· καίτοι οἱ πολλῆς εὐμενείας παρὰ Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ τυγχάνοντες, καὶ τῶν εὔνων καὶ οἰκείων μάλιστα δοκοῦντες εἶναι. Ἔφασαν γὰρ ἀγανακτεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀδικουμένου, καὶ τῆς πατρῴας ἡγεμονίας ἀποστερουμένου. Καὶ γὰρ οὐ τοῦτο μόνον εἶναι τὸ δεινόν, ὅτι σύμπασαν ἐκεῖνος ἔχων τὴν ἀρχὴν ὄνομα μόνον βασιλείας καταλέλοιπεν αὐτῷ κενὸν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ ὥσπερ ὑπερορίαν καταψηφισάμενος, ἀγαγὼν ἐν μέσοις πολεμίοις, καταλέλοιπεν οὐδεμιᾶς προνοίας ἀξιώσας, ὥσπερ ἐπηγγέλλετο ἀπαίρων· C ἀλλὰ πολέμους προφασιζόμενος, τὴν Ῥωμαίων κάθηται αὐτὸς ἡγεμονίαν ἔχων, αὐτὸν δὲ ὥσπερ τι τῶν ἀχρήστων προεῖτο, ἢ ὑπὸ Τριβαλῶν ἐκπολιορκηθησόμενον, ἢ προδοθησόμενον ὑφ' οὕτως ἀτάκτου δήμου, καὶ τολμῶντος πάντα εὐχερῶς. Ἃ χρὴ συνορᾶν αὐτὸν, καὶ σκοπεῖν, ὅπως τῆς πατρῴας αὖθις ἐγκρατὴς γένοιτο ἀρχῆς ῥᾴστά γε δυνάμενος. Κράλης τε γὰρ δυνάμει πάσῃ βοηθήσει ἐν τοῖς πολεμιωτάτοις ἐκεῖνον ἄγων, καὶ βουλησόμενος αὐτῷ μάλιστα συναίρεσθαι, καὶ αὐτοὶ ὑπὲρ αὐτοῦ πάντα κίνδυνον ὑπομενοῦσι, καὶ προθύμως συναγωνιοῦνται, καὶ χρήμασι, καὶ ὅπλοις καὶ σώμασι, καὶ μὴ κατοκνεῖν πρὸς

Hoc rerum statu etiam bellum inter imperatores ex causis non levibus recruduit. Qui enim cum Joanne imperatore Thessalonicæ remanserant, præsentibus non contenti, nova moliebantur, et Joannem ad arma socero inferenda sollicitabant, quanquam iidem apud Cantacuzenum gratiosi admodum, eique amicissimi ac familiarissimi viderentur. Aiebant enim, molestum sibi accidere, quod paterno fraudatus imperio tam injuste haberetur. Etenim non hoc solum esse iniquum, quod ille totum sibi asciscens imperium, imperatoris vocabulum inane ac nudum prorsus ei reliquisset, sed quod etiam quasi exsilio damnasset, abductumque in mediis hostibus deseruisset, nulla cura adhibita, quemadmodum discedens promisisset : sed bellorum causas confingendo, ipse Romanum tenens principatum sederet, eum vero, ut hominem nullius frugi, aut a Triballis expugnandum, aut a tam turbulento et ad omnem audaciam præcipiti populo prodendum abjiceret. Quæ animadvertenda sint, et considerandum, quo pacto majorum suorum imperium recuperet, in quo quidem nulla sit futura difficultas. Cralem enim Cantacuzeno infensissimum, tota potentia libenter auxilio succursurum. Se quoque quamvis dimicationem capitis ejus causa minime recusaturos, cupideque una et pecuniis, et armis, et corporibus certaturos. Hortabantur proinde, ne ad rem

aggredi moraretur. Inducebat autem illos ad arma
818 inter imperatores instauranda non parum vitiositas et nequitia, qua vel ad infanda prompti ferebantur, potius tamen promissa a Crale pecunia, si bellum inter Romanos iterum inflammassent, eorum animos depravaverat. Quibus junior imperator, utpote calliditatis et sermonum atque morum corruptelæ omnino ignarus et inexpertus, et æqua fructuosaque suaderi, ac sibi studeri ratus, obtemperavit: et profecto inimicissimos, quique ob vile lucellum, et parvum compendium ipsum cum universo imperio prodiderunt, pro amicissimis habuit: quibuscum deliberare cœpit, unde et quomodo bellum contra socerum institueret. Placuit igitur, priusquam consulta emanarent, Andronicum Asanem Thessalonicam removeri, quem acerrimum fore adversarium, nec solum alioqui se oppositurum, sed et juniorem imperatorem admoniturum verebantur, uti conatu tam male ominato desisteret, neve imperium (cujus paulo post futurus sit dominus, si erga socerum imperatorem probe et candide se gesserit) sciens ac volens pessumdaret. Ergo eum cum simulatione amicitiæ adeuntes, sacramentum silentii exigunt, junioris imperatoris secretissima patefacturos. Ubi fide jurantis accepta ausi sunt fidere, cum Crale bellum socero inferendum pepigisse, nihilque pactis et conventis deesse narrant, Cralemque propensissimo studio et alacritate imperatori opitulaturum. Cum autem is vir ad res perturbandas ac per miscendas sit appositus, et foro uti noverit, etiam hoc vafre excogitasse, quo imperatores a resarcienda concordia alieniores reddat, ut ipsum obsidis loco accipiat; simulare enim, non se fidere imperatori juniori, ne forte exercitui, quem sit suppetias missurus, insidietur, cumque composita cum Cantacuzeno controversia disperdat. Ob hoc ut Asanem obsidem accipiat, imperatorem urgere. Qui quoniam bellum movere statuerit, maximeque Triballorum auxilium expetat, necessario annuisse. Quæ perpendenda sint, et invenienda machina, qua sibi et præsenti rerum conditioni consulat. Sic illi probabilem fraudem nexuerunt. Asanes quia imposturæ hujus erat nescius (norat enim eos antehac Cantacuzeno deditissimos), et quia insuper aures ejus rumoribus de bello, quod junior imperator in socerum parturiret, undique circumsonabant, dictis fidem commodabat, et angebatur magnopere, amplasque ipsis de benevolentia
819 erga imperatorem Cantacuzenum et se gratias agens, modum orabat, quo imminentibus sese malis eriperet. Illi affirmare, nihil utilius quam celerrime Byzantium discedere, ut qui ita et periculum effugeret, et imperatori quid ageretur, exponeret: quo is rebus nutantibus maturrime succurreret, nec ullam segnitiem tarditatemve admitteret. Quod si junior imperator eum retinere conaretur, se abitum fideliter curaturos, hortantes ipsum et suadentes, ne quid per vim agat, neve profectioni ad-

A τὴν ἐπιχείρησιν παρῄνουν. Ἐνῆγοντο δὲ ἐκεῖνοι πρὸς τὸ κινεῖν τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους πόλεμον οὐχ ἧττον μὲν καὶ τρόπων φαυλότητι, καὶ μοχθηρίᾳ, ᾗ καὶ πρὸς τὰ αἴσχιστα ἐξήγοντο ἑτοίμως, μάλιστα δὲ καὶ χρήμασι διεφθάρησαν πρὸς Κράλη, εἰ τὸν πρὸς ἀλλήλους Ῥωμαίων αὖθις πόλεμον κινοῖεν. Οἷς ὁ νέος βασιλεὺς, ἅτε δὴ πρὸς πανουργίας, καὶ διαφθορὰς καὶ βίων, καὶ λόγων παντάπασιν ἀπείρως ἔχων, καὶ δίκαια βουλεύεσθαι, καὶ συμφέροντα νομίσας, καὶ τὴν σπουδὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐπείθετό τε, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φίλων ἔταττε τοὺς πολεμιωτάτους ὡς ἀληθῶς, καὶ κέρδους μικροῦ, καὶ λήμματος αὐτόν τε, καὶ σύμπασαν ἡγεμονίαν προδιδόντας, καὶ ἐσκέπτετο σὺν αὐτοῖς, ὅθεν τε καὶ ὅπως τὸν πρὸς βασιλέα τὸν κηδεστὴν πόλεμον ἀνακινοίη.
B Ἐδόκει δὴ δεῖν πρὶν ἔκπυστα γενέσθαι τὰ βεβουλευμένα, Ἀσάνην τὸν Ἀνδρόνικον ἀφιστᾷν Θεσσαλονίκης· ὑπώπτευον γὰρ ἐκεῖνον τὰ μέγιστα ἐναντιώσεσθαι, οὐ μόνον ἀντικαθιστάμενόν πρὸς τἄλλα, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖ τῷ νέῳ παραινοῦντα τῶν ἀτόπων ἀπέχεσθαι ἐπιχειρήσεων, καὶ μὴ διαφθείρειν τὴν ἡγεμονίαν ἑκόντι, ἧς ἔσοιτο κύριος μετὰ μικρὸν εἰ πρὸς βασιλέα τὸν κηδεστὴν εὐγνωμονοίη, καὶ προσελθόντες ἐν προσχήματι φιλίας πρῶτα μὲν ὅρκους ἀπῄτουν, ὥστε καταδήλους μὴ ποιεῖν, μέλλοντας ἐκκαλύπτειν τὰ μάλιστα ἀπόρρητα τῷ νέῳ βασιλεῖ. Ἔπειτα ἐπεὶ ἐλάμβανον τὰς πίστεις, καὶ ἦσαν ἐν πεποιθήσει δῆθεν, βασιλέα τὸν νέον ἔλεγον συνθέσθαι Κράλῃ ἐπὶ τῷ πόλεμον κινεῖν κατὰ βασι-
C λέως τοῦ κηδεστοῦ, καὶ οὐδενὸς ἔτι ἐνδεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις. Κράλην δὲ προθυμότατα μὲν ἐθέλειν βασιλεῖ τῷ νέῳ συμμαχεῖν, καὶ πᾶσαν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ σπουδὴν ἐνδείκνυσθαι, καὶ προθυμίαν, δεινὸν δὲ ὄντα ταράξαι καὶ συγχέαι πράγματα, καὶ χρήσασθαι προσηκόντως τοῖς καιροῖς καὶ τοῦτ' ἐπινενοηκέναι, ἵν' ἀσυμβάτως μᾶλλον ἔχειν παρασκευάσῃ τοὺς βασιλέας, τὸ σὲ βούλεσθαι, ὥσπερ ὅμηρον λαβεῖν· καὶ σκέπτεται δῆθεν ἀπιστεῖν τῷ νέῳ βασιλεῖ μὴ τῇ στρατιᾷ ἐπιβουλεύσει, ἣν παρέξει συμμαχήσουσαν, καὶ διαφθερεῖ τὰς διαφορὰς διαλυσάμενος πρὸς βασιλέα, ὧν ἕνεκα ἐγκείμενος βασιλεῖ τῷ νέῳ σὲ λαβεῖν αἰτεῖ. Βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἔγνω τὸν πόλεμον κινεῖν, μάλιστα τῇ Τριβαλῶν προσέχειν συμμαχίᾳ, συνέθετο ἐξ ἀνάγκης ἐκδιδόναι. Ἃ σκέπτεσθαι χρεὼν, καὶ
D μηχανήν τινα ἐξευρίσκειν, ἐξ ἧς αὐτός τε καὶ τὰ παρόντα πράγματα διασωθήσεται. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὕτω πιθανὴν συσκευασάμενοι προσῆγον τὴν ἐπιβουλήν. Ἀσάνης δὲ ἀγνοήσας τὴν ἀπάτην· ᾔδει γὰρ ἐκείνους πρότερον τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως μᾶλλον ᾑρημένους· ἄλλως θ' ὅτι καὶ φῆμαι πάντοθεν προσέπιπτον αὐτῷ, καὶ βασιλεὺς ὁ νέος ἐμηνύετο πόλεμον βούλεσθαι κινεῖν πρὸς βασιλέα τὸν κηδεστὴν, ἐπίστευέ τε τοῖς εἰρημένοις, καὶ σφοδρῶς ἐθορυβεῖτο· χάριν δὲ πολλὴν ὁμολογῶν αὐτοῖς τῆς εἰς βασιλέα καὶ αὐτὸν εὐνοίας, ἔπειτα ἐδεῖτο καὶ τρόπον ὑποθέσθαι, οἷ τραπόμενος τὰ προσδοκώμενα ἐκφεύξεται κακά. Οἱ δ' οὐδὲν ἔφασαν λυσιτελέστερον, ἢ τάχιστα ἀπαίρειν εἰς Βυζάντιον, ὡς ἅμα τε ἐν τούτῳ ἐκφευξόμενον τὸν κίνδυνον, καὶ

βασιλεῖ δηλώσοντα περὶ τῶν πραττομένων, ἵν' αἰσθόμενος τὸν κίνδυνον ἐκεῖνος, ὀξεῖαν τὴν βοήθειαν ποιοῖτο, καὶ μὴ παρέργως, μηδὲ ῥαθύμως, οἰόμενος κινδύνων ἔξω τὰ τῇδε πράγματα ἑστάναι. Ἦν δ' ὁ νέος βασιλεὺς ἐπιχειρῇ κατέχειν, ἀλλ' αὐτοὺς συμπράξειν τὰ μέγιστα πρὸς τὴν ἀποδημίαν, παραινοῦντας αὐτῷ καὶ πείθοντας μηδὲν πρὸς βίαν πράττειν, μηδ' ἐνίστασθαι πρὸς τὴν ὁρμήν. Τοιαῦτα μὲν ἐκεῖνοι ἔπεισαν ἐξαπατήσαντες· Ἀσάνης δὲ, ἐπεὶ τριήρης παρεσκευασμένη ἔτυχεν ἐκεῖ, δείσας τὰ ἠπειλημένα, ἀπέπλεεν εἰς Βυζάντιον, καὶ ἀπήγγειλε βασιλεῖ ὅσα παρ' ἐκείνων πύθοιτο, ἰσχυρίζετό τε ὡς βασιλεὺς ὁ νέος πρὸς τὸν πόλεμον ἐκτραπείη φανερῶς. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ πράττοντες τὸν πόλεμον, ἐπεὶ Ἀσάνης ἀπεχώρει, πολλῆς ἐπιλαβόμενοι ἀδείας πείθουσι τὸν νέον βασιλέα πρεσβείαν ποιήσασθαι πρὸς Κράλην. Ὁ δ' ἐδέχετο ἀσμένως, καὶ μεγάλα ἐπηγγέλλετο, καὶ στρατιᾷ ἐπαγγελλόμενος, καὶ χρήμασι, καὶ πάσῃ δυνάμει βοηθήσειν ἐπὶ βασιλέα τὸν κηδεστὴν, καὶ τὴν ἀφῃρημένην ἀνασώσεσθαι ἀρχὴν, ἔπραττέ τε πάντα καὶ ὑπετίθει, ὅσα ᾤετο τὸν πρὸς ἀλλήλους τῶν βασιλέων πόλεμον τηρήσειν ἄλυτον· συμβάσεις πρότερον πρὸς βασιλέα θέμενος, ἃς ἐνόμιζε μάλιστα αὐτῷ πρὸς τὴν ἀρχὴν λυσιτελεῖν. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς δεινὰ ἐποιεῖτο τὰ ἀπαγγελλόμενα· ἐμηνύετο γὰρ παρὰ τῶν φίλων κρύφα ὁσημέραι, καὶ δεῖν ᾤετο ἐκεῖ παραγενόμενον, διαλύειν τὰς ἐπ' αὐτὸν συστάσεις. Τοῦ Λατινικοῦ δὲ τότε ἀκμάζοντος πολέμου, οὔτ' ἀφίστασθαι ἐξῆν, οὔθ' ἑτέραν δύναμιν παρασκευάζειν, ὡς τῆς παρεσκευασμένης ἀναγκαίως πρὸς τὸν πόλεμον κατεχομένης. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἐπὶ Μακεδονίαν ἀδυνάτως πλέειν ἔχοντα ἑώρα, Ἄνναν τὴν βασιλίδα ἔπεμπε πρὸς τὸν υἱὸν, ὡς πείσουσαν ἀποσχέσθαι τῶν ἀτόπων, καὶ διαλλάξουσαν αὐτῷ, οὐκ ἀγνοεῖν φάμενος πρὸς ἐκείνην οὔτ' αὐτὴν, οὔθ' ἕτερον οὐδένα οἵων κακῶν αἴτιος, καὶ συμφορῶν ὁ συγγενικὸς κατέστη πόλεμος Ῥωμαίοις, οὐ τοῖς ἀρχομένοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῖς. Οὗ καταλυθέντος διὰ χρόνου, καὶ τῶν τε κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν πραγμάτων πάντων πρὸς τὸ βέλτιον μεταδιδόντων βάσκανός τις δαίμων ἠρεμεῖν οὐκ εἴασεν· ἀλλ' αὖθις φθόρους ἀνθρώπους, καὶ συκοφάντας ἀναστήσας, καὶ τρόπον οὐδὲν ἄμεινον φαυλότητι διακειμένους τῶν προτέρων, χαλεπώτερον πόλεμον ἀνακινεῖν ἐπιχειρεῖ. Βασιλέα γὰρ τὸν υἱὸν πολλὰ καταψευσάμενοι, καὶ παραγαγόντες οἷα νέον, καὶ τῶν πανουργιῶν, καὶ τῶν δόλων, καὶ τῶν ἐφ' ἑκάτερα μεταβολῶν τῶν ἀνθρώπων ἄπειρον παντάπασιν, ἔπεισαν προσέχειν σφίσιν, ὡς φιλοῦσι καὶ κηδομένοις, καὶ πάντα πράττουσιν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὅπως τὴν πατρῴαν ἀνασώσωνται ἀρχὴν δυσμενέστατοι ὡς ἀληθῶς ἐκείνῳ τε καὶ πᾶσι Ῥωμαίοις ὄντες, ἐμὲ δὲ ἐπίβουλον ἡγεῖσθαι, καὶ πολέμιον τὸν ὡς ἀληθῶς φιλοῦντα, καὶ πάντα πραγματευόμενον, οὐχ ὥστε μόνον τὴν πατρῴαν ἡγεμονίαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ μείζω, καὶ βελτίω, ἂν ἐξῇ. Καὶ πολέμου ἤδη ἦρξε συμβάσεις θέμενος πρὸς Κράλην ἐπὶ τῷ στρατιὰν ἐκεῖθεν λαβὼν Τριβαλικὴν ἐμοὶ ἐπάγειν· ἃ

A versetur. Hoc modo Asani imposuerunt, qui minis exterritus, et triremem ibi paratam naetus, Byzantium solvit, et Cantacuzeno imperatori audita nuntiavit, juniorem manifeste bellum moliri asseverans. Discessu Asanis belli sollicitatores, largam nacti licentiam, juniori imperatori auctores fiunt, uti legationem ad Cralem mittat. Quam ille libens admisit, imperatoremque adversus socerum copiis, pecunia, nervis omnibus adjuturum, atque imperium restituturum magnifice spopondit, factoque fœdere, quod illi ad eam rem imprimis fructuosum fore confidebat, fecit, ac suggessit omnia quæ ad arma inter imperatores alenda valitura credidit. His nuntiis, quos ab amicis clanculum quotidie accipiebat, graviter commotus Cantacu- B zenus, ad conspirationem dissipandam eo sibi proficiscendum existimabat. Verum quia tunc bellum Latinum flagrabat, nec abesse licebat, nec alias conscribere copias, cum et conscriptæ ad bellum jam dictum necessario retinerentur. Quoniam igitur videbat, se navigatione in Macedoniam excludi, Annam imperatricem ad filium legavit, cujus oratio illum ab indecenti facinore abstractum, in concordiam secum reduceret; quam ita est allocutus : Nec tu, nec alius quisquam ignorat, quales quantasque calamitates bellum civile Romanis non subjectis modo, verum etiam principibus ipsis attulerit. Quo tandem aliquando finito, et publicis privatisque rebus omnibus jam melius euntibus, C cujuspiam dæmonis invidia, otium et quietem hanc perturbavit, rursumque homines impuros, et sycophantas, et nequitia nihil prioribus concedentes excitans, bellum sævius commovere annititur. Imperatorem enim filium tuum mendaciis onerantes, atque ut juvenem dolos, et astutias, et in utrumvis humanorum **820** ingeniorum mutabilitatem nec dum agnoscentem decipientes, eo penitus perpulerunt, ut sibi tanquam amicis, et ejus causa sollicitis, totoque pectore ad paternum imperium ei recuperandum incumbentibus obsequatur, cum pro certo et ipsi et Romanis universis hostes sint infestissimi, me autem insidiatorem atque hostem ducat, qui ex animo ipsum diligo et nihil non tento, quo non tantum paternum principatum, sed D et majorem ac meliorem habeat, quantum fieri possit. Etiam bellum texit, fœdere cum Crale inito, ut ab eo Triballo milite accepto, in me ducat : quam ego rem nec illi, nec subditis, nec nobis profuturam auguror. Quæ itaque impendent mala, adeo perniciosa sunt, et ea alium præter nos facillime posse depellere non arbitror. Quodsi, præterea bellum hoc Latinum me non urgeret, cum armis supervenissem, conjurationemque istam non conspectu tantum, sed sola auditione adventus mei nullo labore disturbassem. Nec enim potuissent, quin, ut aiunt, orci galeam induti, vitæ servandæ elabi conarentur. Quia vero instanti pugnæ interesse me præsentem oportet, par est, te Thessalonicam navigantem, sedare hanc discordiam, et

quod ante fores est, bellum reprimere : ubi filium docueris, quam fatuum sit, eum principatum ultro vastare, cujus possessionem citra ullum certamen, citraque molestiam brevi aditurus sit (nam ni bellum contra Triballos cœptum esset, et nunc Latinum istuc invitum me occupasset, pridem ei clavum imperii tradidissem, ac inter monachos professus essem : id quod haud ita longo post tempore facere iterum paratus sum), seditiosos autem illos, communique Romanorum pestem molientes, a meditato scelere, et increpatione, et horribilibus minis, et omni demum ratione avocare studueris. Hæc ad Annam Augustam Cantacuzenus imperator, quibus eam moveret, ut Thessalonicam navigans, excitatam seditionem in tranquillum redigeret. Quem illa primum leniter objurgare, quod optime monenti ac roganti, ne filium adhuc adolescentem Thessalonicæ relinqueret, qui dolis capi, et transversim agi facile posset, idque inter improbissimos illos vivens, qui vel callidissimum, et eorum versutias ac technas longa experientia doctum, fraudibus et blandimentis suis irretirent, non paruisset. Quoniam autem hæc tam inique comparata sint, et quæ non conducerent, prævaluerint, **821** libenter ad filium profecturam, et omnia ista odiosa, cum in conspectum venerit, e medio sublaturam. Ei imperator triremem instructam attribuit. Quæ Thessalonicam ingressa bellum jam plane fervens invenit : omnia siquidem pacta conditionesque cum Crale transactæ, quibus imperatorem juniorem adjuvaret, ipseque Crales et uxor prope Thessalonicam tendentes, intestinum Romanorum bellum, unde compendia sua sperabant, nec exigua urgebant. Cantacuzenum quippe timebant, et ardens studium erga juniorem imperatorem præ se ferebant, cupientes illi ex hoc persuasum se eum amare, et ejus injuriæ vindicandæ cura affici, cum tamen contrarium omnino, et quidem non segniter facerent. Etenim pro magnis et multis, quæ abstulerant, vilia quædam nulliusque pretii restituebant. Hæc igitur omnia quasi araneolorum opera (26) adventu præsentiaque sua imperatrix disjecit. Nam filium, quæ decuit, admonuit, eumque flexit, quod parentes honorare sciret, et obedire in omnibus, quæ summa illorum charitas suadet. In factiosos autem ira fervescens eos territabat, et dirissimorum suppliciorum comminationibus abstinere cogebat a facinore improbissimo. Ad hæc ad Cralem egressa, eumque et uxorem affata, ostendit eos contra jus fasque agere, fulmina cœlestesque plagas velut intentans : quia præterquam quod Romanos perjuriis suis, fœderibusque violandis toties læderent, etiam bellis civilibus eos committerent, quibus mutuis stragibus

A οὔτ' ἐκείνῳ οἴομαι λυσιτελήσειν, οὔτε τοῖς ὑπηκόοις, οὐθ' ἡμῖν. Τὰ μὲν οὖν προσδοκώμενα δεινὰ οὕτω χαλεπά· οἴομαι δὲ οὐδένα ἕτερον ταῦτα δυνήσεσθαι ῥᾷστα διαλύειν, ἢ ἡμᾶς. Εἰ μὲν οὖν μὴ ὁ παρὼν οὑτοσὶ Λατινικὸς πόλεμος ἄκουσιν ἐπέκειτο ἡμῖν, ῥᾷστα ἂν αὐτὸς διέλυσα τὰς συστάσεις ἐπελθών, οὐχ ὅτι γε ὀφθεὶς τοῖς ἐπιβουλεύουσιν ἐκείνοις, καὶ τὸν πόλεμον κινοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἀκουσθεὶς μόνον ὅτι ἐπ' αὐτοὺς βαδίζειν ὥρμημαι. Οὐ γὰρ ἂν ὑπέμειναν μὴ οὐχὶ κυνῆν, ὅ φασιν, ᾅδου ὑποδύντες, διαδιδράσκειν τὸν κίνδυνον πειρᾶσθαι. Ἐπεὶ δ' ἀνάγκην ἔχω πρὸς τὴν παρασκευαζομένην αὐτὸς παρεῖναι μάχην, δέον αὐτὴν εἰς Θεσσαλονίκην ἀποπλεύσασαν διαλύειν τὰς διαφοράς, καὶ τὸν προσδοκώμενον πόλεμον παύειν, διδάξασαν μὲν τὸν υἱόν,
B ὅσῳ χαλεπὸν τὴν ἡγεμονίαν αὐτὸν ἑκόντα διαφθείρειν, ἧς μετὰ μικρὸν ἔσται κύριος αὐτὸς ἄνευ πολέμων καὶ πραγμάτων. Αὐτὸς γὰρ εἰ μὴ ὁ πρὸς Τριβαλοὺς πόλεμος κεκίνητο, καὶ νῦν ὁ Λατινικὸς οὑτοσὶ ἀκουσίως ἐπελθών, πάλαι ἂν ἐκείνῳ ἐνεχείρισα τὰ πράγματα μοναχῶν σχῆμα ὑποδὺς αὐτός· ὥσπερ καὶ μικρὸν αὖθις ὕστερον παρεσκεύασμαι ποιεῖν· τοὺς δὲ στασιαστὰς ἐκείνους, καὶ τὴν κοινὴν Ῥωμαίων δυστυχίαν πράττοντας ἐπιπλήττουσαν, καὶ ἀπειλοῦσαν τὰ δεινότατα, καὶ πάντα τρόπον πειρωμένην ἀφιστᾷν τῆς μοχθηρίας. Τοιαῦτα μὲν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα διειλέχθη, πείθων πρὸς Θεσσαλονίκην ἀποπλέειν ἐπὶ τῷ τὴν κινουμένην ἤδη στάσιν διαλύειν·
C ἡ δὲ, πρῶτα μὲν ἠρέμα καθήπτετο βασιλέως, ὡς οὐ πειθομένου τὰ βέλτιστα παραινούσης, καὶ δεομένης μὴ καταλείπειν ἐν Θεσσαλονίκῃ μόνον τὸν υἱὸν ἔτι νέον ὄντα, καὶ ῥᾳδίως δυνάμενον ἐξαπατᾶσθαι, καὶ ἐξάγεσθαι τοῦ μετρίου, καὶ ταῦτα τοῖς πονηροτάτοις συνδιατρίβοντα ἐκείνοις, οἳ κἂν καὶ τοῦ δεινοτάτου περιγένοιντο, καὶ πολλὴν πεῖραν τῶν πανουργιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν δόλων ἐσχηκότος πολλαῖς ἀπάταις χρώμενοι, καὶ κολακείαις. Ἐπεὶ δ' οὕτω συνεσκευάσθη, καὶ τὰ μὴ λυσιτελοῦντα αἱρετώτερα ἐφάνη, Προθύμως ἐπὶ τὸν υἱὸν πλευσοῦμαι, εἶπε, καὶ πάντα διαλύσω τὰ δυσχερῆ ὀφθεῖσα, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεὶ ἐπείθετο, τριήρεις παρέσχετο ἐκ τῶν ἐφοπλισμένων, καὶ κατέπλεεν εἰς Θεσσαλονίκην. Γενομένη δὲ ἐκεῖ, τόν τε πόλεμον
D εὕρισκε λαμπρῶς ἐξαφθέντα ἤδη. Πᾶσαι γὰρ αἱ πρὸς Κράλην συμβάσεις ἀπηρτισμέναι ἦσαν, ἐφ' αἷς ἔδει συμμαχεῖν τῷ νέῳ βασιλεῖ, καὶ Κράλης αὐτὸς μετὰ τῆς γυναικὸς ἐγγὺς ἐστρατοπεδεύοντο Θεσσαλονίκης τὸν πρὸς ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων πόλεμον ἐπισπεύδοντες. Πάνυ γὰρ ἐδόκει σφίσι λυσιτελεῖν Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα δεδιόσι, καὶ μεγάλας ἐπεδείξαντο πρὸς βασιλέα τὸν νέον τὰς φιλοτιμίας, βουλόμενοι πείθειν αὐτὸν ἐκ τούτου, ὡς φιλοῦσί τε καὶ κήδονται αὐτοῦ ἀδικουμένου, τοῦ-

Jacobi Pontani notæ.

(26) Alterum exemplum maternæ auctoritatis in filium in viam reducendum. Supra cap. 8, Irene quoque uxor Cantacuzeni, Matthæo filio, proprium sibi principatum meditanti, meliora solo conspectu et verbo unico persuasit. Major tamen hujus Annæ in Joanne filio emendando elucet auctoritas; quippe legitimi imperatoris legitimæ matris.

ναντίον δ' ἅπαν ἐσπουδάζετο. Ὑπὸ γὰρ τοῦ πολλῶν A καὶ μεγάλων ἀποστερεῖν, φαῦλα τινὰ καὶ οὐδενὸς ἄξια παρεῖχον. Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα ἀραχνίων δίκην διέλυεν ἡ βασιλὶς ἐπιφανεῖσα. Τῷ τε γὰρ υἱῷ τὰ δέοντα παρῄνει, καὶ ἔπειθεν εἰδότα τιμᾷν γονέας, καὶ πάντα ὑπείκειν, ὅσα ἐκεῖνοι πάντων μάλιστα φιλοῦντες συμβουλεύουσι, καὶ πρὸς τοὺς στασιαστὰς ὀργῇ ἐφέρετο, καὶ ἐξεφόβει, καὶ κατηνάγκαζεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀτόπων, τὰ ἔσχατα διαθήσειν ἀπειλοῦσα. Πρός τε Κράλην ἐξελθοῦσα, καὶ διαλεχθεῖσα μετὰ τῆς γυναικὸς, ἀδίκοις καὶ παρανόμοις ἀπεδείκνυεν ἐπιχειροῦντας, καὶ κεραυνοὺς ἐπανετείνετο, καὶ ἄλλας ἐξ οὐρανοῦ πληγὰς, ὅτι πρὸς τῷ Ῥωμαίους τοσαῦτα ἀδικεῖν ἐπιορκοῦντας, καὶ παρασπονδοῦντας, ἔτι καὶ πολέμους αὐτοῖς ἐμφυλίους ἐπεγείρουσιν, ἐξ ὧν ἐκεῖνοι μὲν διαφθαρήσονται ἀλλήλοις B περιπίπτοντες, αὐτοῖς δ' ἐξέσται τὴν ἐκείνων καρποῦσθαι ἀδεῶς· καὶ τέλος, ἔπειθεν ἀποχωρεῖν ἀπράκτους, ὥσπερ αἰσχυνθέντας φανερῶς τῶν εἰργασμένων τὴν ἀτοπίαν. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος βασιλίδι μὲν τῇ μητρὶ ἐπείθετο τὰ βέλτιστα παραινούσῃ, Αἶνον δὲ ᾐτεῖτο παρὰ βασιλέως τοῦ κηδεστοῦ, καὶ τὰς τῆς Χαλκιδικῆς πόλεις, ἃς Ματθαῖος ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς εἶχεν, ὥστε αὐτῷ ἰδίαν ἡγεμονίαν εἶναι. Πάντα μέντοι αὖθις ὑπείκειν βασιλεῖ τῷ κηδεστῇ. Βασιλεὺς δὲ Καντακουζηνὸς ἐπεὶ ἐπύθετο τὴν ἀξίωσιν τοῦ νέου βασιλέως, θαυμάζειν μὲν ἔφασκεν αὐτοῦ, εἰ τοῦ παντὸς κύριος μετὰ μικρὸν ἐσόμενος, ὀλίγων τινῶν ἄρχειν βούλεται ὑπὸ μικροψυχίας, ὅμως παρείχετο ἑτοίμως, καὶ αὐτόν τε ἐκέλευε τοὺς παραληψομένους τὰς πόλεις πέμπειν, κἀκεῖνος ἔπεμπε τοὺς παραδώσοντας. Ὁ μὲν οὖν προσδοκώμενος τῶν βασιλέων πόλεμος οὕτω τότε διελύθη ὑπὸ βασιλίδος Ἄννης.

intereuntibus, ipsi eorum bona tuto possiderent. His verbis effectum est, ut factorum turpitudine palam erubescentes, re imperfecta discederent. Imperator autem junior matri imperatrici sapienter monenti obsecundans, Ænum nihilominus oppidaque Chalcidices, quæ Matthæus gubernabat, pro principatu singulari sibi a Cantacuzeno petebat: alioqui per omnia rursus in ejus auctoritate se futurum. Audita petitione, Cantacuzenus mirari se dixit quod omnium dominus brevi futurus, tamen ita pusillo angustoque esset animo, ut locis quibusdam paucis imperare vellet. Nihilominus prompte dedit, et mittere jussit, qui ejus nomine ea acciperent; ipse contra mittebat, qui suo nomine traderent. Hoc maxime modo gliscens tunc B inter imperatores bellum ab Anna imperatrice compressum est.

822 CAPUT XXVIII.

Genuenses oppidum Eubœæ et ibidem Venetos incassum oppugnant. In Romanos tendunt. Heracleam vento rejiciuntur. Duobus occisis urbem oppugnare gestiunt; a duce deterrentur. Martinus quidam trierarcha turbas facit, cujus minis territus Paganus, oppugnationem permittit. Capitur oppidum, frustra submissis auxiliis. Cum captivis selectis Galatam disceditur. Victu Heracleæ invento utuntur. Quomodo Byzantium muniverit imperator. Martino oppugnationem suadenti, a duce repugnatur, cum quo omnes sentiunt. Vires Byzantiorum explorantur, et re ipsa Martini consilium ineptum convincitur.

Παγανὴς δὲ ὁ τῶν ἐκ Γεννούας στρατηγὸς νεῶν, C ἐπεὶ ὑστέρει πρὸς τὴν δίωξιν, καὶ αἱ ἐκ Βενετίας μετὰ Νικολάου νῆες ἦσαν ἐν ἀσφαλεῖ, Εὐβοίᾳ καὶ αὐτὸς προσσχὼν, Νικόλαον ἐπολιόρκει, καὶ τειχομαχίας ἐποιεῖτο πολλὰς καὶ καρτεράς. Ἤνυε δὲ οὐδὲν, ἐρρωμένως τῶν ἔνδοθεν ἀμυνομένων ὄντων ἀξιομάχων. Ἐπεὶ δ' ἐπιχειροῦντες ἀδυνάτοις συνεώρων, ἄραντες ἐκεῖθεν, ἔπλεον ἐπὶ Ῥωμαίους. Ἤδη γὰρ ἦσαν πεπυσμένοι, ὡς καὶ βασιλεὺς εἴη πολέμιος αὐτοῖς, καὶ πολιορκοίη Γαλατᾶν. Προσσχόντες δὲ τῇ κατὰ Θρᾴκην Ἡρακλείᾳ καὶ ὁρμισάμενοι ἐπ' ἀγκυρῶν τὴν νύκτα, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀνήγοντο εἰς Βυζάντιον πλευσούμενοι, ἀνέμων δὲ σφοδρῶν ἀντιπνευσάντων, ἀναστρέψαντες αὖθις ἐπὶ μοίρᾳ κακῇ τῶν Ἡρακλεωτῶν τῷ σφῶν λιμένι προσέσχον, καὶ ἀπέβαινον· διεσκεδάννυντό τε πρὸς λαχανισμὸν οἱ D ναῦται ἐν τοῖς πρὸ τῆς πόλεως κηπίοις, ὧν ἐξ ἐφόδου οἱ Ἡρακλεῶται δύο συλλαβόντες, ἀπέτεμον τὰς κεφαλὰς αὐτίκα. Οἱ δὲ ἐν ταῖς τριήρεσιν ὀργῇ φερόμενοι ὑπὲρ τῶν ὁμοφύλων, ἐχώρουν πρὸς τὰ ὅπλα, καὶ ἐδέοντο τοῦ στρατηγοῦ ἐπάγειν σφᾶς τῇ πόλει ποινὰς τῆς ἀδικίας ληψομένους. Παγανὴς δὲ καταστέλλειν ἐπειρᾶτο, καὶ ἀποτρέπειν τῆς τειχομαχίας, οὐ σωφρονούντων εἶναι φάσκων ἐπὶ δυσὶ τοῖς ἀπολλυμένοις, καὶ πολλοὺς προσαπολλύειν ἄλλους, τείχεσι προσβάλλοντας, οἳ πολλοὺς ἀνάγκη

Verum enimvero Paganus Genuensium navarchus, Nicolaum et Venetas naves, quæ jam in tuto erant, frustra insectatus, Eubœam et ipse appellitur, eumque obsidet, muros crebro acriterque, qui intus propugnabant pari virtute se defendentibus, oppugnat. Cernens se actum agere, contra Romanos cursum vertit: audierat siquidem etiam imperatorem hostem factum, Galatam obsidere. Delatus porro ad Heracleam Thraciæ, ea nocte jactis anchoris ibi substitit, postridieque in altum, velut Byzantium navigaturus, procedens, ventis immane reflantibus mala sorte Heracleensium reversi, in eorum portum descendunt, remigesque ad olera ex hortis suburbanis colligenda discurrunt, quorum duobus in via comprehensis, Heracleotæ statim capita præ- D cidunt. Qui in triremibus erant, propter cives suos ira furentes, arma corripiunt, ducem orant, uti se ad urbem pœnas hujus injuriæ expetituros adducat. Paganus illos cohibere, et ab oppugnatione avertere nititur, haud sanæ mentis esse affirmans, propter duos interfectos mœnia adoriundo, plures perdere. Nam ibi, inquit, et de nostris et hostibus multos oppetere oportebit, siquidem illi suos, qui ceciderint, inultos non sinent, cum ex aliis urbibus et plures, et fortiores accire possint. De nobis alia ratio est. Si namque de præsentibus nonnullos

amiserimus, non aliunde redintegrare numerum licebit, contingetque vires nostras infirmari, quas in primis salvas et integras, cum tanto Romanorum simul, et Catalanorum, Venetorumque exercitu pugnaturos conservare necesse est. Hæc dux simul prudenter, et ex usu imperatorio ratiocinatus disserebat: simul Romanorum rebus propter Cantacuzenum, cui erat amicus, detrimentosus esse nolebat. Ac Paganus quidem suos hisce verbis a pugna cum Heracleensibus deterrere laborabat, **823** nec persuadebat, quod sibi cupita denegari concoquere non poterant. Martinus vero Ntemorus, et ipse triremis præfectus in medium prodiens, ducem iniquum ac proditorem esse omnium testificabatur. Tantum quippe apparatum, tantosque sumptus non alia de causa factos, quam ut hostibus damna afferrent. At nunc quando Heracleam armis commodissime obtinere, et Romanorum potentiam labefactare, et sibi prodesse quam plurimum possent, intempestiva ejus erga imperatorem benevolentia impediri: mandabatque scribæ, dicta in tabulas referret, ut eum domi apud populum ac ducem majestatis reum accusaturus. Hujusmodi minas Martinus jactabat. Paganus metuens ne ad populum reus citatus, convictusque capite puniretur, oppugnationem indulget, confestimque classiarii cum armis se triremibus expromunt, urbemque circumdantes oppugnare insistunt. Cumque mari versus continentem multis locis faciles essent occupatu (non enim quemquam ex continente invasurum putabant), et cives præterea inermes atque imparati, et ad resistendum tantis copiis infirmi, vi et virtute Latinorum, quanquam ipso oppugnationis tempore Byzantio equestribus turmis ab imperatore subsidio venientibus, captum est oppidum. Suspicabatur enim id quod futurum erat, ubi classem Heracleam appulsam intellexit. Quin et Nicephorus despota gener urbium Thraciarum ad Hellespontum præfectus, et Manuel Asanes despota, Irenes imperatricis frater, Byzia manus auxiliares mittebant. Sed quia in ipso articulo dimicationis veniebant, frustra venerunt. Exstantibus enim adhuc ante portas urbis ædium parietinis, Latini illic florem suorum sagittariorum collocarant: qui equites tantisper ab urbis aditu distinebant, quoad a reliquis caperetur. Heracleenses, ut se captos viderunt, Latinis domos prædatum concursantibus, una urbis portula reserata exierunt, multique, de plebe præsertim, ad equitatum fugientes servati sunt, cum Latini extra urbem propter eosdem equites insequi non auderent. Optimates potissimum in potestatem adducti, cum uxoribus, et liberis, et rerum copiis non modicis. Heraclea siquidem a temporibus Andronici ex Palæologis primi hujus nominis expugnata nunquam fuerat. Latini præda facta, portas omnes versus continentem obstruxerunt. Deinde selectis primariis civibus ac feminis, **824** relictisque triremibus, quot urbi tuendæ satis fore judicabant,

A ἀποθνήσκειν ἡμῶν τε καὶ τῶν πολεμίων. Τοὺς μὲν γὰρ οἱ πεσόντες παραβλάψουσιν οὐδὲν, ἑτέρους δυναμένους ἐκ τῶν ἄλλων ἄγειν πόλεων καὶ πλείους, καὶ βελτίους. Ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐχ ὁ ἴσος λόγος· ἂν γὰρ ἀποβάλωμέν τινας τῶν ὄντων, ἑτέρους ἀντεισάγειν ἐξέσται οὐδαμόθεν, καὶ συμβήσεται ἡμῖν τὴν δύναμιν ἀσθενεστέραν εἶναι. ἣν δεῖ φυλάττειν σώαν μάλιστα, καὶ ἄθικτον μέλλοντας πρὸς δύναμιν τοσαύτην Ῥωμαίων ὁμοῦ, καὶ Κατελάνων, καὶ τὴν ἐκ Βενετίας μάχεσθαι. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ στρατηγὸς, ἅμα μὲν καὶ σώφρονος, καὶ ἄρχειν ἐμπείρου κεχρημένος λογισμοῖς, ἅμα δὲ καὶ τὰ Ῥωμαίων οὐ βουλόμενος κακοῦν διὰ τὴν πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα εὔνοιαν· ἦν γὰρ τῶν φίλων. Παγανὴς μὲν B οὖν οὕτω πείθειν ἐπειρᾶτο τὸ στρατόπεδον ἀπέχεσθαι τῆς πρὸς Ἡρακλεώτας μάχης· οἱ δ' οὐκ ἐπείθοντο, ἀλλ' ἠγανάκτουν κωλυόμενοι. Μαρτῖνος δὲ Ντεμόρω τριήρεως ἄρχων καὶ αὐτὸς, εἰς μέσους παρελθὼν, ἐμαρτύρετο ἀδικεῖν, καὶ προδιδόναι σφᾶς τὸν στρατηγόν. Τὴν μὲν γὰρ τοσαύτην παρασκευὴν, καὶ τὴν δαπάνην, οὐδενὸς ἑτέρου γεγενῆσθαι, ἢ ὅπως κακώσουσι τὰ πολεμίων. Νυνὶ δὲ δυναμένους μάλιστα τὴν Ἡράκλειαν ὅπλοις κατασχεῖν, καὶ τά τε Ῥωμαίων διαφθείρειν, καὶ αὐτοὺς τὸ μέγιστα ὠφελεῖσθαι, διὰ τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν κωλύεσθαι ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, ἐκέλευέ τε τὸν γραμματέα τὰ εἰρημένα γράφειν, ὡς ἐπὶ τοῦ δήμου σφῶν, καὶ τοῦ δουκὸς γραψόμενος τὸν στρατηγὸν ἠδικηκότα δημοσίᾳ. Τοιαῦτα μὲν ἠπείλησε Μαρ- C τῖνος. Δείσας δὲ ὁ στρατηγὸς μὴ ἐπὶ τοῦ δήμου κατηγορηθεὶς ἁλίσκηται, καὶ δίκας τὰς ἐσχάτας δῷ, ἐφῆκε τὴν τειχομαχίαν, καὶ αὐτίκα πᾶν τὸ στράτευμα τῶν τριήρεων ἐξεχεῖτο ὡπλισμένον, καὶ περισχόντες τὴν πόλιν ἐτειχομάχουν· πολλαχῇ δὲ τῶν πρὸς τὴν ἤπειρον τειχῶν ὄντων εὐαλώτων· οὐ γὰρ ἤλπισαν ἐπιθήσεσθαι τινὰ ἐκ τῆς ἠπείρου, καὶ τῶν πολιτῶν ἀόπλων, καὶ ἀπαρασκεύων, καὶ πρὸς τοσαύτην δύναμιν ἀντισχεῖν οὐ δυνηθέντων, ἡλίσκετο ἡ πόλις τοῖς Λατίνοις κατακράτος· καίτοι παρ' αὐτὴν τὴν πρὸς τὰ τείχη προσβολὴν, ἔκ τε Βυζαντίου στρατιὰ ἱππέων ἧκεν, ἣν ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀμυνουμένην. Ὑπώπτευσε γὰρ τὸ μέλλον, ὡς ἐπύθετο τὸν στόλον πρὸς Ἡράκλειαν κατάραντα. Καὶ Νικηφόρος δεσπότης, ὁ τοῦ βασιλέως D γαμβρὸς, τῶν κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον Θρᾳκικῶν πόλεων ἄρχων, ἧκε μετὰ στρατιᾶς Ἡρακλεώταις βοηθήσων, καὶ ἐκ Βυζύης ὁ τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸς Ἀσάνης δεσπότης ὁ Μανουὴλ, ἔπεμπε καὶ αὐτὸς στρατιὰν πρὸς συμμαχίαν. Ὤνησαν δὲ οὐδὲν ἐπ' αὐτὴν τῆς μάχης τὴν ἀκμὴν ἐλθόντες. Ἐρειπίων γὰρ ἐκ τῆς προτέρας συνοικίας πρὸ τῶν τῆς πόλεως πυλῶν τινῶν περισωζομένων, ἐνταῦθα οἱ Λατῖνοι τὸ κράτιστον τάξαντες τῶν σφετέρων τοξοτῶν, ἀπεῖργον τοὺς ἱππέας μὴ παριέναι εἰς τὴν πόλιν ἄχρις οὗ ὑπὸ τῶν ἐπιλοίπων ἑάλω μαχομένων. Ἡρακλεῶται δὲ ἐπεὶ ᾔσθάνοντο ἑαλωκότες, ἐφ' ἁρπαγὴν τῶν Λατίνων πρὸς τὰς οἰκίας τραπομένων, πυλίδα τῆς πόλεως μίαν διανοίξαντες, ἐξεχώρουν, καὶ διεσώθησαν πολλοὶ μάλιστα τοῦ δήμου

C τὴν Αἶνον, ἅμα δὲ παρῆσαν, καὶ ἡ Τριβαλῶν στρατιὰ, καὶ τῶν Μυσῶν· οὓς οἱ παρὰ βασιλέως πεμφθέντες ἄγοντες Ῥωμαῖοι, ἐστρατοπέδευσαν παρὰ τὸν Ἕβρον, οὐ πόρρω πάνυ Διδυμοτείχου, οὐχ ἅμα, ἀλλ' ἰδίᾳ καὶ χωρίς· ἦν δὲ τὸ Μυσῶν στρατόπεδον μάλιστα ἐγγὺς Διδυμοτείχου. Γνώμην δὲ εἶχον ὡς εἰς τὴν ὑστεραίαν σύμπαντες τῷ Ἐμπυθίου ἐπιστρατεύσοντες φρουρίῳ, καὶ κακώσοντες ὡς μάλιστα φρουρᾷ ὑπὸ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως κατεχόμενον. Συμβέβηκε δὲ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, καὶ ἡ κατὰ συμμαχίαν στρατιὰ Περσῶν βασιλεῖ παρεσκεύαστο τῷ Καντακουζηνῷ τὸν Ἑλλή-

τοῦτον διαβάσαν, παρὰ τὸν Ἕβρον ἐστρατοπεδεῦσθαι, καὶ αὐτὴν ἀγνοοῦσάν τε ὁμοίως, ὅτι πολεμίων ἐγγὺς στρατοπεδεύοιτο καὶ ἀγνοουμένη. Ἦσαν δὲ ἱππεῖς μυρίων οὐκ ἐλάσσους, ὧν ἐστρατήγει Σουλιμὰν, ὁ τῶν Ὀρχάνη πρεσβύτερος υἱός. Γνώμην δὲ εἶχον καὶ αὐτοὶ ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν εἰς Ἀδριανοῦ πρὸς βασιλέα ἀφιξόμενοι. Ἅμα δὲ ἕῳ οἵ τε Πέρσαι ἀπάραντες τοῦ στρατοπέδου, ἐβάδιζον ὡς ἐπὶ βασιλέα· καὶ οἱ Τριβαλοὶ καὶ Μυσοὶ μετὰ Ῥωμαίων τῶν ἀγόντων τὰ ὅπλα ἔχοντες ἐπὶ τὸ φρούριον ἐχώρουν, ἀθρόον τε ἀλλήλους τὰ στρατόπεδα ἑώρων. Μυσοὶ μὲν οὖν ἐτράποντο αὐτίκα πρὸς φυγὴν, οὐδὲ εἰς χεῖρας ὑπομείναντες ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις, καὶ διεσώζοντο εἰς Διδυμότειχον, τῇ φυγῇ πολλὴν ὁμολογοῦντες χάριν, ἣ διέσωσε. Τριβαλοὶ δὲ ὑπέμειναν ἐπιόντας τοὺς βαρβάρους μετὰ Ῥωμαίων τῶν συνόντων· ὀλίγα δὲ ἀντισχόντες πρὸς πλείους καὶ βελτίους, ἡττῶντο κατακράτος, ἀπειρίᾳ δὲ τῶν τόπων, ἅμα δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων θορυβηθέντες, οὐ τὴν πρὸς Διδυμότειχον ἐτράποντο· ᾗ γὰρ ἂν οὐκ ὀλίγοι διεσώζοντο· διασκεδασθέντες δὲ ἐπὶ τὴν παρακειμένην τῷ Ἕβρῳ πεδιάδα, πλὴν ὀλίγων ἅπαντες ἀπώλοντο. Ἐπὶ πεδία γὰρ τραπόμενοι βαθέα καὶ γυμνὰ, καὶ οὐδεμίαν ἔχοντα καταφυγὴν, καὶ ἵπποις φαυλοτάτοις χρώμενοι, οἱ μὲν ἔθνησκον, οἱ δ' ἡλίσκοντο, ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταλαμβανόμενοι. Ἐκ διαμέτρου γὰρ οἱ τῶν βαρβάρων ἵπποι τοῖς ἐκείνων θεῖν τε εἰσὶ ταχύτατοι καὶ πρὸς πόνους ἐξησκημένοι. Κοσμιτζὸς δὲ ὁ στρατηγὸς μετὰ τινῶν εὐαριθμήτων ἠδυνήθη διαδρᾶναι, τῶν ἄλλων ἁπάντων, τῶν μὲν πεσόντων, τῶν δ' ἑαλωκότων. Ῥωμαίων δὲ οἱ μὲν ἐπιφανέστεροι, πολλὴν ἀνδραγαθίαν καὶ ἀρετὴν κατὰ τὴν μάχην ἐπιδεδειγμένοι, πάντες ἑάλωσαν, τῶν βαρβάρων περισχόντων· στρατιωτῶν δὲ ἔπεσον μέν τινες, καὶ ἑάλωσαν ὀλίγοι· οἱ πλείους δὲ διεσώθησαν εἰς Διδυμότειχον. Ἡ μὲν οὖν βασιλέως τοῦ νέου συμμαχία οὕτω διεφθάρη· ὃ καὶ μάλιστα ἐλύπησε, καὶ διέφθειρε τὰ πράγματα αὐτοῦ. Οἱ βάρβαροι δὲ μετὰ τὴν νίκην, τάς τε σκηνὰς τῶν πολεμίων, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἔχοντες, καὶ ὅπλων, καὶ ἵππων πλῆθος, ἧκον εἰς Ἀδριανοῦ πρὸς βασιλέα· καί τινας ἐκεῖ συνδιατρίψαντες ἡμέρας, ἔπειτα ἐνέβαλον εἰς τὴν Μυσίαν κατὰ σφᾶς αὐτοὶ, καὶ ἐκάκωσαν οὐ μέτριά τινα, ἔχοντες δὲ τὴν λείαν ἐπανῆκαν εἰς τὴν οἰκείαν. Ἐπανιοῦσι δὲ διὰ τῆς Θρᾴκης, ἐπεὶ βασιλεὺς ὁ νέος ἐκ τῆς Αἴνου ἐπανῆκε μετὰ τῶν συμμάχων τὴν φθορὰν, πρέσβεις ἔπεμπε πρὸς Σουλιμὰν τὸν σατράπην, καὶ καταλλάττειν ἐπεχείρει ἑαυτῷ· δῶρά τε παρέχων, καὶ λόγοις ὑποποιούμενος προσηνέσιν, ἔπεμπε δὲ αὐτῷ καὶ γράμματα. Ἐν οἷς δεῆσαν καὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἐπιμνησθῆναι, οὐ βασιλέα προσηγόρευεν, ἀλλὰ Καντακουζηνὸν ἁπλῶς χωρὶς τινὸς προσθήκης. Ὁ μέντοι βάρβαρος τὴν μὲν πρεσβείαν ἐδόκει δέχεσθαι ἡδέως, καὶ δῶρά τε ἀντέπεμψε, καὶ εὐνοήσειν ἐπηγγέλλετο ἑξῆς. Τὰ δὲ γράμματα πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἔπεμπεν, ὥσπερεὶ πολλὴν ἀγνωμοσύνην τοῦ νέου βασιλέως κατεγνωκώς. Οἱ μὲν οὖν βάρβαροι αὖθις εἰς Ἀσίαν ἦσαν. Πατρι-

A ad imperatorem pergere cogitabant. Diluculo et illi castris digressi, ad imperatorem ire contendebant: et Triballi, ac Mœsi, cum Romanis, a quibus ducebantur, armati versus castellum incedebant, cum repente mutuo se ambo exercitus conspiciunt. Extemplo Mœsi congressum cum hostibus extimescentes, Didymotichum trepidi petunt, magnas fugæ habentes gratias, cujus beneficio evasissent. **845** Triballi cum Romanis Persarum impetum exceperunt, sed paululum pluribus ac fortioribus resistentes, eorum virtuti cesserunt, inscitiaque locorum et simul hostium terrore concussi, non ea, qua Didymotichum via ducit, fugerunt, certe enim non pauci evadere potuissent, sed per adjacentem Hebro planitiem palabundi, præter pau- B cos, omnes perierunt. Per campum quippe latum, arboribus ac silvis nudum, ubi nullum perfugium, in equis strigosissimis fugientes, hi quidem occidebantur; illi comprehensi captivi trahebantur. Persarum siquidem equi e diametro contrarii, et ad cursum celerrimi, et ad laborem exercitatissimi sunt. Cosmitzus dux cum paucis effugit; cæteri omnes partim concisi sunt, partim vivi in potestatem venerunt. In certamine porro illo Romanorum nobilium eximia virtus enituit, qui omnes a Barbaris circumdati captique sunt; gregariorum aliquot interfecti, nonnulli capti: pars major Didymotichum incolumis pervenit. Tam infelicem exitum junioris imperatoris auxilia habuerunt: quod C illi summæ ægritudini fuit, et res ejus funditus conquassavit. Barbari secundum victoriam cum direptis hostium tentoriis, captivis, et armorum, equorumque multitudine Adrianopolim ad imperatorem veniunt; ubi positis aliquot diebus, in Mœsiam sponte irrumpunt, nec mediocri vastatione agris illata, in Asiam cum præda revertuntur. Cum per Thraciam redirent, junior imperator post sociorum miserabilem casum Æno reversus, legatos ad Sulimanum satrapam mittens, eum donis et litteris blande scriptis sibi conciliare, atque ad suam auctoritatem traducere studuit. In quibus litteris cum et Cantacuzeni meminisse oporteret, non imperatorem, sed absque ullo adjuncto nude Cantacuzenum appellabat. Barbarus legatis benigne audi- D tis, munera remisit, ac de cætero illi fauturum recepit. Deinde easdem litteras, iniquitatem magnam Palæologi admiratus, ad Cantacuzenum portandas curavit. Jam Barbari rursus in Asia erant, et Callistus patriarcha cum juniore imperatore multa de pace locutus, postquam nihil æquum impetravit, optimatibus ejus impedientibus, et ad bellum potius eum acuentibus, hortantibusque, ne quid ob acceptam calamitatem humile et abjectum admitteret, sed prioribus cogitatis insisteret, futurus omnino hostibus superior, et imperium recuperaturus, **846** ad Cantacuzenum Adrianopolim reveniens, hominum illorum perversitatem accusavit, qui sui quæstus causa, quem sperabant, communia emolumenta proderent, belloque faces subjicerent. Ille

bellum cernens augescere, mœstitiam capiebat, et A pacis adversarios, ut Romanis de integro plurimarum miseriarum auctores, sceleris condemnabat. Verumtamen, spe pacis nondum deposita, denuo Manuelem Cantacuzenum patruelem, et Metrophanem Melenici episcopum ad juniorem legat, admonens uti rebus novis supersedens a bello facessat. Consiliariis autem aperte refragantibus, pacemque repudiantibus, ut legati inanes reverterunt, Cantacuzenus non amplius cunctatus, desertrices civitates, Morrham præsertim, et alias Rhodopeias Romanis subjectas (plures enim se juniori dediderant), molestiis atque damnis afficere aggressus est. Postea missis cohortibus Chalcidicen infestam habere jussit: non ipsos quidem incolas lædere cupiens (haud enim justum putabat, quos ipse ju- B niori volens tradidisset, iis quasi offendissent incommodare), sed quia Morrhenses, qui partim propter vicinitatem belli, partim quod regio illa hiberno tempore propter apricationem et pabuli ubertatem suppeditandam pecori aptior esset, magnam vim eo egerant, ita facere cogerent. Incursantes igitur ea loca milites, præter Morrhæos indigenas quoque (quoniam etsi maxime vellent, eos internoscere, ac discernere non poterant) avariter deprædati sunt. Didymoticho propter generum noceri vetuit. Morrhœi itaque armis vehementer agitati, vexatique, ad fidem et auctoritatem Cantacuzeni redierunt. Gener animadvertens copias suas paulatim diffluere, et res retro sublabi, pacem ab C socero per legatos petit, cum eo, ut utrique sua maneant. Respondet ille, pacem se æstimare longe plurimi, neque aliud quidquam acceptius, neque optabilius sibi esse, et præsertim pacem cum charissimis. Debere enim, experientia doctum, et quia pater sit, providere, ne filius pristinis involvatur malis, causasque factionum ac novitatis tollere. Neque enim si quis filium in poculis, et alea, et hujusmodi pessimis rebus tempus conterentem, et cum ebriosis ac vitiosis consuescentem, aut venationibus deditissimum, et argentum omne hujus unius rei gratia prodigentem cerneret, ut canes ad venandum (37), et equos compararet, adhuc eum hæredem bonorum suorum scriberet, **847** secundum rationem agere videretur. Quocirca se illis D urbibus ante collatis, atque etiam Didymoticho cedere: Romanos autem proceres, qui ei adsint, quos ipse suopte nutu ei non adjunxerit, sive Didymotichi, sive alibi domicilia habeant, velle ab illo distractos, sibi ut antea subesse, ut ne illum iterum ad bellum ac res novas impellant. Nec formidandum ipsis ne hanc defectionem graviore

ἀρχῆς δὲ ὁ Κάλλιστος πολλὰ περὶ εἰρήνης βασιλεῖ τῷ νέῳ διαλεχθεὶς, ἐπεὶ μηδὲν ἀνύειν τῶν δεόντων εἶχε, τῶν περὶ βασιλέα οὐκ ἐώντων, ἀλλ' ἐξορμώντων μᾶλλον βασιλέα πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ μηδὲν ἀγεννὲς ὑπομένειν παραινούντων διὰ τὴν κακοπραγίαν, ἀλλ' ἔχεσθαι τῶν προτέρων λογισμῶν, ὡς κρείττω πάντως ἐσόμενον τῶν πολεμίων, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀνασωσόμενον, ἀνέστρεφεν εἰς τὴν Ἀδριανοῦ πρὸς βασιλέα, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἀπήγγελλε τὴν μοχθηρίαν, ὅτι τῆς ἰδίας ὠφελείας ἕνεκα, ὡς ᾤοντο, προὐδίδοσαν τὰ κοινῇ λυσιτελοῦντα, καὶ τὸν πόλεμον παρώξυνον. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς, ἠνιᾶτο μὲν αὐξανόμενον, ὁρῶν τὸν πόλεμον, καὶ τοὺς κωλύοντας τὴν εἰρήνην ἐν αἰτίαις ἐποιεῖτο, ὡς πολλῶν αὖθις δυστυχημάτων πεῖραν ἐπάγοντας Ῥωμαίοις. Μήπω δὲ πρὸς τὴν εἰρήνην ἀπηγορευκὼς, τόν τε ἀνεψιὸν αὖθις Μανουὴλ τὸν Καντακουζηνὸν, καὶ Μητροφάνην τὸν ἐπίσκοπον Μελενίκου πρὸς βασιλέα τὸν νέον πρέσβεις ἔπεμπε, καὶ τὸν πόλεμον παρῄνει καταλύειν, τοῦ νεωτερίζειν ἀποστάντα. Τῶν συνόντων δὲ φανερῶς ἐναντιωθέντων, καὶ ἀπειπαμένων τὴν εἰρήνην, ἐπεὶ οἱ πρέσβεις ἐπανῆκον ἄπρακτοι, καὶ βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς οὐκέτι ἔμελλεν, ἀλλὰ τὰς ἀποστάσας ἐκάκου πόλεις, μάλιστα δὲ Μόῤῥαν καὶ τὰς ἄλλας τὰς κατὰ τὴν Ῥοδόπην Ῥωμαίοις ὑπηκόους· αἱ πλείους γὰρ τῷ νέῳ προσεχώρουν βασιλεῖ. Ἔπειτα καὶ πρὸς τὴν Χαλκιδικὴν πέμψας στρατιὰν, ἐκέλευε κατατρέχειν· αὐτοὺς μὲν οὐ βουλόμενος κακοῦν, οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς βασιλέα τὸν νέον παραδεδομένους ἐκόντι κατατρίβειν, ὡς ἠγνωμονηκότας, ἀλλ' εἰ ἐν Μόῤῥᾳ τοῦτο μὲν διὰ τὸν πόλεμον ὅμορον αὐτοῖς ὄντα, τοῦτο δ' ὅτι καὶ ἡ Χαλκιδέων βοσκήμασι διαχειμάζειν μᾶλλον ἐπιτηδειοτέρα, διά τε τὴν ἀλέαν, καὶ τὸ τροφὴν παρέχειν ἄφθονον, βοσκήματα ἐκεῖ πολλὰ καταγαγόντες, ἠνάγκασαν βασιλέα πέμπειν ἐπ' ἐκείνους στρατιὰν, οἳ καὶ καταδραμόντες, πρὸς τοῖς ξένοις, ἐκάκωσαν καὶ τοὺς ἐγχωρίους οὐκ ὀλίγα. Διακρίνειν γὰρ οὐδὲ βουλομένοις μάλιστα ἐξῆν. Διδυμότειχον δὲ κακοῦν οὐκ εἴα διὰ βασιλέα τὸν γαμβρόν. Οἱ μὲν οὖν κατὰ Μόῤῥαν πλεῖστα κακωθέντες καὶ πιεσθέντες ὑπὸ τοῦ πολέμου, αὖθις προσεχώρουν βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ· βασιλεὺς δὲ ὁ νέος, ὁρῶν ὑποῤῥέουσαν αὐτῷ τὴν δύναμιν, καὶ τὰ πράγματα χωρήσαντα ὀπίσω, πέμψας πρὸς βασιλέα τὸν κηδεστὴν διελέγετο περὶ εἰρήνης, καὶ ἐδεῖτο τὸν πόλεμον καταθέσθαι ἔχοντας, ἃ ἔχουσιν ἑκάτερον. Ὁ δὲ, τὴν μὲν εἰρήνην περὶ πλείστου μάλιστα ἔλεγε ποιεῖσθαι, μηδὲν εἶναι μήτε φίλον μᾶλλον, μήτε σπουδαιότερον, καὶ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς πρὸς ὁμοφύλους ἐσομένης, ἀλλὰ πρὸς τοὺς φιλτάτους· δέον μέντοι καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν τὴν ἐν

Jacobi Pontani notæ.

(37) Studia juvenilia, venari et equitare. Horat. in *Poet.*:

Imberbis juvenis tandem, custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, et aprici gramine campi.

Terent. *Andria*:

Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum.

Adrianus imperator, ut auctor est in ejus Vita Spartianus, equos et canes sic amavit, ut eis sepulcra constitueret.

τοῖς πράγμασι, καὶ τὸ πατέρα εἶναι πρόνοιαν αὐτὸν ποιήσασθαι μὴ τοῖς ἴσοις πάλιν τὸν υἱὸν περιπεσεῖν· ἀλλὰ τῆς στάσεως περιελεῖν τὰς αἰτίας, καὶ τῶν νεωτερισμῶν. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις ὁρῶν τὸν παῖδα περὶ μέθας, καὶ κύβους, καὶ τοιαύτην ἐξώλειαν ἠσχολημένον, χρημάτων κύριον ποιῶν, καὶ φαύλοις ἀνθρώποις, καὶ μεθύουσι συνεῖναι ἐπιτρέπων, ἢ περὶ θήρας ἐπτοημένον ἀκρατῶς, καὶ πάντα χρήματα ἑνὸς τούτου προϊέμενον, εἰ κύνας παρείχετο θηρευτικὰς, καὶ ἵππους, νοῦν ἂν ἔχοντα ἐδόκει πράττειν. Διὰ ταῦτα δὴ τῶν μὲν πόλεων, ἃς πρότερον αὐτὸς παρέσχετο παραχωρεῖν, καὶ αὐτοῦ Διδυμοτείχου· τῶν μέντοι συνόντων αὐτῷ Ῥωμαίων τοὺς ἐπιφανεστέρους, οὓς μὴ αὐτὸς ἑκόντι παρέσχετο συνεῖναι, ἄν τ' ἐν Διδυμοτείχῳ, ἢ ἄλλοθί που τὰς οἰκίας ἔχωσι, τούτους δὲ μὴ συνεῖναι ἐφιέναι, ἀλλ' αὐτῷ δουλεύειν, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἵνα μὴ αὐτῷ πολέμων εὐθὺς, καὶ νεωτερισμῶν αἴτιοι ὀφθῶσι. Δέον μέντοι μηδ' ἐκείνους μηδὲν ὑποπτεύειν πείσεσθαι δεινὸν διὰ τὴν ἀποστασίαν. Οὐ γὰρ ὥστε ἀμύνεσθαι αὐτοὺς βούλεσθαι ὑπάγειν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὰ βελτίω ἐναντιουμένους ἔχειν· ἐπηγγέλλετό τε παντάπασιν ἀμνηστήσειν τῶν προϋπηργμένων. Ὁ μὲν οὖν νέος βασιλεὺς ἕτοιμος πάντα ἦν ποιεῖν, ὅσα παραινοίη βασιλεὺς ὁ κηδεστὴς, καὶ χωρεῖν πρὸς τὴν εἰρήνην· οἱ στασιασταὶ δὲ οὐκ εἴων, ἀλλ' ἐκώλυον πάσῃ δυνάμει, καὶ μᾶλλον ἔχεσθαι παρῄνουν τοῦ πολέμου, εἰδότες ὡς, ἂν ὑπὸ βασιλέα γένωνται τὸν Καντακουζηνὸν, οὐκέτι χώραν ἕξουσι στασιάζειν, καὶ νεώτερα κινεῖν, ἐξ ὧν τὸ κοινὸν μὲν διαφθαρήσεται Ῥωμαίων, αὐτοὶ δὲ ὠφεληθήσονται ὀλίγα. Ἐπεὶ δὲ οὐ προὐχώρουν αἱ συμβάσεις περὶ τῆς εἰρήνης, σφοδρότερον βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς ἐπηνέχθη τοῖς περὶ τὸν νέον βασιλέα, ὥστε μηδὲ δυνηθῆναι ἀντισχεῖν. Διδυμότειχον γὰρ καταλιπὼν, καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἃς εἶχεν, ἐκ τῆς Αἴνου πρὸς Τένεδον ἐπεραιώθη. Συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ βασιλὶς Ἑλένη ἡ γυνὴ, Μανουὴλ τὸν νεώτερον τῶν παίδων ἔχουσα, μεῖζον εὐτύχημα, ἄν τις εἴποι δικαίως ἢ καθ' ὅσον ἐδόκει κακοπραγεῖν ἐν τῷ πολέμῳ. Πάντα γὰρ ἑαυτὴν παρέσχετο τῷ ἀνδρὶ λυσιτελοῦσαν οὐ παρὰ τὸν τοῦ πολέμου μόνον χρόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν ἐπίλοιπον, καὶ κατὰ τὴν πρώτην πλάσιν βοηθὸς ἐν πᾶσι τῷ ἀνδρὶ ἐγένετο, τήν τε φυγὴν συνδιαφέρουσα ἀλύπως, καὶ πάντα ὑπομένειν ὑπὲρ ἐκείνου οὖσα παρεσκευασμένη διὰ φιλανδρίαν.

A mulcta expient. Haud enim ideo sibi subjectos cupere, ut eos plectat, sed ne optimorum suorum consiliorum dissuasores, et oppugnatores, patiatur: promittebatque præterita oblivione obruturum. Junior ad parendum soceri monitis, pacemque componendam paratissimus cum esset, seditiosi illi ungulis omnibus negotium distinebant, et ad bellum capessendum magis incitabant, quod sub Cantacuzeno res novas audendi, et seditiones conflandi cum pernicie Romanæ reipublicæ, et exiguo ipsorum fructu, non amplius facultatem habituros sese intelligerent. Pace non procedente, Cantacuzenus ei importunius incubuit, ut se tueri non posset. Quamobrem Didymoticho, cæterisque urbibus suis B relictis Æno Tenedum trajecit. Sequebatur uxor Helena, cum Manuele juniore filio, major felicitas, ut quispiam merito dixerit, quam videbatur bello tolerata miseria. Neque enim per id tempus modo (38), sed alias quoque semper in omnibus utilem se illi, atque commodam præbuit, et convenienter primo feminarum plasmati adjutorium ei per cuncta fuit, fugam cum illo sine molestia perferens, et parata mariti amore perpeti omnia. Contendebat siquidem non suæ tantum ætatis, sed etiam propter præstantes quasdam excellentias olim commendatas, mulieres simul omnes anteire, excelsas semper cogitationes et generosi animi robur præ se ferens. Prudentia vero solertiaque non primarias tantummodo mulieres, sed viros quoque his ornamentis C conspicuos prætergrediebatur. Animum porro ejus ab omni fastu alienum, moderationemque et decoram illi sexui verecundiam, omnisque honestatis curam, amoremque, et excellens ingenium, et in verbis factisque elucentem modestiam, nemo tam est invidus, qui vel omnino silere, vel non magnificentissime prædicare velit. Quod autem maximum est omnium, cum vitam, moresque tam splendidos suscepisset, ac veluti leges sibimet posuisset, nec diuturnitas, nec aliud quidquam ejus alacritatem imminuit, ac retardavit. **848** Quam, ut inusitatius aliquid dicamus, coævam, et una cum annis suis propagatam possidet. Hæc sunt Helenæ imperatricis decora, pauca de multis; non enim illius encomium consulto instituimus, sed ut D sciremus quale bonum etiam hoc nostro sæculo natura producere potuerit.

Ἐφιλονείκησε γὰρ οὐ τὰς οὔσας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπί τισι πλεονεκτήμασι πάλαι ὑμνουμένας ὑφ' ἓν ἁπάσας παρελάσαι, φρόνημα μὲν γενναῖον ἐν πᾶσι, καὶ παράστημα ψυχῆς εὐγενῶς ἐπιδεικνυμένη, συνέσει δὲ καὶ ἀγχινοίᾳ οὐ τῶν γυναικῶν τὰς πρώτας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνδρας τοὺς διὰ ταῦτα θαυμαζομένους παριοῦσα. Ἀτυφίας μέν τοι καὶ μετριότητος, καὶ γυναιξὶν αἰδοῦς πρεπούσης καὶ τῆς εἰς πάντα τὰ καλὰ ἐπιβολῆς καὶ εὐφυΐας, καὶ τῆς ἐπιφαινομένης καὶ διὰ τῶν λόγων, καὶ τῶν ἔργων κοσμιότητος, οὐδεὶς οὕτω φθονερὸς, οὐδ' ἀπείρατος καλῶν, ὅστις ἢ παντάπασιν ἂν ἕλοιτο συγκρύπτειν, ἢ μεθ' ἁπάσης μὴ μεμνῆσθαι τῆς ὑπερβολῆς. Μέγιστον δὲ ἁπάντων ὅτι λαμπρότητα τοιαύτην βίου ἐπανῃρημένη, καὶ ὥσπερ νόμους θεῖσα ἑαυτῇ, οὔτε χρόνος, οὐθ' ἕτερον οὐδὲν ἤμβλυνε τὴν προθυμίαν. Μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τι καὶ καινότερον εἰπεῖν, καὶ συναυξανομένην ἔχει τῷ βίῳ, καὶ

Jacobi Pontani notæ.

(38) Supra lib. III, cap. 95, Theodoram filiam Orchani Turcæ desponsam laudavit; nunc Helenam Palæologi conjugem. Mariam tertiam filiam Nicephori despotæ uxorem laudabit infra, cap. 43.

συμπροϊοῦσαν. Ταῦτα μὲν οὖν πολλῶν ὀλίγα τῶν Ἑλένῃ προσόντων ἀγαθῶν τῇ βασιλίδι· οὐ γὰρ εὐφημεῖν ἐκείνην προειλόμεθα, ἀλλ' ἵν' εἰδῶμεν οἷον ἀγαθὸν, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἡ φύσις ἠδυνήθη χρόνοις ἐνεγκεῖν.

CAPUT XXXV.

Urbes Palæologi ad Cantacuzenum transeunt. Palæologus Byzantium venit. Irenes in urbe tuenda diligentia. Palæologus spe frustratus, Galatam divertit. Sinit Cantacuzeno maledici; excusat se postea. Tumultus nobilium Byzantii, et expostulatio cum Cantacuzeno, ac petitio de Matthæo filio imperatore designando. Imperator rem arduam esse docens, sine responso eos dimittit.

Posteaquam junior imperator in Tenedum insulam navigavit, universa illius oppida in Cantacuzeni ditionem ultro abierunt: quæ ille obediens, eorum statum in melius formabat, et præfectos, qui sibi obsequentissimi viderentur, declarabat. Junior una triremi instructa, et paucis uniremibus Byzantium devenit, deditque operam diligenter, ne id ignoraretur. Sperabat enim, si de adventu suo amici audissent modo populo persuaso in urbem se intromissuros: quando non solum Byzantii, verum et aliarum urbium incolæ mirifice in illum propendebant. Ejus accessu in urbem mane nuntiato, non modice tumultuatum est. Tum Irene imperatrix necessitati consulere ac protinus cognatorum, amicorumque fidelissimos, et sibi in primis obtemperantes accersere, eis custodiam urbis mandare, et præcipere corona militum stipati circumirent, populum deterrerent, juniorem imperatorem omni aditu excluderent. Illi jussa peragunt. Junioris studiosi periculi metu novi nihil audent, sed una cum aliis circumeunt, ut suspicione elabantur, se ipsos ad urbem custodiendam promptissimos exhibent. Junior imperator spe sua depulsus, urbe circumnavigata ad Galatam e regione Byzantii descendit: ubi sequenti nocte transacta, postridie mane ad Tenedios cursum iteravit. In quo, qui erant in triremi, multas, et multo indignissimas in Cantacuzenum contumelias effundebant: simillimas iis quæ belli tempore in eumdem Apocauchus magnus dux effuderat. Quod ubi ad aures ejusdem pervenit, magnopere doluit, quod existimaret, nunquam eo stultitiæ juniorem imperatorem erupturum fuisse, **849** nisi adversus se bellum internecinum meditatus esset. Quanquam postea a socero reprehensus, id se inscio factum affirmavit. Nam cum esset in cavo, seu ventre navis, et præ undarum comitante strepitu, ac murmure dictorum nihil audiret, nauticam petulantiam maledictis indulsisse. Sed de his paulo infra. Postquam cum uxore et filio in Tenedum reditum cepit, Thessalonicam venit. Cantacuzenus apud Bera commorans, audito generum adnavigasse Byzantium, cum non parva manu, sequente Matthæo filio, in eum festinavit. Ac generum quidem minime, quippe qui Tenedum jam cucurrerat, confusionem autem, turbationemque non vulgarem, nobilium præcipue offendit. Tertio enim die post adventum ejus omnes composito palatium ingressi, ignorare se dixerunt, quid sibi vellet tanta in utramque partem inclinatio, ut neque ipsi scire queant, utri adhæreant. Si enim plane Joannem imperatorem juniorem hære-

A Τότε δὲ τοῦ νέου βασιλέως ἐκ τῆς Αἴνου πρὸς Τένεδον τὴν νῆσον περαιωθέντος, αἱ ὑπ' ἐκείνῳ τελοῦσαι πόλεις πᾶσαι προσεχώρουν βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ, ἃς καὶ καθίστη περιιὼν, καὶ ἄρχοντας ἐφίστη τοὺς δοκοῦντας μάλιστα αὐτῷ προσέχειν. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος τριήρη μίαν ἐφοπλίσας, καὶ μονήρεις οὐ πολλὰς, ἐπὶ Βυζάντιον ἀφῖκτο πολλὴν πρόνοιαν ποιούμενος ἀγνοηθῆναι. Ἤλπιζε γὰρ εἰ μόνον πύθοιντο οἱ φίλοι ἥκοντα, εἰσδέξεσθαι τῇ πόλει πείσαντες τὸν δῆμον· ἦσαν γὰρ οὐ Βυζαντίου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πόλεων οἱ δῆμοι μάλιστα πρὸς τὸν νέον βασιλέα εὔνως ἔχοντες. Ἡ μὲν οὖν ἐκείνου ἔφοδος ἠγγέλλετο περὶ ὄρθρον. καὶ θροῦς κατὰ τὴν πόλιν ἦρτο, καὶ τάραχος οὐκ ὀλίγος. Εἰρήνη δὲ ἡ βασιλὶς οὐδενὸς ἠμέλει τῶν δεόντων, ἀλλ' αὐτίκα τῶν τε συγγενῶν, καὶ φίλων
B τοὺς πιστοτάτους, καὶ τοὺς σφίσι μάλιστα προσέχοντας μεταπεμψαμένη ἐπέτρεπε τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, ἐκέλευέ τε μετὰ τῆς στρατιᾶς περιιόντας δεδίττεσθαι τὸν δῆμον, καὶ πᾶσαν εἴσοδον ἀπείργειν τῷ νέῳ βασιλεῖ. Οἱ μὲν οὖν ἐποίουν κατὰ τὰ κεκελευσμένα, καὶ οἱ τῷ νέῳ βασιλεῖ προσέχοντες οὐδὲν ἐνεωτέριζον δείσαντες τὸν κίνδυνον· ἀλλὰ συμπεριῄεσαν καὶ αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ παρείχοντο προθυμοτάτους ἑαυτοὺς πρὸς τῆς πόλεως τὴν φυλακὴν, ἕνεκα τοῦ μὴ ὑποπτευθῆναι. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐπειδὴ τῶν ἐλπίδων διημάρτανε, κύκλῳ τὴν πόλιν περιπλεύσας, ἔπειτα ἐγγὺς Γαλατᾶ ἀντικρὺ προσέσχε Βυζαντίου, καὶ ἀπέβαινεν ἐκεῖ· αὐλι-
C σάμενος δὲ ἐκεῖ καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἕῳ εἰς Τένεδον ἀπῆρεν αὖθις. Κατὰ δὲ τὴν ἀναχώρησιν οἱ ἐκ τῆς βασιλικῆς τριήρεως, πολλὰς Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ ὡς μάλιστα ἀσέμνους κατέχεον τὰς ὕβρεις, καὶ οὐδὲν ἀποδεούσας τῶν παρὰ Ἀποκαύχου τοῦ μεγάλου δουκὸς κατὰ τὸν χρόνον τοῦ πολέμου τετολμημένων. Ἃ μάλιστα ἐλύπησε πυθόμενον τὸν βασιλέα οὐκ ἂν εἰς τοσοῦτον ἐξενεγκεῖν τὸν νέον οἰηθέντα βασιλέα ἀτοπίας, εἰ μὴ ἄσπονδον ἐσκέψατο τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον διατηρεῖν. Ὁ μέντοι νέος βασιλεὺς τὰ τοιαῦτα ἐγκαλούμενος ὕστερον ὑπὸ τοῦ κηδεστοῦ, ἰσχυρίζετο οὐδὲν εἰδέναι τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ παρὰ τὴν κοίλην ὄντος ναῦν, καὶ τῶν λεγομένων οὐδενὸς ἀκούειν ὑπὸ τοῦ ῥοθίου
D συγχωρουμένου, ἀτακτοῦν τὸ ναυτικὸν ἐτράπη πρὸς τὰς ὕβρεις. Ταῦτα μὲν οὖν ὀλίγῳ ὕστερον εἰρήσεται. Τότε δὲ ἐπεὶ εἰς Τένεδον ἐκεῖνος ἐπανῆκε βασιλίδα Ἑλένην τὴν γυναῖκα ἔχων καὶ Μανουὴλ τὸν παῖδα, ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς περὶ Βήραν διατρίβων, ἐπεὶ πύθοιτο τὸν γαμβρὸν ἐπὶ Βυζάντιον ἐλθόντα, κατὰ

τάχος ἐπ' ἐκεῖνον ἥει, καὶ αὐτὸς στρατιάν τε ἄγων A οὐκ ὀλίγην, καὶ Ματθαῖον συνεπόμενον ἔχων τὸν υἱόν. Βασιλέα μὲν οὖν οὐχ εὗρε τὸν γαμβρὸν, εἰς Τένεδον κατὰ τάχος ἀπηρκότα καὶ αὐτὸν, σύγχυσιν δὲ καὶ ταραχὴν οὐκ ὀλίγην ἐν τοῖς ἐπιφανεστέροις μάλιστα ἐγηγερμένην. Εἰς τρίτην γὰρ ἡμέραν μετὰ τὴν ἐπιδημίαν πάντες ἐκ συνθήματος γενόμενοι ἐν βασιλείοις, ἀγνοεῖν ἔφασαν πρὸς βασιλέα, ὅ τι βούλοιτο αὐτῷ ἡ πρὸς τοσοῦτον ἐφ' ἑκάτερα ῥοπὴ, ὥστε μηδ' αὐτοὺς εἰδέναι ἔχειν ὁποτέρῳ πρόσθοιντο. Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τρόπου παντὸς βασιλέα τὸν νέον Ἰωάννην ἔγνωκε κληρονόμον ἀποδεικνύειν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, τί μὴ καὶ αὐτοῖς κατάδηλον ποιεῖ, ὥστε μήτε πολεμεῖν, ἀλλὰ καὶ θεραπεύειν μέλλοντας ὀλίγῳ ὕστερον εἶναι ὑπ' ἐκεῖνον; Ἀνόητον γὰρ ἂν εἴη, καὶ τῶν ἀτοπωτάτων, ἀγνωμονεῖν πρὸς B τὸν δεσπότην, καὶ πολεμίους φαίνεσθαι, ἐξ ὧν ἐκεῖνον μὲν οὐ δυνήσονται διαφθερεῖν αὐτοῦ συναιρομένου, καὶ τῆς ἀρχῆς παραχωροῦντος ἑκοντὶ, σφᾶς δὲ αὐτοὺς καὶ τέκνα, καὶ οἰκείους βλάψουσι τὰ μέγιστα, πολέμιοι ἀναφανέντες, ᾧ δουλεύειν ἕξουσιν ἀνάγκην. Εἰ δ' αὐτός τε πολέμιον ἡγεῖται, κἀκείνους προθύμως βούλεται συμπολεμεῖν αὐτῷ, ἐλπίδα τινὰ βεβαίαν δέον πρὸς τὰ μέλλοντα παρέχεσθαι ἢ πεισθέντες ἐκείνῳ πολεμήσουσι προθύμως. Αὕτη δ' ἂν εἴη τὸ Ματθαῖον τὸν υἱὸν ἀποδεικνύειν βασιλέα, ὡς οὕτω πᾶσαν ἀμφιβολίαν ἀποθησομένων, καὶ προθύμως τῷ νέῳ βασιλεῖ πολεμησόντων, ἐλπίδα βεβαίαν ἤδη κεκτημένων, ὡς ἢ κρατήσαντες τῶν πολεμίων διὰ βίου βασιλέας C αὐτὸν ἕξουσι καὶ τὸν υἱόν· ἢ καὶ αὐτοὶ κρατηθέντων συνδιαφθαρήσονται αὐτῶν. Οἱ μὲν ουν ἐν τέλει τοιαῦτα εἶπον. Βασιλεὺς δὲ, Τὴν μὲν ἀξίωσιν ὑμῶν, ὡς δικαία τε, εἶπε, καὶ νοῦν ἔχουσα, καὶ ἀναγκαῖον εἰδέναι ὅτῳ προσθεμένους χρὴ ἑτέρῳ πολεμεῖν, οὐκ ἂν ἀρνηθείην οὐδ' αὐτός. Τὸν μὲν γὰρ ἄλλον ἅπαντα χρόνον, εὐθὺς μετὰ τὸ ἡμᾶς τῶν πολεμίων περιγεγενῆσθαι, καταλελυκέναι τε τὸν πόλεμον συμβάσεις θεμένους πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα, καὶ βασιλέα τὸν ἐμὸν γαμβρὸν, αὐτὸς ἠνάγκαζον ὑμᾶς δεσπότην ἐκεῖνον, καὶ βασιλέα καὶ εἰδέναι, καὶ νομίζειν· καὶ οὐκ ἐν ἀποῤῥήτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῶν πολλάκις τὸν νέον βασιλέα καὶ περιόντος, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐμοῦ τῆς Ῥωμαίων διάδοχον βασιλείας ἔσεσθαι ἀπεφθεγγόμην· νυνὶ δ' αὐ- D τὰ τὰ πράγματα ἐμέ τε ἠνάγκασαν ἑτέρως πράττειν, ἢ ὡς ἠβουλόμην, καὶ ὑμῖν εἰκὸς μεγάλας τὰς ἀπορίας ἐμποιεῖν. Εἰ μὲν οὖν περί τινων οὐδένων καὶ εὐκαταφρονήτων ὁ λόγος ἦν, οὐδὲν ἦν ἔργον φθέγγεσθαι νῦν τὸ παραστὰν, ὡς ὀλίγης βλάβης ἐσομένης ἐκ τοῦ μὴ μετ' εὐβουλίας, ἀλλ' ἀπερισκέπτως φθέγξασθαι τὸ προστυχόν· ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν παρ' ἡμῖν μεγίστων, τί γὰρ ἂν εἴη μεῖζον; δέον πρότερον πολλὰ πολλάκις σκεψαμένους, οὕτω πρὸς ὑμᾶς ἅττα ἂν λυσιτελῇ, καὶ δίκαια νομίζωμεν διεξιέναι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος, καὶ πάντες κοινῇ περὶ τοῦ πράγματος πολλὴν ἐξέτασιν, καὶ βάσανον ποιούμενοι, οὕτω παρασκευάσασθε, ὡς γνώμην ἕκαστος εἰσοίσων ἣ

dem imperii Romani declarare statuerit, cur non hoc ipsis aperiat? quo non modo armis eum non persequantur, sed etiam (utpote non multo post in ejus potestate futuri) obsequiis colant. Stultum enim, et insolentissimum esse, contra dominum insolescere, et ejus hostes videri; propterea quod ipso eum adjuvante, et imperio ultro cedente nocere ei non poterunt, sibi ipsis autem, liberis, et propinquis nocebunt, maxime hostes illius manifestarii, cui velint nolint subesse debent. Quod si eum inimicum ducat, ipsosque impigros militiæ socios habere desideret, opus esse ut spem firmam in posterum faciat, qua nixi illum fidenter aggrediantur. Hanc fore, si Matthæum filium imperatorem designet (39). Sic enim dubitationem omnem depolituros, et alacriter juniorem imperatorem oppugnaturos; spe jam certa subnixos, aut victis hostibus ipsum cum filio, quoad vixerint, imperatores habituros: aut si ipsi vincantur, cum ipsis simul morituros. Hactenus nobilitas. Tum imperator sic contra fatus est: Petitionem vestram esse justam, et cum ratione consentientem, ac vos scire oportere, utri faventes in alterum arma vertatis, nec ego inficias iverim. Nam simul ac debellatis hostibus bellum posuimus, et fœdus cum Anna imperatrice, generoque meo imperatore fecimus, ipse cogebam vos dominum illum, **850** et imperatorem scire, atque agnoscere: nec in secreto solum, sed multis sæpe audientibus, Palæologum superstite me, et post obitum meum in Romano imperio successorem profitebar. Nunc ipsa rerum conditio et me aliter facere compulit, quam volebam, et vos consentaneum est, inde admodum perplexos fieri. Si igitur de lana caprina ageretur, non esset difficile in præsens proloqui, quod in mentem veniret: qui non magnum detrimentum sequeretur ex eo quod inconsulto et inconsiderate quæ in buccam venissent, effutivissem. Quia vero de iis agimus, quæ apud nos maximi momenti sunt (quid enim imperio majus (40)?) re prius multum ac sæpe ponderata, sic demum apud vos quæ conducibilia, et justa existimemus, disserenda sunt. Neque hoc tantum, sed et ipsi, tum per se unusquisque, tum omnes communiter re accurate excussa, ac perpensa sic comparati estote, ut sententiam quisque, quam rebus Romanis universe, et vobis cuique seorsum profuturam putaverit, pronuntiet. Ita responsum ad petitionem nobilitatis dilatum, et conventus dimissus est.

Jacobi Pontani notæ.

(39) Idem supra petebatur hoc libro, et negabat. Hic aliter sentit; nihil tamen, ut in re maximi momenti, temere statuendum censet.

(40) Ad Nicoclem Isocrates, βασιλεία τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι, καὶ πλείονος προνοίας δεόμενον: *Regnum est summum rerum humanarum, majoremque providentiam postulat.*

ἂν οἴοιτο καὶ κοινῇ τοῖς πράγμασι Ῥωμαίων, καὶ ὑμῖν ἰδίᾳ λυσιτελήσουσαν ἑκάστῳ. Ὁ μὲν οὖν σύλλογος οὕτω διελέλυτο βασιλέως ὑπερθεμένου τὴν πρὸς τὴν τῶν συγκλητικῶν ἀξίωσιν ἀπολογίαν.

CAPUT XXXVI.

Callistus patriarcha consulitur, negat imperatorem Matthæum designandum. Cui occurrit imperator. Denuo flagitantibus respondet, et quod sæpe antehac fecit, se omni tyrannidis suspicione liberat, justitiæque, humanitatis et virtutis laudem aucupatur. Palæologum ut parum erga se candidum, et gratum accusat, enumeratis, quæ contra ipsum hostiliter commiserit. Inde probare contendit, non injuria Matthæum filium imperatorem, non tam a se (ut invidiam facti declinet) quam ab ipsis renuntiatum iri. De imperatoris appellatione in litteris ad Sulimanum omissa, et de conviliis remigum in illum se excusat Palæologus.

A Imperator mox equo conscenso, et in templo Deiparæ Hodegetriæ precibus conceptis, patriarcham Callistum domi ejus convenit: quæ primores de imperatore genero ac de filio ad se retulissent, narrat; rogat se doceat, quid eis respondeat, si responsum quod promiserit, flagitarint. Patriarcha refert, sibi in præsentia nihil occurrere; perendie re considerata, in palatium venturum, quæque justa et convenientia censuerit petitoribus responsurum. Imperator diem præfinitum lætus concedens, et verbis patriarchæ contentus in palatium redit. Illuxit dies tertius, cum neque apparuit in palatio patriarcha, uti spoponderat, **851** neque de eo quod propositum erat, disseruit. B Septima autem luce e patriarchio in monasterium Mamantis martyris sibi peculiare ingressus, per internuntium imperatori significat, se nec in palatium venturum, nec in patriarchium reversurum, nisi sacramento sibi confirmet, nunquam Matthæum filium imperatorem creaturum. Quæ verba durius accepit imperator, valdeque secum inique agere judicavit: et vicissim misit, qui diceret, putare se dicta ejus non cohærentia visum iri prudentibus. Si enim vocasset eum, ut renuntiationem filii auctoritate sua adjuvaret, et ipse eam conducere non sentiret, neque vellet, haud immerito juramentum a se petiturum fuisse, ne talibus assentiri cogeretur. Si autem nihil unquam hujusmodi decreverit, sed adhuc de jure et utilitate facti sub C judice lis sit, et vocetur quoque ipse, judicium suum in medium prolaturus, cur juramentum de re etiam nunc pendente, et ambigua exigat? Æque enim ubi omnes convenerint, suffragio suo et approbare, et improbare posse. Iterum orat, et hortatur, ad se veniat, et quid faciendum sit secum consultet. Patriarcha recusare, et iterum iterumque accitus non comparere. Qui filium imperatoris declarari imperatorem petebant, rursum palatium ingressi, responsum exquirunt. Imperator tempus extrahit, ut amplius de re ista deliberaturus. Haud multi dies intercedunt, cum optimates ejus ac nobiles, et qui ex albo militari erant convenientes, uno ore precantur, uti Matthæum imperatorem renuntiet. Imperator quoniam producere deliberationem D ultra nequibat (satis enim produxerat) cœtumque majoribus semper incrementis augeri perspiciebat, stans medius hunc in modum exorsus est: Qui de iisdem perpetuo verba faciunt, et audientes obtundunt, nova semper afferentibus contrarii, perinde in vitio sunt: præsertim cum, qui audiunt, non

A Αὐτὸς δ' αὐτίκα ἵππου ἐπιβὰς, καὶ πρὸς τῷ τεμένει τῆς Θεομήτορος γενόμενος τῆς Ὁδηγητρίας, καὶ τὴν προσκύνησιν ἀποδοὺς, ἔπειτα ἐκεῖθεν ἀναστρέφων, πατριάρχῃ τε τῷ Καλλίστῳ συνεγένετο ἐπὶ τὴν οἰκίαν τὴν ἐκείνου αὐτὸς ἐλθὼν, καὶ διηγεῖτο ὅσα οἱ ἐν τέλει περὶ βασιλέως τε τοῦ γαμβροῦ, καὶ τοῦ υἱοῦ διεξῆλθον πρὸς αὐτόν· ἐδεῖτό τε ὑποθέσθαι ὁποίοις τισὶ λόγοις χρήσαιτο πρὸς ἐκείνους, ἂν ἀπαιτῶσι τὴν ἀπολογίαν, ὥσπερ ἐπηγγείλατο. Πατριάρχης δὲ τὸ μὲν νῦν ἔχον ἔφασκε καὶ αὐτὸς ἀπολογίας ἀπορεῖν· εἰς τρίτην μέντοι σκεψάμενος ἡμέραν, ἃ ἂν οἴηται δίκαιά τε εἶναι, καὶ προσήκοντα τοῖς τοιαῦτα ἀξιοῦσιν, ἐν βασιλείοις γενόμενος ἐρεῖν. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἐκεῖθεν ἐπανῆκεν B εἰς τὰ βασίλεια τοῖς πατριάρχου λόγοις ἀρκεσθεὶς, καὶ προθύμως παρασχόμενος τὴν προθεσμίαν. Ὁ πατριάρχης δὲ εἰς τρίτην ἡμέραν, ὥσπερ ἐπηγγείλατο, οὔτ' ἐγένετο ἐν βασιλείοις, οὔτε συνεβούλευεν οὐδὲν περὶ τῶν προκειμένων. Ἑβδόμῃ δὲ ἡμέρᾳ τὰ πατριαρχεῖα καταλιπὼν, εἰς τὴν Μάμαντος τοῦ μάρτυρος ἐλθὼν μονὴν οὖσαν κατεξαίρετον αὐτῷ ἰδίαν, ἐμήνυε πέμψας βασιλεῖ, ὡς οὔτ' ἐν βασιλείοις γένοιτ' ἂν, οὔτ' ἐν πατριαρχείοις εἰ μὴ ὅρκους αὐτῷ παράσχοιτο, ὡς οὐκ ἄν ποτε Ματθαῖον τὸν υἱὸν ἀποδείξοι βασιλέα. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἤχθετο ἐπὶ τοῖς λόγοις, καὶ πολλὴν ἐκείνου κατεγίνωσκεν ἀπραγμοσύνην, ἀντεμήνυέ τε πέμψας καὶ αὐτὸς, ὡς οὐδεμίαν τὰ εἰρημένα τὴν ἀκολουθίαν ἔχειν παρ' εὐφρονοῦσιν, ἂν νομίζοιτο κριταῖς. Εἰ C μὲν γὰρ τὴν ἀνάῤῥησιν τῷ υἱῷ συγκατεργασόμενον ἐκάλει, λόγον ἂν εἶχεν ὅρκους ἀπαιτεῖν μὴ τοιαῦτα καταναγκάζειν πράττειν, εἰ μὴ λυσιτελεῖν ἐδόκει μηδὲ κατὰ γνώμην ἦν αὐτῷ· εἰ δὲ τοιοῦτον μὲν οὐδὲν οὐδέπω ἐπεψηφίσθη, ἔτι δὲ τοῦ πράγματος ἐξεταζομένου εἰ δίκαιον εἶναι, καὶ λυσιτελοῦν νομίζοιτο, ἢ μὴ, καλοῖτο καὶ αὐτὸς τὴν δοκοῦσαν εἰσοίσων ψῆφον, τί δεῖ περὶ τοῦ πράγματος ὅρκους ἀπαιτεῖν μήπω πέρας εἰληφότος; ὁμοίως γὰρ ἐνδέχεται εἰ πάντες ἐν ταυτῷ συνέλθοιεν, καὶ ἐπιψηφισθῆναι, καὶ κωλυθῆναι. Αὖθίς τε ἐδεῖτο καὶ παρῄνει ἥκειν πρὸς αὐτὸν, ὡς ὅ τι δέοιτο πράττειν διασκεψομένους. Ὁ δ' ἀπηγόρευε παντάπασι, καὶ πολλάκις παρὰ βασιλέως οὐχ ὑπήκουε κληθείς. Οἱ μέντοι τὸν υἱὸν ἀποδεικνύειν ἀξιοῦντες βασιλέα, D καὶ αὖθις γενόμενοι ἐν βασιλείοις, λόγον ᾔτουν περὶ ὧν ἠξίουν βασιλέα. Ὁ δ' ὑπερετίθετο καὶ αὖθις, ὡς διασκεψόμενος. Ὀλίγαις δὲ ἡμέραις ὕστερον μετὰ τῶν συγκλητικῶν, καὶ τῶν εὐγενεστέρων, καὶ ὅσοι τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου ἦσαν συνελθόντες, ἐδέοντο βασιλέως γλώσσῃ μιᾷ Ματ-

θαῖον τὸν υἱὸν ἀποδεικνύειν βασιλέα. Βασιλεὺς δ' A ἐπεὶ μὴ τὴν διάσκεψιν εἶχεν ἔτι ἀναβάλλεσθαι (ἐξήρκει γὰρ ὁ χρόνος τῆς ἀναβολῆς), καὶ τὴν στάσιν αὐξανομένην, καὶ προσθήκην ἀεὶ λαμβάνουσαν ἑώρα, καταστὰς εἰς μέσους, ἔλεξε τοιάδε. Τὸ περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ διεξιέναι, καὶ ἀποκναίειν τοὺς ἀκούοντας τῷ καινολογεῖν παντάπασιν ἐναντίον ὄν, ὁμοίως ἔχει μέμψιν, ἄλλως θ' ὅταν οἱ ἀκούοντες οὐ λόγοις ὦσι μόνον πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν δεδιδαγμένοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς παρηκολουθηκότες ἐξ ὧν ἐσχήκασι σαφῆ καὶ φανερὰν τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων. Ὡς μὲν οὖν ἀδίκως πεπολέμημαι μετὰ τὴν βασιλέως τελευτήν, καὶ πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ὑπέμεινα τὰς δυσχερείας, καὶ τὰς ἐπιβουλάς, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ ὡς μετὰ τὴν τοσαύτην τῶν δεινῶν ἐπιφοράν, καὶ τοῦ κρείττονος B συναιρομένου, τοὺς ἀντιτεταγμένους σύμπαντας κεκρατηκὼς, οὐ τοῖς ἴσοις ἠμειψάμην, ἀλλ' ἐφιλονείκησα πᾶσαν ὑπερβολὴν προσθεῖναι τῇ μεγαλοψυχίᾳ, καὶ ὡς οὐ πάντα τἄλλα προεῖμαι μόνον εὐχερῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν, ὑπὲρ ἧς ἐδόκουν τὰ δεινὰ ὑπομεμενηκέναι βασιλείαν (ἴστε γὰρ δήπου σύμπαντες, ὡς τήν τε παῖδα τὴν ἐμὴν συνῴκισα τῷ νέῳ βασιλεῖ, καὶ τῆς ἀρχῆς μετέδωκα εὐθὺς, καὶ βασιλίδα τὴν μητέρα τῆς προτέρας δόξης, καὶ τοῦ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Ῥωμαίων δεσπότιν ἀπεστέρησα οὐδὲν), παρήσειν μοι δοκῶ, πάντων ὑμῶν σαφέστατα εἰδότων, καὶ οὐδεμιᾶς δεομένων περὶ ταῦτα ἀποδείξεως· ὅτι δὲ μετὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τὰς συμβάσεις οὐδενὸς ἠμέλησα τῶν καθηκόντων πρὸς αὐτούς, ἀλλὰ C πᾶσαν ἐπεδειξάμην καὶ σπουδὴν καὶ εὔνοιαν, καὶ οὐδεμίαν οὐδενί ποτε πρόφασιν αὐτοῖς πολέμου παρεσχόμην, νῦν ἐναργῆ πειράσομαι τὴν ἀπόδειξιν τὴν ἐκ τῶν λόγων παρασχέσθαι. Εὐθύς τε γὰρ μετὰ τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν τινῶν τῶν παρ' ὑμῖν μάλιστα ἐπιφανῶν δυσανασχετούντων, καὶ ἀναινομένων ὅρκους ἐπὶ δουλείᾳ παρέχεσθαι τῷ νέῳ βασιλεῖ, καὶ βαρὺ καὶ ἐπαχθὲς λογιζομένων, ᾧ πάσῃ δυνάμει πεπολεμήκασιν ἄχρι τότε, τούτῳ μετὰ τὸ δοκεῖν κεκρατηκέναι αὖθις ἑαυτοὺς ὑπάγειν, καὶ καταδουλοῦν, καὶ μὴ ταύτην ἐπιτιθέναι τὴν ἀνάγκην, ἀλλ' ἐμοὶ μόνῳ τὴν δουλείαν ὀφείλειν δεομένων, οὐκ ἠθέλησα αὐτὸς, ἀλλ' αὐτοῦ τε ἕνεκα τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦ δικαίου καὶ τῆς εἰς βασιλέα τὸν γαμβρὸν εὐνοίας, τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ ἐμοῦ πόνους καὶ κινδύνους D ἐκείνων ὑπεριδὼν, καὶ τῆς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἀμυθήτου κακοπραγίας, ἀπειπάμην φανερῶς, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐκέλευον ἀναχωρεῖν, εἰ μὴ βούλοιντο καὶ βασιλεῖ τῷ νέῳ παρέχεσθαι τοὺς ὅρκους, καὶ δουλεύειν ἀκριβῶς, ὥσπερ οἴονται κἀμοὶ προσήκειν· ἐκείνῳ δὲ καὶ μᾶλλον, ὅσον ἐμοὶ μὲν οὐκ εἰς τοὺς παῖδας ἔγνωσται διαβιβάζειν τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἐκεῖνον καταλείπειν κληρονόμον, ἐκείνῳ δὲ εἰς παῖδας, καὶ παῖδας παίδων διαβήσεται, ἃ καὶ ἔπραττον ἢ ἐκέλευον αὐτὸς, καὶ παρείχοντο τοὺς ὅρκους ὑπ' ἀνάγκης. Αὖθις δὲ τῶν βασιλίδι προσεχόντων τραπομένων τινῶν εἰς νεωτερισμοὺς, καὶ συνθεμένων ἀπάτῃ συναρπάσαντας τὸν νέον βασιλέα, διαβαίνειν ἐπὶ Γαλατᾶν, καὶ πόλεμον ἐγείρειν

solum sermone de iisdem docti sæpe fuerint, sed rebus ipsis quoque ea compererint, quæ certam ac manifestam urbis fidem conciliarunt. Me igitur, imperatore Andronico mortuo injuste, ut hostem, oppugnatum, multosque, et varios casus, insidias, pericula subiisse, et post tantos malorum turbines, nemine opitulante, adversarios vicisse, nec paria retulisse : sed omni ratione magnitudinem animi exaggerare studuisse, et non solum cætera omnia, sed et ipsum, pro quo infanda perpessus videbar, imperium reliquisse (scitis enim nimirum omnes, 852 quomodo et filia mea juniori imperatori collocata, collegam meum statim illum cooptarim, et Augustam ejus matrem priori appellatione, ut esset videlicet, et diceretur Romanorum domina, penitus non privaverim); hæc, inquam, silentio prӕterire mihi certum est, quando nemo vestrum adest, cui ea non sint notissima, ut proinde a me nullam probationem requirant. Quod autem post sancitum fœdus eorum dignitatem cordi habuerim, et omnia in eos officia, omneque benevolentiæ munus contulerim, nec ullam unquam in ullo belli occasionem suppeditarim, nunc evidenter conabor demonstrare. Protinus enim, ut bellum consopitum est, quibusdam inter vos illustrissimis id ægre ferentibus, et juniori imperatori obedientiam jurare detrectantibus, graveque et onerosum fore ratiocinantibus, qui cum totis viribus ad eum diem belligerassent, ei jam victo, ut appareret, rursum se subdere, ac subjicere, et orantibus, ne tali eos necessitate constringerem, sed mihi soli subjectionem debere sinerem, ego nolui, et amore honestatis atque justitiæ, et ipsius imperatoris generi mei exantlatos ab iis mea causa labores, adita discrimina, et diuturnam eorum, incredibilemque calamitatem parvipendens, libere denegavi : et solum Romanum vertere jussi, nisi etiam illis sacramentum vellent dicere, et subesse perfecte, quemadmodum ut mihi subessent, decere arbitrarentur. Imo vero illo perfectius, quod mihi non stat, imperium in filios transmittere : sed illum hæredem relinquere, qui id ad natos ac nepotes transmittet. Huic postulationi meæ, quanquam inviti, obsequentes juraverunt. Rursus, cum quidam de studiosis imperatricis rerum novarum cupidi inter se pacti essent, per fraudem adrepto secum juniore imperatore Galatam petere, et unde unde contracto exercitu bellum contra me concitare, illi quidem deprehensi, mercedem sceleris sui susceperunt. Qui vero animis parum æquis imperatori suberant, velut idoneam causam nacti, denuo jurisjurandi religione absolvi postularunt, et facere posse, quod ex re sua videretur. Ego vero ad hæc surdus imperatorem et matrem, tanquam nescios, quæ illi novitatis consilia coquerent, omni culpa liberavi, et postulatoribus præcepi, ut se continerent, nec Romanum imperium de integro ærumnis cumulandi prætextum quærerent. Cum nec sic quidem desinerent, sed Matthæo filio meo decepto persua-

sissent, ut 853 occupatis quibusdam urbibus, et parte quadam de toto imperio avulsa, suum sibi principatum institueret: nec amori paterno succubui, nec dissolute et oscitanter in hoc negotio, quasi minuto, nec singulari cura digno me gessi, sed omnimodis elaboravi, ut filium a cœptis illicitis abducerem, et missa insuper ejus matre, ut novis rebus supersedens, mihi, et genero imperatori se tuto subjiceret, perfeci. Atque istiusmodi complura me semper præstitisse, qui indagaverit, inveniet. Ex quibus clarissime liquet, me nec facto, nec cogitatione ausum, unde quispiam opinari queat, me illum imperio spoliare velle, quin contrarium potius, nempe me id agere, ut idipsum illi bene securum, ac stabile permaneat. At ille nequaquam parem mihi animum remensus est. Nam Thessalonicæ a me relictus, ut ejus civitatis custos, donec paratus et instructus redirem, malum custodem egit. Siquidem hominibus improbis, ac nefariis, et lucelli gratia non solum universum Romanum imperium, sed ipsum quoque, cui in hoc retinendo studere videbantur prodentibus, auscultans, mihi non dissimulanter bellum intulit: qui nihil non faciebam, quo imperium ei beatius, atque latius redderem, ruptoque quod mecum intercedebat fœdere, cum Crale societatem pactus est, tantum ut me sui amantissimum cruciaret. Ibi tum ego non statim ad ulciscendum insurrexi, neque meum erga illum amorem funditus abjeci: sed culpam omnem in impulsores conjeci: ei autem non ob ætatem modo, hominum nequam strophis, et fraudibus valde opportunam, sed, ut verum dicam, charitate victus, omnino ignoscendum putavi: legataque ejus matre tentavi omnia, quo illum a conatibus parum laudabilibus retraherem, et in priorem me amicitiam reducerem. Quod quidem illa, ut decuit, et quo spiritu illam decuit, effectum dedit. Ubi postea rogavit, sibi urbes privatim possidendas attribui quot vellet, quarum gubernationis nullam a me rationem posceretur, arbitratus sum parva illum magnifacere, nec id ex dignitate sua, dum haud longo post tempore universorum dominus futurus, paucis ante tempus imperitare concupisceret. Tamen cupiditati juvenis gratificandum ducens, dedi lubens, et honoris causa Didymotichum adjeci, urbem æquiparandam aliis, quas petebat, simul omnibus, quemadmodum ipsi probe nostis. 854 Byzantium cum venisset, quæcunque ex ejus officio essent, admonui, suasique ut mihi quo amiciorem haberet neminem, conjunctus, capitalem inimicum numeraret, qui secus me affectum illi persuadere niteretur: quando animi mei sincerissimi argumenta ex factis ipsis quavis oratione ad probandum firmioribus exstarent. Ita gaudens gaudentem ad provinciam suam emisi, et uxorem meam sequi jussi; usque adeo nihil ab illo metuebam mali. Et quia sciebam eum de fratre uxoris suæ sinistra sentire, putareque illum peculio suo insidiari, et

A ἐπ' ἐμὲ δύναμιν συμποριζομένους, ὅθεν ἂν ἐξῇ, οἱ μὲν, φωραθέντες, ἔδοσαν τῆς κακουργίας δίκην· ἐκεῖνοι δὲ οἱ βαρέως φέροντες τὴν ὑπὸ βασιλεῖ δουλείαν, ὥσπερ εὐλόγου προφάσεως εὐπορήσαντες, αὖθις ἠξίουν μὴ ἐνέχεσθαι τοῖς ὅρκοις, ἀλλ' ἀπολελύσθαι τῆς ἀνάγκης, καὶ πράττειν, ὅ τι ἂν δοκῇ συμφέρειν σφίσιν. Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἄκροις ὠσὶ τὸν λόγον ἠνεσχόμην, ἀλλὰ βασιλέα μὲν καὶ τὴν μητέρα ἠξίουν ἐνέχεσθαι μηδεμιᾷ γραφῇ, ἅτε συνειδότας τοῖς νεωτερίσασι μηδὲν, ἐκείνους δὲ ἐκέλευον ἠρεμεῖν, καὶ μὴ πρόφασιν ζητεῖν, ἐξ ἧς αὖθις τὴν Ῥωμαίων ἐμπλήσουσι πολλῶν κακῶν. Ἐκείνων δὲ οὐδ' οὕτω πεπεισμένων, ἀλλὰ Ματθαῖον ἐξηπατηκότων τὸν ἐμὸν υἱὸν, καὶ πεπεικότων ἰδίαν συστήσασθαι ἀρχὴν πόλεις κατα- B σχόντα τινὰς, καὶ χώραν ἀποτεμόμενον τῆς ὅλης ἡγεμονίας, οὔτ' ἐνέδωκα διὰ τὸ πρὸς τὸν παῖδα φίλτρον, οὔτ' ἀμελῶς καὶ ῥαθύμως εἶχον περὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς μικρᾶς καὶ τῆς τυχούσης ἄξια φροντίδος· ἀλλὰ πᾶσαν πρόνοιαν ἐποιούμην ἀπάγειν τῶν ἀτόπων τὸν υἱὸν, καὶ πέμψας βασιλίδα τὴν αὐτοῦ μητέρα, μὴ τοιαῦτα ἔπειθον νεωτερίζειν, ἀλλ' ἀσφαλῶς ἐμοί τε, καὶ βασιλεῖ δουλεύειν τῷ γαμβρῷ. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἄν τις ἐξετάζων εὕροι διὰ παντὸς ἐμοὶ τοῦ χρόνου πεπραγμένα. Ἐξ ὧν ἔστι μάλιστα ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν λαβεῖν τοῦ μηδὲν ἐμὲ μήτε πεπραχέναι, μήτε διανενοῆσθαι, ἐξ ὧν ἄν τις οἰηθείη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐκεῖνον βούλεσθαι ἀποστερεῖν, τοὐναντίον μὲν οὖν ἅπαν πάντα πράτ- C τειν, ἐξ ὧν βεβαίως ἔχειν περιέσται. Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ὤφθη κἀκεῖνος ἐμοὶ τὴν ἴσην εὔνοιαν διασώζων. Ἀλλ' ἐπὶ Θεσσαλονίκην ὑπ' ἐμοῦ καταλειφθεὶς, ὡς τὰ ἐκεῖσε πράγματα διαφυλάξων ἄχρις ἐπανήξω παρασκευασάμενος, οὐχ ἐφύλαξεν ὥσπερ ἔδει. Πειθόμενος γὰρ ἀνθρώποις φαύλοις καὶ διεφθορόσι, καὶ κέρδους ἕνεκα μικροῦ οὐ σύμπασαν μόνον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὑπὲρ οὗ ταῦτα πράττειν ἐδόκουν προϊεμένων, ἐμοὶ μὲν πόλεμον ἤρατο φανερῶς, ὃς πάντα ἔπραττον ὅπως αὐτῷ βελτίω καὶ μείζω ποιήσω τὴν ἀρχὴν, πρὸς Κράλην δὲ ἐτίθετο σπονδὰς, καὶ συμμαχίαν, καὶ τῶν ὄντων ἀφιστάμενος, ὥστε μόνον λυπηρὸς ἐμοὶ τῷ πάνυ μάλιστα φιλοῦντι φαίνεσθαι. Ἐγὼ δὲ οὐκ εὐθὺς πρὸς ἄμυναν ἐτρεπόμην, οὐδὲ τοῦ περὶ αὐτὸν D φίλτρου τὸ παράπαν οὐδὲν ὑφῄρουν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐνάγοντας πρὸς τὰ τοιαῦτα μάλιστα εἶχον ἐν αἰτίαις, ἐκείνῳ δὲ πολλὴν ᾤόμην δεῖν παρέχεσθαι συγγνώμην, οὐ διὰ τὴν ἡλικίαν μόνον ῥᾳδίαν οὖσαν ὑπὸ πονηρῶν παράγεσθαι ἀνθρώπων, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ τἀληθὲς εἰπεῖν, νικώμενος ὑπὸ τοῦ φίλτρου, καὶ βασιλίδα τὴν μητέρα πέμψας, πάντα ἔπραττον ἐξ ὧν ἐνόμιζον ἀποστήσειν τῶν οὐ καλῶν ἐκείνων ἐπιχειρήσεων, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἐπανήξειν εὔνοιαν ἐμοί. Ἃ καλῶς ποιοῦσα πάντα ἔπραττεν ἐκείνη, καὶ μετὰ τοῦ προσήκοντος αὐτῇ φρονήματος. Δεηθέντος δὲ πόλεις αὐτῷ παρασχέσθαι ὅσας ἤθελεν, ὥστε ἄρχειν αὐτὸν ἰδίᾳ, καὶ μηδὲν εὐθύνεσθαι παρ' ἐμοῦ πρὸς τὴν ἀρχὴν, μικρολογεῖν μὲν αὐτὸ ᾤόμην, καὶ μὴ ἑαυτῷ προσήκοντα ποιεῖν μέλλοντα ὀλίγῳ

A ὕστερον συμπάντων εἶναι κύριον, ὀλίγων ἄρχειν δεῖσθαι πρὸ καιροῦ, προθύμως δὲ ὅμως παρεσχόμην δεῖν χαρίζεσθαι νομίζων τοῦ νέου τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ Διδυμότειχον προσετίθουν· εἰς φιλοτιμίαν ἀντίῤῥοπον οὖσαν πόλιν τῶν ἄλλων, ὧν αὐτὸς ᾐτεῖτο ὥσπερ δή που καὶ αὐτοὶ ἐπίστασθε σαφῶς. Γενομένῳ δὲ ἐν Βυζαντίῳ, πάντα τὰ δέοντα παρῄνουν, καὶ συνεβούλευον ἐξέχεσθαι ἐμοῦ παντὸς μᾶλλον φιλοῦντος, καὶ πολέμιον ἡγεῖσθαι φανερῶς ἐκεῖνον, ὃς ἂν ἐπιχειροίη πείθειν, ὡς κακὸς ἐγὼ περὶ αὐτὸν, τὴν ἐκ τῶν ἔργων ἔχοντι ἀπόδειξιν λόγου παντὸς ἰσχυροτέραν. Ἔπειτα ἐξέπεμπον χαίροντα χαίρων ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ βασιλίδα τὴν γυναῖκα συνέπεσθαι κελεύσας. Οὕτως οὐδὲν ὑπώπτευον δεινὸν περὶ αὐτοῦ. Εἰδὼς δὲ αὐτὸν οὐ καλὰς περὶ τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν ἔχοντα
B ἐννοίας, ἀλλ' οἰόμενον ἐφεδρεύειν αὐτῷ πρὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ τρόπῳ δή τινι μετάγειν ἐφ' ἑαυτὸν πειρᾶσθαι, ἀναγκαῖον μὲν ἐνόμιζον πρὸς Θρᾴκην καὶ αὐτὸς ἐλθὼν διαλύειν τὴν μικροψυχίαν, καὶ πείθειν ἀλλήλοις εὐνοεῖν· κατεχόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ πρὸς Λατίνους πολέμου τότε, καὶ Βυζαντίου μὴ δυνάμενος ἀφίστασθαι, ἔπεμπον τὴν βασιλίδα ὡς πάντα πράξουσαν, ὅσαπερ ἂν ἐγὼ, καὶ διαλλάξουσαν ἀλλήλοις τοὺς υἱούς. Τὸ δ' ἐναντίως ἀπέβαινεν, ἢ αὐτὸς ᾤμην. Οὐ μόνον γὰρ οὐδὲν ἔπραττε τῶν δεόντων ὁ νέος βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ βασιλίδα τὴν γυναικὸς μητέρα ἄπρακτον ἀποπέμψαι, πρὸς πόλεμον ἐχώρησεν εὐθὺς, καὶ ἄλλας τε πόλεις ὑπηγάγετο, ἃς αὐτὸς οὐ παρεσχόμην, καὶ τῷ γυναικὸς ἐπεστράτευσεν ἀδελφῷ, οὐδὲν ἠδικηκότι πρότερον, καὶ
C κατακλείσας πρὸς τὴν ἄκραν Ἀδριανοῦ τῆς πόλεως ἐπολιόρκει, οὐ Ῥωμαίους μόνον ἄγων, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους κατὰ συμμαχίαν. Ἐγὼ δ' ἐπεὶ μέλλειν οὐκ ἐνῆν, ᾗ τάχιστα εἶχον ἐν Ἀδριανοῦ γενόμενος, τὸν μὲν υἱὸν ἀπήλλαττον τοῦ κινδύνου, βασιλέα δὲ τὸν νέον οὐδὲν ἠνώχλουν πρότερον εἰς Διδυμότειχον ἀπηρκότα ἀλλὰ καὶ πρέσβεις πέμψας, ἐδεόμην καταθέσθαι τὸν πόλεμον. Ὁ δ' ὑπὸ τῶν ἀγόντων πεπεισμένος, καὶ τὴν ἐμὴν παραίνεσιν ἐν ὀλίγῳ θέμενος, οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον ἐπολέμει, καὶ ἄλλα τε ἔπραττεν ὅσα πολέμιον εἰκὸς, καὶ συμμαχίαν ἐκ Τριβαλῶν καὶ Μυσῶν μετεκαλεῖτο. Ἐπεὶ δ' ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκεῖνοι διεφθάρησαν, οὓς αὐτὸς μετεπεμψάμην ἐξ Ἀσίας, πρεσβείαν καὶ αὐτὸς πρὸς Σου-
D λιμὰν τὸν τῆς Περσικῆς ἡγούμενον ποιούμενος στρατιᾶς, ἐδόκει γὰρ αὐτῷ λυσιτελεῖν πείθειν ἐκεῖνον εἶναι μὴ πολέμιον αὐτῷ, ἔπεμπε καὶ γράμματα, ἐν οἷς ἐπιμνησθεὶς ἐμοῦ, οὐ βασιλέα προσηγόρευεν, ἀλλὰ Καντακουζηνὸν ἁπλῶς· ὃ μέγιστα ἐλύπησεν, ἀπόδειξιν ἐναργεστάτην οἠθέντα τοῦ μέχρι καὶ τοῦ δυνατοῦ, τὸν πόλεμον τὸν πρὸς ἐμὲ τηρεῖν ἀκατάλυπτον πεπεῖσθαι. Ἤδη δὲ τὰ τελευταῖα ταῦτα νῦν, ἐπεὶ μὴ μένειν πρὸς τὰς τῆς Θρᾴκης πόλεις ἠδυνήθη, οὐχ οἷός τε ὢν ἀντέχειν ἔτι πρὸς τὸν πόλεμον, πρὸς Τένεδον ἐπεραιώθη, καὶ συμπορισάμενος δύναμίν τινα ὀλίγην ναυτικὴν, ἐν τοῖς καιριωτάτοις ἐπεβούλευσεν· οὐ γὰρ ἴσον πόλεις, καὶ νήσους τὰς ὑπ' ἐμοὶ τελούσας ἴσως καταδουλοῦσθαι, καὶ αὐτῇ ἑστίᾳ ἐπελθεῖν. Τούτου δὲ ὄντος οὕτω δεινοῦ, ἕτερον

A illud quodam modo ad se transferre conari, ad medendum huic effeminato timori, et ad eos benevolentia mutua copulandos iter in Thraciam necessario mihi suscipiendum censui. Veruntamen Latino bello obstante, per quod Byzantio abesse non licebat, misi ad conjugem meam, quæ munus meum fungeretur, filiosque concordia inter se devinciret. Sed aliter cecidit, quam sperabam. Etenim Palæologus imperator, non modo officio suo prorsus defuit, sed etiam frustra dimissa imperator socru sua, mox ad arma venit; et cum alia oppida a me non data subegit, tum in fratrem uxoris, a quo nulla erat lacessitus injuria, cum Romanis Barbaros quoque duxit, eumque in arce Adrianopolitana conclusum obsedit. Ego, quoniam pro-
B crastinationi locus haud dabatur, quam citissime potui, Adrianopolim profectus, et filium periculo exemi: et Palæologo imperatori, qui paulo ante Didymotichum concesserat, molestiarum nihil creavi, quem per legatos uti bello temperaret, monui. Verum ille a sollicitatoribus suis inductus, spreta hortatione mea, haud secus ac prius bellum urgere perrexit, et cum alia, quæ solent hostes, perpetravit, tum auxilium ex Triballis advocavit. Quos postquam Barbari a me ex Asia accersiti contriverunt, ad sulimanum Persicarum copiarum ducem, cujus amicitiam sibi commodaturam credebat, legatos cum litteris misit, in quibus mei mentionem faciens, non imperatorem, sed tantummodo Cantacuzenum appellavit: id quod me momordit
C vehementer, interpretantem id signum manifestissimum, obdurasse, ut quoad posset, bellum contra me continuaret. Jam vero ad extremum nunc, quia in Thraciæ urbibus perseverare nequivit (amplius scilicet non valens resistere), Tenedum navigavit, conquisitaque manu navali exigua, caput rerum insidiose aggressus est.
855 Nec enim forsitan perinde est, urbes et insulas ditionis meæ subjugare, et ipsos imperii penates inopinato adoriri. Cum autem hoc ita grave sit, aliud longe gravius, et odiosius ausus est. Remigibus enim, et suæ præsertim triremis, conviciis in me debacchari impune permisit: quod neutiquam ausus fuisset, ut existimo, nisi fixum penitus apud
κότος, καὶ πολλὰ ἀναλωκότος χρήματα πρὸς τὴν μισθοφορὰν ὑμῶν, καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ἠδικηκότος, ἄδικα καὶ βίαια ποιοῦντες αὐτοὶ, ἀπεστερήσατε ὁμοφρονήσαντες, ὅτε κατέστην μάλιστα ἐν χρείᾳ, ἵν' εἴητε ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἄτιμοι καὶ ἄπιστοι, καὶ μηδεὶς ὑμῖν ἔτι προσέχῃ τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' ὑπὸ πάντων ἀπελαύνησθε. Τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς πρὸς τοὺς Λατίνους διελέχθη. Ἐκεῖνοι δὲ τὸ δόξαν ἀπιστίας ἑαυτοῖς προστρίβεσθαι μεγίστην ἡγησάμενοι ζημίαν, καὶ πολλὰ τῆς τόλμης ἕνεκα σφᾶς τε αὐτοὺς, καὶ τὸν ἄρχοντα καταμεμψάμενοι, αὐτίκα τοῦ πύργου ἐξελθόντες, βασιλέως ἐδέοντο συγγνώμην τοῦ τολμήματος παρέχειν, ὡς οὐ διὰ κακίαν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ νομίσασιν εἶναι μᾶλλον πεπραγμένων· παρεδίδουν τε τῷ βασιλεῖ τὸ φρούριον. Αὐτίκα δὲ μεταπεμψάμενος καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν, τῶν Λατίνων τὰς κλεῖς παρεσχημένων, αὐτὸς παρέσχετο τῷ νέῳ βασιλεῖ. Ὁ δὲ εἰσήγαγε φρουρὰν ἐκ τῶν ἰδίων, μετὰ μίαν ἡμέραν τοὺς Λατίνους ἐξελάσας· καὶ μετὰ μικρὸν κατέστρεψε πᾶσαν τὴν ἐπισκευὴν, παντάπασι τὸ φρουρεῖν καταλιπών. Βασιλεὺς μὲν οὖν ὁ Καντακουζηνὸς διέτριβεν ἐν βασιλείοις ἅμα βασιλίδι τῇ Εἰρήνῃ, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν, οὖσιν οὐκ ὀλίγοις· βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐν οἰκίᾳ τινὶ ἑτέρᾳ τῶν περιφανῶν Ἀετὸν προσαγορευομένῃ. Ὁ δῆμος δὲ ὁ Βυζαντίων, εἴτε καὶ ὑπό τινων ἐναγόμενος, εἴθ' ὥσπερ φιλεῖ τὸ πλῆθος, ὑπ' ἀσυνεσίας καὶ εὐλόγου φερόμενος ὁρμῆς, ἀτόπως ἦρα τῆς μεταβολῆς, καὶ ἐθορύβουν ἀτακτοῦντες, καὶ πάντα ἦσαν ἕτοιμοι τολμᾷν. Ἐλέγετο δὲ ὡς καὶ τῶν συνόντων ἐν βασιλείοις οἱ μάλιστα πρότερον δοκοῦντες εὔνως ἔχειν ἐπιβουλεύοιεν μεταβαλόντες· καὶ πρότερόν τε ἡνίκα βασιλεὺς ὁ νέος εἰσήλασε Βυζάντιον, τὸν βασιλέως ἵππον βεβουλεῦσθαι ἀποκτείνειν ἐπ' αὐτῆς τῆς μάχης· ᾤοντο γὰρ αὐτὸν αὐτίκα χωρήσειν ἐπὶ τὸν νέον βασιλέα· καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἐγεγένητο ἡ μάχη, ἀλλ' ἐχώρησαν ἐπὶ συμβάσεις, ἀγνοοῦντες ὅτι βούλοιτο μετὰ μικρὸν βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς ἀπολείπειν τὴν ἀρχὴν, πρὶν τὴν μεταπεμφθεῖσαν ἥκειν στρατιὰν, ἐπείγεσθαι ἀποκτείνειν βασιλέα. Ὤιοντο γὰρ, εἰ παραγένοιτο ἡ στρατιὰ, αὖθις ἀνθέξεσθαι βεβαίως τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγνωμοσύνης ἀμυνεῖσθαι. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς, οἷα δὴ ἐκ τῶν πραγμάτων μετὰ μικρὸν ἀναχωρεῖν βεβουλευμένος, ἐσκέψατο βασιλέα τὸν νέον ἐν βασιλείοις ἄγειν, καὶ παραδοὺς τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἀποχωρεῖν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα καὶ βασιλίδι τῇ Εἰρήνῃ συνεδόκει, γενόμενος ἐν ᾗ διέτριβεν ὁ νέος βασιλεὺς οἰκίᾳ, ἐκάλει ἐπὶ τὰ βασίλεια· ἄτοπον εἶναι λέγων μὴ αὐτῷ ἐν βασιλείοις συνδιατρίβειν, ἀλλ' ἔξω περιπλανᾶσθαι, ἀμείβοντα οἰκίαν ἐξ οἰκίας, ὥστε καὶ τοῖς ἄλλοις δοκεῖν αὐτοὺς ἀλλήλοις ἀπιστεῖν. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο ἄν τις φαίη, ὡς οὐκ ἐξαρκοῦσιν ἑκατέροις τὰ βασίλεια πρὸς οἴκησιν. Τὰ γὰρ ὄντα νῦν καὶ πρότερον οὐκ ὀλίγοις ἔτεσιν ἐξήρκουν. Ἐπείθετό τε καὶ ὁ νέος βασιλεὺς, καὶ συνέθετο ἥξειν μετ' ὀλίγον. Τότε δὲ ἐδεῖτο ἐν αὐτῇ τῇ οἰκίᾳ ἄριστον ἑλέσθαι. Μεταξὺ δὲ ἀλλήλοις τῶν βασιλέων συνεστιωμένων, θόρυβος ἠκούετο ἔξωθεν πολὺς, καὶ σύγχυσις δεινὴ καὶ ἀταξία. Ὁ γὰρ δῆμος περὶ τὴν οἰκίαν συνειλεγμένος ἐν ᾗ διέτριβεν ὁ βασιλεὺς, καὶ νομίσαντες ὡς κεχαρισμένα πράττοιεν τῷ νέῳ βασιλεῖ, ἐτράποντο ἐπὶ τοὺς δοκοῦντας εὔνους εἶναι βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ τῶν ἵππων ἀποβιβάζοντές τινας, οἷς

fidiæ opinionem parere, egressi de munitione, illum audaciæ suæ ut ignoscat, majorem in modum precantur : quæ fecerint, non pravitate aliqua fecisse, sed quia in ejus rem fore putaverint. Ita deditionem ei faciunt, subitoque genero accersito, Latinis claves offerentibus, eas illi porrigit : qui Latinis amandatis, altero die de suis præsidium ibi collocat; nec diu post, quod instauratum erat, evertit penitus, locumque deserit. Imperator igitur Cantacuzenus in palatio cum numeroso famulitio degebat : Palæologus autem in domo quadam insigni, quæ Aquila dicebatur. At populus Byzantius, sive a nonnullis sollicitatus, sive, ut multitudo solet, stultitia et cæca quadam audacia agitatus, ac novitatis absurde cupidus turbas ciebat, permiscebatque omnia, et ad omne facinus paratus erat. Et ferebatur, quosdam aulicos, qui nuper videbantur benevolentissimi, commutatis voluntatibus insidias moliri, et cum junior imperator Byzantium inveheretur, Cantacuzeni equum in ipsa pugna decrevisse confodere; opinabantur enim, mox in Palæologum invasurum, et postquam pugna amissa, pactum iniverunt, ignorantes Cantacuzenum brevi imperio abiturum, priusquam accersita venirent auxilia, eum festinato occidere voluisse. Credebant namque, si ea advenissent, eum pro certo rursus totum imperium sibi usurpaturum, illorumque in se facinus puniturum. At enim Cantacuzenus, ut non longo intervallo a rebus fluxis se abducturus, Palæologum in palatium introducere jussit, translatoque in illum imperio, secedere cogitavit. Quod cum et Irenæ conjugi placuisset, gradiens in ædes ubi diversabatur, ad palatium habitandum cum invitat : absurdum esse dicens, foris mutantem domicilia vagari, ut populus inter eos dissidium esse judicet. Non enim dici posse, palatium utrorumque habitationi non sufficere; nam ut nunc est, non paucis annis suffecisse. Annuit junior imperator, et brevi venturum se spopondit, oravitque ut in eadem domo ad epulas secum accumberet. Comprandentibus imperatoribus foris strepitus novus, tumultus, et confusio exsistit.
877 Nam plebs ad ædes conglobata, existimans se Palæologo gratum facere, in Cantacuzeni amicos, quos putabat, involabat : et quibusdam, in quos inciderat, de equis descendere jussis, ipsi eos abripientes ascendebant. Alios sine sessoribus reperientes, similiter auferebant. Imperatores tumultus causa intellecta, ministris quibusdam turbas sedandi, et equos repetendi negotium dant. Illi imperata exsequuntur, et equos ad unum receptos, dominis restituunt, ac plebem verbis, quin et multis verberibus castigatam abigunt.

περιετύγχανον, αὐτοὶ λαμβάνοντες, ἀπεχώρουν. Ἐνίους δὲ καὶ κενοὺς ἐπιβατῶν εὑρίσκοντες, διήρπαζον. Ἐπεὶ δὲ ᾔσθάνοντο οἱ βασιλεῖς τὴν αἰτίαν τοῦ θορύβου, πέμψαντες τῶν οἰκετῶν τινας, ἐκέλευον τούς τε ἵππους ἀνασώζειν, καὶ τὴν ἀταξίαν τοῦ δήμου καταστέλλειν. Οἱ δὲ ἐποίουν κατὰ τὰ κεκελευσμένα, καὶ τούς τε ἵππους, οὐδενὸς ἀπολωλότος, ἀπέδοσαν τοῖς κυρίοις, καὶ τὸν δῆμον ἀπήλαυνον πρὸς ὕβριν, οὐκ ὀλίγα καὶ πληγαῖς χρησάμενοι.

CAPUT XLII.

Socer genero propositum animi de monachismo sectando detegit, a quo ægre dimittitur. Mutat nomen, uxor quoque fit monacha. Imperator Palæologus traducitur, et defenditur. Cur se abdicarit Cantacuzenus; a quo petit Palæologus, uti se cum filio in concordiam restituat. Callistus sedem recipit. Palæologus in Matthæum irritatur. Nicephorus despota fidem fallit. Bera cum Cumutzenis recipitur. Fœdus inter imperatores. Impostura optimatium Joannis. Ex ejus administratorum inobedientia bellum recrudescit. Excusat se Matthæo, et Byzantium redit.

A Vesperi imperatores cum comitibus uterque suis palatio succedunt. Perendie senior juniori arcanum suum de voluntate a rebus his fugacibus secedendi, et in monachi habitu sibi soli, ac Deo vacandi pridem concepta enuntiat. Alias autem aliis causis obstantibus consilium hactenus exsequi non potuisse. Nunc quoniam optata venerit occasio, et ipse imperii hæres coram adsit, eam complectendam videri, eique reddita republica valedicendum, et abeundum. Inexspectatus hic Cantacuzeni sermo Palæologum imperatorem percussit admodum, allatisque in medium compluribus argumentis, ad persuadendum appositis, ut habitum imperatorium retineret, adducere illum nitebatur. Quem ut a proposita ratione avelli non posse B animadvertit, quamvis nolens, et magnopere mœstus, obsequi desiderio suo permisit. Quare postridie ornamentis imperatoriis in ipso palatio depositis, veste monastica se operuit, ac pro Joanne Joasaph ex illo vocari cœptus est. Eadem hora et Irene imperatrix ipsa quoque imperio valere jusso, monachæ habitum induit, et pro Irene Eugeniam se nominavit. **878** Post hæc in Manganense Cantacuzenus, quod antea statuerat, Eugenia, in Marthæ monasterium Cantacuzeno ex materna hæreditate debitum, se inclusit. Tum ex aulicis ejus amicissimi, ac familiarissimi tam subita mutatione conspecta, quomodo nimirum imperio abdicato ad genus vitæ minime negotiosum, et quietis, ac tranquillitatis plenum se applicasset, omni spe felici- C tatis deperdita, et non habentes, cur se de juniore imperatore ulciscerentur, ad convitia conversi, rumores de illo sparserunt, atque ut perjurum, inconstantem, ventisque mutabiliorem traduxerunt, qui et socerum imperatorem, licet reluctantem, subire monachismum coegerit. Et his quidem rumoribus plerique aures dabant, cum essent mera mendacia, calumniæ, neque sincerum ac sanum quidquam continerent. Etenim Cantacuzenus volens, ac sponte cessit imperio; quod quidem si retinere voluisset, nullus id ei extorsisset, et Palæologus post juramentum nulla in re ejus animum offendit, verum omni studio omne illi officium præstare contendit; adeo ut nemo ne exterorum quidem ignoraret, nihil illum ad socerum contristandum neque fecisse, neque meditatum esse Igitur Cantacuzenus imperator, cum, ut

Πρὸς ἑσπέραν δὲ οἱ βασιλεῖς μετὰ τῶν περὶ αὐτοὺς ἁπάντων ᾔεσαν εἰς τὰ βασίλεια. Μετὰ μίαν δὲ ἡμέραν τὸ ἀπόῤῥητον ὁ βασιλεὺς ἐξεκάλυπτε τῷ νέῳ βασιλεῖ, ὡς εἴη μὲν καὶ πρότερον βεβουλευμένος ἀναχωρεῖν ἐκ τῶν πραγμάτων, καὶ ἑαυτῷ μόνῳ, καὶ Θεῷ προσαδολεσχεῖν ὑποδὺς τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν· ἄλλοτε δὲ ἄλλων κωλυόντων, καὶ οὐκ ἐώντων εἰς ἔργον ἄγειν τὰ βεβουλευμένα, κατατετριφέναι μέχρι νῦν τὸν χρόνον. Νυνὶ δὲ καλῶς παρασχομένων τῶν πραγμάτων, καὶ αὐτοῦ παρόντος, ὃς ἔσται κληρονόμος τῆς ἀρχῆς, μάλιστα οἴεσθαι κατὰ καιρὸν εἶναι ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν, καὶ ταύτην μὲν αὐτῷ παραδιδόναι, αὐτὸν δὲ συνταξάμενον ἀναχωρεῖν. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐδυσχέραινε μὲν οὐ μετρίως εὐθὺς τοιαῦτα παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀκηκοὼς, καὶ προσδοκίαν παρὰ βασιλέως, καὶ ἐπεχείρει πείθειν μένειν αὖθις ἐπὶ σχήματος, αἰτίας οὐκ ὀλίγας προβαλλόμενός τινας, αἳ μάλιστα ἐδόκουν πείθειν εἶναι δυναταί· ὡς δ' ἀδυνάτως ἔχοντα ἑώρα μεταπείθεσθαι, ἄκων μὲν καὶ ἀνιώμενος πολλὰ, ὅμως συνεχώρει πράττειν ὅ τι ἂν δοκῇ. Καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐν αὐτοῖς βασιλείοις τὰ βασιλικὰ ἀποθέμενος παράσημα, σχῆμα ὑπέδυ μοναχῶν, Ἰωάσαφ ἀντὶ Ἰωάννου μετακληθείς. Τῆς αὐτῆς δὲ ὥρας καὶ ἡ βασιλὶς Εἰρήνη τὴν βασιλείαν καὶ αὐτὴ ἀπειπαμένη, τὸ μοναχῶν ὑπέδυ σχῆμα, Εὐγενία μετακληθεῖσα. Μετὰ τοῦτο δὲ βασιλεὺς μὲν ὁ Καντακουζηνὸς εἰς τὴν Μαγκάνων ἀπεχώρει μονὴν, ὥσπερ παρεσκεύαστο καὶ πρότερον· Εὐγενία δὲ ἡ βασιλὶς εἰς τὴν τῆς Μάρθης τῆς βασιλέως ἀδελφῆς προσαγορευομένην, ἐκ πατρῴου κλήρου διαφέρουσαν Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ. Τῶν δὲ περὶ αὐτὸν μάλιστα οἱ εὔνως, καὶ οἰκείως ἔχοντες, ἀθρόον ἰδόντες μεταβαλόντα, καὶ τήν τε βασιλείαν ἀποθέμενον, καὶ ἀποχωρήσαντα πρὸς τὸν ἀπράγμονα, καὶ μεστὸν γαλήνης βίον, πᾶσαν εὐπραγίας ἐλπίδα περιαιρεθέντες, καὶ οὐκ ἔχοντες πρὸς ὅ τι ἀμυνοῦνται τὸν νέον βασιλέα, ἐτράποντο πρὸς τὸ λοιδορεῖσθαι· καὶ ἄλλας τε φήμας διέδοσαν κατ' αὐτοῦ, ἐπιορκίαν ἐγκαλοῦντες, καὶ ἀστασίαν ἤθους, καὶ πρὸς μεταβολὴν εὐχέρειαν πολλὴν, καὶ ὡς βασιλέα καταναγκάσειε τὸν κηδεστὴν ἄκοντα τὸ μοναχῶν ὑποδῦναι σχῆμα. Καὶ ταῖς τοιαύταις φήμαις οὐ τοὺς πολλοὺς, καὶ ἀγοραίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν συνετωτέρων ἔπεισαν πολλοὺς προσέχειν. Πάντα δὲ ἦσαν ψεύδη καὶ συκοφαντίαι, καὶ οὐδὲν ὑγιές. Καντακουζηνός τε γὰρ ὁ βασιλεὺς ἑκὼν

ἐξέστη τῆς ἀρχῆς μάλιστα δυνάμενος, εἴπερ ἠβούλετο, κατέχειν· καὶ ὁ νέος βασιλεὺς οὐδὲν αὐτῷ προσέκρουσε μετὰ τοὺς ὅρκους, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπεδείξατο σπουδὴν τῶν εἰς αὐτὸν ἡκόντων μηδὲν παραλιπεῖν, ὥστε μηδ' ὑπὸ τῶν ἔξωθεν ἀγνοεῖσθαι μηδενὸς, ὡς οὐδὲν τῶν πρὸς ἀνίαν βασιλεῖ τῷ κηδεστῇ οὔτε βουλεύεται, οὔτε πράττει. Βασιλεὺς μὲν οὖν ὁ Καντακουζηνὸς, ὥσπερ ἡμῖν ἱστόρηται, οὕτως εἰς τὸ βασιλεύειν ἄκων ἐμπεσὼν, καὶ πολεμηθεὶς ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων κραταιῶς, πολλοῖς τε κινδύνοις καὶ συμφοραῖς ποικίλαις προσομιλήσας, καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον πάσῃ μηχανῇ χρησάμενος, καὶ πρὸς πάντα μετὰ τοῦ προσήκοντος αὐτῷ φρονήματος ἀντικαταστὰς, καὶ τελευταῖον πάντων περιγενόμενος τῶν ἀντικαταστάντων, ἐπεὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν τῶν συνόντων τοῖς ὁμοίοις αὖθις περιπεπτώκει, καὶ πρὸς τὸν πρὸς τοὺς ὁμοφύλους πόλεμον ἠναγκάσθη ἐκπεσεῖν, καιροῦ παρασχόντος τὴν ἀρχὴν ἀπείπατο, ὥσπερ ἀπαγορεύσας τὸ μὴ ἄν ποτε δυνήσεσθαι Ῥωμαίοις ὀρθὰ φρονήσειν, καὶ λυσιτελοῦντα ἑαυτοῖς. Χρόνον δέ τινα τῇ τῶν Μαγκάνων μονῇ ἐνδιατρίψας, ἔπειτα ἐσκέψατο εἰς Ἄθω τὸ ἱερὸν ὄρος ἐν τῇ Βατοπεδίου μονῇ γενέσθαι, καὶ τὸν ἐπίλοιπον βίον διανύειν· ἐκώλυσε δὲ βασιλεὺς ὁ νέος, δεηθεὶς ἔτι μικρὸν προσδιατρίψαι Βυζαντίῳ ἄχρις ἂν αὐτῷ Ματθαῖον διαλλάξῃ βασιλέα τὸν υἱόν. Τοῦ χειμῶνος γὰρ ἐκείνου μετὰ τὴν Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἀναχώρησιν ἐκ τῆς ἀρχῆς οὐδὲν οἱ νέοι βασιλεῖς πρὸς ἀλλήλους ἐπεδείξαντο πολέμου ἔργον, ἀλλ' ἐν ἰδίοις ὅροις ἕκαστος διετέλουν τῆς ἀρχῆς, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ πατρὸς μεμέριστο τὸ πρότερον. Οὐ μὴν οὐδ' οὕτως εἶχον ὥστε ἀλλήλοις εὐνοεῖν· ἀλλ' ἐν ὑποψίαις ἦσαν ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν πρότερον εἰργασμένων, ὡς, εἰ μή τις διαλλάξειεν αὐτοὺς, πολεμησείοντες. Οὗ δὴ ἕνεκα καὶ βασιλεὺς ὁ νέος Ἰωάννης διενοεῖτο συμβάσεις θέσθαι πρὸς αὐτὸν περὶ εἰρήνης, καὶ βασιλέως ἐδεήθη τοῦ κηδεστοῦ, μὴ πρὶν ἀπαίρειν πρὸς τὸν Ἄθω πρὶν αὐτοὺς καταλλαγῆναι· ἐπείθετό τε καὶ αὐτὸς δικαίαν εἶναι τὴν ἀξίωσιν νομίσας καὶ προσήκουσαν αὐτῷ. Τοῦ δὲ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ πατριάρχης ὁ Κάλλιστος ἐκ Τενέδου ἀφιγμένος, τῆς ἐκκλησιαστικῆς αὖθις ἐπελάβετο ἀρχῆς, οὐδενὸς τολμῶντος ἀντειπεῖν· οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὸς ἐδεήθη τῆς τῶν ἀρχιερέων ψήφου εἰ δέον αὐτὸν εἰσάγεσθαι ἐκβεβλημένον· ἀλλ' ἠδικῆσθαι τὰ ἔσχατα οἰόμενος οὐ παρὰ βασιλέως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπισκόπων, ἐπεκύρωσεν αὐτὸς αὑτῷ τὴν ψῆφον, καὶ τοὺς ἠδικηκότας ἐπεχείρει μᾶλλον τῆς ἀγνωμοσύνης δίκας ἀπαιτεῖν. Ἐκώλυσε δὲ βασιλεὺς ὁ νέος, τῶν κατὰ στάσιν, καὶ φιλονεικίαν γινομένων πάντων προσήκειν φάμενος ὑπερφρονεῖν. Λήγοντος δὲ ἤδη τοῦ χειμῶνος ὑπὸ τῶν συνόντων πρὸς Ματθαῖον ἐξεπολεμώθη τὸν βασιλέα, τὰ μὲν ἐκείνου κατηγορούντων ὡς ἀδίκως ἔχοντος τὴν βασιλείαν, καὶ μέρος οὐκ ἔλαττον τῆς ἀρχῆς παρῃρημένου, τὰ δ' αὐτὸν ἐπὶ τὸν πρὸς ἐκεῖνον ἐξορμῶντες πόλεμον, ὡς ῥᾷστα καταλύειν αὐτὸν ἐξὸν, καὶ μὴ ἐᾶν αὐξάνεσθαι ἀνταγωνιστὴν ἐσόμενον ἀεὶ περὶ τῶν ὅλων. Οἷς πειθό-

A expositum est, invitus imperium capessivisset, suorumque civium armis potenter exagitatus, varios casus, et infortunia subiisset, et iis nihilo minus omnibus nervis, spiritu, quo decebat, et animo inexpugnabili semper restitisset, adversariis omnibus triumphatis, postquam suorum improbitate similibus casibus de integro objectus, et cum homophylis bellum iterare coactus est, opportunitate usus, et velut sanitate Romanorum in desperatis posita, qui nunquam sapere, et sibimet utiliter consulere possent, imperio se abdicavit. Cum aliquandiu in Manganensi cœnobio vixisset, postea apud Atho sacrum montem in Batopedii monasterio se condere, et reliquum ibi ævum exigere decrevit: quod tamen Palæologus impedivit, B rogans, paulum adhuc, quoad ei filium Matthæum conciliasset, Byzantii moraretur. Illa enim hieme post abdicationem Cantacuzeni, juniores imperatores bello inter se prorsus abstinuerant, et intra suos uterque fines, ut a patre descripti fuerant, se continuerat. Veruntamen nondum mutuo bene cupiebant: **879** et suspicio erat, nisi quis in concordiam eos restituisset, propter acta Adrianopoli armis concursuros. Quocirca Palæologus fœdus cum illo sancire optabat, et socerum precabatur, ne prius ad Atho discederet, quam eos inter se amicitiæ vinculo colligasset. Cui petitioni ut justæ, et a sua persona haud alienæ morem gessit. Eadem hieme et patriarcha Callistus Tenedo C reversus, ecclesiasticam potestatem recepit, cum contradicere nemo auderet; quin nec ipse episcoporum de restitutione sua suffragium expetebat. Sed indignissime non a Cantacuzeno solum, verum etiam ab episcopis violatum se arbitratus, suo sibi suffragio reditionem confirmans, injuriæ auctores ad pœnam deposcebat. Intercessit tamen Palæologus imperator præteritas contentiones, et qui tum fuit rerum statum pro nihilo habendum autumans. Hieme præcipiti a domesticis ad Matthæum persequendum irritatur: partim quod injuste consors esset imperii, de quo partem non minorem abstulisset; partim quod ejus perpetui in summa republica adversarii incrementa prohibere, ipsumque penitus debilitare expeditissimum esset. D Quibus rationibus cedens triremes instruxit, ac primo vere in illum Gratianopoli cum tota familia degentem, et insuper oppida Chalcidicees omnia, præterea Adrianopolim, cum vicinis oppidulis (quibus Cantacuzenum patruum sebastocratorem præposuerat) obtinentem profectus est, Nicephorus despota gener, soceri beneficio Ænum possidens, cum Matthæo imperatore uxoris suæ germano se conjunxit, eique præsidium adversus quemlibet hostem prompto animo promisit. Verum Joanne imperatore Ænum navibus appulso, Matthæo relicto, ad eum repente defecit, urbemque dedidit. Inde imperator manum mittens, Beram quoque recepit, oppidum munitissimum, propter Hebrum ædificatum, quod aliquando monasterium virorum fuit: tunc ob crebra bella, et

Barbarorum irruptiones a quibusdam agricolis habitatum, oppidum parvum evaserat : hoc, inquam, præsidio tradente, ad fidem suam adduxit. Ex Æno porro Nicephorum militiæ socium habens, per continentem Peritheorium movit, cumque ejus præfecto occulte per internuntium de urbe dedenda collocutus, promissorum magnitudine eo impulit. **880** Matthæus imperator timens, ne quid fraudis, et nequitiæ circa urbem committeretur, quamvis armis sciebat esse inexpugnabilem, illi custodiendæ agmen militare, quantum satis esset, mittit. Præfectus militibus comprehensis, arma eorum, et equos sibi retinuit, imperatori Palæologo urbem cum ipsis tradidit. Ea occupata, aliunde collectis equitibus, Cumutzena oppidulum continentis adortus est : quem libenter cives admittentes, nihil solliciti, ei se permiserunt. Inde quoniam Gratianopolis, ubi se tenebat Matthæus, non admodum procul distabat, per legatos eum ad fœdus invitat, cui etiam ipsi pax non displicebat. Admovet urbi exercitum ; Matthæus exit foras, de bello colloquuntur, ambobus eo desistendum videtur, his conditionibus, ut sit uterque imperator, quando ambo communibus Romanorum suffragiis electi sint, et ab Ecclesia Byzantina coronati. Quia vero urbes Romanæ reliquæ pauciores, et imperium minus sit quam ut ambos imperatores sustineat, Matthæus Thraciæ oppidis, quæ habet, cedat, in Peloponnesum migret, ubi Romanorum urbibus imperitet . sic tamen ut Palæologus Manueli despotæ auctor fiat in fratrem transferendæ provinciæ, illique pro ea Lemnum insulam, quoad vixerit, cum ratione reddunda administrandam credat, de publicis Byzantii vectigalibus topicam nominatam (42), paulo plus dena aureorum millia in annum ferentem attribuat. Donec autem despota Peloponneso decedat, Matthæus Palæologi concessu Lemnum transmittat, ibique consideat, et nihilo minus præsidia in urbibus habeat. Ubi in Lemnum e Peloponneso despota frater venerit, Thracias urbes Joanni imperatori et fratri insulam tradat, ipse in Peloponnesum naviget. His conditionibus fœdus composuerunt, visumque bellum conquievisse : et salute alternis dicta, Matthæus Gratianopolim regreditur. Joannes Peritheorium veniens, cum Matthæus mitteret, qui Lemni possessionem suo nomine adirent, et insulam custodirent, una et Palæologus misit, qui addicerent; mansitque in urbe, quoad illis reversis, Matthæus in Lemnum trajecisset. Dum **881** hæc aguntur, ex domesticis Palæologi quidam clanculum monitores ad Matthæum submittunt, ne pactis valde confidat, sed sibi etiam atque etiam caveat : ne parum provide

A μενος, τριήρεις ἐφοπλίσας, ἐστράτευσεν ἐπ' ἐκεῖνον ἅμα ἦρι, πρὸς τῇ Γρατιανοῦ πανοικεσίᾳ διατρίβοντα, ἔχοντα δὲ καὶ τὰς ἄλλας τῆς Χαλκιδικῆς ἁπάσας πόλεις· πρὸς ἐκείναις δὲ καὶ τὴν Ἀδριανοῦ, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν πολίχνας, αἷς ἐπέστησεν ἄρχοντα σεβαστοκράτορα τὸν Κανταχουζηνὸν, θεῖον ὄντα πρὸς πατρός. Δεσπότης δὲ Νικηφόρος ὁ γαμβρὸς τὴν Αἶνον εἶχε, βασιλέως τοῦ κηδεστοῦ προεσχημένου. Ἐδόκει τε Ματθαίῳ βασιλεῖ τῷ γυναικὸς ἀδελφῷ προσκεῖσθαι· καὶ ἐπηγγέλλετο προθύμως ὑπὲρ αὐτοῦ μαχεῖσθαι παντὶ τῷ ἐπιόντι. Τότε δὲ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ νέου ταῖς ναυσὶ κατάραντος ἐκεῖ, αὐτός τε προσεχώρησεν ἀθρόον, τοῦ Ματθαίου βασιλέως ἀποστὰς, καὶ τὴν πόλιν παρεδίδου. Ἐκεῖθεν δὲ βασιλεὺς ὁ νέος πέμψας, καὶ Βῆραν προσ-
B ηγάγετο φρούριόν τι καρτερώτατον παρὰ τὸν Ἕβρον κατῳκισμένον, ὃ πρότερον μὲν φροντιστήριον ἀνδρῶν μοναζόντων ἦν, τότε δὲ ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων, καὶ τῶν ἐφόδων τῶν βαρβαρικῶν, ἀγροτῶν τινων κατῳκισμένον, πόλισμα ἤδη ἦν, ὃ προσηγάγετο ὁ νέος βασιλεὺς παραδόντων τῶν φρουρῶν. Ἐκ τῆς Αἴνου δὲ καὶ Νικηφόρον τὸν δεσπότην ἔχων συστρατευόμενον ἐκ τῆς ἠπείρου, προσέσχε Περιθεωρίῳ, καὶ πέμψας κρύφα, περὶ παραδόσεως διελέγετο τῷ ἄρχοντι τῆς πόλεως· καὶ ἔπεισεν ἐπαγγειλάμενος μεγάλα. Ματθαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς δείσας μή τι κακουργηθῇ περὶ τὴν πόλιν, ᾔδει γὰρ ἀνάλωτον τειχομαχίᾳ ἐσομένην, στρατιώτας ἔπεμψε φρουρεῖν ὅσους ᾤετο ἀρκέσειν· οὓς ὁ τῆς πόλεως
C ἄρχων συλλαβὼν, ὅπλα μὲν αὐτὸς καὶ ἵππους εἶχε· βασιλεῖ δὲ τῷ νέῳ τήν τε πόλιν παρεδίδου καὶ τοὺς στρατιώτας. Ἐπεὶ δὲ εἴχετο ἡ πόλις, ἄλλων ἄλλοθεν ἱππέων συνειλεγμένων, ἐπεστράτευσε Κουμουτζηνοῖς ἠπειρώτιδι πολίχνῃ· καὶ ὑπεδέξαντο προθύμως οἱ τὴν πόλιν κατοικοῦντες, ἀπολυπραγμόνως προσχωρήσαντες. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπεὶ οὐ πάνυ πόῤῥω ἡ Γρατιανοῦ κατῴκιστο, ᾗ Ματθαῖος διέτριβεν ὁ βασιλεὺς, πρεσβείαν πρὸς ἐκεῖνον πέμψας, ἐπὶ συμβάσεις προὐκαλεῖτο. Ἐδόκει δὴ κἀκείνῳ αἱρετέα μᾶλλον εἶναι ἡ εἰρήνη, καὶ γενομένῳ ἐν Γρατιανοῦ μεθ' ἧς εἶχε στρατιᾶς, συνεγένετο τῷ νέῳ βασιλεῖ τῆς πόλεως ἐξελθών· ἀλλήλοις τε διαλεχθέντες περὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον, ἐπεὶ ἐδόκει ἀμφοτέροις καταλύειν, συνέβησαν ἐπὶ τούτοις, ὥστε
D ἀμφοτέρους βασιλέας εἶναι κοινῇ ὑπὸ Ῥωμαίων ἑκατέρου ᾑρημένου, καὶ στεφθέντος ὑπὸ τῆς κατὰ Βυζάντιον Ἐκκλησίας. Τῶν ὑπολελειμμένων δὲ Ῥωμαίοις πόλεων, καὶ τῆς χώρας οὔσης ἐλάττονος ἢ ὥστε ἀμφοτέρους βασιλέας ἔχειν, τῶν μὲν κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεων ὧν ἔχει Ματθαῖον ἀφίστασθαι τὸν βασιλέα· χωρεῖν δὲ ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, καὶ τῶν ὑπηκόων Ῥωμαίοις ἐκεῖσε πόλεων βασιλεύειν· Μανουὴλ δεσπότην τὸν ἀδελφὸν πείσαντος πρότερον

Jacobi Pontani notæ.

(42) Probabiliter putat Gretserus noster sic dictum hoc genus vectigalis παρὰ τὸ τοπεῖον seu τοπίον seu τοπήϊον, quod est funis, rudens, et ut ait Hesychius, ὅπλα νεὼς, σχοινία, κάλοι, ex quorum venditione, ut in civitate maritima, vectigal captum esse, a verisimilitudine non abhorret. Nisi forte a topio, seu topiario opere sic dictum, ita, ut qui vel topiarium factitarent, vel topiaria opera sibi confici curarent, vectigal illud τοπικὴν penderent.

τοῦ νέου βασιλέως Ἰωάννου τῆς ἀρχῆς ἐξίστασθαι τῷ ἀδελφῷ, παρέχειν δὲ ἀντ' ἐκείνης τῷ δεσπότῃ Λῆμνον τὴν νῆσον, ὥστε ἀνυπεύθυνον ἔχειν παρὰ πάντα τὸν βίον τὴν ἀρχὴν αὐτῆς, καὶ ἐκ τῶν ἐν Βυζαντίῳ δημοσίων φόρων τὴν τοπικὴν ὠνομασμένην, μυρίων χρυσῶν ὀλίγῳ πλείους ἐτησίως φέρουσαν. Τὸν χρόνον δὲ ἄχρις οὗ δεσπότης ἀποστῇ Πελοποννήσου, τὴν Λῆμνον ἔχειν τὸν Ματθαῖον βασιλέα, βασιλέως Ἰωάννου παραδόντος, καὶ περαιωθέντα, διατρίβειν ἐν τῇ νήσῳ, κατέχειν μέντοι φρουραῖς καὶ τὰς κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεις. Ἐπεὶ ἂν δὲ εἰς Λῆμνον ἐκ Πελοποννήσου ὁ δεσπότης γένηται, τὰς μὲν κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεις βασιλεῖ τῷ νέῳ Ἰωάννῃ παραδιδόναι, καὶ δεσπότῃ τἀδελφῷ τὴν νῆσον· αὐτὸν δὲ εἰς Πελοπόννησον ἀπαίρειν. Τοιαύτας μὲν συνθήκας πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο, καὶ ἔδοξεν ὁ πόλεμος καταλελύσθαι· συνταξάμενοι δὲ ἀλλήλοις, ὁ μὲν ἀνέστρεφεν εἰς τὴν Γρατιανοῦ, Ἰωάννης δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Περιθεώριον ἐλθὼν, ἐπεὶ Ματθαῖος ὁ βασιλεὺς ἔπεμπε τοὺς παραληψομένους, καὶ φρουρήσοντας τὴν Λῆμνον, συνεξέπεμπε καὶ αὐτὸς τοὺς παραδώσοντας, περιέμενέ τε πρὸς τῇ πόλει, ἄχρις οὗ τῶν εἰς τὴν Λῆμνον ἀφιγμένων ἐπανηκόντων, καὶ βασιλεὺς ὁ Ματθαῖος εἰς τὴν νῆσον ταῖς τριήρεσι περαιωθῇ. Ἐν τούτοις δὲ τοῦ χρόνου τριβομένου, ἐκ τῶν Παλαιολόγῳ βασιλεῖ συνόντων κρύφα πέμψαντές τινες πρὸς τὸν Ματθαῖον βασιλέα, μὴ πάνυ θαῤῥεῖν παρῄνουν τοῖς συντεθειμένοις, ἀλλὰ πρόνοιαν αὐτοῦ πολλὴν ποιεῖσθαι, καὶ μὴ ἀπερισκέπτως ἑαυτὸν ἐπὶ τοῖς πολεμίοις καθιστᾶν. Τοὺς γὰρ ὑπὸ βασιλέως ᾑρημένους πρὸς τὴν αὐτοῦ περαίωσιν ναυάρχους αἰνίττεσθαί τινα ἐπιβουλὴν πρὸς οὓς μάλιστα θαῤῥοῦσι τὰ τοιαῦτα. Λέγουσι γὰρ ὡς ἀνθρωπίνων τοὺς ἰχθῦς ἐμπλήσουσι σαρκῶν. Ἃ μάλιστα αὐτὸν προσῆκον ἐρευνᾷν, μὴ εἰς ἀνηκέστους ἐκπέσῃ συμφορὰς ἀπατηθείς. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς Λήμνου κεναῖς, ὅ φασι, χερσὶν ἐπανῆκον πρὸς αὐτόν. Οἱ γὰρ ὑπὸ βασιλέως τοῦ Παλαιολόγου τὰς πόλεις πεμφθέντες παραδιδόναι, πρότερον τὰς οὔσας ἐξελαύνοντες φρουρὰς, οὐδὲν ἐποίουν τῶν κεκελευσμένων· ἀλλὰ πρὸς τοῖς οὖσι πρότερον καὶ αὐτοὺς ἐκέλευον ὀλίγους τινὰς εἰσάγειν, ὥστε μηδὲν ἧττον ἢ πρότερον κατέχεσθαι τὰς πόλεις ὑπ' ἐκείνων πολλαπλασιόνων ὄντων, ἢ ὧν ἐκέλευον αὐτοὺς εἰσάγειν. Ἃ τοῖς ἐκ Ματθαίου βασιλέως οὐκ ἐδόκει ἀνεκτά· ἀλλὰ παντάπασι τὰς ἐγκαθιδρυμένας ἐκέλευον φρουρὰς ἐκβάλλειν. Ὡς δ' οὐχ ὑπήκουον ἐκεῖνοι, ἀνεχώρουν ἄπρακτοι. Ἐκ δὲ τῶν κατὰ τὴν νῆσον εἰργασμένων, καὶ ὧν ἐμήνυον οἱ φίλοι, φενακίζεσθαι πεισθεὶς, ἐπεὶ καὶ Περσικὴ κατὰ συμμαχίαν ἧκε πρὸς ἐκεῖνον στρατιὰ, καὶ ἡ ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ, καὶ τῶν περὶ ἐκείνην πολιχνίων, ἐπῆλθε Κουμουτζηνοῖς, καὶ ἄχρι Περιθεωρίου ἦλθεν, ἡγούμενος μὴ παραβεβηκέναι τὰς σπονδὰς αὐτὸς, ἀλλὰ μᾶλλον ἠδικῆσθαι, οὔτε τῆς νήσου ἀποδιδομένης κατὰ τὰς συνθήκας, καὶ μεγάλης ἐπιβουλῆς ὥστε ἀποκτείνειν συσκευαζομένης. Βασιλεύς τε ὁ Παλαιολόγος ὁμοίως διετείνετο ἠδικῆσθαι, καὶ παρεσπονδῆσθαι τοῦ πολέμου κεκινημένου πρὸς αὐτὸν, οὐδεμίαν πρόφασιν παρεσχημένον. Οὐ γὰρ αὐτῷ λογίζεσθαι προσῆκον, εἴ τι τινὲς ἠγνωμονήκασιν, αὐτοῦ μὴ συνειδότος· ἀλλ' ἐχρῆν ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις ἐπανορθοῦσθαι τὰ ἡμαρτημένα. Ὅμως αὖθις ὁ πόλεμος ἀνήπτετο σφοδρὸς, καὶ Κουμουτζηνὰ ταῖς συχναῖς ἐφόδοις πιεσθέντα, προσεχώρουν αὖθις Ματθαίῳ τῷ βασιλεῖ. Παλαιολόγος δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐπεὶ τὴν διατριβὴν ἑώρα πρὸς οὐδὲν λυσιτελοῦσαν, Ἀσάνην δεσπότην τὸν Ἰωάννην Περιθεωρίου καταστήσας ἄρχοντα, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἀπῆρεν.

A hostibus suis se misceat. Quos enim imperator navarchos ad eum trajiciendum delegisset, insidias quasdam sub verborum involucro iis quibus maxime fidant, aperire: propter quas eum admonere nihil dubitent. Dicere enim, se pisces humanis carnibus saturaturos. Quæ quid sibi velint, ipsum decere et oportere scrutari, ne circumventus in atrocissimam calamitatem incidat. Interim Matthæiani e Lemno vacuis, quod aiunt, manibus revertuntur. Qui enim a Palæologo ad urbes tradendas, ejectis præsidiis, quæ tum erant, missi fuerant, nihil mandatorum peragebant: sed præter illa volebant Matthæi paucos quosdam præsidiarios induci, ut nihilo minus quam antea urbes tenerentur ab illis longe pluribus, quam a vicariis Matthæi B induci voluissent. Quibus cum intoleranda res videretur, censerentque omnia prorsus, quæ invenissent præsidia dimittenda, re infecta, ut diximus, reverterunt. Matthæus vero cum ex iis quæ acta fuerant in insula, tum ex iis quæ amici significaverant, se deludi arbitratus, quoniam et Persica ad eum adjuvandum manus veniebat, et alia ex Adrianopoli, vicinisque oppidis, in Cumutzenates infestus ibat. Jamque Peritheorium attigerat, non se fœdus transgredi, sed a fœdifragis potius lædi existimans: quando neque insula secundum pacta conventa addiceretur, et magnæ ad se interficiendum insidiæ struerentur. Imperator Palæologus æque pertendebat affirmare se lædi, et ab illo fœdus violari, qui bellum non provocatus C instauraret. Non enim sibi ascribendum, si quidam se ignorante in illum injustos se præbuissent. Sed fœdus conservandum, et delicta corrigenda. Nihilo minus bellum grave denuo inflammatum est, et Cumutzenates crebris vexati incursionibus, ad Matthæi se auctoritatem retulerunt. Palæologus ut suam Peritheorii moram inutilem vidit, Joanne Asane præfecto instituto, Byzantium rediit.

882 CAPUT XLIII.

Mors Cralis. Simon ejus frater provinciam vindicat contra filium. Helena uxor defuncti dominatur. Factiones nobilitatis. Nicephorus dux Thessaliam citra vim obtinet. Famulus classiarios ad despotam deserendum incitat. Ejusdem Æni insolentia et tyrannis. Arcem frustra oppugnat. Regina Byzantium

discedit : ad maritum proficiscitur. Consilium domesticorum de uxore illi superinducenda. Fugit ad fratrem in Peloponnesum securitatis causa. Inde a marito revocatur, qui in pugna ab Albanis occiditur. Uxor Byzantium veniens cum matre monacham agit.

Sub idem tempus Crales Triballorum princeps obiit (43), et exorta est inter Triballos non levis seditio. Nam et Simon Cralis frater, tum Acarnaniæ dominus, totam Triballorum provinciam ut ad se pertinentem affectabat, cui ex Triballica nobilitate multi dabant operam, et Ouresis Cralis filius, propter paternum principatum adversus patruum in armis erat. Helena vero ejus mater æque diffidens filio, et Simoni leviro, compluribus ad se urbibus traductis, nec contemnendis septa viribus per se regnabat, neutrum bello lacessens, nec adjuvans. Porro potentissimi apud ipsos nobilium unusquisque infirmioribus subactis oppidis, alii quidem Grali, non ut domino obediebant, sed ut socio, et amico auxilia submittebant : alii contra, Simoni ejus patruo opitulabantur; alii neutrarum partium, quod habebant, conservabant, eventumque præstolabantur, prævalentiorem secuturi, et omnino in mille factiones distracti, seditionibus agitabantur. Romani a Triballis tamdiu, tamque multis et magnis affecti detrimentis, tempus nacti opportunum ablata recuperandi, et facinorum pœnas a Barbaris expetendi, propter civile bellum et seditiones quibus conflictabantur, id ipsum tempus sine fructu conterebant. Cæterum Nicephorus despota dux, Triballos discordiis intestinis laborare intelligens, facillimeque provinciam paternam se recuperaturum sperans, cum præsertim et Prealimpus, qui Thessaliam regebat, diem obiisset, instructis triremibus Æno, ubi uxorem reliquit, in Thessaliam navigavit, quam descendens, nemine resistente, Thessalis prompte se dedentibus, ac velut ex immenso fluctu Triballici dominatus, ad Romanorum mansuetum et tranquillitatis plenum imperium confugientibus, brevi totam in potestatem redegit. **883** Ille igitur urbibus recipiendis distentus erat. At Limpidarius quidam de ejus famulis, quem navibus præfectum reliquerat, in dominum sceleratissimus, classiariis persuasit, ut ab ipso desciscentes, Ænum redirent : ingens inde, et duplex commodum percepturos. Nam et tam longinqua expeditione liberatum iri, temere, et frustra delassatos, et afflictos in extera regione, ut alii eorum laboribus amplissime fruantur : et onerosa servitute, quam domi despotæ ipsi serviant : cum ex duobus alterum sit necessarium, aut, si hostes vincat, navibus careat, quibus ad ipsos revertatur, aut ab illis victus intereat. Postquam ejus verbis inescati, inde solventes Ænum redierunt, Limpidarius primum quidem per se urbem regebat, eratque unus omnia, et imperator, et dux, et omnium simul rerum dominus, populoque in despotæ fautores exstimulato, hos in carcerem contrudebat; hos omnibus bonis spoliatos urbe pellebat; alios etiam plebi

A Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ Κράλης ὁ τῶν Τριβαλῶν δυνάστης ἐτελεύτησε, καὶ στάσις οὐ μικρὰ ἀνεῤῥιπίσθη Τριβαλοῖς. Σίμων τε γὰρ ὁ Κράλη ἀδελφὸς, Ἀκαρνανίας τότε ἄρχων, τῆς ὅλης Τριβαλῶν ἀρχῆς ἀντεποιήθη, ὡς αὐτῷ διαφερούσης μᾶλλον, καὶ πολλοὺς τῶν παρὰ Τριβαλοῖς ἐπιφανῶν συναιρομένους εἶχε πρὸς τὸ ἔργον· καὶ Οὔρεσις ὁ Κράλη παῖς τῆς πατρῴας ἕνεκα ἀρχῆς ἐπολέμει πρὸς τὸν θεῖον. Ἑλένη τε ἡ τούτου μήτηρ ὁμοίως ἀπιστοῦσα τῷ τε υἱῷ, καὶ Σίμωνι τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφῷ, πόλεις πολλὰς ὑποποιησαμένη, καὶ δύναμιν ἑαυτῇ οὐκ εὐκαταφρόνητον περιστήσασα, καθ' ἑαυτὴν εἶχε τὴν ἀρχὴν μηδετέρῳ πολεμοῦσα, μήτε μὴν συναιρομένη πρὸς τὸν πόλεμον. Οἵ τε δυνατώτατοι τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπιφανῶν, τοὺς ὑποδεεστέρους ἀπελάσαντες ἐκ B τῶν ἀρχῶν, καὶ τὰς ὁμόρους ἕκαστος πόλεις ὑφ' ἑαυτῷ πεποιημένος, οἱ μὲν τῷ Κράλῃ συνεμάχουν, οὐκ αὐτοὶ παρόντες οὐδ' ὡς δεσπότῃ πειθαρχοῦντες, ἀλλὰ πέμποντες ἐπιμαχίαν οἷα δὴ σύμμαχοι καὶ φίλοι, οἱ δὲ Σίμωνι τῷ θείῳ. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν προσεῖχον οὐδετέρῳ· ἀλλὰ τὴν οὖσαν δύναμιν συνέχοντες, τὸ μέλλον ἀπεσκόπουν ὡς ἐκείνῳ προσθησόμενοι, ὃς ἂν τὸ πλέον ἔχῃ, καὶ εἰς μυρία τμήματα διαιρεθέντες ἐστασίαζον. Ῥωμαῖοι δὲ πολλὰ, καὶ μεγάλα ὑπὸ Τριβαλῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἠδικημένοι χρόνον, καιροῦ τυχόντες, τά τε ἡρπασμένα ἀνασώσασθαι, καὶ δίκας τοὺς βαρβάρους ἀπαιτῆσαι τῶν τετολμημένων διὰ τὸν κατέχοντα συγγενικὸν πόλεμον, καὶ τοὺς στασιασμοὺς, εἰς οὐδὲν χρήσιμον ἀνάλωσαν τὸν καιρόν. C Νικηφόρος δὲ δεσπότης ὁ δοὺξ, τὴν κατέχουσαν τὰ Τριβαλῶν πράγματα στάσιν ὁρῶν, καὶ ῥᾷστα τὴν πατρῴαν ἐλπίσας ἀνασώσασθαι ἀρχὴν, ἄλλως θ' ὅτι καὶ Πρεάλιμπος, ὃς Θετταλίας εἶχε τὴν ἀρχὴν, ἐτεθνήκει καὶ αὐτὸς, τριήρεις ἐφοπλίσας ἐκ τῆς Αἴνου, ἐπέπλευσε τῇ Θετταλίᾳ τὴν γυναῖκα πρὸς τῇ Αἴνῳ καταλιπὼν, καὶ ἀποβὰς, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ εἶχε Θετταλίαν, τῶν ἀμυνομένων μὲν οὐδένων ὄντων, Θετταλῶν δὲ προθύμως προχωρούντων, καὶ ὥσπερ ἐκ κλύδωνος μεγάλου τῆς Τριβαλῶν ἀρχῆς, ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων καταφεύγοντες ἥμερον καὶ γαλήνης μεστὴν ἡγεμονίαν. Ὁ μὲν οὖν περὶ τὰς πόλεις ἠσχολεῖτο. Λιμπιδάριος δέ τις τῶν ἐκείνου οἰκετῶν, ὃς ἦρχε τῶν νεῶν ὑπ' ἐκείνου καταλειφθεὶς, ἀδικώτατα περὶ τὸν δεσπότην διανοηθεὶς, ἔπεισε τὸ ναυτικὸν ἐκείνου D ἀποστάντας, πρὸς τὴν Αἶνον ἐπανελθεῖν, ὡς δύο τὰ μέγιστα ἐκ τῆς ἀποστασίας κερδανοῦντας· τῆς τε ὑπερορίου στρατείας ἀπαλλαξομένους, εἰκῇ καὶ μάτην κοπτομένους, καὶ ταλαιπωροῦντας ἐπὶ ξένης, ἵν' ἕτεροι ἐκ τῶν ἐκείνων πόνων μέγιστα καρπῶνται, καὶ τῆς ὑπὸ δεσπότην οἴκοι ἐπαχθοῦς δουλείας, ἐκείνου δυοῖν θάτερον, ἢ, εἰ περιγένοιτο τῶν πολεμίων, νεῶν οὐκ εὐπορήσοντος, αἷς χρησάμενος ἐπανήξει πρὸς αὐτοὺς, ἢ διαφθαρησομένου ὑπ' ἐκείνων, ἂν ὑπέρσχωσιν. Ἐπεὶ δὲ ἐπείθοντο, καὶ ἄραντες ἐκεῖ-

Jacobi Pontani notæ.

(43) Strangulatum in carcere tradit Gregoras, lib. ix, sub finem.

(A) ... ἐπανῆκον εἰς τὴν Αἶνον, πρῶτα μὲν δι' ἑαυτοῦ τὴν πόλιν ἐποιεῖτο, καὶ πάντα ἦν αὐτὸς, καὶ στρατηγὸς, καὶ ἡγεμὼν καὶ συμπάντων πραγμάτων κύριος· τὸν δῆμόν τε ἐπαγαγὼν τοῖς δεσπότῃ προσκειμένοις, τοὺς μὲν κατέκλεισεν ἐν δεσμωτηρίοις, ἐνίους δὲ ἐξήλασε τῆς πόλεως, ὧν εἶχον ἀποστερήσας· ἔστι δὲ οὓς καὶ ἀπέκτεινε τῷ δήμῳ παραδούς· ἔπειτα ἐπεστράτευσε βασιλίσσῃ τῇ δεσπότου γαμετῇ τὴν ἀκρόπολιν μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐχούσῃ· καὶ τειχομαχήσας ἐφικανὸν, ἑλεῖν μὲν οὐκ ἠδυνήθη διὰ καρτερότητα τῶν τειχῶν, καὶ εὐψυχίαν τῶν ἀμυνομένων· ἠνάγκασε δὲ βασίλισσαν τὴν ἀκρόπολιν ἑκοῦσαν ἐκλιπεῖν, ὅρκους παρασχόμενος, ὡς οὐδὲν αὐτὴν, οὔτε τοὺς συνόντας ἀδικήσει· ἀλλ' ἀφίξεται ὅποι ἂν δοκῇ μηδενὸς παρενοχλοῦντος. Ὃ καὶ ἐπράττετο μετὰ μικρόν· νεὼς γὰρ ἐπιβᾶσα, εἰς Βυζάντιον (B) ἀφίκτο, καὶ ὑπεδέχθη φιλοτίμως παρὰ βασιλέως τοῦ γαμβροῦ. Ἔπειτα εἰς Θετταλίαν ἀπῆρε πρὸς τὸν ἄνδρα ἤδη πάσης κύριον γεγενημένον, καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν πόλεων. Ἡδέως δὲ ἐκεῖνος ὑπεδέχετο τὴν γυναῖκα, καὶ χρόνον τινὰ ἠρέμουν οἰκείως ἔχοντες ἀλλήλοις, καὶ συμφυῶς, ὥσπερ προσῆκεν. Ἔπειτα τῶν συνόντων τινῶν, ὑπὸ μοχθηρίας καὶ ἀσυνεσίας ἐκείνων τε φαῦλα καὶ παράνομα ἐννοούντων, καὶ τὸν δεσπότην ἐναγόντων, ἔπεισαν τὴν μὲν γυναῖκα Τριβαλοῖς προέσθαι, αὐτὸν δὲ τὴν Ἑλένης ἀδελφὴν τῆς Κράλη γυναικὸς πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, ὡς τῆς τε Θετταλίας καὶ Ἀκαρνανίας οὕτως ἄρξοντα βεβαίως, τῶν Τριβαλῶν οὐ πολεμούντων διὰ τὴν ἐπιγαμίαν, καὶ Ἀλβανοὺς διαφθεροῦντα ἐναντιουμένους πρὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ παραβλάπτοντας (C) οὐ μέτρια. Αὐτίκα τε ἀηδῶς πρὸς τὴν γυναῖκα εἶχε, καὶ οὐδὲ ἠνείχετο ἰδεῖν. Ὕστερον δὲ ὀλίγῳ, καὶ πρὸς Ἄρταν τῆς Ἀκαρνανίας πόλιν πέμψας, ἐκέλευε φρουρεῖσθαι. Πρὸς Κράλαιναν δὲ πρεσβείαν πέμψας, τὰ κατὰ τὸν γάμον ἔπραττε τῆς ἀδελφῆς. Μέχρι μὲν οὖν ἐν λόγοις ἦν ἡ ἐπιχείρησις, καὶ πρεσβείαις, καὶ βασίλισσα ἡ θυγάτηρ βασιλέως ἐνεκαρτέρει, τὸν ἄνδρα οἰομένη τῆς ἀτοπίας ἀποσχήσεσθαί ποτε, καὶ μέτρια, καὶ δίκαια φρονήσειν· ἐπεὶ δὲ ἤδη τέλος εἶχε πάντα, καὶ οἱ ὅρκοι ἐτελοῦντο οἷς ἐνεγέγραπτο τὴν μὲν γυναῖκα Τριβαλοῖς αὐτὸν προέσθαι, τῇ δὲ ἀδελφῇ Κραλαίνης συνοικεῖν, δεῖν ἔγνω σώζειν ἑαυτὴν, καὶ μὴ δι' ἑτέρων παραπληξίαν αὐτὴν παραπολέσθαι. Καὶ πέμψασα εἰς Πελοπόννησον πρὸς δεσπότην Μανουὴλ τὸν ἀδελφὸν (D) πρόνοιάν τινα αὐτῆς ποιήσασθαι ἐδεῖτο· καὶ ὃς οὐδὲν μελλήσας ἐκ θαλάσσης πέμψας, προσελάμβανε τὴν ἀδελφὴν, πάντων Ἀκαρνάνων, καὶ Ἀλβανῶν μετ' εὐφημίας προπεμπόντων, καὶ ἁμιλλωμένων πρὸς ἀλλήλους τῆς εἰς ἐκείνην ἕνεκα εὐνοίας καὶ τιμῆς· οὐ μόνον διὰ τὴν αὐτῆς ἐπιείκειαν καὶ μεγαλοφροσύνην, καὶ τὸ πᾶσι κεκοσμῆσθαι ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν εἰς τὸν βασιλέα τὸν πατέρα εὔνοιαν. Κατάκρας γὰρ αὐτοῦ τὸ τῶν ἑσπερίων ἅπαν ἥττητο, καὶ ἀκριβῶς ἐξήρτητο αὐτοῦ καὶ μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀναχώρησιν. Δεσπότου δὲ τοῦ Νικηφόρου, καίτοι γε αὐτὸν εἰδότες οὐ πράως οἴσοντα τὴν προπομπὴν, καὶ εὐφημίαν τῆς γυναικὸς, οὐ μόνον

(A) donatos occidebat. Deinde in reginam despotæ uxorem, arcem cum famulis habitantem invasit: quam diu oppugnatam, propter murorum firmitudinem, et propugnantium virtutem capere non potuit. Coegit tamen eam ab arce discedere, juratus, nihil vel ipsi, vel ministris ejus irrogaturum mali; iret, quo liberet, nemine obturbante; quod et factum paulo post. Conscensa enim navi, Byzantium venit, et a marito sororis honorifice excepta est. Postmodum in Thessaliam ad virum, jam ejus totius provinciæ, et urbium Acarnaniæ dominum, se contulit: qui uxorem lætus accepit, et aliquandiu quiete, familiariter, et conjunctissime cum ea vixit, ut quidem debuit. Deinde quidam domestici, homines improbi, ac stolidi, reginæ pessime cupientes, de- (B) spotam eo impulerunt ut uxorem Triballis relinqueret, ipse Helenæ, Cralis viduæ, sororem duceret, quo sic Thessaliæ et Acarnaniæ stabiliret ac firmaret imperium (ob illud matrimonium nihil moturis videlicet) et Albanos adversarios non mediocriter noxios frangeret. Mox conjugem sic exosus est, ut ejus conspectum non ferret. Non diu post Artam Acarnaniæ urbem præsidium misit, et cum Cralæna per oratorem de connubio cum ejus germana ineundo egit. **884** Res igitur jam sermonum, et legationis tenus processerat, et regina imperatoris filia patienter istuc ferebat, rata, maritum aliquando a nefariis cogitationibus istis aversum, mentem sobriam, et æquam suscepturum. (C) Postquam datus finis, et jusjurandum, in quo scriptum exstabat, se uxorem Triballis permittere, et Cralænæ sororem ducere, tum demum suæ saluti providendum, nec propter alienam amentiam indigne sibi pereundum constituit, et in Peloponnesum ad Manuelem fratrem mittens, suam ei dignitatem, et incolumitatem cum precibus commendavit: quam ille extemplo per mare ad se adducendam curavit, Acarnanibus, et Albanis cum laudibus eam deducentibus, et benevolentia, honoreque erga illam inter se certantibus: non solum propter ejus modestiam, animique præstantiam, et cujusque generis virtutum ornamenta, sed etiam propter charitatem in ejus parentem imperatorem, qua is totum occidentem, etiam statum vitæ monasticum in- (D) gressus, sibi devinctissimum tenebat. Nicephorum vero despotam, quanquam scirent haud placate laturum cum tantis prædicationibus deductam esse uxorem, non modo non curabant, sed propalam in eum maledicta congerebant, qui deliraret prorsus, et quod dicitur, aurea mutaret æreis. Quocirca brevi hac de causa Albani aperte ab eo desciverunt: profitentes, nisi dissoluto Triballico matrimonio, imperatoris filiam e Peloponneso in thalamum revocaret, pro ea non secus, quam pro suis ipsorum capitibus adversus eum impigre bellaturos. Ille sive quod et ipse facti turpitudinem perspiceret, sive quod propter repudiatam uxorem enascituram seditionem metueret, nefandas illas nuptias per legatum antiquavit: conjugemque legitimam e

Peloponneso revocans, fidem ei juramento sanxit, nihil de cætero secus in eam admissurum, sed more pristino omni candore, ac lenitate cum ea victurum. Illa viri amans, maximumque ex eo solatium capiens, quod non ipsa vincula jugalia rupisset, præterita omnia nihili ducens, ut brevi ad eum profectura, se comparabat. Verum ille ambitione quadam præceps, ne ab ipsa suus sibi principatus pendere putaretur, ad Albanos desertores, antequam veniret, subjugandos prorupit. Ita autem cecidit, ut Persæ, qui in Thessaliam prædatoriis triremibus trajecerant, invitati eum adjuvarent.
885 Quorum virtute plurimum confisus, Albanos loco, qui Achelous vocatur, invasit : ubi ipse, priusquam totæ phalanges concurrerent, pugnans oppetiit, totusque exercitus ejus ferro concisus occubuit. Regina conjux in Peloponneso ejus necem luctu et lamentationibus diuturnis prosecuta, deinde Byzantium veniens, reliquum annorum suorum cum imperatrice matre in monasterio Marthæ transegit. Sed hæc postea gesta sunt.

A οὐδένα λόγον ἐποιοῦντο, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ἐλοιδοροῦντο, ὡς παντάπασι τῶν σωφρόνων λογισμῶν ἐξεστηκότα, καὶ, ὃ φασι, χάλκεα χρυσείων ἀλλαττόμενον. Ὅθεν καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας ἀπέστησαν δεσπότου φανερῶς οἱ Ἀλβανοὶ, φάσκοντες προθύμως πολεμήσειν, ὥσπερ ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, εἰ μὴ τὴν πρὸς Τριβαλλοὺς ἐπιγαμίαν διαλύσας, ἐκ Πελοποννήσου ἀνακαλέσηται τὴν βασιλέως θυγατέρα, καὶ ταύτῃ συνοικοίη. Ὁ δὲ εἴτε καὶ αὐτὸς τὴν ἀτοπίαν συνιδὼν, εἴτε καὶ τὴν προσδοκωμένην στάσιν δείσας, ἢ διὰ τὴν γυναῖκα ὑπωπτεύετο φυήσεσθαι, τοὺς μὲν ἀθέσμους ἐκείνους γάμους πέμψας ἀπηγόρευε· πρὸς δὲ τὴν γυναῖκα ἔπεμψεν εἰς Πελοπόννησον πρεσβείαν, κελεύων ἥκειν παρ' αὐτὸν, καὶ πίστεις παρεχόμενος δι' ὅρκων, ὡς οὐδὲν ἀγνωB μονήσει ἔτι πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ τὸν ἀρχαῖον τρόπον μετὰ πάσης εὐγνωμοσύνης, καὶ ἐπιεικείας συνοικήσει. Ἡ δὲ φίλανδρος οὖσα, καὶ περὶ πλείστου ποιουμένη τὸ μὴ τὸν γάμον αὐτῇ διαλυθῆναι, πάντων ὑπεριδοῦσα τῶν γεγενημένων, παρεσκευάζετο ὡς ὕστερον μικρῷ ἀφιξομένη πρὸς τὸν ἄνδρα. Ὁ δὲ ὑπὸ φιλοτιμίας, ἵνα μὴ δοκοίη τὴν ἀρχὴν δι' ἐκείνης καθίστασθαι αὐτῷ ὥρμησεν ἐπὶ τὸ τοὺς ἀποστάντας Ἀλβανοὺς πρὶν ἐκείνην ἥκειν καταδουλώσασθαι πολέμῳ. Συμβὰν δὲ οὕτω, καὶ Πέρσαι κατὰ τὴν Θετταλίαν μονήρεσι λῃστρικαῖς περαιωθέντες, συνεμάχουν ὑπ' αὐτοῦ προσκεκλημένοι. Οἷς μάλιστα θαρρῶν ἐπῆλθεν Ἀλβανοῖς, καὶ γενομένης συμβολῆς περί τι χωρίον Ἀχελῷον προσαγορευόμενον, αὐτός τε ἔπιπτε μαχόμενος πρὶν τὰς φάλαγγας συμμῖξαι, καὶ ἡ ἐκείνου πᾶσα διέφθαρτο ἡττηθεῖσα στρατιά. Βασίλισσα δὲ ἡ ἐκείνου γαμετὴ ἔτι ἐν Πελοποννήσῳ διατρίβουσα, ἐπεὶ πύθοιτο τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ἐπένθησε μὲν ἐκεῖ ἐφικανὸν, καὶ ἀπωδύρατο τοῦ ἀνδρὸς τὴν τελευτήν· ἔπειτα εἰς Βυζάντιον ἐλθοῦσα, συνῆν τὸν ἐπίλοιπον βίον βασιλίδι τῇ μητρὶ κατὰ τὴν Μάρθας μονὴν διατριβούσῃ. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

CAPUT XLIV.

Matthæus contra Palæologum contendit. Non se deserit Palæologus. Discedunt ambo sine pugna. Orchanes filium a piratis captum, per Palæologum redimi orat, quod facit pecunia ingenti, cum armis nihil proficeret. A Mygdoniæ præfectis se tradere volentibus Matthæus accersitur. Amicitia Triballorum principum cum Cantacuzeno et ejus filio. Celeriter submissæ copiæ ab Orchane in quantas difficultates Matthæum redegerint. Compellitur ab eis ante tempus in Triballos. Contra pacta conventa prædas agunt. Reliqui cum Triballis certant jaculis, et in pugna pauciores Persæ cadunt. Revertitur imperator. Triballi insequentes repelluntur.

Irrito imperatorum fœdere, belloque recrudescente, Matthæus collectis copiis suis, Byziam ad Manuelem Asanem despotam avunculum venit, quo sibi adjuncto Byzantium cum toto exercitu contra Palæologum proficisci instituit, et castra ad flumen nigrum prope vicum quemdam munitum Metras appellatum, ponit. Palæologus similiter armatis triremibus, et in continente a peditatu equitatuque instructus, his duces præfecit, et ad vicum Athyram, ipsum quoque muris communitum, velut isthmum quemdam undique mari circumfluum progredi jussit : quo et ipse cum triremibus accessit. Diebus aliquot castris oppositis manserunt, cum neuter ad alterum invadendum, atque ad pugnam eliciendum satis virium haberet. Nam Palæologo in hostium equitatum, plano campo, et arboribus nudo facienda impressio non videbatur, cum ipse majorem partem pedites et cataphractos duceret. Contra, hostes per loca impedita, ædiumque ibi collapsarum rudera suas catervas planitie in primis egentes ducere nolebant. Quamobrem utrique castris se continentes quiescebant, perque in-

C Τότε δὲ ἐπεὶ αἱ μεταξὺ τῶν βασιλέων γεγενημέναι συνθῆκαι διελύοντο, καὶ ὁ πόλεμος ἀνεῤῥιπίσθη, Ματθαῖος ὁ βασιλεὺς τὴν ὑπ' αὐτὸν οὖσαν στρατιὰν συναγαγὼν, ἧκεν εἰς Βυζίην παρὰ τὸν θεῖον Ἀσάνην δεσπότην τὸν Μανουήλ· καὶ παραλαβὼν καὶ αὐτὸν μεθ' ὅσης εἶχε στρατιᾶς, ἐπεστράτευσε τῷ νέῳ βασιλεῖ ἐν Βυζαντίῳ, καὶ ἐστρατοπέδευσε κατὰ τὸν μέλανα ποταμὸν ἐπί τινα τετειχισμένην κώμην Μέτρας προσαγορευομένην. Παλαιολόγος τε ὁ βασιλεὺς ὁμοίως τριήρεις ἐφοπλίσας, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου στρατιὰν πεζὴν καὶ ἱππικὴν, τοῖς μὲν ἠπειρώταις ἡγεμόνας ἐπιστήσας ἐπὶ Ἀθύραν κώμην, καὶ αὐτὴν τετειχισμένην ὥσπερ ἰσθμόν τινα οὖσαν, καὶ πάντοθεν περικλυζομένην τῇ θαλάσσῃ ἐκέλευε χωρεῖν· αὐτὸς δὲ ἔχων τὰς τριήρεις, ἧκε καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἀθύραν.
D Καὶ ἀντεστρατοπεδεύοντο ἀλλήλοις ἐπί τινας ἡμέρας, ἑκατέρων ἀδυνάτων ὄντων ἐπὶ τὸ στρατόπεδον χωρεῖν τῶν πολεμίων, καὶ καταναγκάζειν μάχεσθαι. Παλαιολόγῳ τε γὰρ οὐκ ἐδόκει βασιλεῖ τοῖς πολεμίοις ἐπιέναι ἐφ' ὕπτια πεδία, καὶ ὕλης παντάπασι ψιλὰ ἱππέας ἄγουσι, πεζὴν αὐτὸς τὴν πλείστην δύναμιν ἄγων καὶ ὁπλίτας, καὶ οἱ πολέμιοι ἐπὶ δυσχωρίας,

καὶ ἐρείπια πολλὰ τῆς πρώην συνοικίας ἄγειν οὐκ A ἐδοκίμαζον τὴν στρατιὰν εὐρυχωρίας δεομένην μάλιστα. Δι' ἃ ἑκάτερος τὴν δύναμιν συνέχοντες, ἡσύχαζον ἐπὶ τῶν στρατοπέδων. Πρεσβείας δὲ πρὸς ἀλλήλους πέμποντες, διελέγοντο περὶ εἰρήνης. Ὡς δὲ συνέβαινον ἀλλήλοις, ὁ μὲν εἰς Βιζύην ἀνέστρεφε μετὰ τῆς στρατιᾶς, Παλαιολόγος δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ Βυζάντιον· καὶ ἐσκέπτοντο ὅτῳ τρόπῳ κακώσουσιν ἀλλήλους. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ χρόνῳ ἐκ Φωκαίας τῆς παλαιᾶς, ἧς Καλόθετος ἦρχε, μονήρης λῃστρικὴ ἐπὶ τὸν Ἀστακηνὸν ἐλθοῦσα κόλπον λῃστείας ἕνεκα, οὕτω συμβὰν, Χαλίλην τὸν Ὀρχάνη συνέλαβεν υἱὸν, ἀκατίῳ τινὶ τὸν ἐκεῖσε περαιούμενον πορθμόν· καὶ αὐτίκα ἀνεχώρει εἰς τὴν Φώκαιαν. Ὀρχάνης δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο ἀνδραποδισθέντα τὸν υἱὸν, καὶ εἰς Φώκαιαν ἀπαχθέντα, στρατεύειν μὲν ἐπὶ Φωκαιανοὺς εἶχεν B ἀδυνάτως· δυνάμεώς τε γὰρ οὐκ εὐπόρει ναυτικῆς, ἣ κακώσει ἐπελθοῦσα, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου εἰσβολὴ οὐκ ἦν, ἐφ' ἑτέρου κειμένης σατραπείαν τῆς Φωκαίας, πρὸς ὃν ἔδει πολεμεῖν δύναμιν ἔχοντα ἀντίῤῥοπον, εἰ διὰ τῆς ἐκείνου ἐπεχείρει ἐπὶ Φώκαιαν ἰέναι. Ἀπορίᾳ δὲ πάντοθεν συνισχημένος, ἐπὶ τὴν Παλαιολόγου τοῦ βασιλέως εἶδεν ἐπικουρίαν ὡς αὐτοῦ δυνησομένου μόνου τὸν υἱὸν ἀπαλλάττειν τῶν δεσμῶν· καὶ πέμψας πρεσβείαν, ἐδεῖτο περὶ τοῦ παιδός. Βασιλεὺς δὲ ὑπέσχετο προθύμως πάντα πράξειν, καὶ ἀποδοῦναι τὸν υἱὸν, ἂν καὶ αὐτὸς ἀπόσχοιτο Ματθαίῳ κατ' αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ παρέχειν συμμαχίαν· Ὀρχάνης γὰρ, καὶ μετὰ τὴν Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν πραγμάτων ἀναχώρησιν, πολλὴν ἐπεδείκνυτο C τὴν εὔνοιαν πρὸς αὐτὸν, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ βασιλεῖ τῷ υἱῷ πολλὴν παρείχετο ὠφέλειαν· ταῖς τε πόλεσιν, ὅσαι ἦσαν ὑπ' ἐκεῖνον, οὐδὲν παρενοχλῶν, καὶ πέμπων στρατιὰν ὁπότε δεηθείη. Ἃ ὁ Παλαιολόγος ἐν δεινῷ τιθέμενος βασιλεὺς, καλῶς τοῦ πράγματος παρασχόντος, ἐπεχείρησεν Ὀρχάνην τῆς πρὸς βασιλέα Ματθαῖον φιλίας ἀφιστᾷν. Ὑπέσχετό τε καὶ ὁ βάρβαρος πάντα πράξειν, ἢν μόνον ὁ υἱὸς αὐτῷ λυθείη, καὶ διετέλεσέ γε παρ' ὅσον χρόνον ὁ υἱὸς αὐτῷ ἐδέδετο, οὔτε Ματθαίῳ βασιλεῖ παρεσχημένος συμμαχίαν ἐπὶ τὸν Παλαιολόγον βασιλέα, οὔτε Βυζαντίῳ καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ὅσαι ὑπὸ τοῦτον ἦσαν οὐδὲν παρενοχλήσας. Βασιλεὺς δὲ Καλόθετον νομίσας εὐχερῶς τὸν υἱὸν Ὀρχάνη παρασχέσθαι, εἰ μόνον αἰτηθείη, πέμψας πρὸς αὐτὸν, ἐζήτει, D τιμὰς ἐπαγγελλόμενος καὶ ἄλλας τινὰς εὐεργεσίας. Καλόθετος δὲ τούτων μὲν ὀλίγον λόγον ἐποιεῖτο, χρημάτων δὲ ᾐτεῖτο πλῆθος, ἃ ἐκτίνειν σχεδὸν ὁ βασιλεὺς ἀδυνάτως εἶχε. Βασιλέως δὲ ἀπειλοῦντος τὰ ἔσχατα διαθήσειν, εἰ μὴ πείθοιτο, οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνος ἀνῃσχύντει. Δι' ἃ ἐδόκει δεῖν αὐτῷ ἐπιστρατεύειν· καὶ παρασκευασάμενος, ἐπέπλευσεν αὐτῷ τριήρεσιν οὐκ ὀλίγαις, καὶ ἐπολιόρκει ἐκ γῆς ὁμοίως καὶ θαλάσσης. Ἐν πολλαῖς δὲ καὶ καρτεραῖς τειχομαχίαις ἀποπειράσας τῶν τειχῶν, ἐπεὶ ἀδύνατον τὴν ἐπιχείρησιν ἑώρα, δέκα μυριάδας παρασχόμενος χρυσίου, καὶ τῇ πανυπερσεβάστου ἀξίᾳ τετιμηκὼς, ἔλυσε τῆς αἰχμαλωσίας τὸν υἱὸν Ὀρχάνη, καὶ ἀπεδίδου τῷ πατρί. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, χρόνου

ternuntios de pace agentes, **886** cum nihil conveniret, Matthæus Bizyam, Palæologus Byzantium rediit, circumspicientes quo pacto mutuum nocerent. Per idem tempus ex Phocæa veteri, quam Calothetus gubernabat, prædatoria navis in sinum Astacenum piraticæ faciundæ devenit, et Chalilen Orchanis filium casu in portum illic trajicientem cepit, statimque Phocæam recurrit. Orchanes ut filium Phocæam captivum abductum comperit, Phocæenses ulcisci non poterat, quod navali potentia non valeret, qua eos affligeret: nec terra eos adoriri, quandoquidem ea urbs alterius satrapia continebatur, quicum paribus decertare copiis oportebat, si per ejus provinciam Phocæam petere conaretur. In omnem igitur se partem versans, et anxius animi, tandem ad Palæologi imperatoris auxilium respicit, ut qui solus filium vinculis liberare queat, idque ut præstare ne gravetur, missis oratoribus rogat. Imperator statim spondet facturum omnia, et filium restituturum, si et ipse a Matthæo contra se adjuvando cessaret: Orchanes quippe etiam post Cantacuzeni anachoresin ejus se cupidissimum demonstrabat, atque idcirco et filio ipsius multum commodabat, et urbibus eidem subjectis nihil molestiarum exhibebat, et quoties orabat, auxilium submittebat. Quæ cum Palæologo dolerent, pulchram nactus occasionem, Orchanem a Matthæi amicitia disjungere tentavit, promisitque barbarus omnia, modo filium reciperet: et quandiu captivus ille tenebatur, nec Matthæo adversus Palæologum subsidio, nec Byzantio, aliisque urbibus eidem parentibus molestiæ fuit. Imperator existimans Calothetum Orchani filium haud gravate redditurum, si tantum peteretur, petitum misit, honores et alia nonnulla commoda pollicitus. Calothetus his parum moveri, grandem pecuniæ summam postulare, quam numerare imperator vix poterat. Cumque ei horribilia minaretur, ille nihilominus in impudentia persistebat. Quocirca armis in eum ire constituit, et triremibus bono numero comparatis, terra marique eum lacessebat. Quoniam vero frequenti, et valida oppugnatione tentatis mœnibus urbem vi capi non posse animadvertebat, persolutis Calotheto aureorum centum millibus, **887** et Panhypersebasti dignitate addita, filium Orchanis liberat, et ad patrem remittit. Multo tempore in his negotiis consumpto, urbium Mygdoniæ præfecti, Triballorum nobilissimi, Matthæum imperatorem secreto evocant, utpote illi se cum urbibus dedituri; qua de re et antea egerant. Ex quo namque Cantacuzenus pulsus a Romanis apud Triballos diversatus fuerat, mira animi inclinatione potentissimus quisque potissimum eumdem colebat. Itaque etiam Crale superstite, libenter vidissent ipsum in Triballos gentem suam expeditionem suscipere, et in id operam impense dabant, siquidem ejus quam Cralis imperium malebant, atque hac de re clam sæpius cum eo sermonem habebant. Verum ubi imperator Cantacuzenus institutis se monasticis ad

στραφέντος ἀπὸ τῆς ματαίας καὶ πατροπαραδότου A θρησκείας πρὸς τὴν ἀκραιφνῆ καὶ ἀμώμητον τοῦ Χριστοῦ πίστιν, καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ὁδόν. Παρακαλῶ τοίνυν ἀκούειν συνετῶς. Οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ μέλλω λαλήσειν πρὸς σέ, οὐδὲ ἐξ ὧν ὑμεῖς οὐ παραδέχεσθε, ἀλλ' ἀπὸ τῶν βίβλων ὧν πάντες οἱ Μουσουλμάνοι ὁμολογοῦσιν εἶναι ἀληθεῖς καὶ ἁγίας Γραφάς, καὶ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένας. Σκέψαι τοίνυν, μή ποτε πάθῃς παρόμοιον τοῖς ἱσταμένοις ἐπάνω θησαυρῶν, καὶ μὴ γινώσκουσιν ἔνθα ἵστανται, καὶ τί ἐστι πλησίον τούτοις. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι σχεδὸν ἐν ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν ἔχουσι τὸν μέγαν πλοῦτον, ἀπὸ δὲ ἀγνοίας τούτων κεναῖς ἀπέρχονται ταῖς χερσί, καὶ τοῖς ἱσταμένοις μέσον ποτίμου καὶ διειδεστάτης βρώσεως, καὶ ἀπερχομένοις διψῶσιν. Ἀλλὰ γενοῦ ὅμοιος τοῖς κοπιῶσι καὶ ἱδροῦσιν, ἵνα τὸν B κεκρυμμένον καὶ ἀφανῆ θησαυρὸν ἐκβάλωσι καὶ κερδήσωσι, καὶ ἐπεὶ τὰ τοῖς ἀσεβέσι καὶ ἀμαθέσιν ἀγνοούμενα Θεοῦ λόγια ἤδη πρὸς τὸ παρὸν ἐγχειρίζονταί σοι, πρόσεξον ἵνα μετὰ μεμεριμνημένου σκοποῦ καὶ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως διέλθῃς αὐτά, καὶ ἐμπλησθῇς θείας γνώσεως καὶ ἀληθείας. Μεγάλη γάρ ἐστιν ἡ τῶν Χριστιανῶν πίστις, καὶ μέγα μυστήριόν ἐστι τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ σαρκώσεως ἡ ὑπόθεσις.

et quasi oblitus ingenii mei, tenuitatis et inscitiæ, rusticitatisque, qua premor, rationem Apologiæ nostræ reddere institui, et ostendere ea tibi, de quibus dubitando interrogavisti, quorum cognitionem ipse auribus percepi et animo edoctus sum, Dei auxilio nimirum oculis meis apertis, meque a vana, perversa, a patribus tradita superstitione ad sinceram et inculpatam Christi fidem et veritatis viam converso. Hortor itaque, ut attentus audias. Nihil enim ex me dicturus sum, neque ex his quæ a vobis non recipiuntur, sed eorum utar librorum testimoniis, quos omnes Musulmani pro veris et sacrosanctis Scripturis a Deo datis agnoscunt et fatentur. Fac igitur, ne tibi idem contingat, quod iis qui thesauris in terram defossis insistentes, cuinam rei insistant, et quidnam ipsis proximum sit, non intelligunt. Hi enim ingentes divitias tantum non in manibus habentes, propter ignorantiam harum vacuis discedunt manibus. Vel ne his similis fias, qui dulcissimæ potatu et limpidissimæ assistentes scaturigini, sitibundi tamen discedunt. Quia potius laboriosos illos et sudantes imitare, qui in hoc sunt, ut defossum illum et absconditum thesaurum effodiant, et lucro ditentur. Tunc etenim, quæ impiis et indoctis ignota sunt, Dei oracula in præsentiarum tibi revelata, ceu in manus tradentur. Attende igitur, ut scopo et proposito diligenter considerato, et diligenti simul investigatione hæc nostra legas, ut divina scientia simul et veritate implearis. Magna est enim Christianorum fides, et magnum mysterium est Christi Filii Dei incarnationis negotium.

α'. Εἶπας, Πῶς ἐστι δυνατὸν τὸν Θεὸν ἔχειν υἱὸν C ἄνευ γυναικός; Καί, Πῶς ἐστι δυνατὸν Θεὸν γενέσθαι ἄνθρωπον; Τίς δὲ τῶν ἁγίων ἐδίδαξε τὴν τοσαύτην ἀσέβειαν; Ἢ ποῖος τῶν προφητῶν ἐν ὀπτασίᾳ τοῦτο ἐθεάσατο; Καὶ σὺ μὲν ταῦτα· ἡμεῖς δὲ λέγομεν οὕτως· Ὅτι μὲν Θεός ἐστιν ὁ ποιητὴς πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, ἐδιδάχθημεν, καὶ ἐγνώκαμεν, καὶ πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν· τί δέ ἐστι Θεός, οὔτε ἐδιδάχθημεν, οὔτε ἐγνώκαμεν, ἀλλ' οὔτε ὅλως ἐπὶ τὴν καρδίαν ἡμῶν ἀνέβη τοῦ τοιούτου ἀσεβήματος ἡ ἐξέτασις. Καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστι, καὶ Θεός ἐστι, τοῦτο καὶ ἐδιδάχθημεν, καὶ ἐγνώκαμεν, καὶ πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν. Πῶς δέ ἐστιν ἡ τούτου γέννησις, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν, οὔτε ἐδιδάχθημεν, ἀλλ' οὔτε ἐξετάζειν μέλλομεν αὐτὸ εἰς τὸν αἰῶνα, ὡς ἀσεβὲς καὶ D ἀπόβλητον τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεώς τε καὶ καταστάσεως. Ἀλλ' ἐπίσης φρονοῦμεν ἀγνοεῖσθαι καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις τὸ τοιοῦτον ὑπὲρ φύσιν μυστήριον. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ, ὅτι ἐγένετο ἄνθρωπος, καὶ ἐδιδάχθημεν, καὶ ἐγνώκαμεν, καὶ πιστεύομεν· τὸ δὲ ὅπως, οὐ γινώσκομεν, ἀλλ' ὥσπερ ἀγνοοῦμεν τὴν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς αὐτοῦ γέννησιν, οὕτως ἀγνοοῦμεν καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς Μαρίας τῆς Παρθένου. Ὑμεῖς δὲ οἱ γινώσκοντες τὸ τοῦ Θεοῦ ἀδύνατον, λέγετε γάρ, ὅτι Πῶς ἐστι δυνατὸν ἔχειν Υἱὸν τὸν Θεόν; πάντως ἐξ ὧν λέγετε, γινώσκειν μέλλετε καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ δυνατόν. Καὶ διδάξατε ὑμεῖς οἱ πολλὰ εἰδότες ἡμᾶς τοὺς ἀμαθεῖς καὶ ἀγροίκους, τίς

1. Quomodo, inquis, possibile est Deo esse Filium sine muliere? Quomodo item Deus homo fieri potest? Quis denique sanctorum hanc docuit tantam impietatem, aut quisnam prophetarum hoc per visionem conspexit? Et hæc quidem tu dicis; quibus nos sic respondemus. Quod Deus creator sit omnium visibilium et invisibilium, didicimus etiam nos, cognoscimus, credimus et fatemur; quid vero Deus sit, neque edocti sumus, neque intelligimus, imo ne in animum quidem incidit hujus impietatis inquisitio. Similiter Christum et Filium et Verbum Dei esse, Deumque ipsum, didicimus, cognoscimus, credimus et confitemur: qualis vero illius sit generatio, nos nec scimus, nec edocti sumus, neque etiam in æternum hoc inquirere volumus, ceu impium, et a Christiana fide et religione quam maxime alienum. Quin æquanimiter sentimus et ab angelis et ab hominibus illud omnem naturam excedens mysterium ignorari. Atque eadem nobis de incarnatione illius est sententia. Quod enim homo factus sit, et edocti sumus, et cognoscimus et credimus. Quomodo autem homo factus sit, ignoramus. Sed quemadmodum ignoramus illius ex Deo et Patre generationem, sic etiam eam qua ex matre sua sancta Maria virgine natus est, nobis incompertam esse fatemur. Vos vero, qui quid Deo impossibile sit, intelligitis (dicitis enim, Quomodo possibile est ut Deus habeat Filium?) eadem certe ratione qua hoc dicitis, quid etiam Deo possibile sit, intelligetis. Vos igitur multarum rerum scientia præditi, docete nos indoctos et rudes, quænam Dei

natura sit, et quænam sit illa possibilitas simul et A impossibilitas, ut nos juxta vestram sententiam in perditione viventes ab interitu eripiatis. Edissere igitur nobis, quid Deus sit et Dei natura; tunc et ego, quænam Filii et Verbi Dei sit generatio, exponam. Et licet fortasse audaculi quidam et perfrictæ frontis homines de hac re dixerint, quidquid ipsis in mentem venerit, fatebor tamen ipse nostram in hoc negotio ignorantiam. Verumtamen hac me, qua ipse teneor, dubitatione libera. Vos enim, qui dicere soletis, Qua ratione possibile est ut Deus Filium habeat absque muliere? intelligere videmini aut tales esse, qui intellecturi sint exactissime, quomodo Christus ex muliere natus sit sine virili opera; et quod illo est manifestius, quomodo Adam homo factus sit sine viro et femina: B verum ut et Eva ex viro quidem, sed absque muliere creata sit, idque non juxta naturæ legem constitutam, quam post transgressionem a Domino acceperunt, verum diversa quadam ab hac ratione, nobis qui Christum fatemur prorsus incognita, sed soli Deo nota. Quod si autem hoc deprehendere nulla humana ratio potest, quid, quæso, incassum laborantes Musulmani nos de iisdem accusant, quæ nec ipsi intelligunt nec noverunt, sed tantum a veritate aberrare videntur, quantum cœlum a terra distat? Verum Scripturarum ignorantia in hujusmodi errores inciderunt. Mosis enim libros et Davidis psalterium, insuper et prophetarum scripta, sed et ipsum Christi Evangelium, omnia, C inquam, hæc sancta, justa, vera et bona esse dicunt et confitentur (ut et revera sunt), fatentur autem solis verbis, quæ autem in his dicuntur, non intelligunt. Et quemadmodum fieri solet, cum auditis angelos egregie et suavissimis sonis Deum celebrare, ea quidem quæ dicuntur ab his amore et laudibus prosequimini, quis vero dictorum sensus sit non intelligitis. Sic in omnibus hisce libris facere soletis, ut ea quidem quæ in his scripta continentur, laudibus vehatis, quid vero dicatur, ignoretis. Quamobrem? Quia nunquam de his solide edocti estis. Christiani vero partim in ecclesiis congregati, partim singuli domi suæ quotidie sacros libros perlegunt, et sic tandem temporis diuturnitas, assidua lectio, et diligens in- D vestigatio exposuit docuitque illos omnem veritatem. Cum igitur ignores ea quæ Christi sunt, putas etiam, quod nemo sanctorum de illo locutus sit, et nullus prophetarum de hoc vaticinatus; eaque a nobis, quos omni patrocinio destitutos arbitraris, audire desideras. Audi igitur quod quæris, et attente quæ dicuntur considera.

ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ φύσις, καὶ τί τὸ δυνατὸν, καὶ τί τὸ ἀδύνατον αὐτοῦ, ἵνα σώσητε ἡμᾶς, τοὺς ἐν ἀπωλείᾳ, ὡς ὑμεῖς λέγετε, ζῶντας. Λέξον μοι σὺ, τί ἐστι Θεὸς, καὶ Θεοῦ φύσις. Κἀγὼ σοι ἐρῶ, πῶς ἡ τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου τοῦ Θεοῦ γέννησις. Εἰ δ' ἴσως τινὲς τολμητίαι καὶ αὐθάδεις εἴπωσιν, ὅπερ ἂν ἀναβῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, ἐγὼ ὁμολογήσω τὴν περὶ τοῦ τοιούτου πράγματος ἡμετέραν ἄγνοιαν· ὅμως θεράπευσόν μου τὴν ἣν ἔχω ἀπορίαν. Ὑμεῖς γὰρ οἱ λέγοντες, Πῶς ἐστι δυνατὸν ἔχειν τὸν Θεὸν υἱὸν ἄνευ γυναικός; γινώσκειν μέλλετε ἀκριβῶς, πῶς ἐγεννήθη ὁ Χριστὸς ἐκ γυναικὸς ἄνευ ἀνδρός· καὶ ἔτι τούτου σαφέστερον, πῶς ὁ Ἀδὰμ ἐγένετο ἄνθρωπος ἄνευ ἀνδρός τε καὶ γυναικός. Ἀλλὰ καὶ ἡ Εὔα ἐξ ἀνδρὸς μὲν, ἄνευ δὲ γυναικὸς, καὶ οὐ κατὰ τὸν νόμον καὶ τὴν τάξιν τῆς φύσεως ἣν ἔλαβον μετὰ τὴν παράβασιν, ἀλλ' ἑτέρῳ τρόπῳ, ὃ παρ' ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς ἐστιν ἀγνοούμενον, παρὰ δὲ μόνῳ τῷ Θεῷ γινωσκόμενον. Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι πάσῃ ἀνθρωπίνῃ γνώσει, τί ματαιοπονοῦντες οἱ Μουσουλμάνοι κατηγοροῦσιν ἡμῶν, εἰς ἃ οὔτε οἴδασιν οὔτε γινώσκουσιν, ἀλλὰ μακράν που εὑρίσκονται τῆς ἀληθείας, ὅσον ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ; ἀπὸ γὰρ τοῦ μὴ γινώσκειν αὐτοὺς τὰς Γραφὰς ἐνέπεσον εἰς αὐτά. Τὰ γὰρ Μωσαϊκὰ βιβλία καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ ψαλτήριον, ἔτι δὲ καὶ αἱ τῶν προφητῶν Γραφαὶ, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον, τὰ πάντα καὶ ἅγια, καὶ δίκαια, καὶ ἀληθῆ, καὶ καλὰ λέγουσι καὶ ὁμολογοῦσι. Καὶ οὕτως ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. Ὁμολογοῦσι δὲ στόματι μόνῳ, τὰ δὲ λεγόμενα παρ' αὐτῶν ἀγνοοῦσιν. Ἀλλ' ὥσπερ ἵνα ἠκούετε παρὰ τῶν ἀγγέλων ὅτι καλῶς καὶ μετὰ μεγάλης γλυκύτητος καὶ ἡδονῆς αἰνοῦσι τὸν Θεὸν, καὶ τὰ λεγόμενα παρ' ἐκείνων ἐστέργετε καὶ ἐπῃνεῖτε, τί δέ ἐστιν ὃ λέγουσιν ἠγνοεῖτε· οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ πάντων τουτωνὶ τῶν βιβλίων, ὅτι τὰ παρ' αὐτῶν γεγραμμένα ἐπαινεῖτε, τί δὲ λέγουσιν οὐκ οἴδατε. Διατί; Ὅτι οὐδὲ ὅλως ἐδιδάχθητε περὶ αὐτῶν. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ, ποτὲ μὲν εἰς τὰς ἐκκλησίας συναγόμενοι, ποτὲ δὲ ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ καθημέραν ἀναγινώσκουσι τὰς βίβλους, καὶ ὁ πολὺς χρόνος, καὶ ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις, καὶ ἡ ἀκριβὴς ἐξέτασις ἐφανέρωσε καὶ ἐδίδαξεν αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἐπεὶ οὖν ἀγνοεῖς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ λογίζῃ ὅτι οὐδεὶς τῶν ἁγίων ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ, ἀλλ' οὔτε προφήτης προεφήτευσε, καὶ ζητεῖς ταῦτα ἀκοῦσαι παρ' ἡμῶν ὡς δῆθεν μὴ ἐχόντων ἀπολογίαν, ἄκουσον περὶ ὧν ζητεῖς, καὶ σκέψαι ἀκριβῶς τὰ λεγόμενα.

2. Magnus ille Moses in libro Geneseos verbotenus sic dixit: « Dixit Dominus: Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est coram me. Descendens igitur videbo. Abraham vero stabat coram Domino. Et appropinquans Abraham dixit: Numsimul justum perdes cum impio, et erit justus sicut impius? Si fuerint quinquaginta justi in urbe, nonne remittes illi propter quinquaginta justos? Nequaquam hoc facies, qui judicas omnem terram. Dixit

β'. Ὁ μέγας ἐκεῖνος Μωσῆς ἐν τῇ βίβλῳ τῆς γενέσεως οὑτωσὶ κατὰ λέξιν εἴρηκεν· « Εἶπε Κύριος, Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας πεπλήθυνται πρός με, καταβὰς ὄψομαι. Ἀβραὰμ δὲ ἦν ἑστηκὼς ἔναντι Κυρίου, καὶ ἐγγίσας Ἀβραὰμ εἶπε, Μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς, καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής; Ἐὰν ὦσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, οὐκ ἀφήσεις αὐτὴν ἕνεκεν τῶν πεντήκοντα δικαίων; Μηδαμῶς ποιήσῃς τοῦτο, ὁ κρί-

νων πᾶσαν τὴν γῆν. Εἶπε δὲ Κύριος· Ἐὰν εὕρω ἐν A Σοδόμοις πεντήκοντα δικαίους, ἀφήσω πάντα τὸν τόπον δι' αὐτούς. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀβραάμ, εἶπε, Νῦν ἠρξάμην λαλῆσαι πρὸς τὸν Κύριόν μου· ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός· καὶ ἐὰν εὑρεθῶσι τεσσαράκοντα πέντε; Καὶ εἶπε ὁ Κύριος, Ἐὰν εὑρεθῶσι τεσσαράκοντα πέντε, ἵνα ἀφήσω τὴν πόλιν. » Καὶ διαλεγόμενος Ἀβραάμ, κατῆλθε μέχρι καὶ τῶν δέκα. Εἶτα λέγει Μωσῆς, καὶ ἀπῆλθε Κύριος, ὡς ἐπαύσατο λαλῶν τῷ Ἀβραάμ. » Βλέπεις πόθεν ἤρξαντο καταμικρὸν ἀναφαίνεσθαι τὰ τοῦ Χριστοῦ; τοῦ γὰρ δικαίου οἱ ὀφθαλμοὶ ἠδύναντο γνῶναι τὸν Θεόν, κἂν ἐν δουλικῷ ὑπῆρχε τῷ σχήματι. Πρόσσχες γοῦν, πῶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ οὐδέποτε ἐφάνη ἐν ὁράσει προφητῶν ὡς ἄνθρωπος, διότι οὐκ ἐγένετο ἄνθρωπος. B Ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἐφαίνετο ἄλλως, ποτὲ δ' ἄλλως. Ἄγγελοι δὲ κατὰ καιροὺς φαίνονται ἐν σχήματι ἀνθρώπων. Ἐξεταστέον οὖν περὶ τῆς τοιαύτης θεωρίας, τίς ἦν ὁ ὀφθείς; Ἰδοὺ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ οὐκ ἦν, ἐπεὶ ὁ φανεὶς ὡς ἄνθρωπος ἐφάνη· Ἄγγελος; Καὶ ποίας ἔχεται ἀκολουθίας, πότε Μωσῆς ἢ ἕτερός τις τῶν ἁγίων μνησθεὶς ἀγγέλου, ὠνόμασεν αὐτὸν Κύριον ἢ κριτήν; Τίς γάρ ἐστιν ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, ἢ Θεός; Ἐπεὶ οὖν ἀναφαίνεται, ὅτι ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ οὐκ ἦν φανεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἄγγελος οὐκ ἦν δι' ἃς εἴπομεν αἰτίας, φαίνεται πάντως ἐξ ἀνάγκης, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Διὰ γὰρ τὸ φανῆναι τῷ Ἀβραὰμ ὡς ἄνθρωπον, ἔδειξε τὴν μέλλουσαν αὐτοῦ σάρκωσιν. Διὰ δὲ τὸ ὀνομασθῆναι αὐτὸν C Κύριον, παρά τε τοῦ Ἀβραάμ, παρά τε τοῦ Μωσέως, καὶ κρίνοντα πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἐλεοῦντα ὃν βούλεται, καὶ παιδεύοντα ὃν βούλεται παιδεῦσαι, ἔδειξε τὴν ἑαυτοῦ θεότητα. Θεοῦ γάρ ἐστι τοῦτο ἴδιον, τὸ κρίνειν καὶ ἐλεεῖν καὶ ὀργίζεσθαι, ἀγγέλου δὲ καὶ ἀνθρώπου οὐδαμῶς. Οὐ γάρ ἐστιν τῆς δυνάμεως καὶ ἐξουσίας αὐτῶν. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Ἐὰν εὕρω πεντήκοντα, ἢ καὶ ἔλαττον, ἐάσω τῇ πόλει, ἔδειξε τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ. Σὺ δὲ πρόσεξον, μή πως ἀκούσας τοῦ Κυρίου λέγοντος, Καταβὰς ὄψομαι, φαντασθῇς ἐπὶ Θεοῦ ταπεινόν τι καὶ ἀνάξιον τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων πολλάκις λέγονται τὰ τοιαῦτα ἐπὶ Θεοῦ. Ἐλέχθη δὲ καὶ διὰ τὴν μέλλουσαν αὐτῷ μετὰ τῶν ἀν- D θρώπων συγκατάβασιν.

γ'. Ἔτι δείξας Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ τὰ τέσσαρα μέρη τῆς γῆς, εἶπε, « Σοὶ δώσω τὴν γῆν καὶ τῷ σπέρματί σου, καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. Ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. » Ταῦτα τὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ῥήματα, καὶ ἐξεταστέον τί βούλεται ταῦτα. Ἰδοὺ ὡς ὁ Μωσῆς λέγει, ὅτι ὁ Θεὸς

vero Dominus : Si invenero quinquaginta justos in Sodomis, remittam omni loco isti propter hos. Et respondens Abraham dixit : Nunc incepi loqui ad Dominum meum, ego vero terra sum et cinis. Quid si inveniantur quadraginta quinque? Et dixit Dominus : Si invenero quadraginta quinque, remittam civitati. » Et hoc modo colloquens cum Domino Abraham, descendit usque ad decem. Et tunc Moses subjungit : « Et abiit Dominus, postquam cessavit loqui cum Abraham [1]. » Videsne unde cœperint paulatim manifestari, quæ ad Christum pertinent? Oculi enim hominis justi poterant agnoscere Deum, licet in servili forma exsisteret. Attende igitur, quod Deus Pater nunquam apparuit in prophetarum visionibus humana specie, eo quod ipse non est homo factus : sed nunc quidem alia, nunc rursum alia specie apparuit. Angeli vero nonnunquam humana specie apparent. Inquirendum igitur in hac visione fuerit, quisnam is sit qui tunc visus est. Ecce vero, Deus Pater non erat; quia humana forma visus est. Sed angelumne fuisse dices? Sed quam, quæso, decorum hoc erit, si Moses aut alius quispiam sanctorum angeli mentione facta ipsum appellaverit Dominum vel judicem? Quis est alius qui judicat omnem terram, quam Deus? Cum igitur constet, quod is qui humana specie apparuit, nec Deus Pater fuerit, nec angelus, propter eas causas quas modo recensuimus, elucet omnino, idque necessario, quod ille ipse Verbum et Filius Dei fuerit, qui et Deus et homo est. Eo enim facto, quo ipsi Abraham humana specie apparuit, ostendit futuram suam incarnationem. Quod vero Dominus nominatur ab ipso Abraham et Mose, et universæ terræ judex, qui misereatur cujus voluerit, et corrigat quem corrigere fuerit visum, suam in hoc divinitatem demonstravit. Judicare enim, misereri, et irasci, Dei solius est, angeli vero vel hominis nequaquam; neque enim hoc illorum virtutis est, et potentiæ. Cum enim dicit : « Si invenero quinquaginta vel pauciores his, urbi remittam, » potentiæ suæ magnificentiam indicavit. Tu vero caveas interim, ne cum audieris dicentem Dominum : « Descendens videbo, » de Deo humile quidpiam, et illius divinitate indignum imagineris. Nam propter humanæ naturæ imbecillitatem sæpenumero talia de Deo dicuntur. Præterea hoc dictum est, propter futuram illius cum hominibus conversationem.

3. Præterea cum Dominus Abrahæ quatuor totius orbis cardines ostendisset, inquit : « Tibi dabo terram, et semini tuo, et multiplicans multiplicabo semen tuum sicut astra cœli, et sicut arenam jacentem in littore maris, quoniam patrem multarum gentium constitui te, et benedicentur in te omnes gentes [2]. » Hæc sunt Dei ad ipsum Abraham verba. Nunc quis horum sensus sit, inquirendum est. Considera igitur ut Moses dicat, quod Deus

[1] Gen. XVIII, 1 seqq. [2] Gen. XXII, 16 seqq.

ipsi Abraham et semini ipsius promiserit et pollicitus sit omnem terram, et quod semen ipsius sit multiplicaturus sicut astra cœli, et arenam in littore maris: « Et in semine tuo, inquit, benedicentur omnes gentes. » Et quandoquidem Dei verba vera sunt, nec unquam fallunt, inspiciamus agedum, quando et quonam modo impleta sint hæc Dei oracula. Abraham enim binos habuit filios, alterum quidem ex ancilla Agar, Ismaelem scilicet; alterum ex libera uxore Sara, nempe Isaac. Num itaque propter Ismaelem ex ancilla genitum, ceu Abrahæ semen, dixit Dominus, quod in illo benedicendæ sint omnes gentes? Sed cum Dominus diceret ipsi Abrahæ: « Ejice ancillam cum filio ipsius, nequaquam enim hæres erit ex ancilla genitus cum filio liberæ [a], » secundum Dei præceptum Abraham Ismaelem cum Agar matre sua ejecit, domoque sua expulit. Insuper Abraham justus, cum ex Deo audiret: « Patrem multarum gentium te constituam, et tibi dabo terram, et semini tuo, et in semine tuo benedicentur omnes gentes, » respondit sic dicens: « Quid mihi dabis, Domine, cum ipse sine liberis moriar? » Unde vides, quod priusquam admoneretur Abraham ut Ismaelem domo ejiceret, hunc nequaquam filii loco duxit. Si enim hunc filium verum esse æstimavisset, nunquam certe postulavisset filium alterum. Eo enim quod dicit, « Ego vero orbus morior, » filium postulat, quem et filium et semen suum esse æstimet. Isaac enim tum demum cum hæc ante peracta essent, natus est. Post hæc autem omnia verbum Domini dicens: « Ejice ancillam cum filio suo, » manifeste ostendit, quod nec Deus Ismaelem filium et semen ipsius Abrahæ esse reputaverit. Et ecce, quantum apparet Ismael juxta Dei præceptum hæreditate paterna Abrahæ excidit. Num igitur hunc Isaacum esse dicemus? Quod quidem hic filius sit uxoris liberæ, manifestum est; et Hebræorum gentem ab hoc descendisse constat; gentium autem benedictio ad hunc minime referri potest. Soli enim Hebræi sunt ex illius semine, ceu posteri Jacobi, et duodecim filiorum ejus. Quin in felicitate adhuc et flore regni sui constituti pauci admodum et numeratu faciles reperiuntur, si cum totius orbis habitatoribus conferantur. Vix enim vel unius tantum gentis quantitatem sibi conservaverunt, divino autem auxilio adjuti, insignes et terribiles habebantur. Populum enim sibi hunc peculiarem vocabat Dominus, et illos hæreditatem et peculium suum nominabat; et illius virtute devicerunt simul, et adversariorum oppidis potiti sunt, perque Dei potentiam in Ægypto Moses miracula edere cœpit, et post hunc filius Nun, Josue aliique plures usque ad Christi generationem. Sed post generationem illius in perniciem ruere Judæi cœperunt, et Jacobi prophetia impleta est dicens: « Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de fe-

[a] Gen. xxi, 10.

A ὑπεσχέσθη καὶ ἐπηγγείλατο δοῦναι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ πᾶσαν τὴν γῆν. Καὶ πληθυνθήσεται τὸ σπέρμα αὐτοῦ, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης· « Καὶ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη. » Καὶ ἐπεὶ οἱ τοῦ Θεοῦ λόγοι ἀληθεῖς εἰσι, καὶ οὐδέποτε διαψεύδονται, δεῦρο δὴ σκεψώμεθα, πόθεν καὶ ἐν ποίῳ τρόπῳ ἐπληρώθησαν τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια. Ὁ γὰρ Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης Ἄγαρ, τὸν Ἰσμαὴλ, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας Σάῤῥας, τὸν Ἰσαάκ. Μή ποτε γοῦν εἶπεν ὁ Θεὸς διὰ τὸν πρὸ τοῦ Ἰσαὰκ ἐκ τῆς παιδίσκης γεννηθέντα Ἰσμαὴλ, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη, ὡς ἐκ σπέρματος ὄντα τῷ Ἀβραὰμ, ἀλλ' ἐπεὶ Θεὸς εἶπε τῷ Ἀβραὰμ, B ὅτι « Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην μετὰ τοῦ παιδὸς αὐτῆς, οὐδὲ γὰρ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. » Καὶ κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἐξέβαλε τὸν Ἰσμαὴλ μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς Ἄγαρ, καὶ ἀπεδίωξεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Ἀβραάμ. Ἀλλὰ καὶ ὁ δίκαιος Ἀβραὰμ ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι « Πατέρα πολλῶν τέθεικά σε, καὶ ὅτι Σοὶ δώσω τὴν γῆν, καὶ τῷ σπέρματί σου, καὶ ὅτι Ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη, » οὕτως ἀπεκρίθη, εἰπὼν, « Τί μοι δώσεις, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἀπόλλυμαι ἄτεκνος; Βλέπεις πῶς καὶ πρὸ τοῦ ὁρισθῆναι τὸν Ἀβραὰμ ἐκβαλεῖν ἀπὸ τοῦ οἴκου αὐτοῦ τὸν Ἰσμαὴλ οὐκ ἐλογίζετο τοῦτον υἱὸν αὐτοῦ. Εἰ γὰρ ὡς υἱὸν αὐτοῦ ἐλογίζετο, οὐκ ἂν C ἐζήτει ὁ Ἀβραὰμ τέκνον ἕτερον. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Ἐγὼ δ' ἄτεκνος ἀπόλλυμαι, υἱὸν ἐζήτει, ὅντινα λογίσεται υἱὸν αὐτοῦ καὶ σπέρμα αὐτοῦ. Ὁ γὰρ Ἰσαὰκ ὕστερον ἐγεννήθη. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ εἰπὼν, Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, φανερῶς ἐδήλωσεν, ὅτι οὐκ ἐλογίσατο τὸν Ἰσμαὴλ τέκνον καὶ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ. Καὶ ἰδοὺ ὡς ἀναφαίνεται, ἀμέτοχός ἐστιν ὁ Ἰσμαὴλ ἐκ τῆς κληρονομίας τοῦ Ἀβραὰμ, καθὼς ὁ Θεὸς ἐνετείλατο. Μή ποτε γοῦν ἐστιν ὁ Ἰσαὰκ, καὶ ὅτι μὲν υἱός ἐστιν οὗτος τῆς ἐλευθέρας Σάῤῥας, πρόδηλον. Καὶ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος ἐξ ἐκείνου ἐστὶ, τοῦτο ὁμολογούμενον. Ἀλλ' ἡ τῶν ἐθνῶν εὐλογία οὐκ ἐξέβη ἐπὶ τῷ Ἰσαάκ. Μόνον γὰρ οἱ Ἑβραῖοί εἰσιν ἐκ σπέρματος τοῦ Ἰσαὰκ, ὡς ἀπόγονοι τοῦ Ἰακὼβ, καὶ D τῶν δώδεκα υἱῶν αὐτοῦ. Καὶ ἔτι ἐν τῇ εὐημερίᾳ καὶ ἀκμῇ αὐτῶν ὑπάρχοντες πολλὰ εὑρίσκοντο ὀλίγοι καὶ εὐαρίθμητοι, συγκρινόμενοι πρὸς τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην, μόλις γὰρ περιέσωζον ἑνὸς ἔθνους ποσότητα, ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας ἐφαίνοντο μεγάλοι καὶ φοβεροί. Λαὸν γὰρ αὐτὸς ἐκάλει αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ κληρονομίαν αὐτοῦ ἔλεγεν αὐτοὺς, καὶ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ κατετροπώσαντο καὶ ἐκέρδησαν τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων αὐτῶν. Καὶ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ ἤρξατο ποιεῖν ὁ Μωσῆς ἐν τῇ Αἰγύπτῳ τὰ θαυμάσια, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, καὶ οἱ ἕτεροι, ἕως τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ. Ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννή-

σεως ἤρξαντο πράττειν οἱ Ἰουδαῖοι τὰ ὀλέθρια. Καὶ ἐπληρώθη ἡ τοῦ Ἰακὼβ προφητεία, ἡ λέγουσα τὸ, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως οὗ ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, καὶ τοῦτό ἐστι προσδοκία ἐθνῶν. » Ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα, « Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Μέχρι γὰρ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι καὶ βασιλεῖς ἀπὸ τοῦ γένους αὐτῶν καὶ ἀρχιερεῖς. Γεννηθέντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἔλειψαν καὶ ἀρχιερεῖς καὶ βασιλεῖς. Καὶ τούτων γινομένων ποτὲ μὲν ὠργίζετο ὁ Θεὸς αὐτοῖς διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ἐξαιρέτως δὲ διὰ τὰς εἰδωλολατρείας αὐτῶν, ἃς εἰδωλολάτρουν· ποτὲ δὲ πάλιν συνεπάθει αὐτούς. Ἀφ' οὗ δὲ ἐτόλμησαν τὸ τόλμημα ἐκεῖνο τὸ μέγα καὶ φοβερὸν, ἔκτοτε ἐγκατελείφθησαν παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ παρεδόθησαν εἰς ἀσυμπάθητον ὀργὴν, καὶ διεσπάρησαν εἰς τὰ ἔθνη. Καίτοι γε προσεκαρτέρησε μὲν ὁ Θεὸς μέχρι καιροῦ φιλάνθρωπος ὢν, τὴν ἐκείνων ἐπιστροφήν τε καὶ μετάνοιαν ἐκδεχόμενος· ἀλλ' ὡς ἀνίατα νοσοῦντας ἀπέκοψεν αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, ὡς οἱ προφῆται λέγουσι περὶ αὐτῶν. Ἐπεὶ γοῦν εἰδωλολατροῦντες ἦσαν, καὶ παροργίζοντες τὸν Θεὸν, παρεδίδου μὲν αὐτοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ παιδεύσεις διὰ τὰ κακὰ αὐτῶν. Οὐ μὴν δὲ καὶ ἐγκατέλιπεν αὐτοὺς, ἀλλὰ μέχρι καιροῦ τινος εὐαριθμήτου παρετείνετο ἡ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτοὺς ὀργή. Πάλιν δὲ ἀπελάμβανον καὶ συμπάθειαν, ὡς εἴρηται, καὶ τὴν πρότερον εὐδαιμονίαν. Ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐκείνων αἰχμαλωσίας οὐδέποτε ἔλειψαν ἀπ' αὐτῶν προφῆται εἰς παρηγορίαν ἐκείνων εὑρισκόμενοι καὶ ὠφέλειαν ψυχικήν. Προέλεγον γὰρ καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ ἐρχομένην ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ τοὺς χρόνους τῆς ὀργῆς, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα γενησομένην συμπάθειαν, καὶ τὴν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπάνοδον. Διεβίβασαν γὰρ εἰς τὴν Αἴγυπτον χρόνους τετρακοσίους, ἀλλ' ἐκεῖσε ἐγεννήθησαν καὶ ἀνετράφησαν. Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κτίσαι τὸν ναὸν, ᾐχμαλώτευσεν αὐτοὺς βασιλεὺς τῶν Βαβυλωνίων Ναβουχοδονόσορ χρόνους ἑβδομήκοντα· καὶ μετὰ ταῦτα Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς χρόνους δύο καὶ ἥμισυ, καὶ πλέον οὐ παρετάθη ἡ πρὸς αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ ὀργή. Καίτοι γε ἐπὶ μὲν τοῦ Μωσέως ἔθυσαν τὸν μόσχον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἔθυον τοῖς εἰδώλοις· οὐ μόνον δὲ ἔθυον θύματα ζώων, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ἔθυον τοῖς δαίμοσι, καὶ τοὺς προφήτας ἀπέκτεινον, καὶ ὀργὴν ἀσυμπάθητον οὐ πεπόνθασιν. Ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Κυρίου σταυρώσεώς εἰσι χρόνοι χίλιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα. Καίτοι γε, ὡς τάχα λέγουσι, φυλάσσουσι τὸν νόμον, καὶ οὐδὲν εἰδωλολάτρησαν, ἀλλὰ μόνον διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν αὐτῶν ἐγκατελείφθησαν οὕτως, ὡς ὁρᾷ ὁ κόσμος ὅλος. Ὅτι μὲν γὰρ διὰ τοῦτο διεσπάρησαν, ἵνα παίγνιον καὶ κατάγελως γένωνται παντὶ τῷ κόσμῳ παντί που δῆλον· ὅτι δὲ οὐδὲ προφήτης εἶπεν αὐτοῖς λόγον παρηγορίας, ἀλλ' οὐδὲ ἐλάλησεν

A more illius, donec veniant quæ reposita ei sunt, et ipse exspectatio gentium [a]. » Verum et Isaiæ oraculum dicens : « Exsurget radix Jessæ, et qui exsurget ad imperandum gentibus, in illum gentes sperabunt [b]. » Nam usque ad Christi nativitatem Judæi et reges et pontifices de sua gente habuerunt : hoc autem nato, et reges et pontifices defecerunt. Interea vero temporis nunc quidem Deus illis irascebatur propter peccata ipsorum, idololatriam in primis, cujus studiosissimi erant; nunc vero eorumdem miserabatur denuo : postquam vero facinus illud magnum et horrendum patrare sunt ausi, tunc a Deo deserti in iram irreconciliabilem inciderunt, et in gentes dispersi sunt. Et sane sustinuit illos Deus ad tempus, humanum quasi mi-

B temque se illis exhibens, cum nimirum resipiscentiam illorum et pœnitentiam exspectaret; sed incurabili morbo laborantes abscidit, quemadmodum prophetæ de ipsis vaticinati fuerant. Cum enim idolis servirent, et Deum irritarent, ipsos quidem in captivitatem et pœnas propter scelera illorum tradidit, non tamen omnino dereliquit : sed in tempus aliquod non adeo immensum, nec infinitum, divina in illos ira extendebatur; quo transacto, ut dictum est, et illius misericordiam et pristinam felicitatem recuperabant. Verumtamen nec in tempore captivitatis illorum unquam defuerunt illis prophetæ, ad consolationem illorum et animæ salutem a Deo dati. Prædicebant enim et venturam

C Dei in illos iram, et tempus iræ definitum, tum etiam Dei post hoc secuturam commiserationem, et futurum in Hierosolymam reditum. In Ægypto enim transegerunt annos quadringentos, verum ibidem et multiplicati et enutriti sunt. Postquam vero ascenderunt Hierosolymam, et templum exstruxerunt, in captivitatem redegit eos Babyloniorum rex Nabuchodonosor annis septuaginta. Post hæc annis duobus et semis Antiochus ille cognomento Illustris, nec ultra longius divina in illos ira porrecta est. Imo cum tempore Mosis in deserto exsistentes vitulo sacrificarent, et post hæc idolis offerrent victimas, nec tantummodo animalium sacrificia, sed proprios liberos quoque dæmonibus immolarent, et prophetarum cædibus contaminarentur,

D nequaquam tamen adhuc Dei iram irreconciliabilem experti sunt. A Domini vero passione anni jam mille trecenti et sexaginta (1) elapsi sunt, et tamen (ut nimirum ipsi affirmant) legem custodiunt, et ab omni idololatria abstinent; sed propter unum hoc, quod in Christum exercuerunt impiissimum facinus, deserti et totius mundi exemplum facti sunt. Quod enim hac de causa dispersi sint, ut totius mundi ludibrio et risui exponerentur, clarissime vel ex hoc patet, quod a nullo prophetarum interea temporis consolationem acceperunt, nec aliquis prophetarum inter illos locutus

[a] Gen. XLIX, 10. [b] Isa. XI, 1.

(1) Nota tempus quo liber hic conscriptus est.

est post Joannem Zachariæ filium. Cum enim jam advenisset is qui per prophetas prædictus erat (Christus nimirum) necesse erat prophetiam aboleri, partim quidem quod Christus, ut modo dictum est, venisset, partim quod Judæi hac indigni essent, et omnino deserendi, eo quod Christum contempsissent, et in eum omnia quæ facta sunt ab ipsis patravissent; propterea, inquam, malis objecti sunt incurabilibus. Non enim nudum hominem crucifixerunt, sed Deum et hominem; nec tamen divinitas passa est, sed homo. En igitur et illa, quæ ex Saræ liberæ filio, Isaac nempe, progenita est posteritas derelicta est, et Isaaci semen, quantum Judæos attinet, in perditione desertum. Qua igitur ratione Deus Hebræorum gentem pro Isaaci semine erat habiturus, cum jam de illis constitutum esset, ut in Dei iram implacabilem inciderent? Quomodo item pro Abrahæ filiis erant reputandi, quos David ante prævidens, de iisdem vaticinatus Dominum alloquitur: « Obscurentur oculi ipsorum, et dorsum illorum semper incurva[6]? » Id est, non recedat ab illis servitutis jugum perpetuæ. Hoc enim sibi vult, quod eos incurvandos esse a Deo præcipit. Neque enim hæc est exsecrandi formula, sed prophetiæ enuntiatio. Qua denique ratione eos Isaaci semen et Abrahæ filios Deus judicaturus erat, quorum subversionem et excidium prædixit propheta Daniel? nusquam vero reditus illorum et revocationis (ut in aliis solet) meminit, sed diversum longe indicat. Postquam enim tragico et magnifico dicendi genere eventura ipsis mala exposuisset, tandem subjungit: « Usque in consummationem sæculorum hæc eos detinebit servitus [7]. » Verum in Evangeliis quoque sic scriptum est, quod Judæis magnifice sese erga Christum extollentibus, dicendo, « Patrem habemus Abraham, » dixit Jesus: « Ne dicatis intra vos ipsos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis: Possibile est Deo, etiam ex lapidibus istis Abraham filios suscitare [8]. » Quid autem hæc sibi aliud voluerunt, quam si dixisset: Quoniam in vobis ipsis boni nihil est, verum in hoc solo confisi splendidis verbis extollimini, quod vos Abrahæ filios dicere potestis, dico vobis, quod possit Deus etiam ex lapidibus istis ipsi Abrahamo filios excitare. Quod autem ex lapidibus inanimatis possit Deus homines formare, manifestum est; qui enim de nihilo creavit hominem, eumdem ex inanimata materia creare potest. Verumtamen hæc non de lapidibus, sed gentibus dixit, quæ corda habebant ipsis lapidibus magis excæcata: quæ postea Christum adoraverunt, in eumdem crediderunt, et juxta promissionem pro Abrahæ filiis reputati sunt. Judæos enim non modo hac gloria privavit Christus, et a genere Abrahæ exclusit, verum etiam diaboli filios nominavit, dicens: « Vos facitis opera patris vestri, diaboli. Ille homicida est

A εἰς αὐτοὺς προφήτης μετὰ τὸν Ἰωάννην τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν, τοῦτο δῆλον. Ἐλθόντος γὰρ τοῦ προφητευομένου, ὅς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐξανάγκης ἡ προφητεία ἤργησε, τὸ μὲν ὅτι ἦλθεν ὁ Χριστὸς, ὡς εἴρηται, τὸ δὲ ὡς ἀνάξιοι ὄντες καὶ ἐγκαταλελειμμένοι οἱ Ἰουδαῖοι. Διὸ ἠθέτησαν τὸν Χριστὸν, καὶ ἐποίησαν ἐπ' αὐτῷ ὅσα καὶ ἐποίησαν, κατὰ τοῦτο ἔπαθον τὰ ἀνήκεστα κακά. Οὐ γὰρ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐσταύρωσαν, ἀλλὰ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. Καὶ οὐ θεότης ἔπαθεν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος. Ἰδοὺ γοῦν καὶ ἀπὸ τῆς ἐλευθέρας Σάῤῥας υἱοῦ τοῦ Ἰσαὰκ, ὅσον τὸ ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐναπελείφθη ἐγκαταλελειμμένον καὶ ἐν ἀπωλείᾳ τὸ τοῦ Ἰσαὰκ σπέρμα. Πῶς γὰρ ἔμελλε λογίζεσθαι ὁ Θεὸς τὸ γένος τῶν Ἑβραίων εἰς σπέρμα τοῦ Ἰσαὰκ, ἐπεὶ ἀπέκειτο αὐτοῖς, ἵνα ἡ ἀσυμπάθητος ὀργὴ τοῦ
B Θεοῦ καταλάβῃ αὐτούς; Πῶς δὲ ἔμελλον λογισθῆναι τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, οὓς προϊδὼν ὁ Δαβὶδ προφητεύων ἐπ' αὐτοὺς, ἔλεγε πρὸς τὸν Θεὸν, « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον, » τουτέστι μὴ ἀποστῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ ζυγὸς τῆς διηνεκοῦς δουλείας. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ « διαπαντὸς σύγκαμψον. » Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο κατάρας εἶδος, ἀλλὰ προφητείας ἔκβασις. Πῶς γὰρ ἔμελλε λογίσεσθαι αὐτοὺς ὁ Θεὸς σπέρμα τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, περὶ ὧν Δανιὴλ ὁ προφήτης τὴν μὲν καταστροφὴν αὐτῶν καὶ ἀπώλειαν ἐδήλωσε καὶ προεῖπε, τὴν δὲ ἐπάνοδον καὶ ἀνάκλησιν ὡς καὶ ἐν ἄλλοις οὐ προεῖπεν, ἀλλὰ τοὐναντίον; μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν καὶ ἐκτραγῳδῆσαι τὰ εἰς αὐτοὺς γενησόμενα κακὰ, τότε ἐπήγαγεν, « Ἕως συντελείας αἰώ-
C νων καθέξει αὐτοὺς ἡ δουλεία αὕτη. » Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις οὕτω γέγραπται, ὅτι λεγόντων τῶν Ἰουδαίων καὶ μεγαλαυχούντων πρὸς τὸν Χριστὸν, ὡς « Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραὰμ, » λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰωάννης, « Μὴ λέγετε ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. Λέγω γὰρ ὑμῖν, δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. » Τί τοῦτο δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὅτι Ἐπεὶ ὑμεῖς ἀφ' ἑαυτῶν οὐκ ἔχετε ἀγαθὸν, ἀλλ' ἐν τούτῳ καὶ μόνῳ θαῤῥοῦντες, μεγαλοῤῥημονεῖτε, τὸ λέγεσθαι ὑμᾶς υἱοὺς Ἀβραὰμ, ἔφη αὐτοῖς, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἀψύχων λίθων δύναται ὁ Θεὸς ποιῆσαι ἀνθρώπους, πρόδηλον. Ὁ γὰρ ποιήσας ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος
D τὸν ἄνθρωπον δύναται ἐγεῖραι καὶ ἀπὸ τῆς ἀψύχου ὕλης. Ἀλλὰ Θεὸς οὐκ εἶπε περὶ τῶν λίθων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐθνῶν, τῶν ἐχόντων καρδίας πεπωρωμένας ἐπέκεινα τῶν λίθων, ἅτινα ἔθνη προσεκύνησαν τὸν Χριστὸν, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, καὶ ἐλογίσθησαν κατ' ἐπαγγελίαν τέκνα τοῦ Ἀβραάμ. Τοὺς γὰρ Ἰουδαίους οὐ μόνον ἀπεστέρησε, καὶ ἐξέβαλεν ὁ Χριστὸς τοῦ λογίζεσθαι αὐτοὺς τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλὰ καὶ υἱοὺς διαβόλου ὠνόμασεν αὐτοὺς, οὕτως εἰπών· « Ὑμεῖς τὰ ἔργα ποιεῖτε τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου. Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἐστὶν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι ψεύστης ἐστίν. » Οὓς δὲ ὁ Χριστὸς υἱοὺς διαβόλου ὠνόμασε, πῶς δύνα-

[6] Psal. LXVIII, 24. [7] Dan. IX, 27. [8] Matth. III, 9.

ται λογίζεσθαι ὁ Θεὸς υἱοὺς Ἀβραάμ, καὶ σπέρμα A Ἰσαάκ; Τίς γὰρ μετοχὴ διαβόλῳ καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ δούλοις, Ἀβραάμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ; Μᾶλλον δὲ τίς κοινωνία Θεῷ καὶ διαβόλῳ;

δ'. Καὶ ἰδοὺ κατὰ τὴν κρίσιν καὶ τὴν πίστιν τῶν τε Ἰουδαίων τῶν τε Μουσουλμάνων ἐναπέμεινεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος μάταιός καὶ ψευδής. Ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἰσμαὴλ οὐδὲν προσῆλθον τὰ ἔθνη τῷ Θεῷ, ἀπὸ τοῦ Ἰσαὰκ ὁμοίως. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Οὐδὲ γὰρ διαπέπτωκεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' ἐν τῷ Χριστῷ τῷ ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ κατὰ σάρκα ἀνεφάνησαν, καὶ ἀπεκαλύφθησαν καὶ ἐπληρώθησαν πᾶσαι αἱ ὁράσεις, πᾶσαι αἱ προφητεῖαι, πᾶσαι αἱ ἀποκαλύψεις, αἱ δεικνύουσαι αὐτὸν B Θεόν, αἱ δεικνύουσαι αὐτὸν ἄνθρωπον, καθὼς ὁ λόγος ἀπέδειξε καὶ ἐδήλωσε, καὶ ἔτι δηλώσει σαφέστερον. Ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ Χριστῷ ἔλαβον τὴν εὐλογίαν πιστεύσαντα εἰς αὐτόν. Πάντα γὰρ τὰ ἔθνη τὰ πρότερον εἰδωλολατροῦντα νῦν πάντα πιστὰ καὶ ὀρθόδοξα, πλὴν τινων μερικῶν, Μουσουλμάνων λέγω, Ἑβραίων καὶ ἑτέρων, οἵτινες ὁμοῦ πάντες οὐδὲν φαίνονται, συγκρινόμενοι πρὸς τὰ πλήθη τῶν Χριστιανῶν, ὅσον ὕδατος δρὰξ πρὸς πέλαγος. Ὅμως τί τοῦτο πρὸς τὴν ἀλήθειαν, εἰ καί τινες παρ' οὐδὲν θέμενοι ταύτην, ἔμειναν ἀδιόρθωτοι καὶ ἄπιστοι; Ὁ μὲν ἥλιος πάντα τὸν ἀέρα φωτίζει, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἀλλὰ τῶν τυφλωττόντων σκοτεινῶν μενόντων, οὐ παρὰ τοῦτο προστρίβεται τῷ ἡλίῳ ἡ C μέμψις, ἀλλὰ τοῖς τυφλώττουσιν. Οὕτω μοι νόει καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον καὶ ἡ διδασκαλία, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ μυρίους ἡλίους ἀνεδείχθη λαμπρότερος καὶ φωτεινότερος. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ τοῦ Εὐαγγελίου λόγος, καὶ οἱ πιστεύοντες σώζονται, οἱ δὲ μὴ πιστεύοντες ἀπόλλυνται. Ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ Χριστῷ ἡ μέμψις, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἀπίστοις, τοῖς καταπροδοῦσι τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἁπλῶς πάντων τῶν πιστευσάντων ἐστὶν ἡ σωτηρία, ἀλλὰ τῶν σὺν τῇ πίστει ποιησάντων ἔργα σωτηρίας ἄξια. Ἀλλ' ἐπιστραφήτω ὁ λόγος ἡμῶν εἰς τὰς περὶ Χριστοῦ μαρτυρίας καὶ ἀποδείξεις, ἀλλ' οὐ πάσας. Εἰ γὰρ πάσας τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ ἀποκαλύψεις τε καὶ ὁράσεις καὶ προφητείας ἐπειράθημεν ἀναπτύξαι, D πολλοὶ γραφεῖς, πλεῖστα κεκοπιακότες, ὀλίγον μέρος ἐπεξειργάσαντο ἄν. Ὅμως μικρόν τι ἐκ τῶν πολλῶν εἴπωμεν διὰ τὴν τῆς ἀληθείας φανέρωσιν.

ε'. Εἶπεν ὁ Μωϋσῆς πρὸς τὸν λαὸν τῶν Ἑβραίων, « Ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν προφήτην, ὡς ἐμέ· καὶ πᾶσα ψυχή, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. » Καὶ σκόπει τὴν τοῦ προφήτου ἀκρίβειαν· ἐν τῷ εἰπεῖν, « Προφήτην ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός, » ἔδειξεν ὅτι ἄνθρωπος μέλλει ἔσεσθαι ὁ προφητευόμενος,

ab initio, et in veritate non stetit, quoniam mendax est [9]. » Quos autem Christus diaboli filios nominavit, num Deus Abrahæ filios et Isaaci semen judicare potest? Quæ enim est communio diaboli cum Dei servis Abraham, Isaac et Jacobo? Imo quod est Dei cum diabolo commercium?

4. En igitur, juxta Judæorum et Musulmanorum sententiam et fidem, Dei verbum irritum falsumque esse deprehenderetur (ab Ismaele enim gentes nequaquam Deo accesserunt, similiter nec ab Isaaco); sed nequaquam hoc est, minime, inquam. Nullo modo enim Dei verbum intercidit; verum in Christo, qui ex Abrahæ semine natus est secundum carnem, manifestatæ, revelatæ et impletæ sunt omnes visiones, omnes prophetiæ, omnesque revelationes, quæ ipsum et Deum esse et hominem ostendunt, quemadmodum noster hic sermo jam demonstravit et exposuit, et manifestius adhuc multo exponet. Insuper et omnes gentes in Christo acceperunt benedictionem per fidem, qua in illum crediderunt. Gentes enim universæ prius idolorum cultui deditæ, nunc fideles et orthodoxæ sunt, exceptis paucissimis, Musulmanis scilicet, Hebræis, et aliis: qui simul omnes nulli videntur, cum Christianorum multitudine collati; non magis quam si tantillum aquæ, quantum vola manus capit, cum pelago comparetur. Verumtamen quid hoc ad veritatem, si nonnulli hanc contemnentes, incorrigibiles et infideles permanserunt? Sol enim totum illuminat aerem, et orbem universum, cæcis interim in cæcitate et tenebris permanentibus: nec tamen propterea sol reprehendendus est, sed ipsi cæci. Talis mea quoque de Christo fertur sententia. Christi nempe Evangelium et doctrina, imo Christus ipse, infinitos soles splendore et lumine excellit. In omnem enim terram Evangelii prædicatio divulgata est et credentes salutem consequuntur; qui vero non credunt, pereunt. Non tamen hæc culpa in Christum, sed in infideles incidit, qui suam ipsorum salutem produnt. Nec tamen omnibus simpliciter et nude credentibus salus contingit, sed iis qui per fidem opera faciunt salute digna. Revertatur autem ad Christi testimonia et demonstrationes nostra oratio, non tamen ut omnes recenseat. Si enim omnes, quæ de Christo sunt, revelationes, visiones et vaticinia discutere aggrederemur, etiam multi scribæ multum laborando, vix parvam aliquam ex his partem absolverent; nihilominus tamen pauca ex multis proferamus ad veritatis illustrationem.

5. Dixit Moses ad populum Hebræorum: « Prophetam ex fratribus vestris suscitabit Dominus Deus, sicut me: et omnis anima quæ non audierit prophetam illum, eradicabitur [10]. » Atque considera hic prophetæ diligentiam. Dicendo enim, « Prophetam suscitabit Dominus Deus, » ostendit, quod homo futurus sit de quo vaticinatur, et quod

[9] Joan. VIII, 44. [10] Deut. XVIII, 15.

a Deo sit, nec de pseudoprophetarum numero. Dicendo autem, « Ex fratribus tuis, » ostendit quod ex Hebræis, et non aliunde oriundus sit; ne si forte quis alienigena se prophetam hunc esse diceret, et Dei Spiritu vaticinari, ab ipsis reciperetur, sed ut hunc ceu erronem et impostorem negligerent. Porro et magnus ille Moses prius a Deo accepit testimonia, partim quidem ex miraculis in Ægypto editis, et maris Rubri transitu; partim vero ex Dei in monte Sinai congressu, et visione per ignem exhibita coram universis populi Judaici castris. Et tunc demum legem a Deo acceptam promulgavit; quapropter superius diximus Mosem illum magnum hoc de Christo dixisse: « Suscitabit Dominus Deus prophetam ex fratribus vestris. » Illud vero, « sicut me, » hac de causa adjecit, quod Sicuti ego vos in libertatem asserui ex acerba Pharaonis servitute, luto et laterum coctione, et legem vobis salutiferam tuli, sic etiam is a me modo prædictus propheta ex tyrannide et potestate diaboli et idololatria universum mundum liberaturus est, et libertatis leges laturus. His auditis Judæi hunc olim prænuntiatum exspectabant, et videntes Joannem Zachariæ filium ex deserto venientem et baptizantem populum, cum hunc eumdem esse quem Moses prædixerat, existimarent, interrogaverunt eum: « Tune es propheta ille? » Quid vero idem respondit? « Non sum ego, sed ipse ante illum missus sum. Venit autem post me, cujus ego calceamenta portare indignus sum [11]. » Propheta certe erat Joannes, et præclarus quidem; sed quia Judæi de illo propheta interrogabant, quem Moses prædixerat venturum, Joannes se illum non esse respondit. Sed ecce Judæorum ingratitudinem et stultitiam, qui priusquam Christus vel Messias adveniret, illum exspectaverunt, illumque inquisiverunt, venientem vero contempserunt.

6. Post hæc vero rursum dicit Moses ille magnus: « Lætentur una cum illo cœli, et adorent illum omnes angeli Dei [12]. » Age igitur et mihi dicito, quemnam alium angeli Dei adorant præterquam Deum ipsum? Hic igitur, quem Moses hominem, prophetam et legislatorem esse demonstravit, quem item ab angelis adorandum esse dixit, et Deus et homo est, Filius scilicet et Verbum Dei, a nobis simul et angelis adorandus et honorandus. Et hæc quidem ex Mose.

7. David vero propheta sic dixit: « Deus, judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis. Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios inopum, et calumniatorem humiliabit. Commorabitur cum sole, et ante lunam, in generatione generationum. Descendet veluti pluvia super vellus, et veluti stilla stillans super terram. Oriri faciet in diebus suis justitiam et multitudinem pacis, donec auferatur

A καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐστι, καὶ οὐ κατὰ τοὺς ψευδοπροφήτας. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, « Ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, » ἔδειξεν ὅτι ἐκ τῶν Ἑβραίων ἐστὶ, καὶ οὐχ ἄλλοθεν· ἵνα ἐὰν ἄλλος τις εἴποι ἐξ ἀλλοδαποῦ γένους ὅτι προφήτης ἐστὶ, καὶ ἀπὸ Θεοῦ προφητεύει, οὐ παραδέξωνται αὐτὸν, ἀλλ' ὡς πλάνον καὶ ἀπατεῶνα λογίσωνται. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Μωσῆς πρῶτον ἔλαβε τὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυρίας ἀπό τε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θαυμάτων, καὶ τῆς ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ διαβάσεως, ἀπό τε τῆς ἐν τῷ Σινᾶ ὄρει διὰ πυρὸς τοῦ Θεοῦ συγκαταβάσεώς τε καὶ φαντασίας, ἔμπροσθεν πάσης τῆς παρεμβολῆς τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων παντός· καὶ τότε ἐξέδοτο τὸν νόμον τὸν δοθέντα ὑπὸ Θεοῦ. Δι' ἣς γοῦν αἰτίας ἀνωτέρω εἴπομεν, ὁ μέγας Μωσῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηκε τὸ « Ἀναστήσει
B Κύριος ὁ Θεὸς προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. » Τὸ δὲ, « ὡς ἐμὲ, » τούτου χάριν ἐλάλησεν, ὅτι Ὥσπερ ἐγὼ ἠλευθέρωσα ὑμᾶς ἐκ τῆς πικρᾶς δουλείας τοῦ Φαραὼ, καὶ τοῦ πηλοῦ, καὶ τῆς πλινθείας, καὶ δέδωκα ὑμῖν νόμον πρὸς σωτηρίαν, οὕτω καὶ ὁ παρ' ἐμοῦ νῦν κηρυττόμενος προφήτης ἐλευθερώσειν μέλλει ἀπὸ τῆς τυραννίδος καὶ ἐξουσίας τοῦ διαβόλου καὶ τῆς εἰδωλολατρείας τὸν σύμπαντα κόσμον, καὶ δοῦναι τὸν τῆς ἐλευθερίας νόμον. Τοῦτο ἀκούσαντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐξεδέχοντο τὸν πάλαι προφητευθέντα, καὶ ἰδόντες τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν Ἰωάννην ἐλθόντα ἐκ τῆς ἐρήμου, καὶ βαπτίζοντα τὸν λαὸν, καὶ νομίσαντες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ παρὰ τοῦ Μωσέως τότε λεχθεὶς, ἠρώτησαν αὐτὸν, « Σὺ εἶ ὁ προφήτης; » Τί γοῦν
C ἐκεῖνος; « Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ, ἀλλ' ἐγὼ μέν εἰμι ἀπεσταλμένος ἔμπροσθεν ἐκείνου· ἔρχεται δὲ ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὰ ὑποδήματα βαστάζειν. » Πάντως ὁ Ἰωάννης προφήτης ἦν, καὶ μέγας προφήτης, ἀλλ' ὅτι ἠρώτησαν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ τοῦ προφήτου, οὗ εἴρηκεν ὁ Μωϋσῆς, διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ Ἰωάννης, ὅτι « Οὐκ εἰμὶ ἐγώ. » Καὶ ὅρα τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀγνωμοσύνην τε καὶ εὐήθειαν, ὅτι πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸν Μεσσίαν ἤτοι τὸν Χριστὸν, ἐξεδέχοντο καὶ ἠρώτησαν περὶ ἐκείνου, ἐλθόντα δὲ, ἠθέτησαν τοῦτον.

ϛ'. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἶπεν ὁ αὐτὸς Μωϋσῆς ὁ μέγας, « Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ, ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Εἰπέ μοι, τίνα ἄλλον προσκυνοῦσιν οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ αὐτὸν τὸν Θεὸν, ὥστε ὃν ἔδειξεν ὁ Μωϋ-
D σῆς ἄνθρωπον καὶ προφήτην καὶ νομοθέτην, ὃν ἔδειξ προσκυνούμενον ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ παρ' ἡμῶν καὶ τῶν ἀγγέλων προσκυνούμενος καὶ τιμώμενος. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ Μωσέως.

ζ'. Ὁ δὲ Δαβὶδ ὁ προφήτης οὕτως εἴρηκεν, « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως. Κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην, καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν. Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν· ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ

[11] Joan. I, 23, 27. [12] Psal. XCV, 11; XCVII, 8.

δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντοτε οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος, καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Πάντως δύο πρόσωπα εἰσάγων ὁ Προφήτης, τὸν Θεὸν καὶ τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως οὐδὲν ἕτερον λέγει ἀλλ' ἢ τὸν Θεὸν καὶ βασιλέα, καὶ τὸν τούτου Υἱὸν τὸν Χριστὸν, ὃς κρίνει τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώζει τοὺς πένητας, καὶ ταπεινοῖ τὸν συκοφάντην. Νὰ ὑπολάβῃς ἄνθρωπόν τινα ἰσχυρὸν καὶ δίκαιον, ἄρχοντα ἢ βασιλέα; Ἀλλὰ τὸν αὐτὸν λέγει, ὅτι συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ· ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ λέγει, ὅτι ἐστὶ πρὸ τῆς σελήνης, γενεᾶς γενεῶν. Καὶ εἰς τίνα τῶν ἀνθρώπων χωρεῖ τοῦτο, ὅτι πρὸ τῆς σελήνης γενεᾶς γενεῶν ἦν, καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ; Εἰς οὐδένα ἄλλον, ἀλλ' εἰς αὐτὸν πάντως τὸν Χριστόν ἐστιν ἡ προφητεία. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν, ὅτι κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει τοὺς συκοφάντας, ἔδειξε τὴν τούτου δικαιοσύνην καὶ ἰσχὺν καὶ κηδεμονίαν εἰς τοὺς ἀνθρώπους. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, ὅτι πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεᾶς γενεῶν, ἔδειξε τὸ τούτου ἄναρχον. Ἐν δὲ τῷ, « Συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, » ἔδειξε τὸ τούτου ἀτελεύτητον. « Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡς ἡ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. » Πάλιν τίς κατέβη ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, τουτέστιν ἡσύχως καὶ ἀταράχως, καὶ ἄνευ τῆς οἰκείας ἀξίας αὐτοῦ καὶ μεγαλειότητος, ἢ ὁ Χριστὸς, ὃς κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν αὐτὸν ἐν πενιχρᾷ φάτνῃ καὶ σπηλαίῳ ταπεινῷ; Οὐ γὰρ ἦλθεν ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον. Ὅταν δὲ ἔλθῃ κρῖναι τὴν οἰκουμένην, τότε μέλλει φανῆναι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ πάντων τῶν ἀγγέλων, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἔφησεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι « Οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. » « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. » Τί βούλεται τὸ, « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης; » Οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι τῆς τοιαύτης ἀδικίας χείριστόν τε καὶ κάκιστον, ἵνα ἀφήσωσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν δημιουργὸν καὶ πλάστην αὐτῶν, τὸν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντα αὐτοὺς, καὶ προσκυνήσωσι τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς κτίσμασι, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Καὶ ὥσπερ τις ὑπὸ μέθης καὶ βαθείας σκοτίας παραβλέψας τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τὸν ἐπιμελούμενον παντὶ τρόπῳ, καὶ κηδόμενον καὶ ζητοῦντα τὴν τούτου προμήθειαν καὶ ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν, ἀκολουθήσας ἐχθρῷ τῷ ἐπιθυμοῦντι τὴν σφαγὴν αὐτοῦ καὶ τὸν ὄλεθρον, δε-

[13] Psal. LXXI, 2 seqq. [14] Joan. XII, 47.

A luna. Et adorabunt eum omnes reges terræ. Omnes gentes servient ei, et erit nomen ejus benedictum in sæcula. Ante solem permanet nomen ejus, et benedicentur in eo omnes tribus terræ : omnes gentes beatificabunt illum. Beatus Dominus Deus Israelis, solus faciens mirabilia, et benedictum nomen ejus in sæculum et in æternum [13]. » Duas hic in universum personas propheta inducens, Deum scilicet, et filium regis, nihil aliud innuit quam Deum vel regem, et illius Filium Christum, qui judicat pauperes populi, et salvos facit inopes, et humiliat calumniatorem. Neque hic hominem quemdam fortem et justum, principem vel regem intelligas. De eodem enim dicit, quod commoraturus sit cum sole ; item de eodem, quod sit ante B lunam et generationes generationum. In quem vero hominum hoc competere potest, ut ante lunam in generationes generationum esse dici possit, et ut cum sole commoretur ? In nullum certe alium, sed revera in solum ipsumque Christum prophetia quadrat. Cum enim dicit, quod judicet pauperes populi, et salvet filios inopum, et calumniatores humiliet, illius ostendit justitiam, fortitudinem, et curam qua erga homines utitur. Cum vero dicit, quod ante solem permaneat nomen ejus, et ante lunam in generationes generationum, illius æternitatem principio carentem indicat. Et eo quod dixit : « Commorabitur cum sole, » illius æternitatem fine carentem denotavit. Item, « Descendet C veluti pluvia super lanam, et sicut gutta stillans super terram. Exoriri faciet in diebus suis justitiam et multitudinem pacis, donec auferatur luna. » Denuo (responde) quis descendit ut pluvia super lanam, id est quiete, et sine strepitu, et citra propriam majestatem magnificentiamque suam, præter Christum ? qui descendit cœlitus in sanctam Virginem, quæ conceptum eum peperit in vili præsepio et humili casa. Non enim venerat judicaturus mundum, sed ut mundum salvaret. Cum vero veniet judicaturus orbem, apparebit in gloria Patris sui cum omnibus angelis, quemadmodum ipse Christus in Evangelio testatur : « Non veni judicaturus mundum sed ut mundum salvem [14]. » Item, « Exoriri faciet in diebus suis justitiam et multitudinem D pacis donec auferatur luna. » Quisnam horum sensus, « Producet in diebus suis justitiam et multitudinem pacis ? » Non alius, quam quod impietatis summam notat perniciem : quod scilicet homines derelicturi sint Deum, procreatorem et factorem suum, qui eos nusquam existentes in hanc substantiam redegit ; et adoraturi sint diabolum, creaturas, et opera manuum suarum. Et quemadmodum aliquis ebrietate victus, aut in densis profundisque tenebris oberrans, neglecto proprio parente, qui commodum et utilitatem salutemque suam in primis et unice desiderat promotamque cupit, hostem sequitur, cædis et perniciei suæ cupidum, ligatus scilicet et vinctus ab eo manusque pedes-

κατηγόρημα κεῖται τοῦτο καθ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ὅτι τοῦ Θεοῦ εἰπόντος, ὅτι Ἐγὼ Θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔχω συντροφίαν εἰς τὴν ἐμὴν θεότητα, ἡμεῖς λέγομεν τὸν Χριστὸν Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱὸν, καὶ προσκυνοῦμεν πολλοὺς θεοὺς, καὶ ἔστω ὑπὸ ἀναθέματι ὁ προσκυνῶν θεοὺς δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ πολλούς. Ἀλλὰ προσκυνοῦμεν Θεὸν ἕνα ἀληθινὸν, τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. Ὁ γὰρ Θεὸς διδάσκων τοὺς Ἑβραίους, ἵνα μηκέτι εἰδωλολατρῶσιν, εἶπεν αὐτοῖς, « Οἱ πιστεύοντες τοῖς εἰδώλοις πιστεύουσι θεοῖς πολλοῖς. » Οἱ δὲ Χριστιανοὶ ὀρθὰ φρονοῦντες, ἑνὶ Θεῷ πιστεύουσι, καὶ οὐ πολλοῖς· καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐδίδαξεν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εἰπὼν, ὅτι « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » καὶ « Ὁ ἐμὲ θεωρῶν, θεωρεῖ τὸν Πατέρα μου. » Ὑμεῖς δὲ ἀγνοοῦντες τὰς Γραφὰς, ἐκπίπτετε τῆς ἀληθείας. Καὶ τούτου γεγονότος, ἄλλα ἀκούοντες, ἄλλα γινώσκετε. Οἱ δὲ Ἑβραῖοι συμπαθηθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν ἀπώλοντο, ὅμως δὲ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας οὐκ εἶδον. Ἀλλὰ καταδικασθέντες, εὑρίσκοντο διάγοντες πεπλανημένως οὕτως ἐν τῇ ἐρήμῳ χρόνους τεσσαράκοντα, ἄχρις ἂν τελευτήσωσι πάντες ἐκεῖνοι, διὰ τὸ, ἵνα οὐδὲν ἴδωσι τὴν γῆν, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς δοῦναι τοῖς υἱοῖς Ἀβραάμ. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν ἐκείνων εἰσῆλθον τὰ τέκνα αὐτῶν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, κἀκεῖσε εὗρον πολλὰ ἀγαθὰ ἐν αὐτῇ. Καὶ ἐκεῖ ἀπέστειλεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς προφήτας καὶ διδασκάλους. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπὸ τούτων ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ἐλιθοβόλησαν, καὶ ἐφάνησαν ἀχάριστοι καὶ ἀγνώμονες εἰς τὸν Θεόν. Καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐδίδουν εὐχαριστίαν, ἀλλὰ καὶ διόλου σχεδὸν εἰδωλολάτρουν. Καὶ διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς αἰχμαλωσίας. Πάλιν δὲ συμπαθὴς ὢν ὁ Θεὸς, ἀνεκαλεῖτο αὐτούς. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν εὐδόκησε καὶ ἠθέλησεν, ἵνα ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος αὐτοῦ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον, σώσῃ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ὁ διάβολος ἀπατήσας, ἀπέστησεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ προσεκύνει τῇ κτίσει καὶ τῷ διαβόλῳ. Κατελθὼν τοίνυν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ λαβὼν σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας, ἐγένετο ἄνθρωπος, ὡς ἔμπροσθεν παρὰ τῶν ἁγίων καὶ προφητῶν ἀπεδείχθη, καὶ γεγονὼς ἄνθρωπος, καὶ καρτερήσας χρόνους τριάκοντα, ἤρξατο διδάσκειν τὸν λαὸν, καὶ ἑρμηνεύειν τὴν τῆς ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης ὁδὸν, καὶ διδάσκων ἔπραττε, καὶ πράττων ἐδίδασκε, καὶ ἐποίει θαύματα μεγάλα καὶ ἐξαίσια. Οὐχ ὥσπερ κατὰ καιροὺς ἐποίησάν τινες τῶν ἁγίων ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, ὡς δοῦλοι, ἀλλὰ δεσποτικῶς τε καὶ ἐξουσιαστικῶς ἐποίει καὶ ἔπραττεν ὅσα καὶ ἔπραττεν. Εἶπε γὰρ λεπρὸς αὐτῷ, « Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. » Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Χριστὸς, « Θέλω, καθαρίσθητι. » Καὶ εἶπεν ὁ παράλυτος, Κύριε, τριάκοντα καὶ ὀκτὼ χρόνους κατάκειμαι, καὶ οὐκ ἔχω ἄνθρωπον, ἵνα ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με ἐν αὐτῷ (ἄγγελος γὰρ παρὰ Θεοῦ ἀπεστέλλετο κατὰ καιρὸν, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, καὶ ὁ πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος, ὑγιὴς ἐγίνετο οἱῳδήποτε κατείχετο νοσήματι). Ὡς γοῦν παράλυτος καὶ

A dicente, Ego sum Deus solus, et divinitatis consortem non habeo, nos tamen dicamus Christum Deum esse et Dei Filium; unde etiam multos deos adoremus. Cæterum anathema sit, quisquis vel duos vel tres pluresve deos adoraverit; nos vero unum Deum verum adoramus, creatorem cœli et terræ. Deus enim Hebræis præcipiens ne posthac idolorum cultui inservirent, dixit : « Qui idolis credunt, multis diis credunt. » Christiani vero, quæ recta sunt sentientes, uni Deo credunt, et non multis juxta Christi doctrinam, quam in Evangelio tradidit, dicens : « Ego et Pater unum sumus ; » et : « Qui me videt, videt Patrem meum. » Vos autem cum Scripturas ignoretis, a veritate excriditis; et cum hoc factum fuerit, aliis auditis

B alia et diversa intelligitis. Hebræi vero Deum misericordem experti, nequaquam perierunt; terram tamen promissionis non viderunt, sed a Deo damnati, multis erroribus hinc inde per desertum circumducti sunt annis circiter quadraginta, donec omnes illi mortui sunt, ne scilicet terram viderent, quam Deus se filiis Abraham daturum promiserat. Post obitum vero illorum, liberi horum terram promissam ingressi sunt, in qua simul bona quam plurima sunt adepti. Et hanc incolentibus Deus prophetas misit et doctores, sed alios quidem illorum occiderunt, alios vero lapidaverunt, et seipsos ingratos exhibuerunt et beneficiorum Dei immemores. Verum non ingrati modo

C fuerunt, sed etiam perpetuo fere idolorum cultibus dediti, et propter hoc tradidit eos Deus in captivitatem. Denuo autem illorum misertus, eos revocavit; eademque de causa ultimis jam temporibus appropinquantibus complacitum illi est et decrevit, ut Filius et Verbum suum in mundum veniens salvaret hominem, quem diabolus deceptum a Deo abduxerat, ut creaturæ serviret et diabolo. Filius itaque et Verbum Dei cœlitus descendens, carne ex diva virgine Maria assumpta homo factus est, quemadmodum supra sanctorum et prophetarum testimoniis demonstravimus. Et homo factus cum annis vixisset triginta, cœpit docere populum, illisque veritatis et justitiæ viam ostendere, docensque operatus est, et inter operandum docuit,

D edidit que miracula magna et stupenda, non quemadmodum olim nonnunquam aliquot sanctorum in nomine Dei fecerunt ceu servi, sed cum imperio et auctoritate fecit et operatus est quæcunque fecit. Dicebat enim illi leprosus : « Domine, si volueris, potes me mundare; » et dixit illi Christus : « Volo, mundare [61]. » Et dixit illi paralyticus : Domine, annis jam triginta et octo decubui, nec habeo quemquam, qui cum aqua turbata fuerit, me in illam immittat (Angelus enim Domini descendebat certo tempore, et turbabat aquam, in quam qui primus descenderat, sanus reddebatur a quocunque morbo, quo laboraverat). Cum itaque

[61] Matth. VIII, 3.

paralyticus infirmus hominumque destitutus auxilio, illic juxta piscinam per annos triginta et octo decubuisset, illum videns Christus, misertus illius dixit ad eum : « Visne sanus fieri? » Hoc vero Christum adorante et credente, dicit ad eum Christus : « Tolle lectum tuum, et abi in domum tuam [62]. » Similiter faciebat ubique, quocunque locorum incederet. Cæcos sanavit, visumque restituit, surdis auditum reddidit, claudos incedere fecit, paralyticos nervis firmis et vivacibus confirmavit, mortuos ressuscitavit, dæmoniacos auctoritate summa liberavit, et ut summatim comprehendam, omnia fecit instar Dei, juxta ipsius voluntatem et arbitrium. Venit ad illum, qui cæcus fuerat a nativitate sua, et oravit illum ; cumque alios cæcos nudo et solo verbo sanavisset, hunc non item, sed in terram exspuens, lutum ex sputo fecit, oculosque illius inunxit, dicens ad illum : « Abi, ablue in piscina Siloe ; » et cum lavisset, visum recepit [63]. Quidnam hoc factum denotavisse putabimus, quod alios cæcos solo verbo sanavit, ad hunc vero sanandum, lutum fecit? Non aliud certe, quam cum alii cæci a nativitate sua oculos habuerint sanos, postea oculis capti sunt, hoc vero oculis omnino carente ab ipso matris utero, lutum fecit Dominus, innuens se hunc eumdem esse, qui e luto hominem formaverit, et hujus nunc in corpore defectum luto sumpto compleat. Deinde dixit cæco : « Credis in Filium Dei? » Respondit ille : « Et quis est, Domine, ut credam in illum? » Cum enim cæcus fuisset, Christum non noverat ; et dixit illi Christus : « Ego sum, qui loquor tibi. » Tunc dixit cæcus : « Credo, Domine, et adoravit illum. » Similiter et millia aliquot hominum quodam die Christum erant secuti, verbum ipsius et doctrinam audientes, et cum esurirent, non invenerunt in loco illo plures panibus quinque, et duos pisces. Et benedixit illis Christus, præcepitque discipulis, qui omnibus istis panes apposuerunt, de quibus comederunt omnes, et saturati sunt, et reliqui fuerunt cophini duodecim pleni panum fragmentis et piscibus [64]. Sed quis horum sensus? Partim quidem ut edant famelici, partim vero ut intelligant et animo suo meditentur, hunc illum esse qui in deserto patres ipsorum manna cibaverit. Porro, homo quidam mortuus est et sepultus, cumque in sepulcro dies egisset quatuor, defuncti sorores accersiverunt Christum. Hic autem dicit illi : « Lazare, exi foras. » Et illico qui mortuus fuerat, sepulcro egressus est, et ambulavit, ligatus manusque pedesque (sic enim moris erat Judæorum mortuos sepelire) et sic resuscitationis miraculo aliud illud incessus sui miraculum successit [65]. Sed cur hæc facta? Ut cum homines viderent hunc non tantummodo mortuos excitare, sed etiam hunc quatriduanum, intelligerent hunc esse vitæ et

A ἀδύνατος καὶ μὴ ἔχων ἄνθρωπον, ἔκειτο χρόνους τριάκοντα καὶ ὀκτὼ πλησίον τῆς κολυμβήθρας ἀσθενῶν παράλυτος, τοῦτον ἰδὼν ὁ Χριστὸς, καὶ σπλαγχνισθεὶς, λέγει πρὸς αὐτὸν, « Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; » Τοῦ δὲ προσκυνήσαντος καὶ πιστεύσαντος τῷ Χριστῷ, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστὸς, « Ἆρόν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. » Τὸ αὐτὸ ἐποίει ἁπανταχοῦ ἔνθα ἦν περιπατῶν. Τυφλοὺς ἐθεράπευε, καὶ ἐποίει αὐτοὺς βλέπειν, τοὺς κωφοὺς ἀκούειν, τοὺς χωλοὺς περιπατεῖν, τοὺς παραλύτους συνέσφιγγε, τοὺς νεκροὺς ἀνίστα, τοὺς δαιμονιζομένους ἐξουσιαστικῶς ἐθεράπευε, καὶ ὡς ἐν συνόψει εἰπεῖν, τὰ πάντα ὡς Θεὸς ἐποίει, καθὼς ἐβούλετό τε καὶ ἤθελε. Τυφλὸς ἦλθεν ἐκ γενετῆς, καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους τυφλοὺς ἐθεράπευε μόνῳ λόγῳ, ἐκεῖνον
B δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πτύσας εἰς τὴν γῆν, καὶ πηλὸν ποιήσας διὰ τοῦ πτύσματος, ἔχρισε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, « Ὕπαγε, νίψαι εἰς τοῦ Σιλωὰμ τὴν κολυμβήθραν, » καὶ νιψάμενος ἀνέβλεψε. Τί τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πράγματος, ὅτι τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐθεράπευε λόγῳ μόνῳ, εἰς τοῦτον δὲ ἐποίησε πηλόν; Οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι τυφλοὶ, ἔχοντες ἀπὸ γεννήσεως αὐτῆς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ὑγιεῖς, ἐτυφλώθησαν, τοῦ δὲ μηδόλως ἔχοντος ὀφθαλμοὺς ἐξ αὐτῆς γεννήσεως, ἐποίησε πηλὸν ὁ Χριστὸς, δεικνύων ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἀπὸ πηλοῦ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ ἐλλεῖπον τοῦ σώματος αὖθις διὰ τοῦ πηλοῦ ἀνεπλήρωσεν. Εἶτα λέγει τῷ τυφλῷ, « Πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; » Λέγει αὐτῷ ὁ
C τυφλὸς, « Καὶ τίς ἐστι, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; » τυφλὸς γὰρ ὢν, οὐκ ἐγίνωσκε τὸν Χριστόν. Καὶ ὁ Χριστὸς πρὸς αὐτὸν, « Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. » Τότε λέγει ὁ τυφλὸς, « Πιστεύω, Κύριε· καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ. » Χιλιάδες πολλαὶ ἀνθρώπων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ προσέμειναν ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν διδασκαλίαν. Καὶ ἐπείνασαν, καὶ οὐχ εὑρέθησαν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ πλέον τῶν πέντε ἄρτων, καὶ τῶν δύο ἰχθύων. Εὐλόγησε τοίνυν αὐτὰ ὁ Χριστὸς, καὶ προσέταξε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ παρέθηκαν πᾶσι τοὺς ἄρτους. Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν, καὶ ἐπερίσσευσαν κόφινοι δώδεκα ἀπὸ τῶν ἄρτων καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων. Τί τοῦτο σημαῖνον; Τὸ μὲν, ἵνα φάγωσιν ὡς πεινῶντες, τὸ δὲ, ἵνα νοήσωσι καὶ ἐνθυμηθῶσιν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ θρέψας τοὺς
D πατέρας αὐτῶν τὸ μάννα. Ἄνθρωπος ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ποιήσαντος ἐν τῷ τάφῳ ἡμέρας τέσσαρας, παρεκάλεσαν τὸν Χριστὸν αἱ τούτου ἀδελφαὶ, καὶ ὁ Χριστὸς λέγει πρὸς αὐτὸν, « Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Καὶ παραυτὰ ἐξῆλθε τοῦ τάφου ὁ τεθνηκὼς, καὶ περιεπάτησε δεδεμένος τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Οὕτω γὰρ ἦν ἔθος ἐνταφιάζειν τοῖς Ἰουδαίοις. Καὶ ἐπὶ τῷ θαύματι τῆς τούτου ἐγέρσεως ἐπηκολούθησε καὶ τὸ τῆς βαδίσεως αὐτοῦ. Τί δὲ καὶ τοῦτο; Ἵνα ἰδόντες οἱ ἄνθρωποι, πῶς ἀνέστησε τοὺς πρώην νεκροὺς, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν τετραήμερον, νοήσωσιν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ζωῆς καὶ θανάτου Δεσπότης. Καὶ ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν δὴ τὸν Χριστὸν ἐν τῷ τάφῳ,

[62] Joan. v, 1-8. [63] Joan. IX, 1 seqq. [64] Marc. VI, 34. [65] Joan. XI, 1 seqq.

πιστεύσωσιν ὅτι ὁ τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἀνιστῶν τοὺς A νεκρούς, πολλῷ μᾶλλον κατ' ἐξουσίαν ὡς Θεὸς ἀναστήσειν μέλλει τὸ ἴδιον σῶμα. Ἔλεγε γὰρ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους, ὅτι « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· » καὶ ὅτι « Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. » Καὶ ὅτι μὲν ἐπίστευον εἰς τὸν Χριστὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν πλήθη ἀναρίθμητα ἀνθρώπων, καὶ ὡμολόγουν αὐτὸν Θεὸν, καὶ Θεοῦ Υἱὸν, ὑπῆρχον δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἀντιταττόμενοι τῇ τοῦ Θεοῦ διδασκαλίᾳ καὶ ἀντιλέγοντες, ἀνεφάνη ἐκ τῆς Ἡσαΐου προφητείας λεγούσης, ὅτι « Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέψουσι, καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούσουσιν· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν. » Καὶ ἐτελέσθη ἡ B προφητεία. Θαυματουργοῦντος καὶ γὰρ τοῦ Χριστοῦ, εὑρίσκοντο ὥσπερ τυφλώττοντες, καὶ διδάσκοντος εὑρίσκοντο κωφοὶ, ὡσεὶ ἀσπὶς κωφὴ καὶ βύουσα τὰ ὦτα αὐτῆς. Καὶ ὅτι μὲν ἔλεγε πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, ὡς « Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν ἔχετε ἁμαρτίαν· νῦν δὲ λέγετε ὅτι Βλέπομεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει. » Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν ἔλεγε περὶ αὐτῶν, ὅτι « Εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἦτε, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ. » Τοῦτο τοιοῦτον ἔνι. Ὅμως ταῦτα ποιοῦντος τοῦ Χριστοῦ, οὐδόλως ἦλθον ἐκεῖνοι εἰς αἴσθησιν, ἀλλὰ ἐζήτουν πρόφασιν, ὅπως θανατώσωσιν αὐτόν. Περὶ δὲ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε τῷ γένει τῶν Ἑβραίων, τί χρὴ καὶ λέγειν, ἀπείρων ὄντων καὶ ἀναριθμήτων; Ὅμως καὶ τούτων γεγονότων, οὐκ ἦλθον εἰς αἴσθησιν ὅλως οἱ μάταιοι C καὶ πεπλανημένοι, ἀλλὰ τῷ φθόνῳ καὶ τῇ κακίᾳ νικώμενοι, ἐζήτουν παντὶ τρόπῳ καὶ πάσῃ μηχανῇ ὅπως ἐγείρωσι κατὰ τοῦ Χριστοῦ κατηγορίαν, καὶ θανατώσωσι τὸν εὐεργέτην αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον ἕτερον, ἢ ὅτι βλασφημεῖ οὗτος, λέγων ἑαυτὸν Υἱὸν Θεοῦ, καὶ ὅτι ἄνθρωπος ὢν ποιεῖ ἑαυτὸν Θεόν. Καὶ ὅτε ἤκουον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος πρὸς τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, ὅτι « Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, » ἔλεγον, ὅτι « Τίνα σεαυτὸν ποιεῖς, καὶ τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας ἀλλ' ἢ μόνος ὁ Θεός; » Καὶ τοῦτο ἀληθῶς ἔλεγον οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι Θεοῦ μόνου ἐστὶ τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας. Καὶ γὰρ ἀγνοοῦντες οἱ ἄθλιοι ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, ἔλεγον ἅπερ ἔλεγον· « Καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ οὐκ εἶδον D ὅτι κατ' ἐξουσίαν ποιεῖ, ὅσα καὶ ποιεῖ. Εἷς γὰρ τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ ὁ Πέτρος, ἐντὸς πλοιαρίου εὑρισκόμενος, καὶ ἰδὼν τὸν Χριστὸν, εἶπε πρὸς αὐτὸν, « Κέλευσόν με πρὸς σὲ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα. » Καὶ ὁ Χριστὸς πρὸς αὐτὸν, « Ἐλθέ. Καὶ ἐξελθὼν ἀπὸ τοῦ πλοίου, περιπατήσας ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ἀπῆλθεν εἰς αὐτόν. » Τούτου γοῦν γεγονότος, τί ἔδει ἄλλο αὐτοὺς νοῆσαι, ἢ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τὴν Ἐρυθρὰν διατεμὼν θάλασσαν, καὶ διαβιβάσας τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπὶ τῆς ξηρᾶς, ὁ κατὰ τὸ παρὸν ποιήσας τὴν ὑγρὰν φύσιν τῶν ὑδάτων ὥσπερ ξηρὰν γῆν τῷ λόγῳ καὶ τῷ προστάγματι αὐτοῦ; Ἀλλ' ὅσον μᾶλλον

mortis Dominum; et ut si Christum postea sepultum viderent, crederent hunc qui propria virtute mortuos excitavisset, multo magis potestate sua suum ipsius corpus esse excitaturum. Dicebat enim discipulis suis apostolis: « Nemo tollit animam meam a me. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo recipiendi eam [66]. » Quod tamen singulis diebus credentibus in Christum turbis hominum innumerabilibus, ipsumque Deum et Dei Filium confitentibus, pontifices, scribæ, et horum principes contra Dei doctrinam instructi, huic essent contradicturi, ex Isaiæ prophetia prædictum erat, qui dicit: « Oculos habentes non videbunt, et aures habentes non audient; incrassatum est enim cor eorum, et oculos ipsorum occluserunt, et auribus difficulter audiverunt [67]. » Quæ prophetia omnis impleta est. Miracula enim edente Christo, tanquam cæci apparuerunt: et hoc docente, surdis fuerunt similes, instar aspidis surdæ et obturantis aures suas. Et tunc quidem dicebat ad illos Christus: « Quod si cæci essetis, non haberetis peccatum; nunc vero dicitis, Videmus; peccatum igitur vestrum in vobis manet [68]. » Tum etiam alibi dicit de illis Christus: « Si ex Deo essetis, utique diligeretis me [69]. » Nihilominus tamen hæc Christo faciente, haudquaquam ad cognitionem pervenerunt; quin potius occasionem quærebant, qua eum interficerent. Sed quid attinet de miraculis ipsius, quæ in Hebræorum gente fecit, dicere, cum infinita sint et innumerabilia? Sed nec illis editis ad cognitionem pervenerunt vani et errabundi homines, verum invidia et improbitate victi quærebant omni modo et conatu, quomodo in Christum accusationem aliquam movere, ipsumque benefactorem suum interficere possent; nec aliam invenerunt, quam quod blasphemum dicerent, qui se dixisset Dei Filium, et qui cum homo esset, se Deum esse jactitaret. Et cum audirent Christum dicentem credentibus in se: « Remittuntur tibi peccata tua [70], » dicebant: « Quemnam teipsum facis? » et: « Quisnam potest remittere peccata præter solum Deum [70*]? » Et sane vere dixerunt Judæi, quod solius Dei sit peccata remittere; nam ignorantes hi miseri, quod Christus Dei esset Filius, ea quæ modo diximus, dixerunt, et obtenebratum est imprudens cor ipsorum, et obcæcati sunt oculi ipsorum, nec viderunt quod cum auctoritate hæc faceret, quæcunque faciebat. Unus enim discipulorum Christi Petrus, cum in navi esset, Christo viso dixit: « Jube me ad te venire super aquas. » Et dixit illi Christus: « Veni. Hic autem navim egressus, aquis inambulans ad ipsum venit. » Hoc cum contigisset, quidnam aliud illos cogitare oportebat, quam quod idem ille esset, qui mare Rubrum dissecuerat, et patres illorum sicco traduxerat pede, qui etiam nunc humidam natura materiam aquarum instar aridæ soli-

[66] Joan. x, 17, 18. [67] Isa. vi, 9, 10. [68] Joan. ix, 41. [69] Joan. viii, 42. [70] Ibid. 53. [70*] Matth. xiv, 28.

dam solo verbo et mandato suo fecerat? Sed quo plura his similia miracula coram vident, eo magis ira et furore tumultuantur. Deinde tempestate orta vehementi simul et magna in mari, adeo ut navis, in qua erant Christi discipuli, obtegeretur fluctibus, magna voce ipsi exclamaverunt dicentes: « Jesu, serva nos, perimus. » Christus autem ipsi mari imperiose simul et cum auctoritate præcipit: « Tace, obmutesce, » et statim facta est tranquillitas magna. Judæi itaque viso hoc inopinato miraculo attoniti, magna voce clamaverunt: « Quis est hic, quod et venti et mare illi obediunt [71]? » Verum tamen miracula viderunt infinita, et naturam rerum exsuperantia; ipsi vero prorsus incorrigibiles permanserunt: unde et Christus ad ipsos dicit: « Ego sum ostium [72]. » Et alibi: Ego sum via [73]. Rursus alibi: « Ego sum veritas [74]. Quod si mihi non creditis, vel operibus credite [74*]. « Hæc vero Christus dixit, ut qui obcæcati erant Judæi, cognoscerent quod nullus prophetarum et sanctorum tanta cum auctoritate sermones suos, ut Dominus, protulerit, sed seipsos servos et ministros esse ostenderunt. Christus vero non sic, sed ceu Dominus et princeps creaturæ cum auctoritate dixit et fecit omnia instar Dei. Et sane ex populo et turbis magna hominum multitudo in illum credidit; ex scribis vero, Pharisæis et principibus pauci et faciles numeratu. Ilis igitur sic absolutis, et tantis infinitisque editis miraculis, atque doctrina vera per tres annos continuos singulis diebus per Christum annuntiata, proferente etiam illo nonnunquam prophetarum testimonia (non quod testimoniis aliorum de se indigeret, sed propter incredulitatem et Judæorum animi duritiam, tum denique propter hominum infirmitatem), nonnunquam etiam hoc citante Abrahamum aut Mosen, inprimis vero Deum ipsum Patrem suum, Judæis autem nihilominus incurabili morbo circa hæc laborantibus, nec propriam illorum salutem volentibus admittere, relictis his Christus ea quæ ad universalem totius mundi salutem faciunt agere cœpit et dicere discipulis suis quænam illi essent eventura: « Ecce enim, inquit, ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, tradentque eum gentibus, et flagellabunt eum, et illudent illi, et despuent in illum, occident illum, et tertia die resurget; et auditis his discipuli ejus mœrore affecti sunt valde [75]. » « Tunc subduxit discipulos suos Christus, et ascendit in montem Thabor, et refulsit facies illius, Christi scilicet, plus quam sol, et vestimenta illius facta fuerunt veluti nix. Videntes vero discipuli splendorem faciei illius, ceciderunt in terram; non enim poterant hunc ferre. Viderunt autem et Mosen et Eliam cum Christo colloquentes, forma servili [76]. Nunc itaque hoc factum considera: primo quidem ut apostoli viso splendore divinitatis suæ certo intelligerent, quod sua sponte et propria

A ἦσαν θεωροῦντες τὰ τοιαῦτα θαύματα, τοσοῦτον τῷ θυμῷ ἠνωχλοῦντο. Ἔτι κλύδωνος γεγονότος σφοδροῦ καὶ μεγάλου ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε καλύπτεσθαι τὸ πλοῖον, ἐν ᾧ ἦσαν οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ, ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἔκραξαν οὗτοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, λέγοντες, « Ἰησοῦ, σῶσον ἡμᾶς· ἀπολλύμεθα. » Καὶ ὁ Χριστὸς λέγει τῇ θαλάσσῃ δεσποτικῶς οὕτω καὶ ἐξουσιωδῶς, « Σιώπα, πεφίμωσο· » καὶ εὐθὺς ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. Οἱ τοίνυν Ἰουδαῖοι ἰδόντες τὸ τοιοῦτον παράδοξον θαῦμα, καὶ ἐκπλαγέντες, ἔκραξαν μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ εἶπον, « Τίς ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ, οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; » Ἀλλὰ τὰ μὲν θαύματα τὰ ἄπειρα ἔβλεπον καὶ ὑπὲρ φύσιν, ἐκεῖνοι δὲ ἔμενον παντελῶς ἀδιόρθωτοι. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε πρὸς αὐτοὺς, « Ἐγώ εἰμι ἡ
B θύρα· » καὶ ἀλλαχοῦ, « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· » καὶ αὖθις ἀλλαχοῦ, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· » καὶ, ὅτι « Κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύετε. » Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Χριστὸς, ἵνα γνῶσιν οἱ ἐσκοτισμένοι Ἰουδαῖοι ὅτι οὐδεὶς τῶν προφητῶν ἢ τῶν ἁγίων εἶπέ ποτε λόγους ἐξουσιαστικοὺς ὡς Δεσπότης, ἀλλ' ἐδείκνυον ἑαυτοὺς δούλους καὶ ὑπηρέτας αὐτοῦ· ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὡς Δεσπότης καὶ Κύριος τῆς κτίσεως ἔλεγε, καὶ ἔπραττε κατ' ἐξουσίαν ὡς Θεός. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ὄχλου καὶ τοῦ λαοῦ ἐπίστευον πλήθη πολλὰ καὶ ἄπειρα εἰς αὐτὸν, ἀπὸ δὲ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων καὶ τῶν ἀρχόντων ὀλίγοι καὶ εὐαρίθμητοι. Τούτων γοῦν οὕτω τελουμένων, καὶ τοσούτων ἀπείρων θαυμάτων ἐνεργουμένων, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀδιακόπως χρόνους τρεῖς
C λαλουμένης διδασκαλίας παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ποτὲ μὲν φέροντος αὐτοῦ μαρτυρίας εἰς μέσον ἀπὸ τῶν προφητῶν, οὐχ ὡς χρείαν ἔχοντος ἑτέρων μαρτυρίας ὑπὲρ αὐτοῦ, Θεοῦ ὄντος, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπιστίαν καὶ σκληροκαρδίαν τῶν Ἰουδαίων, ἔτι δὲ καὶ ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων, ποτὲ δὲ φέροντος τόν τε Ἀβραὰμ καὶ τὸν Μωσέα, μᾶλλον δὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα αὐτοῦ, καὶ τῶν Ἰουδαίων ἔτι διὰ ταῦτα ἀνιάτως νοσούντων, καὶ μὴ βουλομένων τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν, ἀφεὶς αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, ἤρξατο πράττειν τὰ τῆς σωτηρίας τοῦ κόσμου καθολικῶς, καὶ λέγειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν· ὅτι « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμ-
D ματεῦσι, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ ἀκούσαντες τοῦτο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐλυπήθησαν σφόδρα, καὶ ἐταράχθησαν. « Τότε ἐπαίρει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Θαβὼρ, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ δὴ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τὸν ἥλιον, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡσεὶ χιών. Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ τὴν λαμπρότητα τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ἔπεσον εἰς τὴν γῆν· οὐ γὰρ ἠδυνήθησαν φέρειν αὐτήν. Εἶδον δὲ καὶ τὸν Μωϋσῆν καὶ τὸν Ἠλίαν τὸν προφήτην μετὰ τοῦ Χριστοῦ συλλαλοῦντας ἐν δουλικῷ

[71] Matth. xiv, 25-33; Marc. vi, 53 seqq. [72] Joan. x, 9. [73] Joan. xiv, 6. [74] ibid. [74*] Joan. x, 38.
[75] Matth. xvi, 21. [76] Matth. xvii, 1 seqq.

τῷ σχήματι. Καὶ σκόπει τὸ γεγονός· πρῶτον μὲν, ἵνα ἰδόντες οἱ ἀπόστολοι τὴν λαμπρότητα τῆς αὐτοῦ θεότητος νοήσωσιν ἀκριβῶς, ὅτι ἑκουσίως καὶ οἰκείῳ θελήματι παρεδόθη εἰς σφαγὴν, οὐ δυναστείᾳ· δεύτερον δὲ, ἵνα λάβωσι παραμυθίαν καὶ ἀνακωχὴν ἀπὸ τῆς λύπης, ἣν εἶχον ἀκούσαντες περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ· καὶ τρίτον, ἵνα ἰδόντες τὸν Μωσέα καὶ τὸν Ἠλίαν τοὺς προφήτας παρισταμένους τῷ Χριστῷ μετὰ δέους, πληροφορηθῶσιν ἀκριβῶς ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Δεσπότης καὶ Κύριος πάντων τῶν προφητῶν, καὶ πάσης τῆς κτίσεως. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ μέγα, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου βαπτιζομένου τοῦ Χριστοῦ, ἐγένετο φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν σχισθέντων αὐτῶν, λέγουσα, « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. » Τοῦτο δηλοῦντος τοῦ λόγου, ἵνα τὸ μὲν κατὰ πάντα πιστωθῶσι καὶ πληροφορηθῶσιν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ, ἵνα ἐπεὶ ὁ καιρὸς τῆς ταφῆς τοῦ Χριστοῦ ἤγγιζε, καὶ μετὰ τὴν ταφὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν, μέλλουσιν ἀποσταλῆναι ἐπὶ τὸ κήρυγμα οἱ ἀπόστολοι, εὑρίσκονται δὲ ὀλίγοι οὗτοι καὶ ἰδιῶται, καὶ ἀσθενεῖς, οὐδὲν ἀποβλέψωσι πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ ἵνα ἰδόντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν τε καὶ λαμπρότητα, ἀκούσαντες δὲ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φωνήν τε καὶ μαρτυρίαν, νοήσωσιν ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ μία ἐστὶ θεότης, καὶ φύσις, καὶ δύναμις Πατρός τε καὶ Υἱοῦ, καὶ θαῤῥήσαντες εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, ἀπέλθωσι μετὰ προθυμίας ἐπὶ τὸ κήρυγμα, καὶ πληρωθῇ κἀντεῦθεν ἡ τοῦ Δαβὶδ προφητεία, ἡ λέγουσα, « Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. » Ὁ δὲ προφήτης Μωϋσῆς ἐκεῖνος εἶπεν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, ὅτι « Προφήτην ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὡς ἐμέ. Πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. » Καὶ ὅτι τότε μὲν εἶπεν ἐκεῖνος, ὅτι « Πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται, » καὶ ὅτι τὰ λαληθέντα παρά τε τοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν λόγοι εἰσὶ τοῦ Θεοῦ, τοῦτο πρόδηλον καὶ ἀληθές· ἀλλ' ὅμως καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἐπὶ τῆς μεταμορφώσεως, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν κατῆλθεν ἡ φωνὴ, καὶ οὐ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ ἀμέσως ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Βλέπεις πῶς ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς ἐκ τοῦ κατὰ μικρὸν ἐφαίνοντο τὰ τοῦ Χριστοῦ; Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τῆς νυκτὸς οὐδὲν φαίνεται παρευθὺς ὁ ἥλιος, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἄρχεται ἡ αὐγὴ, εἶτα φῶς, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἥλιος, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. Ἐκ τοῦ καταμικρὸν ἤρξατο, εἶτα ἔλαμψε καὶ ὁ Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον, καὶ εἰς τὰς ψυχὰς τῶν εἰς αὐτὸν πιστευσάντων, ὁ νοητὸς ἥλιος. Εἶτα ἔρχεται ὁ Χριστὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, ἵνα τελεσθῇ ἐπ' αὐτῷ τὸ πάθος, καθὼς εἶπε πρὸς τοὺς ἀποστόλους. Καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν πόλιν, ἤρξατο τὸ πλῆθος κράζειν καὶ λέγειν, ἐξαιρέτως δὲ οἱ τῶν Ἑβραίων παῖδες, « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου,

A voluntate sua in mortem traderetur, non aliorum potentia coactus; secundo, ut hinc consolationem et animi tranquillitatem acciperent, et a mœrore, quem ex narratione passionis Christi ante conceperant, sese revocarent; tertio, ut viso Mose et Elia prophetis cum reverentia Christo astantibus, certi redderentur hunc omnium prophetarum simul et omnis creaturæ esse Dominum. Verum et hoc miraculum ingens, quod quemadmodum Christo in Jordane baptizato, sic etiam vox de cœlo discisso facta est dicens: « Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacitum est, ipsum audite; » hoc nimirum oratione hac innuente, ut partim quidem plenissime certi et securi redderentur, hunc Filium et Verbum Dei esse; partim vero, ut quia jam tempus sepulturæ Christi instabat, et post sepulturam et resurrectionem apostoli ad prædicationem emittendi erant; hi vero licet pauci essent, indocti et infirmi, non tamen ad suam infirmitatem, sed ad Dei potentiam respicerent, et ut Christi gloria et splendore viso, Deique Patris voce et testimonio audito, intelligerent unum Deum esse et Patrem et Filium, quodque una sit divinitas natura et potentia Patris et Filii, utque in Dei potentiam confisi cum alacritate prædicationis negotium aggrederentur, et impleretur hic Davidis prophetia dicens, « Thabor et Hermon in nomine tuo exsultabunt. » Cæterum Moses ille propheta dixit, ut et ante adnotatum est: « Prophetam excitabit Dominus Deus ex fratribus vestris, sicut me. Omnis anima, quæ non audiverit prophetam illum, exstirpabitur [17]. » Quod vero hic dixerit omnem animam quæ non audiverit prophetam illum, esse exstirpandam, et quod omnia quæ a Mose et prophetis dicuntur, verba Dei sint, manifestum est, et verum esse constat. Nihilominus tamen et in baptismo et in transformatione vox cœlitus demissa est, et non per hominem, sed immediate per ipsum Deum Patrem. Viden' igitur, quomodo primitus et ab initio paulatim ea quæ Christi sunt, apparuerint? Et quemadmodum post noctis tenebras non repente sol videtur, sed primo splendor, deinde lumen, tandem vero ipse sol: ita etiam de Christo factum esse videmus. Paulatim enim cœpit; deinde ipse Christus, sol verus et rationalis, lucem in mundum intulit, et in animas illorum qui in eum credunt. Deinde Hierosolymam Christus ipse ascendit, ut ipsius impleretur passio, quemadmodum apostolis prædixerat. « Et ingrediente ipso in urbem, cœpit populus exclamare et dicere (inprimis autem Hebræorum pueri): Benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis, rex Israelis; pax in cœlo et gloria in altissimis. » Furore autem repleti scribæ et Pharisæi dixerunt Jesu: « Increpa illos ut taceant. » At Christus respondit illis: « An nunquam legistis Prophetam dicentem: Ex ore infantium et lactentium concinnabo laudem? Quod si hi tacuerint, la-

[17] Deut. XVIII, 18.

pides clamabunt [78]. » En etiam nunc attende. Angeli in ipsius Christi generationis celebratione cecinerunt, « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas; » nunc vero dixerunt pueri : « Hosanna in altissimis, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israelis; pax in cœlo et gloria in altissimis. » Quis vero Dominus super terram vocatur? Nullus alius certe præter Deum. Dicuntur equidem etiam multi hominum domini, sed cum appositione nominis sui, ut legimus de Josue filio Nun dicente, « Dominus meus Moses; » et de aliis multis dicentibus, « Dominus meus David. » Quam dicendi consuetudinem etiam hodie inter homines servatam videmus. Domini vero nomen sic indefinite nemini alii quam soli Deo tribuitur. Quapropter Christus cum Deus esset, non modo non increpavit dicentes : « Hosanna in altissimis, » etc., sed etiam Davidis citavit testimonium, dicens : « An non legistis Prophetam dicentem : Ex ore infantium et lactentium concinnavi laudem? » Qui vero lapides sunt, quos Christus vociferaturos dixit? Gentes nimirum, quæ tunc quidem cor habebant durum ad fidem suscipiendam, paulo post vero clamaverunt ipsis tonitribus clarius et sublimius; quin et sepulcrorum lapides plane et aperte, qualiter vix unquam, Domini resurrectionem cum divina virtute et potestate factam exclamaverunt. Post hæc vero dicit discipulis suis Christus : « Ecce ascendimus Hierosolymam, et perficientur omnia quæ scripta sunt a prophetis de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur illi, calumnias patietur, et despuetur, et flagellatum occident, tertiaque die resurget [79]. » Et cum cœna jam esset finita, dicit discipulis suis : « Unus vestrum prodet me. » Et interrogaverunt eum singuli, « Num ego sum? » et nulli horum respondit. Tunc et Judas qui erat ex discipulorum numero dicit, « Num ego sum? Dicit illi Jesus, Tu dixisti. » Et paulo post dicit illi, « Quod facis fac cito [80]. » Non enim poterat quidquam nec Judas nec alius contra Christum facere, nisi hoc cum illo consentiente. Mox autem postea rursum dicit discipulis suis Christus : « Ex nunc appropinquavit tempus, quod prædixi vobis. Cæterum non turbetur cor vestrum, neque formidet [81]. » Et postquam docuisset et animavisset eos sufficienter, dixit eis : « Nunc quidem dolebitis, mox autem lætabimini, et gaudium vestrum nemo auferet a vobis [82]. » « Surgite, eamus hinc [83]. » Et abiit in locum consuetum. Pontifices autem congregati cum scribis et Pharisæis et omni concilio eorum, dixerunt : « Quid faciemus, quoniam homo hic multa signa edit? Si sic permiserimus eum, venient certe Romani, et tollent nos et locum hunc et gentem : condicit ut moriatur [84]. » Judas autem Iscariotes profectus ad pontifices et scribas, dixit illis : « Quid

A Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, βασιλεὺς Ἰσραήλ, εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. » Τότε θυμοῦ πλησθέντες οἱ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, λέγουσι τῷ Ἰησοῦ, « Ἐπιτίμησον αὐτοῖς ἵνα σιωπήσωσιν. » Ὁ δὲ Χριστὸς πρὸς αὐτούς, « Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τοῦ Προφήτου λέγοντος, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; Ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. » Πρόσεξον καὶ κατὰ τὸ παρόν. Εἶπον οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· » εἶπον οἱ παῖδες νῦν, « Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ, εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. » Τίς γοῦν καλεῖται Κύριος ἐπὶ γῆς; Πάντως οὐδεὶς ἄλλος, ἢ ὁ Θεός.
B Λέγονται μὲν πολλάκις καὶ ἄνθρωποι κύριοι, μετὰ δὲ προσθήκης ὀνόματος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ Ναυῆ τοῦ Ἰησοῦ εἰπόντος, ὅτι « Ὁ κύριός μου Μωϋσῆς, » καὶ ἐπὶ τοῦ . . . . . . εἰπόντος, ὅτι « Ὁ κύριός μου ὁ Δαβίδ. » Ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἐπικρατησάσης συνηθείας ἐν ἀνθρώποις. Οὕτω δὲ ἀπροσδιορίστως τὸ « κύριος » οὐδενὸς ἑτέρου ἐστὶν ἢ τοῦ Θεοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς Θεὸς ὤν, μὴ μόνον οὐδὲν ἐπετίμησε τοῖς λέγουσι τό, « Ὡσαννὰ ἐν ὑψίστοις, » ἀλλὰ καὶ τὸν Δαβὶδ εἰς μέσον ἤγαγεν, εἰπὼν ὅτι « Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τοῦ Προφήτου λέγοντος, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; » Τίνες δέ εἰσιν οἱ λίθοι, οὓς εἶπεν ὁ Χριστός, ὅτι κεκράξονται; Τὰ ἔθνη, τὰ κατὰ τὸ παρὸν σκληρὰν ἔχοντα τὴν καρδίαν πρὸς ὑποδο-
C χὴν τῆς πίστεως. Μετὰ βραχὺ δὲ αὐτὰ τὰ ἔθνη κεκράξονται βροντῆς ὑψηλότερον. Ἀλλὰ καὶ οἱ λίθοι τοῦ τάφου τρανῶς βοήσουσιν ὅσον οὔπω τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, τὴν μετὰ τῆς θεϊκῆς δυνάμεως καὶ ἐξουσίας γενησομένην. Μετὰ δὲ ταῦτα λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Χριστός, « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσονται πάντα γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου. Παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται, καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. » Καὶ δείπνου γενομένου, λέγει πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, « Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. » Καὶ ἠρώτων εἷς ἕκαστος αὐτόν, « Μή τι ἐγώ εἰμι; »
D Καὶ πρός τινα λόγον οὐκ ἀπεκρίθη. Λέγει δὲ καὶ Ἰούδας, μαθητὴς ὢν καὶ αὐτός, « Μή τι ἐγώ εἰμι; » Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, « Σὺ εἶπας. » Καὶ μετὰ μικρὸν λέγει αὐτῷ, « Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. » Οὐδὲ γὰρ ἠδύνατο αὐτὸς ὁ Ἰούδας, ἢ ἕτερός τις ποιῆσαί τι κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἄνευ τῆς αὐτοῦ θελήσεως. Καὶ μετ' ὀλίγον πάλιν λέγει τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστός, « Ἀπὸ τοῦ νῦν ἤγγικεν ὁ καιρός, ὃν προεῖπον ὑμῖν. Ἀλλὰ μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω. » Καὶ διδάξας καὶ παραθαῤῥύνας αὐτοὺς ἱκανῶς, εἶπεν αὐτοῖς, « Νῦν μὲν λυπηθήσεσθε, μετ' ὀλίγον δὲ χαρήσεσθε, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ'

[78] Matth. XXI, 9; Luc. XIX, 38. [79] Luc. IX, 21 seqq. [80] Joan. XIII, 21-27. [81] Joan. XIV, 27. [82] Joan. XVI, 22. [83] Joan. XIV, 31. [84] Joan. XI, 47, 48.

ὑμῶν. Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν. » Καὶ ἀπῆλθον εἰς τὸν A τόπον, ὃν εἶχεν ἐκ συνηθείας. Οἱ μέντοι ἀρχιερεῖς συναχθέντες μετὰ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων καὶ παντὸς τοῦ συνεδρίου αὐτῶν, ἔλεγον, « Τί ποιοῦμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ; Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτως, πάντως ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος. Συμφέρει ἀποθανεῖν. » Ὁ δὲ Ἰσκαριώτης Ἰούδας ἀπελθὼν εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς, εἶπεν αὐτοῖς, « Τί θέλετέ μοι δοῦναι, καὶ ἐγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Καὶ ἔδωκαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. » Καὶ μετ' ὀλίγον λαβὼν ὁ Ἰούδας λαὸν ἱκανὸν, ἔρχεται ἔνθα εὑρίσκετο ὁ Χριστός. Καὶ ἐρχομένων ἐκείνων, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, « Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν, ἰδοὺ ὁ παραδιδούς με ἤγγικεν. » Καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰούδα μετὰ τοῦ B λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, « Τίνα ζητεῖτε; Λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖνοι, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει ὁ Χριστὸς, Ἐγώ εἰμι. Καὶ τοῦτο ἀκούσαντες, ἔπεσον πάντες εἰς τὴν γῆν. » Τί δέ; ὁ ποιήσας τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα θαύματα, ὁ ἀπὸ μόνης λαλιᾶς αὐτοῦ ῥίψας τοὺς ζητοῦντας αὐτὸν, οὐκ ἠδυνήθη ποιῆσαι, ἵνα μὴ δυνηθῶσι κρατῆσαι αὐτόν; Πάντως πρόδηλον ὅτι οἰκείᾳ βουλήσει παρεδόθη. Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, « Εἰ οὖν ἐμὲ ζητῆτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν. » Καὶ ἀφέντες τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐκράτησαν τὸν Χριστόν. Βλέπεις πῶς πρῶτον μὲν ἀπὸ μόνης τῆς λαλιᾶς ἔπεσον, ἔπειτα ἐν τῷ εἰπεῖν πρὸς αὐτοὺς, « Ἄφετε τούτους ὑπάγειν, ἐὰν ἐμὲ ζητῆτε, » μόνος παρεδόθη οἰκείᾳ C θελήσει; Ἔδειξεν ὡς ἐν ταυτῷ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν θέλησιν. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ εἶπε, « Παρεδόθην, καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην. » Ἤγουν δυνάμεις ἔχων ὁ Χριστὸς, ἵνα μὴ παραδοθῇ, ἐθελοντὴς παρεδόθη. Ἀπήγαγον τοίνυν τὸν Χριστὸν εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς. Οἱ δὲ μαθηταὶ φοβηθέντες ἔφυγον. Οἱ γοῦν ἀρχιερεῖς παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν ἐχάρησαν· καὶ προσκαλεσάμενοι δύο ψευδομάρτυρας ἔλεγον κατ' αὐτοῦ ὅσα ἐβούλοντο ψευδῶς. Ὁ τοίνυν Ἰησοῦς ἐσιώπα. Λέγει γοῦν αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς, « Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Εὐλογητοῦ, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, « Ἐγώ εἰμι. Πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον D ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. » Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων, ὅτι « Ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε νῦν ὑμεῖς ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ. Τί ὑμῖν δοκεῖ; » Οἱ δὲ εἶπον, « Ἔνοχος θανάτου ἐστίν. » Ἔδωκε γοῦν αὐτῷ εἷς τῶν παρεστηκότων ῥάπισμα. Καὶ ἐμπαίξαντες αὐτῷ, ἀπήγαγον καὶ παρέδωκαν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. Ὁ δὲ Ἰούδας ἀπελθὼν, λέγει τοῖς ἀρχιερεῦσιν, « Ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. » Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον, « Οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν, ἐπεὶ τιμὴ αἵμα-

A dabitis mihi ut ego prodam illum [83]? Et dederunt illi triginta argenteos. » Et paulo post Judas turba multa assumpta, eo devenit ubi Christus inveniebatur. Quibus venientibus, dicit discipulis suis Christus : « Surgite, eamus, ecce qui prodit me, appropinquat. » Et accedente Juda cum Judæorum turma, dicit illis Christus : « Quem quæritis? Dicunt illi, Jesum Nazarenum. Dicit illis Christus, « Ego sum. » Et hoc audito, omnes prostrati sunt in terram. Num igitur qui tot ac tanta fecerat miracula, qui una voce prostravit quærentes se, non potuit nunc efficere ne illum comprehenderent? Haud dubie igitur sua sponte illis traditus est. Tunc dicit illis Jesus : « Si igitur me quæritis, sinite hos abire. » Et dimissis discipulis ipsius, com- B prehenderunt Christum. Videsne quomodo ante quidem unico verbo prostrati ceciderint; deinde vero cum diceret illis, « Sinite hos abire, si me quæritis, » solus propria sua voluntate consentiente his traditus sit? Demonstravit itaque in se et potentiam suam, et voluntatem. Quapropter et David dixit, « Traditus sum, et non declinavi. » Si enim Christus cum evadere posset traditus est, volens seipsum tradidit. Abduxerunt itaque Christum ad pontifices. Discipuli autem timore correpti fugerunt. Sacerdotum autem principes propter Jesum comprehensum gavisi sunt; et advocatis duobus falsis testibus contra illum, quæcunque libebat dicebant mendacia. Jesus vero tacebat. Dicit igitur C illi summus sacerdos : « Adjuro te per Deum ut dicas nobis, num tu sis filius Benedicti, vel num tu sis Christus Filius Dei viventis. Dicit illi Jesus, Ego sum. Verumtamen dico vobis, a nunc videbitis Filium hominis sedentem a dextris potentiæ, et venientem in nubibus cœli. » Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens : « Blasphemavit, quid ultra indigemus testibus? Ecce vos ipsi audivistis blasphemiam ipsius. Quid vobis videtur? » At illi dixerunt : Reus mortis est. » Quidam igitur astantium dedit illi alapam. Et cum illusissent illi, abduxerunt illum, et tradiderunt Pilato. Judas vero abiens dicit principibus sacerdotum : « Peccavi, prodens sanguinem innoxium; » et argenteis in templum projectis, abiit, et sus- D pendit se. Pontifices vero pecuniis acceptis dixerunt, « Non licet eam ponere in corbonam, quoniam pretium sanguinis est. » Emerunt igitur hac agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Milites autem præsidis acceptum Jesum exuerunt vestibus suis, et induerunt illum chlamyde probrosa, et abduxerunt eum ad regem Herodem. Et cum vidisset illum Herodes, remisit illum Pilato. Hic vero interrogavit eos dicens, « Quid dicitis de homine isto? » At illi dixerunt : « Crucifige illum. » Pilatus vero inquit : « Et quidnam mali fecit? » At illi dicunt : « Obloquitur Cæsari, et seipsum dicit Dei Filium. » Et sic conturbabant Pilatum. Hic vero voluntati

[83] Matth. xxvi, 15.

illorum satisfacturus, accepta aqua coram omnibus, manus abluit dicens : «Innoxius ego sum a sanguine justi hujus ; vos videritis. » Illi vero dixerunt : « Sanguis ejus super nos , et super filios nostros.» Et tunc tradidit Jesum militibus, ut crucifigeretur. Illi vero cum accepissent, illi illuserunt, et exspuerunt in faciem ejus, et flagellaverunt eum, quin et vestimenta illius diviserunt. Gestabat vero tunicam inconsutilem, super quam jecerunt sortem, quisnam illam acciperet. Et cum hæc fecissent, abduxerunt Jesum ad crucifigendum illum. Dederunt etiam illi potum, felle mistum acetum, et crucifixerunt eum. Et obtenebratus est sol ab hora tertia usque ad horam nonam ; et hora nona emisit spiritum , astantibus simul cruci sancta matre ipsius, et uno discipulorum Joanne. Reliqui vero discipuli omnes aufugerunt, et latuerunt absconsi præ timore suo. Et accedens quidam militum, lancea perfodit latus ipsius. Postea veniens quidem optimatum, Joseph nomine, a Pilato corpus Christi petiit ; et deponens illud, adjuvante simul alio quodam, Nicodemo scilicet, involvit sindone et myrrhæ fere libris centum, prout mos est Judæis sepelire. Nactus vero sepulcrum excisum in petra, sepelivit corpus Jesu, et imposuit illi lapidem valde magnum. Crastina autem die scribæ et Pharisæi venientes ad Pilatum dixerunt illi : «Domine, recordati sumus, quod impostor hic vivens adhuc dixerit, se post dies tres resurrecturum. Jube igitur muniri sepulcrum usque ad diem tertium ; ne forte discipuli illius venientes furentur illum, et dicant populo quod surrexerit a mortuis, et sic error postremus deterior sit priori. » Dixit Pilatus : « Habetis custodiam, abite et custodite quantum potestis. Hi autem profecti muniverunt sepulcrum, obsignantes lapidem una cum custodia » (custodiam autem hoc loco turmam militum intelligas). Et tertio die factus est terræ motus magnus, et devolutus est lapis de sepulcro, et milites præ timore mortuis sunt similes facti. Christus autem surrexit e sepulcro. Milites vero profecti annuntiaverunt principibus sacerdotum et Scribis omnia quæ facta fuerant ; et dederunt illis pontifices pecuniam copiosam, dicentes illis, «Dicite quod vobis dormientibus venerint discipuli illius, et furati sint illum. Quod si hoc coram præside auditum fuerit, nos persuadebimus eum, vosque omni cura exsolvemus. » Hi vero pecunia accepta, fecerunt ut edocti fuerant. Jesus autem abiens invenit discipulos suos, et dixit illis : « Pax vobis. » Hi vero videntes illum gavisi sunt. Et cum mansisset apud illos dies quadraginta, docens et confirmans illos, die quadragesima illis dixit : « Abeuntes ite in mundum universum, prædicate in omnes gentes. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, hic salvabitur. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Credentes autem signa hæc consequentur : In nomine meo dæmonia ejicient, linguis novis loquentur, serpentes tollent, et si quid lethiferi biberint, non nocebit illis ; super

A τός ἐστιν. » Ἠγόρασαν τοίνυν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. Οἱ δὲ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν χλαμύδα ὕβρεως, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν βασιλέα Ἡρώδην. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ Ἡρώδης, πάλιν ἀπέστειλε τοῦτον τῷ Πιλάτῳ. Ὁ δὲ Πιλάτος ἠρώτησεν αὐτοὺς εἰπών, « Τί λέγετε περὶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου ; » Οἱ δὲ εἶπον, « Σταύρωσον αὐτόν. » Καὶ ὁ Πιλάτος, « Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος ; » Οἱ δὲ ἔλεγον, « Ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ποιεῖ. » Καὶ ὤχλουν τὸν Πιλάτον. Ὁ δὲ βουλόμενος ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτῶν, λαβὼν ὕδωρ, ἀπενίψατο ἔμπροσθεν πάντων, εἰπών, « Ἀθῶός εἰμι ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε. » Οἱ δὲ εἶπον, « Τὸ

B αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Τότε παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν τοῖς στρατιώταις, ἵνα σταυρωθῇ. Οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτόν, ἐνέπαιξαν αὐτῷ, καὶ ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐμαστίγωσαν αὐτόν· ἐμερίσαντο δὲ καὶ τὰ ἱμάτια τούτου. Ἐφόρει δὲ καὶ χιτῶνα ἄρραφον, ὑφαντὸν δι' ὅλου, καὶ περὶ ἐκείνου ἔβαλον κλῆρον, ποῖος μέλλει λαβεῖν αὐτόν. Καὶ ταῦτα ποιήσαντες, ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν, ἵνα σταυρῶσιν αὐτόν. Ἐπότισαν γοῦν αὐτὸν καὶ ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. Καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος ἀπὸ ὥρας τρίτης ἕως ὥρας ἐννάτης, καὶ τῇ ἐννάτῃ ὥρᾳ ἀπέθανε, παρισταμένων ἐν τῷ σταυρῷ τῆς τε ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς καὶ ἑνὸς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου. Οἱ δὲ

C ἄλλοι μαθηταὶ αὐτοῦ ἔφυγον πάντες, καὶ ἐκρύβησαν ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτῶν. Καὶ ἐλθὼν εἷς τῶν στρατιωτῶν μετὰ ξίφους, ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευράν. Ἐλθὼν δὲ εἷς τῶν ἀρχόντων, Ἰωσὴφ ὀνομαζόμενος, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τῷ Πιλάτῳ, καὶ καθελὼν τοῦτο ἀπὸ τοῦ σταυροῦ μετὰ καὶ ἑτέρου, τοὔνομα Νικοδήμου, ἐνείλησε μετὰ σινδόνος, καὶ σμύρνης, ὡσεὶ λιτρῶν ἑκατόν. Οὕτω γὰρ ἦν ἔθος τοῖς Ἰουδαίοις μετὰ σμύρνης ἐνταφιάζειν. Εὑρὼν δὲ καὶ μνημεῖον λελατομημένον ἐκ πέτρας, ἔθαψε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ θεὶς ἐπ' αὐτῷ καὶ λίθον σφόδρα μέγαν. Τῇ γοῦν ἐπαύριον ἐλθόντες οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον, εἶπον αὐτῷ· « Κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν

D τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας, μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, κλέψωσιν αὐτόν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης. » Ἔφη δὲ ὁ Πιλάτος, « Ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. Οἱ δὲ ἀπελθόντες, ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας » (κουστωδία δὲ ἐλέγετο τὸ τάγμα τῶν στρατιωτῶν). Καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, καὶ ἐκυλίσθη ὁ λίθος ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτῶν οἱ στρατιῶται ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Ὁ δὲ Χριστὸς ἀνέστη ἐκ τοῦ τάφου. Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα. Καὶ ἔδωκαν αὐτοῖς οἱ ἀρχιερεῖς ἀργύρια ἱκανά, εἰπόντες πρὸς αὐτούς, « Εἴπατε ὅτι Ἡμῶν

κοιμωμένων ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἔκλεψαν αὐτόν. Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. » Οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπελθὼν εὗρε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, « Εἰρήνη ὑμῖν. » Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν, ἐχάρησαν. Καὶ ποιήσας μετ' αὐτῶν ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ διδάξας καὶ στηρίξας αὐτοὺς, τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ λέγει πρὸς αὐτοὺς, « Ἀπελθόντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε πάντα τὰ ἔθνη. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει· Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς, ὄφεις ἀροῦσι, κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ, ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν. Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. » Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτοὺς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ ἀπόστολοι ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ μετὰ χαρᾶς μεγάλης, ἐκδεχόμενοι τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν. Τί δὲ περὶ τῶν γεγονότων; Εἰ μὲν κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν πειραθείημεν σπουδάσαι, γραφῇ δοῦναι πάντα τὰ γεγονότα, πολλῆς ἂν σχολῆς δεηθείημεν· ἐπεὶ δὲ πολύς ἐστιν ὁ περὶ τούτων λόγος, καὶ δυσερμήνευτος διὰ τὴν ἀγνωσίαν ὑμῶν, φέρε δὴ λοιπὸν εἴπωμεν, ὡς ἐν βραχέσι λόγοις τὸ κατὰ δύναμιν. Εἴδομεν προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, ὥσπερ νιφάδας ὕδατος.

infirmos manus ponent, et sanabuntur. Vos autem sedete Hierosolymis, donec virtute ex alto induamini. » Et benedixit illis, interque benedicendum secessit ab illis, et sublatus est in cœlos, et sedet ad dextram Dei. Apostoli autem reversi sunt Hierosolymam cum gaudio magno, exspectantes virtutem ex alto promissam. Quis autem horum omnium sensus? Quod si singula secundum omnem diligentiam discutere vellemus, omniaque quæ facta sunt describere, multo sane opus haberemus otio. Quoniam autem varia est horum ratio, et explicatu difficilis propter vestram ignorantiam, agedum quod reliquum est brevissimis verbis, quantum fieri potest, absolvemus. Inspiciamus itaque prophetias, quæ de Christi passione copiosissimæ, ceu torrens aquis auctus nivalibus, habentur.

ϛ'. Συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ γραμματεῖς, οἱ Φαρισαῖοι, ἀλλὰ δὴ καὶ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, καὶ Πόντιος Πιλάτος κατὰ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ λέγει ὁ Δαβὶδ, « Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. »

6. Congregati sunt pontifices, scribæ, Pharisæi, tum etiam rex Herodes et Pilatus adversus Christum. David autem dicit: « Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, contra Dominum, et contra Christum ejus [86]. »

ζ'. Παρέδωκε τὸν Χριστὸν τοῖς Ἰουδαίοις εἰς θάνατον Ἰούδας ὁ μαθητὴς αὐτοῦ. Καὶ πάλιν λέγει ὁ αὐτὸς Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ, « Οἱ ἐχθροί μου εἶπον κακά μοι· Πότε ἀποθανεῖται, καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; Καὶ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει. Ἡ καρδία αὐτοῦ συνήγαγεν ἀνομίαν. Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν, ἐξέλθοι καταδεδικασμένος, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος. Ἐν γενεᾷ μιᾷ ἐξαλειφθείη τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀναμνησθείη ἡ ἀνομία τῶν πατέρων αὐτοῦ ἔναντι Κυρίου, καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη. Ἐξολοθρευθείη ἐκ γῆς μνημόσυνον αὐτοῦ. Ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. »

7. Prodidit Christum Judæis in mortem Judas discipulus ejus. Et rursum de eodem idem David loquitur: « Inimici mei dixerunt mihi mala: Quando morietur, et peribit nomen ejus? Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, cor illius congregavit iniquitatem. Egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum. Etenim homo pacis meæ, qui comedit panes meos, magnificavit adversus me supplantationem [87]. Constitue super eum peccatorem, et calumniator stet a dextris ejus. Et cum judicatur exeat condemnatus, et preces ejus fiant in peccatum. Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter. In generatione una deleatur nomen ejus. In memoriam redeat iniquitatis patrum ejus in conspectu Domini; et peccatum matris ejus non deleatur. Dispereat de terra memoria ejus. Dilexit maledictionem, et veniet ei; et non voluit benedictionem, et elongabitur ab eo [88]. »

η'. Παρέλαβον οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστὸν, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς. Καὶ λέγει Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ, « Ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἠγόμην τοῦ θύεσθαι »

8. Apprehenderunt Judæi Christum, et abduxerunt eum ad principes sacerdotum. Et de hoc Jeremias dicit: « Ego vero tanquam agnus innocens ducebar, ut mactarer [89]. »

vos vosipsos confutare? Sed hæc talia quidem sunt. Quoniam vero Ismael, quo Musulmani progenitore gaudent, cum Hebræis non in Ægyptum descendit, in illo etiam circumcisionis nulla erat utilitas, quemadmodum in Hebræis; non enim adnumeratur Abrahæ hæredibus. Deus enim præcepit Abrahæ, dicens: « Ejice ancillam cum filio ejus, nequaquam enim hæres erit ancillæ filius cum filio liberæ. » Et ejectus est ex domo Abrahæ Ismael cum matre sua Agar. Quod si tamen forte nonnunquam ad Abraham rediit, visitationis causa venit, non ut filius et semen hæresque illius. Hæc igitur cum sic se habeant, undenam fidem suam Musulmani desumpserint, non video. Propterea nullo indicio conjici potest, Musulmanorum fidem ante Mahometem ab Abraham auctore derivari. Verum ipse hujusmodi dogmatum auctor est, et ex sui ingenii nidulo docuit quæcunque docuit, et non ex Deo.

νεῖτε. Οὐκ ἔστι πρόδηλον ὅτι αὐτοὶ ἑαυτοῖς μάχεσθε, καὶ αὐτοὶ αὐτοὺς ἀνατρέπετε; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἰσμαήλ, ὃν λέγουσιν οἱ Μουσουλμάνοι ἔχειν προπάτορα, οὔτε μετὰ τῶν Ἑβραίων κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, ὅτι ἐκείνῳ χρεία οὐκ ἦν, ὥσπερ τοῖς Ἑβραίοις, οὐδὲ γὰρ συγκατελέγετο μετὰ τῶν κληρονόμων τοῦ Ἀβραάμ· διότι ὁ Θεὸς οὕτως ἐνετείλατο τῷ Ἀβραὰμ εἰπών, « Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην μετὰ τοῦ παιδὸς αὐτῆς, οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας· » καὶ ἐξεβλήθη ὁ Ἰσμαὴλ μετὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς Ἄγαρ ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Ἀβραάμ· εἰ δ' ἴσως ποτὲ καὶ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἦλθεν, θεωρίας χάριν ἦλθεν, ἀλλ' οὐχ ὡς υἱὸς καὶ σπέρμα καὶ κληρονόμος αὐτοῦ. Τούτου γοῦν οὕτως ἔχοντος, πόθεν ἔχουσιν οἱ Μουσουλμάνοι τὴν πίστιν, οὐκ οἶδα. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναφαίνεται ἀπό τινος πράγματος πρὸ τοῦ Μωάμεθ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ εἶναι τὴν τῶν Μουσουλμάνων πίστιν, ἀλλὰ αὐτός ἐστιν ὁ ἀρχηγὸς τῶν τοιούτων δογμάτων, καὶ ὅτι ἀπὸ κοιλίας αὐτοῦ ἐδίδαξεν ὅσα ἐδίδαξε, καὶ οὐκ ἀπὸ Θεοῦ.

3. Quod vero Musulmani tradunt, ipsius Mahometi nomen in Evangelio citari (dicente nimirum de hoc Christo: Annuntio vobis bonum, quoniam post me venturus est apostolus et propheta, nomen illi Mahomet), Christianos vero invidia motos illud expunxisse ex Evangelio; agedum etiam de hoc inquiramus, et videtur mihi veritatem non absconsam futuram; attente igitur hæc audias. Tres legislatores sunt, qui leges tulerunt universales: Moses, quem secuta est Hebræorum gens; Christus, quem secutæ sunt omnes gentes, et maxima Hebræorum in illum credentium multitudo (qui enim ex his non crediderunt, numero pauciores sunt illis qui crediderunt, et numeratu faciles); et Mahomet, quem Musulmani secuti sunt. Præter autem illos tres, qui legem tulerit nullus est. Mosem vero a Deo missum esse, statim ab initio testimoniis comprobatur. Cum enim adhuc in Ægypto esset, fecit signa et miracula magna, et Ægyptum flagellavit, plagas illi inducens terribiles, percussit et sanavit, tum etiam futura ceu prophetes prædixit: « Quod si populum Dei dimittere volueris, dimitte; quod si nolis, hæc et illa tibi et toti populo Ægypti evenient. » Et Pharao cum se verbum Domini facturum esse promisisset, a Mose sanatus est, utpote qui potestatem a Deo accepisset. Post hæc vero Moses eduxit brachio potenti gentem Hebræorum ex terra Ægypti, et Pharaonis servitute. Eos autem insecutus Pharao, a Mose submersus est in mari Rubro cum omni suo exercitu. Deinde in desertis obambulavit annis quadraginta, miracula edens infinita. Quin et coram tota Judæorum gente in montem Sinai ascendit, sic ad illum dicentibus Judæis: « Ascende in montem, et Dei voluntatem ediscito; nos enim Dei vocem audire non possumus, ne forte moriamur. » Populus vero stabat procul a monte, cum tremore adorans Deum cum Mose colloquentem. Moses autem Dei sermonibus auditis, eosdem Hebræis exposuit; et re-

γ'. Ὅτι δὲ, ὡς λέγουσιν οἱ Μουσουλμάνοι, ὡς γεγραμμένον εὑρίσκετο τὸ τοῦ Μαχούμετ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ περὶ ἐκείνου, ὅτι Εὐαγγελίζομαι ὑμῖν ὅτι μετ' ἐμὲ μέλλει ἐλθεῖν ὁ ἀπόστολος καὶ προφήτης, ὄνομα αὐτῷ Μωάμεθ, οἱ δὲ Χριστιανοὶ φθονήσαντες ἐξέβαλον αὐτὸ ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου, δεῦρο σκεψώμεθα καὶ περὶ αὐτοῦ, καί μοι δοκεῖ ὡς οὐ μὴ κρυβήσεται ἡ ἀλήθεια· ἄκουσον τοίνυν νουνεχῶς. Τρεῖς εἰσι νομοθέται, οἱ διδάξαντες νόμους καθολικούς· ὁ Μωϋσῆς, ᾧ ἠκολούθησε τὸ γένος τῶν Ἑβραίων· ὁ Χριστὸς, ᾧ ἠκολούθησαν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντες τὸ πλεῖον μέρος τῶν Ἑβραίων· ἐπεὶ ἀπὸ τούτων οἱ μὴ πιστεύσαντες πολλῷ ἐλάττους εἰσὶν αὐτῶν δὴ τῶν πιστευσάντων, καὶ σχεδὸν ἐναρίθμητοι· καὶ ὁ Μωάμεθ, ᾧ ἠκολούθησαν οἱ Μουσουλμάνοι. Ἄνευ τούτων δὴ τῶν τριῶν ἕτερός τις ὁ διδάξας καὶ δοὺς νόμον οὐκ ἔστιν. Ἀλλ' ὁ μὲν Μωϋσῆς μεμαρτύρηται ἀπεσταλμένος εἶναι παρὰ Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς. Ἔτι ὢν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα, καὶ ἐμάστιξε τὴν Αἴγυπτον, ἐπάξας ἐν αὐτῇ πληγὰς μεγάλας σφόδρα· καὶ ἔπληξε καὶ ἐθεράπευσε, καὶ προέλεγε τὰ γενησόμενα ὡς προφήτης, ὅτι « Εἰ μὲν ἀπολύσεις τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, ἀπόλυσον· εἰ δ' οὖν, τὰ καὶ τὰ συμβήσονταί σοί τε καὶ παντὶ τῷ λαῷ τῆς Αἰγύπτου. » Καὶ ὑπισχνούμενος Φαραὼ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα Κυρίου, ἐθεραπεύετο παρὰ τοῦ Μωϋσέως, ὡς ἐξουσίαν λαβόντος ἀπὸ Θεοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐξέβαλεν ὁ Μωσῆς μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ τὸ γένος τῶν Ἑβραίων ἐκ γῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς δουλείας Φαραώ. Καταδιώξας δὲ ὁ Φαραὼ, ἐποντίσθη ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ μετὰ πάσης τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ παρὰ τοῦ Μωϋσέως. Μετὰ δὲ ταῦτα περιεπάτει ἐν τῇ ἐρήμῳ χρόνους τεσσαράκοντα, ποιῶν θαύματα ἄπειρα. Ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον πάντων τῶν Ἑβραίων ἀνέβη ὁ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ ὄρους Σινᾶ, εἰπόντων τοῦτο τῶν Ἰουδαίων πρὸς αὐτὸν, ὅτι « Ἀνάβαινε εἰς τὸ ὄρος, καὶ γνῶθι τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα. Ἡμεῖς γὰρ Θεοῦ φωνὴν ἀκοῦσαι οὐ δυνά-

A μεθα, μή ποτε τελευτήσωμεν.» Καὶ ὁ μὲν λαὸς ἵστατο μακρόθεν τοῦ ὄρους, προσκυνοῦντες τῷ Θεῷ μετὰ τρόμου τῷ λαλοῦντι Μωϋσεῖ· ὁ δὲ Μωσῆς ἀκούων τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ, ἔλεγε τούτους τοῖς Ἑβραίοις, καὶ παρευθὺς τὸ λαληθὲν ἐπληροῦτο. Ἀλλ' οὐδέποτε ἐκίνησαν τοὺς τεσσαράκοντα χρόνους ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτῶν ἄνευ λόγου τοῦ Θεοῦ. Μωσῆς γὰρ ἐλάλει, καὶ ὁ Θεὸς ἀπεκρίνετο φωνῇ, λέγει ἡ Γραφή. Μετὰ γοῦν τῶν πολλῶν μαρτυριῶν τε καὶ θαυμάτων ἐξέδωκε τὸν νόμον τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ἐδέξαντο τοῦτο, καὶ προσεκύνησαν, καὶ παρέλαβον τὸν παρὰ τοῦ Μωσέως δοθέντα νόμον, ὡς τοῦ Θεοῦ νόμον. Ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ εἶχε τὰς μαρτυρίας παρὰ πάντων τῶν προφητῶν. Καὶ ὁ μὲν Μωϋσῆς ἔλαβε τὴν μαρτυρίαν ὀγδοηκοντούτης, τοσούτων καὶ γὰρ εὑ- B ρίσκετο ἐτῶν, ὁπότε προσετάγη παρὰ Θεοῦ ἐξᾶραι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου· ὁ δὲ Χριστὸς εἶχε τὰς μαρτυρίας ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, τέως δὲ πρὶν ἢ γεννηθῆναι αὐτόν· ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀβραὰμ ἤρξαντο ἀναφαίνεσθαι αἱ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρίαι, καθὼς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται. Γεννηθεὶς δὲ πάλιν ἐμαρτυρήθη τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μαρτυρίαν μίαν, καὶ δίς. Ἐποίησε δὲ καὶ θαύματα οὐ κατὰ τὸν Μωϋσέα ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τῇ ἐρήμῳ, ἀλλὰ μεγάλα, καὶ ὑπὲρ φύσιν, καὶ τοσοῦτον ἐκείνων μείζονα, ὅσον διαφέρει δεσπότης δούλου. Καὶ μετὰ τὰς πολλὰς ἐκείνας μαρτυρίας, καὶ τὰ ἄπειρα καὶ ὑπὲρ φύσιν θαύματα ἔκτοτε ἐξεδόθη ὁ τοῦ Εὐαγγελίου νόμος, καὶ προσεκύνησαν καὶ ἠσπάσαντο αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη, πᾶσα ἡ οἰκουμένη, καὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸν Χριστὸν, τὸν δόντα τὸ Εὐαγγέλιον.

C δ'. Ὁ δὲ Μωάμεθ οὑτοσὶ πόθεν λαβὼν τὰς μαρτυρίας, ἐδίδαξε τὰ δόγματα ἅπερ ἐδίδαξε, καὶ ἐξέδωκε τὸν νόμον τοῖς Μουσουλμάνοις; Πάντως οὐκ ἄλλοθεν ἢ αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἐστιν ὁ μαρτυρῶν περὶ αὐτοῦ. Εἰς γὰρ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφὴν οὐκ ἀναφαίνεται ἡ περὶ αὐτοῦ μαρτυρία, ἀλλὰ τοὐναντίον. Ὁ γὰρ Μωϋσῆς οὕτως εἴρηκε περὶ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν τῶν Ἑβραίων λαὸν, ὅτι «Ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ὡς ἐμέ. Πᾶσα ψυχὴ ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται.» Κἂν γοῦν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν περὶ τούτου εἴπομεν, ἀλλ' οὐκ ὀκνήσομεν πάλιν εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν τὸν προφήτην Μωϋσέα, ὅτι «Προφήτην ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν,» ἔδειξεν ὅτι ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ὁ μέλλων ἐλθεῖν προφήτης. D Καὶ ἐκείνου ἀκούσονται, ἄλλου δὲ ἐλθόντος οὐ παραδέξονται αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ μακράν που διώξουσιν αὐτὸν ἐξ αὐτῶν. Λέγει ὁ Χριστὸς περὶ Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ Ζαχαρίου, μαρτυρῶν αὐτὸν προφήτην, καὶ μέγιστον προφήτην, καὶ λέγων ὅτι «Πάντες οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰωάννου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζεται.» Ὁρᾷς ὅπως ὁ μὲν Μωϋσῆς παρήγγειλε τῷ γένει τῶν Ἑβραίων ἵνα μόνον τὸν ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἑβραίων ἐλθόντα προφήτην δέξωνται, ἄλλον δὲ οὐδαμῶς; Ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ προφῆται ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων εἰσίν. Ὁ δὲ Χριστὸς πάλιν καθαρώτερον εἴρηκεν, ὅτι «Πάντες οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, καὶ πλέον οὐχί.» Διά τοι τοῦτο ὁ μὴ

pente, quod dixerat, impletum est. Præterea nunquam per quadraginta hos annos locum mutaverunt citra Dei oraculum. Moses enim loquebatur, et Deus voce sua respondit, ut Scriptura testatur. Multis igitur testimoniis et miraculis instructus, legem Hebræis tulit, et legem ab hoc latam, ceu divinam receperunt et venerati sunt. Secutus hunc est Christus, omnium prophetarum probatus testimoniis. Et Moses quidem testimonium recepit jam octogenarius (tot enim jam annos natus erat, cum a Deo ut Israelem Ægypto educeret, ordinaretur), Christus autem testimoniis probatus fuit ab ipsa mundi fundatione, et priusquam ille nasceretur. Statim enim Abrahæ temporibus declarari cœperunt illius testimonia, quemadmodum in superioribus demonstratum est. Jam vero natus, semel atque iterum Dei Patris testimonium accepit. Præterea miracula quoque edidit, non veluti Moses in Ægypto et deserto, sed ingentia, et omnem superantia naturam, tantoque illis majora, quanto dominus servo est præstantior. Et post multa ista testimonia, post infinita et plus quam naturalia miracula, Evangelii lex promulgata est. Coluerunt etiam et amplexæ sunt hanc omnes gentes et universus orbis, atque in Christum crediderunt, qui Evangelium dederat.

4. Mahomet autem quibus testimoniis instructus dogmata sua dedit, et Musulmanis legem suam promulgavit? Nullius certe alterius auctoritate, sed sua propria hanc statuit. Et hic ipse est, qui de se testimonium fert. In universa enim sacra Scriptura nullum de illo exstat testimonium, sed quæ illi contraria sint. Moses enim de Christo ad Hebræorum populum sic dixit: «Suscitabit Dominus Deus prophetam ex fratribus nostris tanquam me. Omnis anima quæ non audiverit prophetam illum, exstirpabitur.» Et licet in superioribus de his dixerimus, non tamen pigebit de iisdem denuo dicere. Cum enim Moses propheta dicit: «Prophetam suscitabit Dominus Deus ex fratribus nostris,» significavit ex Judæis hunc prophetam oriundum esse. Et hunc audient, aliumque venientem non recipient, quin procul ab ipsis exsibilabunt. Christus Joannem Zachariæ filium prophetam, et maximum prophetam testificaturus, dicit: «Omnes prophetæ usque ad Joannem prophetaverunt, a Joanne vero regnum Dei annuntiatur [68].» Jamne intelligis, quomodo Moses Judæorum populo præcipit, ut unicum tantummodo Hebræorum semine natum prophetam recipiant, alium vero nequaquam? Verumtamen omnes prophetæ e Judæorum populo nati sunt. Christus autem rursus hoc planius exposuit, «Omnes prophetæ usque ad Joannem, et ulterius non erunt.» Quapropter qui Dei et prophetarum testimonio caruerit et ipsius sacræ

[68] Matth. xi, 12, 13.

Scripturæ, a Deo non est. Mahomet igitur cum non habeat sacræ Scripturæ testimonium, a Deo non est missus. Christus vero non tantum hoc dixit: « Omnes prophetæ usque ad Joannem, et ulterius non erunt, » sed et signum dedit hoc cognoscendi omnibus, dicens: « Cavete a pseudoprophetis, qui veniunt ad vos vestitu ovium, intus vero sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorum cognoscetis illos [66]. » Inspiciamus igitur quis legis Mahometicæ fructus sit, et hoc diligenter enucleato elucebit veritas. Mahomet dicit : Non veni legem laturus per miracula, sed cum ense et gladio. Et qui nostræ legi, quæ divina est, non paruerint, morte moriantur, aut tributa solvant ; et qui tributum solvunt, in fide sua propria permaneant. Quod si Evangelium non justum erat, sanctum et rectum, merito sane et decenter venturus erat legislator, qui homines veritatem et justitiam doceret. Si vero justum erat et sanctum, imperfectum tamen, etiam sic justum decensque erat, ut legislator aliquis veniens Evangelii defectum compleret. Cum autem et sanctum et justum et perfectum rectumque dicatur et sit, idemque de hoc confiteatur Mahomet, cum dicit : Evangelium a Deo datum est et sanctum et plenum et rectum, quidnam alio legislatore indigemus? Nihil prorsus. Porro importuna est et inutilis Mahometicæ legis promulgatio. Quod enim per omnia rectum est, nihil habet se rectius, et perfecto nihil est perfectius, nec ipso vero quidquam verius.

A ἔχων μαρτυρίαν παρὰ Θεοῦ καὶ τῶν προφητῶν, καὶ αὐτῆς τῆς θείας Γραφῆς, οὐκ ἔστι παρὰ Θεοῦ. Ὁ Μωάμεθ ἄρα μὴ ἔχων τὴν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς μαρτυρίαν, οὐκ ἔστιν ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο εἴρηκεν ὁ Χριστὸς, τὸ, « Πάντες οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, καὶ περαιτέρω οὐκ ἔσονται, » ἀλλὰ καὶ ἔτι σημεῖον γνωρίσματος δέδωκε τοῖς πᾶσιν, οὕτως εἰπὼν, « Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. » Σκεψώμεθα τοίνυν τίς ἐστιν ὁ καρπὸς τοῦ παρὰ τοῦ Μωάμεθ δοθέντος νόμου· καὶ τούτου ἀκριβῶς ἐξετασθέντος, φανερωθήσεται ἡ ἀλήθεια. Λέγει ὁ Μωάμεθ, Ἐγὼ οὐκ ἦλθον διὰ θαυμάτων δοῦναι τὸν B νόμον, ἀλλὰ διὰ σπάθης καὶ ξίφους. Καὶ οἱ μὴ ὑποκύψαντες τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ, ὅς ἐστι παρὰ Θεοῦ, θανάτῳ ἀποθανέτωσαν, ἢ φόρους διδότωσαν· καὶ διδομένων τῶν φόρων, μενέτωσαν ἐν τῇ πίστει αὐτῶν. Καὶ εἰ μὲν οὐκ ἦν τὸ Εὐαγγέλιον δίκαιον, καὶ ἅγιον, καὶ ὀρθὸν, δικαίως καὶ πρεπόντως ἔμελλεν ἐλθεῖν νομοθέτης, ὃς διδάξει τὴν ἀλήθειαν τοῖς ἀνθρώποις καὶ δικαιοσύνην· εἰ δὲ δίκαιον καὶ ἅγιον ἦν, ἀτελὲς δὲ ὅμως, καὶ οὕτω πάλιν τὸ αὐτὸ ἦν δίκαιον καὶ πρέπον, ἵνα ἐλθὼν νομοθέτης, ἀναπληρώσῃ τὸ ὑστέρημα τοῦ Εὐαγγελίου. Ἐπεὶ δὲ ἅγιον καὶ δίκαιον καὶ τέλειον καὶ ὀρθὸν καὶ λέγεται καὶ ἔστι, μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ Μωάμεθ περὶ αὐτοῦ, καὶ ὁμολογεῖ, καὶ λέγει ὅτι Τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ Θεοῦ ἐστι δεδομένον, καὶ ἅγιον, καὶ C πλῆρες, καὶ εὐθὲς, τίς χρεία ἑτέρου νομοθέτου; Πάντως οὐδὲ μία. Καὶ λοιπὸν ἄκαιρος καὶ ἄχρηστος ἡ τοῦ Μωάμεθ νομοθεσία. Τοῦ γὰρ ὀρθοῦ κατὰ πάντα οὐδὲν ὀρθότερον, καὶ τοῦ τελείου οὐδὲν τελειότερον, καὶ τῆς ἀληθείας οὐδὲν ἀληθέστερον.

5. Verumtamen discussis singulis, inspiciamus quidnam legislatoris Mahomet verba sibi velint. Non aliud quidem certe, quam cum se ab omni miraculorum virtute et pœnitentia alienissimum esse intelligeret, suam ipsius occultare volens imbecillitatem, ne forte aliquando ab hominibus condemnaretur, dixit : Non veni daturus legem per miracula, sed per ensem et gladium ; quemadmodum etiam in ipsis legis suæ expositionibus statuit, ne legislatores et hæredes sui cum Christianis disputent. Quod sane non alia de causa fecit, quam ne illorum convinceretur vanitas. Illud vero, quod legem ense et gladio se daturum promittit, cædes docet et rapinas. Et quis unquam audivit aliquem hominum vi coactum credidisse? Fides animæ et mentis pars est. Et quoniam anima vel mens res sunt nullius servitio subjectæ, quonam modo Deus, qui has liberas creaverat, tanquam operis sui oblitus legislatorem erat missurus, qui has cogeret? Fides enim voluntate et electione, tum libertate animæ et ipsius cognitione consistit; aliter vero nequaquam. Corpus enim servit et vincitur, nonnunquam etiam ea quæ non vult, facit. De anima vero non sic sentiendum, sed in voluntate, judicio, cognitione et electione, et in judicio et veritate horum, qui credunt illi, Deus

ε'. Ἀλλ' ὅμως ἐξετάσαντες ἴδωμεν τί βούλονται τὰ τοῦ νομοθέτου ῥήματα. Πάντως οὐδὲν ἄλλο ἀλλ' ἢ κατανοήσας ἑαυτὸν ὅτι μακράν που εὑρίσκεται τῆς ἐνεργείας τῶν θαυμάτων, βουλόμενος κρύψαι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, μή ποτε παρὰ τῶν ἀνθρώπων εὕρῃ κατάγνωσιν, εἶπεν ὅτι Οὐκ ἦλθον δοῦναι τὸν νόμον διὰ θαυμάτων, ἀλλὰ διὰ ξίφους καὶ σπάθης, ὡς καὶ ἐν ταῖς διαλέξεσιν νενομοθέτηκεν, ἵνα μὴ διαλέγωνται μετὰ τῶν Χριστιανῶν οἱ τούτου μαθηταὶ καὶ διάδοχοι, πάντως οὐ δι' ἄλλο τι ἢ ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ ἡ ἐκείνων ματαιότης. Τὸ δὲ δοῦναι τὸν νόμον D μετὰ ξίφους καὶ σπάθης φόνους πάντως καὶ ἁρπαγὰς διδάσκει. Καὶ τίς ἤκουσε τῶν ἀνθρώπων πιστεῦσαί τινα βίᾳ; Ἡ πίστις τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ νοῦ ἐστι· καὶ ἐπεὶ ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς πρᾶγμά ἐστιν ἀδούλωτον, πῶς ὁ ποιήσας αὐτὰ Θεὸς ἐλεύθερα πέμψειν ἔμελλε νομοθέτην βιάσαι αὐτὰ, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος τοῦ ἔργου αὐτοῦ; Ἡ γὰρ πίστις θελήσει καὶ προαιρέσει, καὶ τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς ψυχῆς, καὶ τῇ γνώσει αὐτῆς γίνεται, ἀλλοτρόπως δὲ οὐδαμῶς. Τὸ γὰρ σῶμα δουλοῦται καὶ δεσμεῖται, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ τὰ μὴ θέλοντα πράττει. Ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ θελήσει, καὶ κρίσει, καὶ γνώσει, καὶ προαιρέσει, καὶ τῶν πιστευόντων αὐτῷ ἐν κρίσει καὶ ἀληθείᾳ ἐστὶν ὁ Θεὸς, καρδιογνώστης γάρ ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ βλέπει εἰς πρόσωπον, ἀλλ' εἰς καρδίαν. Καὶ

[66] Matth. VII, 15, 16.

ἅπερ τὰ ἄλογα ζῶα νόμῳ φύσεως οὐ ποιοῦσι, ταῦτα ὁ Μωάμεθ νομοθετεῖ. Τίς γὰρ εἶδε λέοντα λέοντα φαγεῖν, ἢ ἄρκτον ἄρκτον, ἢ πάρδαλιν πάρδαλιν; Οὗτος δὲ ἀναφανδὸν διδάσκει φονεύειν τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον. Καὶ τίς μάταιος, ὅστις μέλλει δέξεσθαι τοῦτον εἶναι ἀπὸ Θεοῦ; οὐδὲ γὰρ ἁρπαγὰς καὶ φόνους διδάσκει Θεός. Πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι καὶ κακία κακίας ἀλλάσσεται. Λέγει γάρ, ὅτι Ἢ ἀποθανέτωσαν, ἢ φόρους διδότωσαν, καὶ ἀλλάσσεται φόνος φιλοχρηματίᾳ. Οὐ μόνον δὲ μέχρι τούτου ἡ κακία ἔστη, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω προέβη. Τί γὰρ τῆς τοιαύτης ὠμότητος καὶ μισανθρωπίας χεῖρον γένοιτ' ἄν, ὥστε φονεύειν μηδὲν ἠδικηκότας; καὶ γὰρ ὁπόταν ἀπέλθωσι Μουσουλμάνοι πρὸς πόλεμον, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ πέσῃ τις ἐξ αὐτῶν, οὐ λογίζονται ἑαυτοὺς ἀξίους μέμψεως, ὡς αἰτίους τοῦ πολέμου, ἀλλ' ἐπὶ τὸ νεκρὸν σῶμα τοῦ πεπτωκότος σφάττουσι ζῶντας ὅσους ἂν δυνηθῇ ἕκαστος, καὶ ὅσον πλείους κτείνει, τοσοῦτον ὠφέλειαν λογίζεται τῆς τοῦ τεθνεῶτος ψυχῆς. Εἰ δ' ἴσως οὐκ ἔχει αὐτοὺς εἰς ἐξουσίαν αὐτοῦ ὁ βουλόμενος βοηθῆσαι τῇ τοῦ τεθνεῶτος ψυχῇ, ἐξωνεῖται Χριστιανούς, εἴπερ εὕροι, καὶ ἢ ἐπάνω τοῦ νεκροῦ σώματος σφάττει αὐτούς, ἢ ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ. Καὶ ὁ ταῦτα νομοθετῶν πῶς ἀπὸ Θεοῦ; Ἔτι νομοθετεῖ ὅτι Ὁ δοὺς τῇ πόρνῃ μίσθωμα, καὶ κοιμηθεὶς μετ' αὐτῆς οὐχ ἁμαρτάνει. Καὶ ὁ βιασάμενος παρθένον ἁμαρτάνει, ὁ δὲ μετὰ τῆς θελήσεως αὐτῆς κοιμηθεὶς μετ' αὐτῆς οὐχ ἁμαρτάνει. Καὶ ἐὰν αἰχμαλωτίδας τις λάβῃ ἐν πολέμῳ, ἔξεστιν αὐτῷ ποιεῖν ἐπ' αὐταῖς ὃ βούλεται ἀκωλύτως. Ὁ γοῦν πορνείας καὶ παρθενοφθορίας νομοθετῶν πῶς ἀπὸ Θεοῦ; Καὶ τὸ δὴ χείριστον, ὅτι τοὺς κατὰ τὴν ἀποδοχὴν τοῦ Θεοῦ περιπατήσαντας ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποβίωσιν αὐτῶν λουτρὰ καὶ οἴκους περικαλλεῖς καὶ γυναῖκας παρθένους ὅτι πολλὰς ὑπισχνεῖται δοθήσεσθαι ἑνὶ ἑκάστῳ παρὰ Θεοῦ. Καὶ ὅπερ οἱ τῶν εἰδωλολατρῶν Ἑλλήνων ὀνομαζόμενοι θεολόγοι οὐκ εἶπον, οὐδὲ ἐνόμισαν εἶναι, ταῦτα ὁ Μωάμεθ ἀνακεκαλυμμένῳ τῷ προσώπῳ νομοθετεῖ. Ἐκεῖνοι γὰρ οὕτω λέγουσιν, ὅτι οἱ μὲν καλῶς ἐνθάδε βιώσαντες, ἐπὰν ἀποθάνωσι καὶ καθαρῶς ἀποδημήσωσιν αἱ ψυχαὶ ἀπὸ τῶν σωμάτων, εἰς τοὺς θεοὺς ἀπέρχονται, καὶ μετὰ τῶν θεῶν εὑρίσκονται εἰς τὰς τῶν μακάρων νήσους, καὶ μετ' αὐτῶν συναγάλλονται· τῶν δὲ κακῶς ἐνθάδε βιωσάντων, καὶ ἀκαθάρτων, καὶ μεμολυσμένων ἀπελθόντων, αἱ τούτων ψυχαὶ εἰς ζοφώδεις καὶ σκοτεινοὺς ἀπέρχονται τόπους, καὶ εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Πυριφλεγέθοντα.

ϛ'. Καὶ οἱ μὲν εἰδωλολάτραι Ἕλληνες λέγουσι ταῦτα· ὁ δὲ Μωάμεθ πῶς ὀνομάζει ἑαυτὸν ὀρθόδοξον, καὶ πλησίον τοῦ Θεοῦ εὑρισκόμενον; Λέγει καὶ νομοθετεῖ τοιαῦτα ἀτοπήματα αἰσχρά. Οὐκ ἔχει ἐνθύμησιν ὅλως ὅτι ταῦτα πάντα ὀργῆς καὶ ἀποστροφῆς ἔργα, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀποτελέσματά εἰσι. Πρὸ γὰρ τῆς παραβάσεως καὶ ἁμαρτίας τοῦ Ἀδὰμ ποῦ λουτρά; ποῦ ὅλως οἰκήματα; ποῦ αἱ πολλαὶ γυναῖκες; Ἀλλὰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν κατάραν ἐπανέστη τὸ σῶμα ὥσπερ θηρίον κατὰ

A est (est enim cordium scrutator), nec personam, sed cor respicit. Et quæ bruta animalia per legem naturæ non faciunt, ea legibus exigit Mahomet. Quis enim leonem a leone devorari vidit, aut ab urso ursum, aut a pardali pardalim? Hic vero manifeste homini, ut hominem occidat, præcipit. Et quis tam vanus, ut hunc a Deo esse crediturus sit? Deus enim rapinas et cædes non præcipit. Ad hæc scelus sceleri permutatur. Dicit enim: Aut moriantur, aut tributum solvant. Sic enim cædes permutatur avaritia. Non tamen inter hos terminos scelus consistit, sed extenditur longius. Quid enim tanta crudelitate et odio humani generis pejus est, ut etiam illos trucidet, qui nihil mali admiserunt? Si enim Musulmanis in bellum profectis,
B aliquis illorum ceciderit, nequaquam seipsos, ut belli auctores, reprehendendos existimant, sed super occisi cadaver singuli tot viventes trucidant, quot acquirere licuerit: et quo plus occiderint, eo magis occisi animam putant esse adjutam. Quod si vero homines proprios non habuerit, qui occisi animam juvare cupit, Christianos ubicunque inventos emit, eosque aut super corpus occisi, aut super sepulcrum illius jugulat. Et a Deo esse dicetur, qui talia legibus suis statuit? Idem dicit: « Qui cum scorto mercede soluta concubuerit, non peccat; at qui virginem vi violaverit, peccat; qui autem cum illa sibi consentiente concubuerit, non peccat. Et qui captivas in bello ceperit, his pro
C sua libidine nullo prohibente utatur. Quomodo igitur Deo auctore id faciet, qui scortationes et virginum violationes legibus confirmat? Et quod longe scelestissimum est, his qui juxta Dei præcepta in hoc sæculo vixerint, illis singulis post obitum ipsorum balnea et domus, augustas, mulieres denique et virgines quam plurimas a Deo dandas fore promittit: et quod idololatrarum Græcorum nominati theologi dicere nec ausi sunt, nec talia esse crediderunt, hæc Mahomet aperto ore legibus suis sancire non erubescit. Hi enim sentiunt, quod qui vitam suam honeste in hoc mundo transegerint, cum, post obitum ipsorum, animæ illorum pure a corporibus liberatæ sint, tunc eos in deorum numerum referri, interque illos fortunatas
D insulas incolere, et cum illis exsultare. Eorum vero qui impie hic viventes, impure simul et pollute obierint, animas in obscuros et tenebricosos locos discedere, et in fluvium perpetuis ardentem ignibus.

6. Et hæc quidem idololatræ Græci tradunt. Mahomet vero, qui se orthodoxon esse et Deo proximum dicit, hujusmodi absurda et turpia legibus constituit? Minime certe perpendit, quod omnia hæc odii, iræ et peccati effectus sint. Siquidem ante Adami transgressionem, ubi tunc balnea? ubi domus? ubi mulieres? Post peccatum vero et maledictionem, corpus contra animam instar feræ cujusdam insurrexit: et cum hæc absoluta Dei consideratione careret, corpus vicit, ani-

mamque a sublimitate et magnificentia sua detraxit, et abduxit in absurdas et vanas corporis concupiscentias et voluptates: tuncque anima ceu mancipium corporalium cupiditatum servitio tradita est. Si igitur post mortuorum resurrectionem homines, qui juxta Dei voluntatem vixerunt, non possessuri sunt beatam illam vitam, quam Adam progenitor noster ante transgressionem habuit et amisit, sed eamdem omnino vitam, quam post maledictionem sustinuit, acquisituri sunt, væ hominibus illis! Verum hoc pessimum est, quod non modo de misera hac et exsecrabili vita Mahometis absurda opinio fertur, quam Deum justis daturum promittit, sed de longe miseriori et turpiori, quam hæc sit quam modo vivimus. Adam enim post transgressionem, maledictionem et relegationem ex paradiso, Evam cognovit; verum et hoc propter liberorum procreationem fecit, quos et progenuit. Ante transgressionem vero, angelicam vitam vixerunt. Præterea Adam Eva cognita, etiam postea hæc eadem unica erat mulier, et non plures. Non enim unum marem creaverat Dominus, et multas feminas, nec multos mares, et unam feminam, sed unum virum, Adamum, et unam mulierem, Evam. Humano autem genere jam multiplicato, et in lascivas et iniquas operationes prolapso, gravatus et indignatus est contra ipsos Deus, quemadmodum beatus ille Moses in Veteri Testamento describit, quod scilicet dixerit Deus: « Non permanebit spiritus meus cum eis, quia caro sunt [67]. » Nec Dei verbum, cur ipsis caro sit, indicat: quomodo enim? Nam etiamsi homo post transgressionem carnem corruptibilem ac mortalem assumpserit, non tamen Adam corpus a Deo plasmatum adjecit; omnia enim quæ a Deo creata sunt, admodum sunt bona; sed ob id Deus dixit: « Non permanebit spiritus meus cum eis, quia caro sunt, » quod nimirum toti carnales et terreni facti essent, non habentes convenientem ipsis boni memoriam, et quod in lasciviam penitus incidissent. Tunc dicit ad Noe Deus: « Quoniam te inveni justum in generatione hac, arcam fac ligneam talem [68], » etc. Et fecit Noe arcam juxta verbum Domini, et arcam ingressus est cum tribus filiis suis, Sem, Cham et Japhet; ingressa est et uxor Noe in arcam, et tres uxores filiorum Noe. Viden' ut a Deo justi testimonium accipit Noe una uxore contentus? Quin et singuli filiorum ipsius singulas, easque solas, uxores habuerunt, et ab ira Dei servati sunt, totum vero humanum genus diluvii aquis deletum est. Hoc certe vel plane insipidum docere queat, quod unam eamque solam uxorem viro esse conveniat, justumque sit mulierem quoque uni solique viro conjungi. Verum et hoc, ut prædiximus, post transgressionem propter liberorum procreationem factum est. Mahomet vero manifeste docet, quod ea quæ justis a Deo tribuitur merces, balnea sint, et singulis

A τῆς ψυχῆς· καὶ μὴ ἐχούσης καθολικῶς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐπίσκεψιν, ἴσχυσε τὸ σῶμα, καὶ κατέσπασε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ ὕψους καὶ τοῦ μεγαλείου αὐτῆς, καὶ κατήγαγεν εἰς τὰς παραλόγους καὶ ματαίας σωματικὰς ἐπιθυμίας καὶ ἡδονάς: καὶ οἷον ὥσπερ ἀνδράποδον, οὕτω κατεδουλώθη ἡ ψυχὴ εἰς τὰς σωματικὰς ὀρέξεις. Εἰ γοῦν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οὐδὲν μέλλουσιν εὑρεῖν οἱ κατὰ τὴν ἀποδοχὴν τοῦ Θεοῦ πολιτευσάμενοι ἄνθρωποι τὴν μακαρίαν ἐκείνην ζωὴν, ἣν ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ εἶχε πρὸ τῆς παραβάσεως, καὶ ἀπώλεσεν, ἀλλὰ πάλιν τὴν αὐτὴν ζωὴν μέλλουσιν εὑρεῖν, ἣν εἶχε μετὰ τὴν κατάραν, οὐαὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις! Καὶ τὸ δὴ χείριστον, ὅτι οὐδὲ μέχρι τῆς ταλαιπώρου ἐκείνης καὶ ἐπαράτου ζωῆς ἐστιν ἡ τοῦ Μωάμεθ παραλογία, B ἣν δῆθεν ἐπαγγέλλεται ὁ Θεὸς δώσειν τοῖς δικαίοις, ἀλλὰ πολλῷ τῷ χείρονι διαφέρουσαν καὶ αἰσχράν. Ὁ γὰρ Ἀδὰμ μετὰ τὴν παράβασιν καὶ τὴν κατάραν καὶ τὴν ἐξορίαν τὴν ἀπὸ τοῦ παραδείσου, ἔγνω τὴν Εὔαν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο διὰ τὴν τεκνογονίαν, καὶ ἐτεκνοποίησε. Πρὸ δὲ τῆς παραβάσεως ἀγγελικῶς ἔζων. Ὅμως καὶ ὁ Ἀδὰμ εἴπερ ἔγνω τὴν Εὔαν, ἀλλὰ καὶ αὖθις μία καὶ μόνη εὑρίσκετο γυνὴ, καὶ οὐ πολλαί· οὔτε γὰρ ἓν ἄρσεν ἐποίησεν ὁ Θεὸς καὶ πολλὰ θήλεα, οὔτε πολλὰ ἄρσενα καὶ ἓν θῆλυ, ἀλλ' ἓν ἄρσεν τὸν Ἀδὰμ, καὶ ἓν θῆλυ τὴν Εὔαν. Πληθυνθέντος δὲ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ πεσόντος εἰς ἀσελγεῖς καὶ ἀθεμίτους πράξεις, ἐβαρύνθη ὁ Θεὸς, καὶ ὠργίσθη κατ' αὐτῶν, ὡς ὁ μακάριος Μωϋσῆς γράφων εὑρίσκεται ἐν τῷ παλαιῷ, ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς, « Οὐ C μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· » Καὶ οὐ δηλοῖ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, διότι ἔχουσι σάρκας· πῶς γάρ; Κἂν γὰρ καὶ μετὰ τὴν παράβασιν ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος τὴν παχυτέραν καὶ θνητὴν σάρκα, ἀλλ' οὐκ ἀπεβάλετο τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ πλασθὲν σῶμα τῷ Ἀδάμ· καὶ γὰρ πάντα τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγονότα καλὰ λίαν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο εἴρηκεν ὁ Θεὸς τὸ, « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, » ὡς δῆθεν ὅλως σαρκικοὺς γεγονότας, παντελῶς γηΐνους, οὐκ ἔχοντας τὴν πρέπουσαν μνήμην τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ εἰς ἀσελγείας ἐμπεσόντας. Τότε λέγει τῷ Νῶε ὁ Θεὸς, ὅτι « Σὲ εὕρηκα δίκαιον ἐν ταύτῃ τῇ γενεᾷ· ποίησον κιβωτὸν μετὰ ξύλων D τοιάνδε καὶ τοιάνδε. Καὶ ἐποίησε Νῶε τὴν κιβωτὸν κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου. Καὶ εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οἱ τρεῖς υἱοὶ αὐτοῦ, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ· καὶ εἰσῆλθε ἡ γυνὴ τοῦ Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ αἱ τρεῖς γυναῖκες τῶν υἱῶν Νῶε. Ὁρᾷς πῶς ὁ Νῶε μὲν ἐμαρτυρήθη παρὰ τοῦ Θεοῦ δίκαιος, ὁ ἔχων τὴν μίαν γυναῖκα; Ἀλλὰ δὴ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἀνὰ μίαν καὶ μόνην γυναῖκα ἔχων ἕκαστος, ἐσώθησαν ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ· ἅπαν δὲ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τῶν ὑδάτων. Πάντως καὶ τὸν πάντῃ ἀνόητον τοῦτο διδάσκει ὅτι μίαν καὶ μόνην γυναῖκα ἐστὶν ἀπὸ δικαίου ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἕνα καὶ μόνον

[67] Gen. vi, 3 [68] ibid. 13.

ἄνδρα τὴν γυναῖκα. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετὰ τὴν κατάραν ἐγένετο διὰ τὴν τεκνογονίαν, ὡς εἴρηται. Ὁ δὲ Μωάμεθ διδάσκει ἀναφανδὸν ὅτι ἡ παρὰ Θεοῦ τοῖς δικαίοις ἀνταπόδοσις λουτρὰ καὶ γυναῖκες πολλαὶ ἑνὶ ἑκάστῳ, καὶ οἶκοι περικαλλεῖς. Ὁ γοῦν ταῦτα νομοθετῶν πῶς ἀπὸ Θεοῦ; Μάταιος δὲ ὁ ταῦτα παραδεχόμενος καὶ πιστεύων ὅτι τὸ γεγονὸς δι' ὀργὴν τῷ ἁμαρτωλῷ πολλαπλασιάζεται ἐν τῷ καιρῷ τῆς μισθαποδοσίας τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ τοῖς ἁγίοις καὶ δικαίοις. Καὶ πρόσεξον τὰ γεγονότα. Λέγει ὁ Μωϋσῆς, «Καὶ εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ.» Εἶτα λέγει, «Καὶ ἐξῆλθε Νῶε ἐκ τῆς κιβωτοῦ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ.» Καὶ εἰς μὲν τὴν εἰσέλευσιν λέγει, «Εἰσῆλθε Νῶε καὶ οἱ αὐτοῦ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ·» εἰς δὲ τὴν ἐξέλευσιν οὐχ οὕτως, ἀλλ' «Ἐξῆλθε Νῶε καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ·» πάντως οὐδὲν ἕτερον δηλοῦντος τοῦ λόγου ἢ ὅτι κἂν καὶ μίαν καὶ μόνην γυναῖκα ἔστιν ἀπὸ δικαίου ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ αὐτῆς ἀπέχεσθαι πρέπον ἐστίν. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν, ὅτι «Εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ,» ἔδειξε τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ οἷόν τι διατείχισμα χωρίζον τὸν Νῶε ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, ὅτι «Ἐξῆλθε Νῶε καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ,» ἔδειξεν ὅτι ἀπὸ τοῦ οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον ἑνοῦσθαι τῇ ἑαυτοῦ γυναικί. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος ἐστὶ καὶ περὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν γυναικῶν αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ Σινᾶ ἀνερχόμενος οὑτωσί φησι τοῖς Ἰουδαίοις, «Ἁγνίσατε ἑαυτοὺς ἕκαστος ἕως τρίτης ἡμέρας, πλύναντες τὰ ἱμάτια ὑμῶν, καὶ γυναικὸς μὴ ἅψησθε.» Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀδὰμ τὴν Εὔαν θεασάμενος, οὕτως εἴρηκεν, «Αὕτη ἐστὶν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.» Καὶ πρόσσχες ὅπως μετὰ τοῦ ἐφαμάρτου καὶ τὸ εὔηθες κέκτηται ἡ πολυγαμία. Ὁ γὰρ Ἀδὰμ οὐχ εἶπεν, ὅτι Ἔσονται πολλαὶ αἱ γυναῖκες μετὰ τοῦ ἀνδρὸς εἰς σάρκα μίαν, ἀλλὰ δύο, τουτέστιν ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ τούτου γυνή. Μία δὲ καὶ πολλαὶ οὐ ταυτόν. Εἰ δ' ἴσως καὶ ὁ νομοθέτης Μωσῆς ἐνέδωκε τοῖς Ἰουδαίοις ἔχειν ἕνα ἕκαστον γυναῖκας, συγκαταβάσεως ἕνεκεν τοῦτο πεποίηκεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ζώων θυσίας, ἵνα τῆς μιαρᾶς ἀπαλλάξῃ αὐτοὺς τῶν παίδων μιαιφονίας. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐλθὼν, ὥσπερ ἐκώλυσε τὴν τῶν ζώων θυσίαν, πληρῶν τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν, οὕτω καὶ τὴν πολυγαμίαν ἐκώλυσεν. Ὁ δὲ Μωάμεθ οὑτοσὶ ἀντὶ σωφροσύνης ἀκολασίαν νενομοθέτηκε, μὴ μόνον ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ταῦτα παρὰ Θεοῦ πολλαπλασιασθῆναι διδάξας. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ τοῦ Δαβὶδ λόγιον, τὸ φάσκον,

A uxores plures, domusque pulchre instructæ. Quomodo igitur a Deo fuisse dicetur, qui talia instituit? Quin etiam vanus est, qui talia recipit, creditque, quod ea quæ Dei ira peccatori pœna evenit, tempore retributionis in boni et honesti mercedem sanctis justisque multipliciter retribuatur. Sed attende his quæ facta sunt. Dicit Moses: «Et ingressus est Noe in arcam, et filii ejus, et uxor ejus, et uxores filiorum illius[69].» Et postea dicit: «Et exivit Noe de arca, et uxor ejus, et filii illius, et uxores filiorum illius[70].» Atque in introitu quidem dicit: «Ingressus est Noe, et filii ejus, et uxor illius, et uxores filiorum illius.» In egressu vero non sic, sed, «Egressus est Noe, et uxor ejus, et filii illius, et uxores filiorum illius cum eo;» non
B aliud nimirum hac loquendi figura innuens, quam quod justum æquumque sit, virum unam habere uxorem. Verumtamen tempus aliquando incidit, ut etiam ab illa abstinere conveniat. Cum enim Moses inquit, «Ingressus est Noe in arcam, et filii ejus,» filios illius ceu murum interposuit, ipsum Noe ab uxore sua separantem. Dum vero rursum dicit: «Egressus est Noe et uxor illius» significavit, quod abhinc nihil impediat, quominus uxori suæ conjungatur. Eadem etiam ratio est filiorum illius, et uxorum illorum. Porro et ipse Moses in montem Sinai ascensurus, Judæos sic compellat: «Purificate vos ipsos singuli usque ad tertium diem, lavantes vestimenta vestra, et uxorem ne tangatis[71].»
C Quin et ipse Adam cum Evam vidisset, dixit, «Hæc est os de ossibus meis, et caro de carne mea. Et propterea derelinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una[72].» Considera igitur quomodo post peccatum demum et stoliditatem hominum polygamia increverit. Adam enim non dicit: Et erunt multæ mulieres cum viro in carne una, sed duo, hoc est vir et mulier. Una vero et plures inter se pugnant. Quamvis autem legislator Moses singulis Judæorum uxores plures concesserit, in temporis successionem illud permisit: quemadmodum et in animalium sacrificiis factum est, ut eos ab impura filiorum cæde et oblatione abduceret. Sicut vero Christus adveniens animalium sacrificia prohibuit, legis
D scopum implendo: ita etiam uxorum pluritatem sustulit. Mahomet vero hic loco temperantiæ intemperantiam legibus suis constituit, non in hoc tantum sæculo, sed in futuro etiam hæc ab ipso Deo cum multo fœnore rependi docens, et videre in illo licet illud Davidis oraculum: «Laudatur peccator in concupiscentiis animæ suæ. Et iniquus benedicitur[73]»: id est laudatur et celebratur ab illis qui adulantur illi et scelus ipsius irritant, et qui nec sensum quidem morbi propter silentium possunt habere; propterea etiam ille incurabilis existit. Quod enim morbi sensu caret, medicinam non quærit, nec admittit. Et hoc omnium atrocissi-

[69] Gen. vii, 7. [70] Gen. viii, 18. [71] Exod. xix, 10. [72] Gen. ii, 23, 24. [73] Psal. x, 3.

mum est, cum malitia laudatur, nec malitia esse creditur. Mahomet enim, de quo sermo est, hominum voluntati et voluptati in primis studuit, et secundum has docuit, ut voluptatis vi quam plurimos stultorum attraheret. Insuper num soli viri Deo curæ sunt, tanquam creaturæ ipsius, mulieres vero nequaquam, cum non sint Dei figmentum? Numque igitur viri tantum talibus a Deo acceptis bonis fruentur, mulieres vero nullis omnino? Quandoquidem autem una creatura est viri et mulieris, idemque homo est omnis homo, sique omnes simili ratione judicandi sunt, et simili ratione recepturi, qui quidem honeste vixerunt, bona, qui vero male, iram Dei, repulsam pœnamque, omnino manifeste constat omnes homines idem judicium subituros, tam viros quam mulieres, cum una eademque horum natura sit: eodem etiam modo omnes juxta opera sua, quæ patraverunt, vel bona vel mala sunt recepturi. Restat igitur, quod et justum et decorum est, ut mulieres eadem, quæ viri, accipiant. Et quemadmodum unicuique, qui honeste vitam suam transegit, juxta Mahometi leges mercedis loco multæ mulieres retribuuntur, sic dentur etiam singulis, quæ honeste vixerunt, mulieribus, plures viri. Quod si hoc tanquam absurdum reticuit, eadem mente et judicio de viris quoque illum sentire et judicare conveniebat. Præterea plures illi viri unicæ dati mulieri, vel laudis gratia illi dabuntur (quod scilicet honeste vixerint) vel damnationis. Quodsi ceu honeste vita sua functi sic remunerantur, cur his non plures datæ sunt mulieres, beneficii et mercedis gratia, ut dictum est, sed potius viris multis mulier una? Si vero illud ceu condemnatis contingit, hæc eadem sane beneficia laudis, et bonæ retributionis domicilia sunt, veluti Mahomet enarrat. Quod idem de multis mulieribus uni viro datis sentiendum est. Si enim viris dantur ceu damnationem meritæ, cur in easdem hæc conferuntur beneficia? Si autem laudem meruerunt, cur uni viro multæ tribuuntur? Et quidnam hac confusione est absurdius et magis deforme? Videsne in quot absurda vel invitus incidit, qui a via vera aberravit? Sed minime hæc ita sunt; non sunt, inquam, hæc. Quæ enim sanctis exsolvitur retributio, non in deliciis versatur, potationibus, balneis et mulieribus, quæ omnia peccati et iræ fructus sunt, ut dictum est; verum retributio hæc sanctitas est, puritas et vita angelica, gaudium et hilaritas, et exsultatio, « quam oculus non vidit, et auris non audivit, nec in cor hominis unquam ascendit[76]. » Vides itaque fructum legislatori huic ex sua lege provenientem. Cognoscitur autem a fructu operum ratio illius, aut non? Et quis tam stupidus et excæcatus, ut hæc quæ dicta sunt non intelligat? Quomodo igitur Deum auctorem referet, qui hujusmodi statuit? Et de his quidnam pluribus opus est?

ὅτι « Ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀδικῶν ἐνευλογεῖται, » τουτέστιν, ἐπαινεῖται καὶ ἐγκωμιάζεται παρὰ τῶν κολακευόντων αὐτὸν, καὶ ἐρεθιζόντων αὐτοῦ τὴν κακίαν, καὶ μηδὲ αἴσθησιν τῆς νόσου γοῦν διὰ σιωπῆς ἐμποιῆσαι ἀνεχομένων. Διὸ καὶ ἀνίατος ὁ τοιοῦτος εὑρίσκεται. Τὸ γὰρ μηδὲ αἴσθησιν τοῦ πάθους ἔχον θεραπείαν οὔτε ζητεῖ, οὔτε προσίεται. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πάντων δεινότατον, ὅταν ἡ κακία ἐπαινῆται, καὶ μηδὲ κακία εἶναι νομίζηται. Ὁ γὰρ δηλωθεὶς Μωάμεθ τὰ πρὸς χάριν καὶ τέρψιν τῶν ἀνθρώπων ἐσπούδασε καὶ ἐδίδαξεν, ἵνα διὰ τῆς ἡδονῆς ἐπισπάσηται τὸ πλῆθος τῶν ἀφρόνων. Ἔτι περὶ τῶν ἀνδρῶν μόνον μέλει τῷ Θεῷ, ὡς πλασμάτων αὐτοῦ, περὶ δὲ τῶν γυναικῶν οὐδαμῶς, διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτὰς πλάσμα Θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνδρες μέλλουσιν ἀπολαύειν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοιούτων ἀγαθῶν, αἱ δὲ γυναῖκες οὐδόλως; Ἢ ἐπεὶ μία φύσις ἐστὶν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, καὶ εἷς ἄνθρωπός ἐστι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁμοίως μέλλουσι κριθῆναι οἱ πάντες, καὶ ὁμοίως μέλλουσιν ἀπολαβεῖν, οἱ μὲν καλῶς πολιτευσάμενοι ἀγαθὰ, οἱ δὲ κακῶς ὀργὴν Θεοῦ καὶ ἀποστροφὴν καὶ κόλασιν, πάντως που παντί που δῆλον ὅτι πάντες ἄνθρωποι ὁμοίως μέλλουσι κριθῆναι, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ἐπεὶ καὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ φύσις ἐστὶ καὶ ὁμοίως μέλλουσιν ἀπολαβεῖν, ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἔπραξε κακά τε καὶ ἀγαθά. Καὶ λοιπὸν τὸ αὐτὸ δίκαιόν ἐστι καὶ πρέπον, ἵνα λάβωσι καὶ αἱ γυναῖκες ὅπερ οἱ ἄνδρες· καὶ ὥσπερ δίδονται πρὸς τοὺς καλῶς πολιτευσαμένους ἑνὶ ἑκάστῳ πολλαὶ γυναῖκες ἀντιμισθία, καθὼς ὁ Μωάμεθ νομοθετεῖ, διδόσθωσαν καὶ πρὸς τὰς καλῶς πολιτευσαμένας γυναῖκας μιᾷ ἑκάστῃ πολλοὶ ἄνδρες. Εἰ δ' ὡς ἄτοπον παρεσιώπησεν αὐτὸ, τὴν αὐτὴν ἔννοιαν καὶ κρίσιν ἔπρεπεν ἵνα ἀναλογίσηται καὶ κρίνῃ καὶ περὶ τῶν ἀνδρῶν. Ἔτι οἱ πολλοὶ ἄνδρες οἱ δοθησόμενοι μιᾷ γυναικὶ ὡς ἀποδοχῆς ἄξιοι μέλλουσι δοθῆναι διὰ τὸ καλῶς αὐτοὺς πολιτευθῆναι, ἢ ὡς καταδίκης· καὶ εἰ μὲν ὡς καλῶς αὐτοὺς πολιτευσαμένους, διατί οὐκ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑνὶ ἑκάστῳ γυναῖκες πολλαὶ εὐεργεσίας χάριν καὶ ἀντιμισθίας, ὡς λέγετε, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς πολλοῖς ἀνδράσι γυνὴ μία; Εἰ δ' ὡς κατακρίτοις, καὶ μὴν αἱ τοιαῦται εὐεργεσίαι ἀποδοχῆς καὶ ἀγαθῆς ἀντιμισθίας δόματά εἰσιν, ὡς ὁ Μωάμεθ διαγορεύει. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν πολλῶν γυναικῶν τῶν δοθησομένων ἑνὶ ἀνδρί· εἰ μὲν ὡς καταδίκης ἄξιαι, πῶς δίδονται πρὸς αὐτὰς εὐεργεσίαι; εἰ δ' ἀποδοχῆς ἄξιαι, διατί δίδονται αἱ πολλαὶ ἑνὶ ἀνδρί; Καὶ τί τῆς τοιαύτης συγχύσεως ἀτοπώτερόν τε καὶ ἀηδέστερον; Βλέπεις πῶς ὁ παρατραπεὶς τῆς εὐθείας ὁδοῦ εἰς πόσα ἄτοπα παρεμπίπτει καὶ ἄκων; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἁγίους μισθαποδοσία τροφαὶ καὶ πόσεις, καὶ λουτρὰ καὶ γυναῖκες, ἅτινά εἰσιν ἁμαρτίας καὶ ὀργῆς ἀποτελέσματα, ὡς εἴρηται, ἀλλὰ ἁγιοσύνη καὶ καθαρότης, καὶ ἀγγελικὴ πολιτεία, χαρά τε καὶ εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις, « ἣν ὁ ὀφθαλμὸς

[76] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ποτέ. » Εἶδες τὸν καρπὸν τῆς νομοθεσίας τοῦ νομοθέτου; Γινώσκεται ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν πράξεων ὁ τρόπος αὐτοῦ, ἢ οὔ; Καὶ τίς οὕτω τυφλὸς καὶ ἀνόητος καὶ ἐσκοτισμένος, ὁ μὴ συνιεὶς τὰ λεγόμενα; Ὁ δὲ ταῦτα νομοθετῶν πῶς ἀπὸ Θεοῦ; Καὶ περὶ τούτου τίς χρεία λόγων πλειόνων;

ζ'. Περὶ δὲ τοῦ ἐγγεγραμμένου ὀνόματος τοῦ Μωάμεθ ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, τίς χρεία ἀπολογίας λόγων; Οἱ μὲν φρόνιμοι κρινέτωσαν φρονίμως, οἱ δέ γε ἀνόητοι καὶ μωροὶ, ὡς βούλονται. Οὐχ ὡς ἐπιλαθόμενος τοῦ ἡμετέρου λόγου ἔγραψα περὶ τοῦ Μωάμεθ, ὅσον ἔγραψα. Εἶπον γὰρ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ προκείμενος σκοπὸς τῆς νῦν πρὸς σέ μου ἀπολογίας, ἵνα ποιήσω καταδρομὴν κατὰ τῶν Μουσουλμάνων, καὶ εἴπω ἅπερ καὶ λέγουσι καὶ πράττουσιν ἄτοπα καὶ ὀλέθρια καὶ κακά. ἀλλ' ἵνα δείξω μόνον ὅτι παραλόγως καὶ ἀδίκως κατηγοροῦνται παρὰ τῶν Μουσουλμάνων οἱ Χριστιανοὶ, ὃ καὶ πεποίηκα. Εἰ δὲ καί τινα εἴπομεν περὶ τοῦ Μωάμεθ, ἡ τοῦ πράγματος ὑπόθεσις ἠνάγκασεν ἡμᾶς εἰς τοῦτο. Ἐπεὶ εἴπερ εἴχομεν κατὰ σκοπὸν τοῦ γράψαι περὶ τῶν ἀτοπημάτων τῆς διδαχῆς αὐτοῦ, πολλὰ εἴχομεν εἰπεῖν. Ὅτι δὲ οὐκ εἶπεν ὁ Χριστὸς περὶ τοῦ Μωάμεθ λόγον τὸν τυχόντα, οὐδὲ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἦν γεγραμμένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, εἴπομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅσον δῆτα καὶ εἴπομεν. Ὁ δὲ λόγος δηλώσει τοῦτο καὶ ἔτι σαφέστερον. Ἅπερ εἶδον οἱ ἀπόστολοι καὶ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἅπερ ἀκηκόασιν ἐξ αὐτοῦ τοῦ στόματος τοῦ Χριστοῦ, ταῦτα καὶ ἔγραψαν καὶ ἐδίδαξαν. Ἐξ αὐτῶν οὖν τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν τέσσαρες συνεγράψαντο τὸ Εὐαγγέλιον· ὁ μὲν εἷς ὀνομαζόμενος Ματθαῖος, Ἑβραϊκῶς δὲ ἐξέδωκε τοῦτο εἰς τὴν Παλαιστίνην, ἤτοι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης· ὁ δὲ ἕτερος Μάρκος, λατινικῶς δὲ εἰς τὴν Ἀχαΐαν, καὶ ἐδόθη εἴς τε τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥώμην, ἀλλὰ δὴ καὶ εἰς τὰ κατὰ τὰ ἑσπέρια πάντα ἔθνη· ὁ ἕτερος Λουκᾶς, ἑλληνικῶς δὲ, καὶ ἐδόθη εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Περσίαν, καὶ Ἰνδίαν, καὶ Ἀραβίαν· ὁ δέ γε ἕτερος Ἰωάννης, καὶ αὐτὸς ἑλληνικῶς, καὶ ἐδόθη εἰς τὰ μέρη τῆς Εὐρώπης, καὶ τὰς νήσους, καὶ ἔνθα εὑρίσκοντο Ἕλληνες. Καὶ οὕτω διεδόθη τὸ Εὐαγγέλιον εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, οὐ μετὰ βίας, οὐδὲ μετ' ἀνάγκης, οὐδὲ μετὰ ξίφους καὶ σπάθης, ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ καὶ ἱλαρότητι καὶ ἐν ταπεινώσει εὑρίσκοντο διδάσκοντες οἱ ἀπόστολοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἀντέστραπται τὰ πράγματα. Τῶν γὰρ ἀποστόλων τυπτομένων, κολαφιζομένων, λοιδορουμένων, διωκομένων, διδασκόντων, οὐ κατέπιπτε τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ἡμέρᾳ τῇ ἡμέρᾳ ἐμεγαλύνετο, καὶ ηὐξάνετο τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον. Καὶ ἐκεῖνοι οἱ πολλὰ σπουδάσαντες καὶ πολλὰ κεκοπιακότες καλύψαι τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, ἵνα μὴ ὁμολογήσῃ αὐτόν τις τῶν ἀνθρώπων Θεὸν, ὁ δὲ τοῦτο τολμήσων θανάτῳ ἀποθανεῖται, αὐτοὶ ἐκεῖνοι κατανοήσαντες τὴν ἀλήθειαν, προσέπεσον καὶ προσεκύνησαν, οἱ μὲν τοῖς ἀποστόλοις, οἱ δὲ τοῖς ἐκείνων διαδόχοις καὶ μαθηταῖς, καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι αὐτός ἐστιν ἀληθὴς Θεὸς ὁ Χριστὸς, αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Καὶ ἐλυποῦντο καὶ ἔκλαιον τὰς παρελθούσας ἡμέρας, ἃς περιεπάτησαν ἐν τῇ σκοτίᾳ καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Σα-

A 7. De nomine vero Mahomet, scripto in dextra throni divini parte, quid opus est verborum apologiam contexere? Prudentes enim prudenter de hoc judicabunt, stulti vero et stupidi, ut voluerint. Non tamen, quasi nostri sermonis obliti, de Mahomete hæc quæ dicta sunt conscripsimus. Dixi enim, quod hujus meæ ad te Apologiæ finis non sit, Musulmanos impugnare, et quæcunque absurda, perniciosa malaque dicant, faciantque, proferre, sed ut ostendam tantummodo, quod sine omni ratione et inique Christiani a Musulmanis accusentur: quod etiam fecimus. Quod si interim quædam de Mahomete diximus, ipsius rei argumentum nos dicere coegit. Quandoquidem, si de absurdis doctrinæ suæ scribere instituissemus, B multa hic nobis dicenda essent. Quod vero Christus de Mahomete sermonem non habuerit, nec in Evangelio nomen illius fuerit inscriptum, sufficienter a nobis in superioribus dictum est; sed et ipsa ratio hoc manifestius comprobabit. Quæcunque viderunt apostoli et discipuli Christi, et quæcunque ex ore illius audiverunt, hæc et litteris prodiderunt, et docuerunt. Ex illis itaque Christi discipulis quatuor conscripserunt Evangelium. Unus quidem Matthæus nomine, qui Hebraica lingua illud descripsit, in Palæstinæ institutionem, et Hierosolymæ, partiumque Africæ. Alter vero Marcus, Latino idiomate conscriptum vulgavit in Achaiam, Italiam et Romam, quin etiam in omnes gentes occidentales. Tertius Lucas, lingua Græca C usus est, quod in Asiam, Æthiopiam, Persiam, Indiamque evulgatum est, et Arabiam. Quartus vero Joannes, etiam ipse Græcis litteris usus, Evangelium conscripsit, quod in Europæ aliquot partes diffusum est, et insulas aliaque loca a Græcis habitata. Sic, inquam, Evangelium dispersum est in mundum universum, non vi et necessitate, non gladio et ense, sed apostoli cum charitate, mansuetudine et humilitate verbum Dei prædicaverunt. Et contrario omnino modo res successit. Apostolis enim percussis et colaphos passis, calumnia pressis, et in persecutione simul docentibus prædicatio illorum non intercidit, sed quotidie crescebat et augebatur Christi Evangelium. D Quin et hi ipsi, qui magno studio et labore in hoc incumbebant ut Christi nomen occultaretur, ne quis hominum confiteretur illum Deum esse, et ut mortis supplicium subiret qui hoc faceret; hi ipsi, inquam, veritate cognita illi adjuncti sunt, eamque coluerunt, alii quidem ab apostolis, alii ab horum successoribus et discipulis edocti, et crediderunt Christum esse verum Deum, et Dei viventis Filium: quin etiam dolore et fletibus prosequebantur anteactos dies, quibus in tenebris et Satanæ erroribus ambulaverant. Deus autem beni-

gnus et misericors, ipsorum suscepit pœnitentiam, A ipsosque Christiani nominis persecutores pastorum officio dignatus est, et doctores præconesque Evangelii et nominis sui fecit. Omnes etiam Evangelium recipientes, describebant illud singuli, legebant, discebant, et in illo instituebantur, colebantque quæ in eo erant scripta, tum denique summo studio ignaros horum erudiebant. Et hoc modo Evangelium in orbem universum dispersum est, omnesque illud habebant totius terræ incolæ. A Christi temporibus itaque ad ea quibus docere cœpit Mahomet, anni elapsi sunt plus quingentis. Quis vero post Evangelii cognitionem intra quingentorum annorum spatium ausus fuisset expungere Mahometis nomen ex Evangelio, si modo in B illo scriptum inveniebatur? partim quidem quod qui unam tantum dictionem vel addere vel demere ausus fuisset, posthac Christiani nomen amisisset: partim vero, ut demus impium quemdam aliquam Evangelii dictionem expungere ausum fuisse, num universum orbem unius ineptias secuturum fuisse putabimus? Nequaquam. Hinc igitur elucet, Mahometis nomen nusquam in Evangelio descriptum fuisse. Præterea si Mahometis nomen Evangelii libris inerat, illum sane Christus vel bonum, vel malum esse fuerat testificaturus. Si bonum, recepturi hunc certe erant omnes reges terræ, omnes præsides, omnes Christiani, cum nimirum qui Christi testimonio esset comprobatus, ut scilicet illius etiam utilitate perfruerentur. C Si vero malum dixit, retinuissent nimirum illius signa et indicia, et ne ab hoc læderentur custodivissent. Quod si igitur vel ut bonum recepturi, vel ut malum aversaturi, non ejecisset universus orbis ex Evangelio Mahometis nomen, etiam hinc apparet hujus nomen in Evangelio scriptum non fuisse. Porro nemo est qui alteri, priusquam is natus sit, invideat. Quis igitur Mahometem invidia esset prosecutus, priusquam is nasceretur? Nemo prorsus. Et licet aliquis post nativitatem illius hunc invidia esset prosecutus, num totus orbis unius contra Mahometem invidiæ erat subscripturus? Et quis tam imprudens, ut hoc non impossibile fuisse judicet? Quare etiam hinc D colligitur, Mahometis nomen in Evangelio non fuisse descriptum. Præterea siquidem dicerent Ismaelitæ, quod in solo Evangelio Mahometis nomen scriptum inveniretur, quodque illud Christiani eraserint, sufficientes essent hæ quas diximus, demonstrationes ad veritatem comprobandum, et illorum refutandum mendacia. Cum vero addunt, illud etiam in veteri Testamento a Mose conscripto exstare, quomodo illud expunxerunt Hebræi? illic etenim ne signum quidem de Mahomete invenitur. Considera igitur qua fronte Musulmani dicant Christianos nomen illius invidia motos ex Evangelio expunxisse? Hebræi vero quam ob causam idem fecerunt? in circumcisione quippe, et in aliis quibusdam, cibis videlicet

τανῶ. Ὁ δὲ πανάγαθος Θεὸς καὶ ἐλεήμων ἐδέξατο αὐτῶν τὴν μετάνοιαν, καὶ αὐτοὺς τοὺς διώκοντας τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα κατέστησε ποιμένας καὶ διδασκάλους καὶ κήρυκας τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Καὶ λαβόντες οἱ πάντες τὸ Εὐαγγέλιον, μετέγραψαν καὶ εἶχον αὐτὸ εἷς ἕκαστος, καὶ ἀνεγίνωσκε, καὶ ἐμάνθανε καὶ ἐδιδάσκετο, καὶ προσεκύνει τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ μεγάλῃ τῇ σπουδῇ ἐδίδασκε τὰ τοῦ Εὐαγγελίου τοῖς μὴ γινώσκουσι τὰ λεγόμενα. Καὶ οὕτω διεδόθη εἰς τὸν ἅπαντα κόσμον τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ εἶχον αὐτὸ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν. Ἀπὸ γοῦν τοῦ Χριστοῦ ἕως οὗ ἤρξατο διδάσκειν ὁ Μωάμεθ παρῆλθον χρόνοι ἐπέκεινα τῶν πεντακοσίων. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ Εὐαγγελίου τῶν πεντακοσίων χρόνων τίς ἔμελλε τολμήσειν ἐκβαλεῖν τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου, εἴπερ εὑρίσκετο ἐν αὐτῷ γεγραμμένον; τὸ μὲν, ὅτι μίαν καὶ μόνην λέξιν ὁ τολμήσας προσθήσειν ἢ ἐκβαλεῖν οὐ δύναται πλέον ἐκεῖνος ὀνομάζεσθαι Χριστιανός· τὸ δὲ, ὅτι εἴπερ καί τις κακὸς, ὑποθώμεθα, ἐξέβαλέ τινα λέξιν ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου, ὁ ἕτερος ἅπας κόσμος ἀκολουθήσειν ἔμελλε τῷ τοῦ ἑνὸς ἀτοπήματι; Πάντως οὐχί. Ἀπὸ γοῦν τούτου ἀναφαίνεται ὅτι οὐκ ἦν καταγεγραμμένον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Ἔτι, εἴπερ εὑρίσκετο τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ἢ ὡς καλὸν ἔμελλε μαρτυρήσειν ὁ Χριστὸς ἐκεῖνον, ἢ ὡς κακόν· καὶ εἰ μὲν ὡς καλὸν, ἔμελλον ἐκδέχεσθαι πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, πάντες οἱ τοπάρχαι, πάντες οἱ Χριστιανοὶ, τὸν παρὰ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρηθέντα, ἵνα λάβωσι τὴν ἀπὸ τούτου ὠφέλειαν· εἰ δ' ὡς κακὸν, πάλιν ἔμελλον ἔχειν τὰ ἐκείνου γνωρίσματα, καὶ φυλάττεσθαι ἐξ αὐτοῦ, ἵνα μὴ βλαβῶσι. Καὶ εἴτε ὡς ἐκδεχόμενοι τὸν καλὸν, εἴτε ὡς ἀποστρεφόμενοι τὸν κακὸν, οὐδὲν ἔμελλεν ἐκβαλεῖν ἅπας ὁ κόσμος ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα, καὶ ἀπὸ τούτου ἀναφαίνεται, ὅτι οὐκ ἦν γεγραμμένον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τὸ τούτου ὄνομα. Ἔτι οὐδείς ἐστιν ὁ φθονῶν ἑτέρῳ, πρὶν γεννήσεως αὐτοῦ. Τίς γοῦν ἔμελλε φθονήσειν τῷ Μωάμεθ πρὸ τῆς αὐτοῦ γεννήσεως; Πάντως οὐδείς. Εἰ δ' ἴσως ἐφθόνησεν αὐτῷ τις μετὰ τὴν αὐτοῦ γέννησιν, πῶς ἔμελλεν ἀκολουθήσειν ἅπας ὁ κόσμος τῷ πρὸς τὸν Μωάμεθ ἑνὸς φθόνῳ; Καὶ τίς παράφρων οὕτως, ὥστε μὴ λογίσασθαι τοῦτο ἀδύνατον; Καὶ ἀπὸ τούτου ἀναφαίνεται ὅτι οὐκ ἦν καταγεγραμμένον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Ἔτι, εἰ μὲν ἔλεγον οἱ Ἰσμαηλῖται ὅτι μόνον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εὑρίσκετο γεγραμμένον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα, καὶ ἐξέβαλον αὐτὸ οἱ Χριστιανοὶ, καὶ οὕτως ἀρκεταί εἰσιν αἱ ἀποδείξεις, ἃς λέγομεν, ἵνα φανῇ τὸ ἀληθὲς, ὅτι οὐδὲν λέγουσιν ἀλήθειαν· ἐπεὶ δὲ λέγουσιν ὅτι ἐν τῷ παλαιῷ τῷ συγγραφέντι παρὰ τοῦ Μωϋσέως εὑρίσκετο γεγραμμένον, πῶς ἐξέβαλον αὐτὸ ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἱ Ἑβραῖοι; οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται ἐκεῖσε ὅλως ἴχνος σημείου περὶ τοῦ Μωάμεθ. Καὶ ἰδοὺ ὡς οἱ Μουσουλμάνοι λέγουσι, Φθονήσαντες οἱ Χριστιανοὶ ἐξέβαλον τὸ ὄνομα ἐκείνου. Οἱ δὲ Ἑβραῖοι διατί; Καὶ

ται.γε εἴς τε τὴν περιτομὴν, καὶ εἰς ἄλλα τινὰ, εἰς τροφὰς, φημὶ, καὶ ἕτερα ἔθιμα συμφωνοῦσιν οἱ Μουσουλμάνοι μετὰ τῶν Ἑβραίων. Ἰδοὺ γοῦν καὶ ἀπὸ τούτου ἀναφαίνεται ὅτι οὔτε ἐν τῷ παλαιῷ τῷ Μωσαϊκῷ εὑρίσκετο τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα, οὔτε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ἱκανὰ γάρ εἰσιν, ἵνα καὶ τὸν πάντα ἀγνώμονα ἀγάγωσιν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας γνῶσιν.

η'. Σὺν πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις κατηγορούμεθα καὶ τοῦτο παρὰ τῶν Μουσουλμάνων, ὅτι ἀθετήσαντες ἡμεῖς τὸν παρὰ τοῦ Μωϋσέως δοθέντα νόμον, ἐσμὲν ἄξιοι κατηγορίας. Καὶ ἡμεῖς οἱ κατηγορίας ἄξιοι κατηγοροῦμεν τοὺς Μουσουλμάνους πολλῶν ἐπαίνων ὄντας ἀξίους. Εἴτε γοῦν ἄξιοι ἐπαίνων εὑρίσκονται οἱ Μουσουλμάνοι, εἴτε καὶ μὴ, ἀπὸ μέρους περὶ ἐκείνων ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται. Φέρε γοῦν σκεψώμεθα καὶ περὶ ἡμῶν αὐτῶν. Ἆρα κατελύθη παρ' ἡμῶν ὁ τοῦ Μωϋσέω; νόμος, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ἢ συνέστη; Καὶ τὸ τοῦ νόμου ἀσθενὲς καὶ ἀδύνατον τὸ Εὐαγγέλιον ἀνεπλήρωσε. Πᾶς γὰρ λόγος, πᾶσα γραφὴ, πᾶσα πρᾶξις μετὰ σκοποῦ λέγεται, καὶ γράφεται, καὶ πράττεται· καὶ ὥσπερ παντὸς καρποῦ προηγεῖται ἄνθος, οὕτω παντὸς λόγου καὶ πράξεως καὶ γραφῆς προηγεῖται σκοπὸς τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. Καὶ σκέψαι ἀκριβῶς τὰ λεγόμενα, πῶς ἐπλάσθη παρὰ Θεοῦ ὁ Ἀδὰμ, καὶ ὅπως ἐτέθη ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ παραβὰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐντολὴν, τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ Θεοῦ ἐξόριστος γέγονε, καὶ λαβὼν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ κατάραν καὶ καταδίκην, πάλιν κατεδικάσθη ἀποστραφῆναι εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐπλάσθη. Καὶ γέγονεν οὕτως. Θάνατον γὰρ ἐκληρώσατο, καὶ ἀποθανὼν κατείχετο εἰς τὸν ᾅδην. Ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ διαβόλου, καὶ ἅπαν δὲ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ὅπως μετὰ ταῦτα ἐνέπεσον οἱ αὐτοὶ εἰς ἀσελγεῖς καὶ ἀθεμίτους πράξεις, καὶ τὸ δὴ ὀλέθριον, ὅτι ἀφέντες προσκυνεῖν τὸν ποιητὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ πλάστην αὐτῶν Θεὸν, προσεκύνησαν τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς εἰδώλοις, πεπλατυσμένως ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομέν τε καὶ ἀπεδείξαμεν. Ἀλλ' ὁ πανάγαθος Θεὸς οὐκ ἠθέλησεν ἐπιπλέον τυραννεῖσθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου τὸ πλάσμα αὐτοῦ, καὶ ἠβουλήθη σῶσαι τὸν ἄνθρωπον. Ἐπεὶ δὲ αὐτεξούσιος παρὰ Θεοῦ ἐπλάσθη οὗτος, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν δοθεῖσα αὐτεξουσιότης οὐκ ἀφῃρέθη ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἔμενε πάντοτε αὐτεξούσιος· καὶ ἠβουλήθη μὲν ὁ Θεὸς σῶσαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ θελήσει καὶ προαιρέσει αὐτοῦ δὴ τοῦ ἀνθρώπου, οὐ βίᾳ δὲ καὶ ἀνάγκῃ, ὡς ὁ Μωάμεθ διαγορεύει. Χρόνιοι δὲ γενόμενοι πάντες οἱ ἄνθρωποι εἴς τε τὰς ἀσελγείας καὶ τὰ παρὰ φύσιν κακὰ, ἀλλὰ δὴ καὶ εἰς τὴν τῶν εἰδώλων προσκύνησιν, ἐκ τοῦ ἀπεντεῦθεν οὐκ ἦν αὐτοῖς δυνατὸν μεταποιηθῆναι εὐκόλως ἀπὸ τοῦ χρονίου νοσήματος. Ἤρξατο ὁ Θεὸς, ὡς ἄριστος ἰατρὸς, ἐκ τοῦ καταμικρὸν θεραπεύειν τὸ γένος τῶν Ἑβραίων, ἀρχὴν ἀγαθοῦ, καὶ προσέταξεν ἑνὶ ἀνθρώπῳ δικαίῳ καὶ ἁγίῳ τῷ Μωϋσεῖ, ἵνα ἀρξάμενος ἐκ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, διδάξῃ τὸ γένος τῶν Ἑβραίων· ὃ καὶ πεποίηκεν. Ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ ἐν τῷ νόμῳ καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ γράψαι ἐν τῇδε τῇ μερικῇ μου ἀπολογίᾳ οὐκ ἔστιν εὔκολον, δεῦρο δὴ λοιπὸν μερικά τινα ἐκ τούτων εἰς μέσον θήσομεν· καὶ ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς κύλι-

aliisque ritibus, Musulmani cum Hebræis conveniunt. Nunc igitur vel hinc quoque constat, quod nec in Veteri Mosis Testamento, nec in Evangelio, Mahometis nomen contineatur. Et hæc quidem hactenus; sufficiunt enim hæc, ut vel stupidissimum in veritatis cognitionem inducant.

8. Inter alia vero omnia etiam in hoc Christiani a Musulmanis accusamur, quod spernentes legem a Mose latam, accusationem mereamur, cum tamen nos accusatione digni, Musulmanos accusemus summis celebrandos laudibus. Num itaque laudandi sint Musulmani, seu minus, singulatim in superioribus demonstratum est. Sed agedum de nobis ipsis nunc videamus. Non soluta est a nobis Mosis lex? Quin potius ab Evangelio confirmata est, et id quod in lege infirmum erat et impossibile, hoc Evangelium complevit. Omnis enim sermo, omnis scriptura, omnis actio cum fine certo dicitur, scribitur, et fit; et quemadmodum omnes fructus præcedit flos, ita omnium actionum dux est destinatus finis apud cordatos homines. Et nunc diligenter, quæ dicuntur, considera, quomodo Adam nimirum a Deo formatus sit, et in paradisum collocatus, e quo propter divinæ legis transgressionem extorris et exsul factus sit, et maledictione a Deo suscepta et damnatione ut in eam terram redeat, e qua sumptus est, condemnetur. Quod sic evenisse videmus. Mortem enim subiit, et defunctus in inferno detinebatur. Verumtamen opera diaboli totum genus humanum, et universi simul inciderunt in facinora lasciva et illicita: et hoc perniciosum illis erat, quod relicto cultu Creatoris cœli et terræ, et Dei factoris sui, seducti diabolum coluerunt, et idola, ut in superioribus diximus et demonstravimus. Deus vero misericors nequaquam voluit creaturam suam ulterius diaboli tyrannide premi; hominemque salvari voluit. Quoniam vero is ut sui juris et liberi arbitrii sit, a Deo conditus est, nec ablatum ab ipso est antea illi concessum liberum arbitrium, sed semper liberum habens arbitrium permansit; voluit salvare Deus hominem, sed tamen sua ipsius, hominis scilicet, voluntate et arbitrio, non vi et necessitate, ut Mahomet prædicat. Cum vero omnes homines diuturno plane morbo lasciviæ, et plus quam naturalium vitiorum et idololatriæ laboravissent, ab eo tempore impossibile erat eosdem facile a tam diutino morbo liberari, Cœpit igitur Deus instar peritissimi medici paulatim curare genus hominum. Hebræorumque gentem boni hujus initium constituit, præcepitque uni hominum justo et sancto, Mosi scilicet, ut ex Dei oraculis exorsus Hebræorum gentem institueret; quod et fecit. Quoniam vero omnia quæ lege et Evangelio continentur, huic meæ Apologiæ particulari inserere non facile licet, particularia tamen quædam ex his in medium afferemus; et quemadmodum ex uno calice omne quod in dolio est, vinum

dijudicatur, sic ex his singularibus, quisnam legis et Evangelii scopus sit, cognoscere poterimus, et num alterum contradicat alteri. Diligenter itaque his quæ dicuntur attendito. Moses dicit: « Non occides[75], » dicit Christus: « Qui irascitur fratri suo ignis pœnam subibit[76]. » Et Moses quidem dixit: « Non occides: » Christus vero, « Non irascaris. » Novisti igitur, quod primo quidem sanguinis, qui circa cor est in homine, effervescentia oboritur, qua homo incitatur ad iracundiam, ex quibus et ipsa cædes sequitur. Qui vero ratione animi æstum refrenaverit, si non ad iram commotus fuerit, quomodo in cædis crimen inciderit? Et Moses quidem dicendo, « Non occides, » hominem a malo et ipso peccato absterruit, ipsum vero non reddidit perfectum; non enim hoc homini multum profuerit, si a malo abstineat, nisi etiam bonum operetur. Quapropter Christus non dixit, « Non occides, » sed, « Quicunque iratus fuerit fratri suo. » etc., radicitus ipsum crimen evellens. Et lex quodammodo fructum aufert (cædes enim iræ fructus est), Christus vero ipsam peccati arborem exstirpat, id est animi æstum et iram. Et Moses quidem dicens, « Non occides, » in hoc constitit, nec ultro progressus est. Christus vero non sic: sed cum dicit: « Quicunque irascitur fratri suo, obnoxius est gehennæ ignis, » sic addit: « Cum obtuleris munus tuum ad altare, et illic recordaris quod frater tuus aliquid habeat contra te, relinque munus tuum coram altari, et abi primum et reconcilieris cum fratre tuo, et tunc reversus offer munus tuum[77]; » charitatem fratris sacrificio utiliorem judicans. Et sane non dixit: Si tu habueris aliquid contra fratrem tuum (hoc enim ante prohibuit); quid igitur? « Si habuerit frater tuus contra te. » Non enim hunc modo a malo absterruit, sed et fratrem curari præcepit.

9. Dicit in lege Moses, « Non pejerabis, sed reddes Domino juramenta tua[78]. » Perjurium prohibens, juramentum concedit. Christus autem in Evangelio: « Ne jures omnino, sed sit vobis Ita ita, et Non non[79]; » quidnam innuente hoc verbo? non aliud quam ut veraces simus, et fide digni, et ut loco multorum juramentorum verba nostra talia sint quæ fidem possint mereri. Et sane qui jurat, vel volens vel invitus, jurando potest fallere aut falli; qui vero in universum non jurat, perjurii periculum effugit.

10. Moses idem dicit, « Oculum pro oculo, dentem pro dente[80]; » nec aliud respicit quam ut timore contentiones et pugnas mutuas prohibeat. Christus autem in Evangelio: « Quicunque tibi alapam inflixerit in dextram maxillam tuam, obverte illi et alteram; et qui te in judicium volet rapere, et tunicam tuam tollere, dimitte illi et pallium. Et quicunque te adegerit ad milliare unum, abi cum illo duo[81]. » Nunc itaque te in-

A κος ἅπας ὁ ἐν τῷ πίθῳ οἶνος γινώσκεται, οὕτω καὶ ἀπὸ τούτων τῶν μερικῶν δυνάμεθα γνῶναι, τίς ἐστιν ὁ τοῦ νόμου σκοπὸς καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ εἰ ἄρα ἀντίκειται τῷ ἑτέρῳ τὸ ἕτερον. Καὶ σκόπει ἀκριβῶς τὰ λεγόμενα. Λέγει Μωσῆς· « Οὐ φονεύσεις. » Λέγει ὁ Χριστὸς, « Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς κόλασιν ἀπελεύσεται. » Καὶ ὁ μὲν Μωσῆς εἶπεν, « Οὐ φονεύσεις· » ὁ δὲ Χριστὸς, « Μηδὲ ὀργισθῇς. » Οἶδας γοῦν ὅτι πρότερον μὲν γίνεται ζέσις τοῦ περικαρδίου αἵματος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ θυμοῦται, ἔπειτα ἐπακολουθεῖ φόνος. Ὁ δὲ τῷ λόγῳ τὸν θυμὸν χαλινώσας, ἐὰν οὐκ ὀργισθῇ, πῶς οὗτος εἰς τὸ τοῦ φόνου ἐμπεσεῖται ἔγκλημα; Καὶ εἰπὼν ὁ Μωσῆς, « Οὐ φονεύσεις, » ἀπέστησε μὲν τοῦ κακοῦ τὸν ἄνθρωπον καὶ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ'
B οὐκ ἐποίησεν αὐτὸν τέλειον. Οὐ γὰρ ἀρκετόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ γενέσθαι μέγαν ἡ τοῦ κακοῦ ἀποχὴ, ἀλλ' ἡ πρᾶξις τοῦ ἀγαθοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς οὐκ εἶπεν, ὅτι « Οὐ φονεύσεις, » ἀλλὰ « Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ αὐτοῦ ἀδελφῷ, » πρόῤῥιζον ἀνασπῶν τὴν κακίαν. Καὶ οἷον ὁ μὲν νόμος τὸν καρπὸν ἀναιρεῖ (καρπὸς γὰρ τοῦ θυμοῦ ἐστιν ὁ φόνος) · ὁ δὲ Χριστὸς τὸ δένδρον φθείρει τῆς ἁμαρτίας, τουτέστι θυμὸν καὶ ὀργήν. Καὶ ὁ μὲν Μωσῆς εἰπὼν, « Οὐ φονεύσεις, » μέχρι τούτου ἔστη· ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι « Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, » οὕτως εἴρηκεν, ὅτι « Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ
C σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν, πρόσφερε τὸ δῶρόν σου· » τὴν μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἀγάπην τῆς θυσίας κρίνων συμφερωτέραν. Καίτοι γε οὐκ εἶπεν, Ἐὰν ἔχῃς κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τοῦτο γὰρ προεκώλυσεν· ἀλλὰ τί; « Ἐὰν ἔχῃ ὁ ἀδελφός σου κατὰ σοῦ. » Οὐ μόνον γὰρ τοῦτον ἀπέστησε τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν θεραπεῦσαι πεποίηκεν.

θ'. Λέγει Μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ, « Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου, » τὴν ἐπιορκίαν κωλύων, τὸν δὲ ὅρκον συγχωρῶν. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, « Μὴ ὀμόσαι ὅλως. Ἀλλ' ἔστω ὑμῖν τὸ Ναὶ ναὶ, καὶ τὸ Οὒ οὔ· » τί δηλοῦντος τοῦ λόγου; Οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ γενέσθαι ἀληθεῖς καὶ ἀξιοπίστους, καὶ ἵνα ἀντὶ ὅρκων πολλῶν ὦσι πιστὰ τὰ
D ῥήματα ἡμῶν. Καὶ ὁ μὲν ὀμνύων ἴσως ἑκὼν ἢ καὶ ἄκων ἔστιν ὅτε παρασφάλλει ἐν τῷ ὅρκῳ· ὁ δὲ μὴ ὀμνύων τὸν τῆς ἐπιορκίας διαπέφευγε κίνδυνον.

ι'. Λέγει ὁ αὐτὸς Μωσῆς, « Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, » οὐδὲν ἄλλο ἢ ἵνα τῷ φόβῳ τὰς πρὸς ἀλλήλους μάχας καὶ ἔριδας ἀνατρέψῃ. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, « Ὅστις σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. » Ἐρωτῶ σε, ποῖον ἐκ τῶν δύο παραγγελμάτων πληροῖ

[75] Exod. xx, 13. [76] Matth. v, 21. [77] ibid. 23. [81] Matth. v, 39-41.

[78] Exod. xx, 16. [79] Matth. v, 33. [80] Exod. xxi,

τὸν τοῦ νομοθέτου σκοπὸν, ἵνα δηλονότι ἀνατραπῶσι, μᾶλλον δὲ παντελῶς φθαρῶσιν αἱ πρὸς ἀλλήλους ἔριδες, καὶ φιλονεικίαι, καὶ μάχαι. Πρόδηλον ὅτι ἡ τοῦ Εὐαγγελίου ἐντολή. Ἐὰν γάρ τις δι' ἐκδίκησιν ἄλλου στερηθῇ τοῦ οἰκείου ὀφθαλμοῦ ἢ τοῦ ὀδόντος, οὐκ ἀμύνεται, καὶ ἐπιτηδείου καιροῦ καλέσαντος βλάπτει ἕτερον. Εἰ δὲ μὴ, ἐγκοτεῖ καὶ μνησικακεῖ; Παντί που δῆλον. Ὁ δὲ παρεσκευασμένος καὶ ἕτοιμος εὑρισκόμενος, καὶ ἀεὶ μελετῶν, ἵνα εἴ τις ῥαπίσῃ αὐτὸν, μὴ μόνον ὑπομείνῃ τοῦ ἀδελφοῦ ἀδίκημα, ἀλλὰ μετὰ ταπεινώσεως στρέψῃ αὐτῷ καὶ τὴν ἑτέραν σιαγόνα, καὶ γεγενότος οὕτω τοῦ πράγματος, φιλοσοφήσῃ τὴν τοαύτην φιλοσοφίαν, καὶ ὑπομείνῃ τὸν πλήξαντα, οὐχὶ κατέλυσε καὶ ἔφθειρε καὶ ἀπώλεσε πᾶσαν κακίαν, πᾶσαν ἔριν καὶ ὀργήν; Οὐκ ἐπληρίωσεν τοῦτο μᾶλλον ἢ ὁ νόμος τὸν τοῦ νομοθέτου σκ πόν; Οὐκ ἔβαλε τὸν διάβολον καιρίαν πληγὴν, τὸν πατέρα τῆς μάχης καὶ τῶν σκανδάλων; Τὸν γὰρ διάβολον ἡ ἔπαρσις ἔῤῥιψεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἄγγελον εὑρισκόμενον, καὶ ἔπειτα φθόνος καὶ μῖσος. Ἴχνος γὰρ ἀγάπης ἐν τῷ διαβόλῳ οὐκ ἔστιν. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ εὑρίσκεται τὸ τοῦ διαβόλου μῖσος, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες πρὸς ἀλλήλους τὴν φθορὰν καὶ τὸν ἀφανισμὸν ἅτερος θατέρου ἐπιθυμεῖ. Διὰ δὲ τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δυσμένειαν, ἣν ἔχουσι, καὶ τὸ μῖσος, ἐοίκασιν ἔχειν ἕνωσιν. Καὶ ὥσπερ ἐχθροί τινες κέκτηνται μῆνιν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ζητεῖ ὁ εἷς τοῦ ἑτέρου τὴν φθορὰν καὶ τὸν ὄλεθρον· εἰ δ' ἐντύχωσιν ἑτέροις ἐχθροῖς, ἐῶσι τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον, καὶ μάχονται αὐτοῖς· ἐκεῖνοι δ' αὖθις εὑρίσκονται διψῶντες τὴν φθορὰν ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου· οὕτως ἐστὶ καὶ ἡ νομιζομένη ἕνωσις καὶ ὁμόνοια αὐτῶν διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων φθορὰν, καὶ οὐ κατὰ ἀλήθειαν. Ποῦ γὰρ ἀλήθεια ἐν τῷ πατρὶ τοῦ ψεύδους; Ὁ δ' ἄνθρωπος ὁ ὑπομείνας τοῦ ἑτέρου τὸ ῥάπισμα οὐκ ἐποίησε τὰ ἐναντία τοῦ διαβόλου; Οὐκ ἐταπεινώθη ἔμπροσθεν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; μᾶλλον δὲ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ; Οὐκ ἠγάπησε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ διὰ τῆς εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀγάπης καὶ ταπεινώσεως κατῄσχυνε τὸν διάβολον; Καὶ τίς οὕτω ἀγνώμων, ὅστις ἀμφιβάλλει περὶ τούτου; Ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἕτοιμος εὑρισκόμενος, καὶ λέγων καὶ πράττων, πῶς φιλονεικήσει μετὰ ἑτέρου;

ια'. Λέγει Μωσῆς, « Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. » Τί βούλονται τὰ τοῦ νομοθέτου ῥήματα, ἢ τὸ συστῆσαι τὴν ἀγάπην; Ὁ δὲ Χριστὸς τί; « Ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν; Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. » Τίς ἐκ τῶν δύο συνίστησι τὴν ἀγάπην, ὁ παλαιὸς νόμος, ἢ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου ἐντολή; Ἐκεῖνος γὰρ μετὰ τὴν εἰς τοὺς φίλους ἀγάπην διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀσθένειαν ἐνδίδωσι πως τὸ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς μῖσος. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι « Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτῶν, » παντελῶς ἐξέβαλε τὸ μῖσος ἀπὸ παν-

[81] Levit. XIX, 18. [82] Matth. V, 44.

terrogo, utrum ex duobus mandatis istis legislatoris finem plene attingit, num scilicet ut prohibeantur, quin potius ut omnino tollantur mutuæ lites, contentiones et pugnæ? Evangelica haud dubie. Si quis enim propter ultionem oculo suo altero privetur, aut dente, nonne ulciscitur, et temporis occasione id permittente alteri nocet, vel ad minimum irascitur, et injuriarum memor est? Haud dubie. Qui vero paratus promptusque ad hoc fuerit, et hoc studuerit semper, ut si quis illi alapam infligat, non modo sustineat a fratre illatam sibi injuriam, sed cum humilitate alteram illi alapam obvertat; et cum re sic gesta hujus philosophiæ studiosus fuerit, et percutientem sustinuerit, nonne sustulit hic et devicit omne vitium, omnem contentionem et iram? Num hicne, vel ipsa lex legislatoris finem propius attigit? Nonne diabolum lethali afflixit vulnere, patrem pugnæ et offendiculorum? Diabolum enim cœlo ejecit fastus, cum angelus esset, deinde invidia et odium. In diabolo enim ne vestigium quidem est charitatis. Non tamen in homine solummodo diaboli odium invenitur, sed et dæmones inter se mutuo alter alterius perditionem et exitium concupiscit. Propter inimicitiam vero et odium, quo in homines laborant, pacem inter se habere videntur. Et quemadmodum inimici ira mutua inter se concertant, alterque alterius quærit perniciem et interitum: si vero in alios hostes iidem inciderint, omisso bello illo mutuo et intestino, cum illis congrediuntur, deinde vero rursum alter alterius mutuam perniciem sitire deprehenditur. Talis est etiam ea quæ inter hos putatur esse conjunctio et concordia; in hominum enim perniciem, non vero et integro animo contrahitur. Ubi enim veritas apud mendaciorum patrem locum habeat? Homo autem, qui alterius alapam sustinuerit, nonne facinus diabolo prorsus contrarium patravit? Nonne coram fratre suo humiliatus est? imo magis coram Deo? Nonne fratrem dilexit, et propter charitatem fratri exhibitam diabolum confudit? Et quis tam insipiens ut de his dubitet? Et qui ad hæc promptus talia dixerit et fecerit, quomodo fiet ut cum altero contentiones misceat?

11. Dicit Moses: « Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum [81]. » Quidnam hæc legislatoris verba aliud quam veritatem volunt constituere? Quid vero Christus? « Si dilexeritis eos qui vos diligunt, quænam vestra gratia est. Diligite inimicos vestros, benefacite odio vos habentibus, et orate pro his qui vos exsecrantur [82]. » Quænam ex his legibus charitatem constituit? Vetusne an Evangelii lex? Illa enim post amicorum dilectionem propter multorum infirmitatem concedit quodammodo odium contra inimicos. Christus vero cum dicit: « Diligite inimicos vestros, et orate pro illis, » odium omnino ex homine sustulit. Qui

enim hostem suum diligit, et pro illo orat, quo- A modo amicum aut alium hominem odio habebit?

12. Lex dicit, « Non mœchaberis [84]; » Christus vero non sic, sed, « Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum illam, jam adulterium cum illa commisit in corde suo [85]. » En diligentiam legis considera. Non legem modo prohibuit, sed etiam lascivum oculum, et ipsum quodammodo animi affectum. Qui enim seipsum usque ad oculi commotionem custodierit, quomodo in adulterii crimen incidet? Quemadmodum vero brutis animalibus his quidem ultricia, illis vero defensiora et protectoria arma data sunt, ut leoni quidem ira et robur, apro dentes, bovi cornua, lepori vero cur- B sus celeritas, idemque capreæ et cervo: omnibus autem simul sensus quidam datus est, quo noxia omnia et venenatos cibos aversentur, utiles vero appetant; sic et homini omnium loco mens data est, quæ dijudicare potest bonum a malo: et ab illis quidem abstinere quæ animam lædunt, utilia vero et salutaria appetere. Quod si vero forte carnali cupiditate et diaboli affectu in animum cogitatio quædam inciderit indecens, caprea velocior turpem cogitationem effugere potest. Et si odio Satanæ cogitatio hæc illum insecuta fuerit, animi zelum et fervorem sibi a Deo datum possidet in suum commodum: quo leonis aut ursi instar sese defendit, cogitationem hanc hostisque bellum conculcare et exstirpare concupiscit. Homo autem non C custodiens sanum illud divinæ gratiæ donarium, in illicitas et absurdas actiones incidit, quemadmodum in superioribus copiosius enarravimus. Deus autem salvare volens suam creaturam, hominem scilicet, legem Mosaicam misit, ceu ducem quemdam et præceptorem. Et quemadmodum teneris adhuc infantibus cibus solidus non datur, sed tenerior et concoctu facilis, paulo post autem solidior, hinc rursum solidior alius, tandem etiam cibus perfectus; et ut imperfecta adhuc cognitione rerum præditis nondum philosophiæ disciplina præscribitur, sed primo quidem litterarum elementa traduntur, et paulo post harum conjunctio et syllabæ; puero autem per ætatem et incrementum D ad perfectiorem ætatem progresso, etiam philosophiæ arcana proponuntur; sic eadem mihi et legis ratio videtur. Propter hominum enim infirmitatem lex ad manuductionem boni data est, non quidem ut hominem perfectum reddere possit, sed quemadmodum in sublimi scala primus gradus nos a terra attollit, nec tamen hoc ad summum scalæ ascensum sufficit, nisi multi simul superati sint propter altitudinem et sublimitatem; ita etiam in veteri lege contingit, sancta quidem et justa et a Deo lata (unus enim idemque Deus est, qui et legem et Evangelium promulgavit), sed tamen propter hominum infirmitatem lex data est, pædagogum

A τὸς ἀνθρωπου. Ὁ γὰρ τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ ἀγαπῶν, καὶ ὁ ὑπὲρ τοῦ ἐχθροῦ εὐχόμενος, πῶς μισήσει τὸν φίλον, ἢ ἄλλον τινὰ τῶν ἀνθρώπων;

ιβʹ. Λέγει ὁ νόμος· « Οὐ μοιχεύσεις. » Ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ, « Πᾶς ὁ ἐμβλέπων γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Καὶ σκόπει ἀκρίβειαν ἐντολῆς· μὴ μόνον τὴν πρᾶξιν ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀκόλαστον ὀφθαλμὸν, καὶ τὴν ὁπωσοῦν εἰς τὴν καρδίαν προσβολήν. Ὁ γὰρ μέχρι καὶ ἐμπαθοῦς ὀφθαλμοῦ συντηρῶν ἑαυτὸν πῶς ἐν τῷ τῆς μοιχείας ἐμπεσεῖται παραπτώματι; Ἀλλ᾽ ὥσπερ τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις ἐδόθη τοῖς μὲν ἀμυντήρια, τοῖς δὲ φυλακτήρια, ἤγουν τῷ μὲν λέοντι θυμὸς καὶ δύναμις, τῷ δὲ χοίρῳ ὀδόν- B τες, καὶ τῷ βοῒ κέρατα, τῷ δὲ λαγωῷ ταχύτης δρόμου, καὶ τῇ δορκάδι καὶ ἐλάφῳ, ὁμοῦ δὲ πᾶσιν αἴσθησις δυναμένη τὰ μὲν βλαβερὰ καὶ δηλητήρια τῶν βρωμάτων ποιεῖν ἀποστρέφεσθαι, τῶν δὲ ὠφελίμων μεταλαμβάνειν· οὕτω καὶ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀντὶ πάντων ὁ νοῦς ὁ δυνάμενος διακρίνειν τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος, καὶ ἀπέχεσθαι μὲν ἀπὸ τῶν βλαπτόντων τὴν ψυχὴν, προσίεσθαι δὲ τοῖς ὠφελίμοις. Εἰ δ᾽ ἴσως ἀπὸ σωματικῆς θελήσεως ἢ καὶ προσβολῆς διαβόλου παρεμπέσοι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ λογισμὸς ἀπρεπὴς, δύναται ταχύτερον δορκάδος ἐκφυγεῖν τὸν αἰσχρὸν λογισμόν. Εἰ δὲ φθόνῳ τοῦ πονηροῦ διώξει ὀπίσω αὐτοῦ ὁ λογισμὸς, ἔχει τὸν θυμὸν τὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δοθέντα εἰς ὠφέλειαν αὐτῷ· καὶ χρησάμενος τῷ θυμῷ καὶ τῇ ἰσχύϊ ὥσπερ λέων, ἀμύνεται καὶ ζητεῖ C καταπατῆσαι καὶ ἀφανίσαι τόν τε λογισμὸν καὶ τὸν τοῦ ἀντικειμένου πόλεμον. Ὁ δὲ ἄνθρωπος μὴ φυλάξας ὑγιὲς τὸ ἀπὸ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν χάρισμα, ἐνέπεσεν εἰς ἀθεμίτους καὶ ἀτόπους πράξεις, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πλατυκωτέρως διήλθομεν. Ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς βουλόμενος σῶσαι τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα τὸν ἄνθρωπον, ἀπέστειλε τὸν διὰ Μωϋσέως νόμον, ὥσπερ τινὰ ὁδηγὸν καὶ διδάσκαλον. Καὶ ὥσπερ τοῖς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἡλικίας εὑρισκομένοις οὐ δίδοται στερεὰ τροφὴ, ἀλλ᾽ ἁπαλή τις καὶ εὔπεπτος, καὶ μετ᾽ ὀλίγον στερεωτέρα, καὶ αὖθις στερεωτέρα, ἔπειτα δὲ καὶ τελεία τροφὴ, καὶ οὐ τοῖς ἔτι ἀτελέσιν ὑπάρχουσιν εἰς γνῶσιν ἐκ τοῦ ἀπεντεῦθεν ἡ τῆς φιλοσοφίας μάθησις, ἀλλ᾽ ἐξ ἀρχῆς μὲν δίδοται αὐτοῖς ἡ τῶν γραμμάτων στοιχείωσις, καὶ μετ᾽ ὀλίγον ἡ τούτων ἕνωσις, καὶ αἱ D συλλαβαὶ, αὐξηθέντος δὲ τοῦ παιδὸς, καὶ εἰς τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον ἐλθόντος, δίδοται πρὸς αὐτὸν τὰ τῆς φιλοσοφίας μυστήρια· οὕτω μοι νόει καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου. Διὰ τὸ ἀσθενὲς τῶν ἀνθρώπων ἐδόθη νόμος πρὸς ὁδηγίαν καλοῦ, οὐ μὴν ἔχων δύναμιν τελειῶσαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐφ᾽ ὑψηλῆς κλίμακος ἡ πρώτη αὐτῆς βαθμὶς ποιεῖ τὸν ἀπὸ τῆς γῆς χωρισμὸν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο μόνον εἰς τὴν τῆς κλίμακος κεφαλῆς ἀνάβασιν, ἀλλὰ πολλοῦ γε καὶ δεῖ διὰ τὸ ὑψηλὸν καὶ μετέωρον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου, ἅγιος μὲν καὶ δίκαιος, καὶ παρὰ Θεοῦ δεδομένος, (ὁ αὐτὸς γὰρ ὁ Θεός ἐστιν ὁ δοὺς τὸν νόμον καὶ τὸ Εὐαγγέλιον), ἀλλὰ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῶν ἀνθρώπων

[84] Exod. xx, 14. [85] Matth. v, 27, 28.

ἐδόθη μὲν αὐτοῖς νόμος, παιδαγωγῶν αὐτοὺς καὶ ἀνάγων ἀπὸ τῆς γῆς, ὥσπερ ἐπὶ τὴν πρώτην βαθμίδα τῆς κλίμακος, τουτέστιν ἀνασπῶν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων κακιῶν, καὶ τῆς γῆς, ἧς ἐκυλινδοῦντο, οὐκ ἠδύνατο δὲ ὅμως ἀναγαγεῖν αὐτοὺς ἐφ' ὅλην τὴν κλίμακα. Τὸ δὲ Εὐαγγέλιον ἀνεβίβασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν τῆς κλίμακος κορυφὴν, ἥτις ἐφικνεῖται ἕως τοῦ οὐρανοῦ. Τὸ γὰρ ἀσθενὲς τοῦ νόμου καὶ ἀδύνατον τὸ Εὐαγγέλιον ἀνεπλήρωσε, καθὼς ἀποδέδεικται. Ὁ γὰρ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις οὑτωσί φησιν, « Ἐγὼ οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. » Πρὸ γὰρ τοῦ Εὐαγγελίου συνεγινώσκετο ὁ ἔχων πλῆθος κακῶν· μετὰ δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπαῤῥησιάσατο ἡ τῆς παρθενίας πολιτεία, καὶ εὑρίσκονται πλήθη ἄπειρα ἀνθρώπων παρθένων, γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν. Ἐῶ γὰρ λέγειν περὶ τῶν τοιούτων διὰ τὸ πολὺ τῆς γραφῆς. Πλήθη γὰρ Χριστιανῶν ζῶσι βίον ἀγγελικόν. Οἶδας πῶς ὁ αὐτὸς καὶ εἷς νόμος ἐστὶν ὁ παρὰ τοῦ Μωσέως δοθεὶς παλαιὸς, καὶ ὁ παρὰ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ; Καὶ ὥσπερ τις βασιλεὺς πέμψας τινὶ δούλῳ νομίσματα πέντε, εἶπεν αὐτῷ, Πραγματεύου καὶ ἐνέργει δι' αὐτῶν, ἕως ἂν ἐπιδημήσω· ὁ δὲ εὐχαριστήσας καὶ λαβὼν, ἐνήργει· μετὰ δὲ τὸ ἐπιδημῆσαι, πάλιν δέδωκε πρὸς τὸν αὐτὸν δοῦλον καὶ ἕτερα ἑκατὸν, καὶ οὐ παρὰ τοῦτο ἐστερήθη ἐκεῖνος τῶν πέντε, ἀλλὰ τὸ μὲν ὄνομα τῶν πέντε ἔλειψεν, εἰσὶ δὲ ὅμως καὶ αὐτὰ τὰ πέντε ἐντὸς τῶν ἑκατὸν πολλαπλῶς· καὶ ὅτε ὀνομάζεται ὁ τῶν ἑκατὸν ἀριθμὸς, ἐξ ἀνάγκης σύνεστι καὶ νοεῖται καὶ ὁ τῶν πέντε ἀριθμὸς μετὰ τῶν ἑκατόν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ Εὐαγγελίου. Ὁ μὲν νόμος ἤργησεν ὀνομάζεσθαι· ἔστι δὲ ὁμολογουμένως ἐντὸς τοῦ Εὐαγγελίου ὁ τοῦ νόμου σκοπὸς, καὶ ἐνεργεῖται πολλαπλῶς, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πρὸ ὀλίγου εἴπομεν. Κἂν ἐκεῖνος μὲν ἤργησεν, οὐ μὴν ὡς κακὸς, ἀλλ' ὡς κατὰ τὸ παρὸν ἀνωφελὴς, καὶ χρῆσιν μὴ ἔχων. Καὶ ὥσπερ ἐν βαθυτάτῃ σκοτίᾳ μέσῃ νυκτὸς σελήνη φανεῖσα τὸ μὲν βαθὺ τοῦ σκότους παρεμυθήσατο, τὸν δὲ ἀέρα φωτεινὸν οὐκ ἐποίησεν· ὁ ἥλιος δὲ ἀνατείλας τοσοῦτον τὴν οἰκουμένην ἐφώτισεν, ὥστε καὶ τὸν ἐν τῷ ἀέρι λεπτότατον κονιορτὸν ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνος δῆλον γενέσθαι· καὶ ἡ μὲν σελήνη τὸ ἴδιον αὐτῆς φῶς οὐκ ἀπώλεσεν, ἀφανὴς δὲ ὅμως ἐγένετο διὰ τὴν τοῦ ἡλίου λαμπρότητα· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου. Ὁ μὲν παλαιὸς νόμος τὸ τῆς εἰδωλολατρείας σκότος ἀπεδίωξεν, οὐ μὴν δὲ ἠδύνατο φωτίσαι καὶ τελειῶσαι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον ἐφώτισε, καὶ ἐδίδαξε, καὶ ἐτελείωσε, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὸν παράδεισον, ὃν ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ ἀπώλεσε, τοῦτον αὐτοῖς ἐχαρίσατο. Καὶ τίς οὕτως ἄθλιος, ὅτι τὸ μὲν Εὐαγγέλιον ἀφεὶς, ἐπιστρέψει ἐπὶ τὸν νόμον, καὶ οἷον ὥσπερ ἔτι ἐξ ἄλλης ἀρχῆς ἐπιθυμήσει τρέφεσθαι γάλακτι ὡς βρέφος, καὶ οὐ στεῤῥᾷ τροφῇ ὡς ἀνὴρ, ἢ ὡς παιδίον τὴν στοιχείωσιν τῶν γραμμάτων ζητήσει, καὶ οὐχ ὡς τελείου φρονήματος

A agens, et illos a terra subducens quasi in primum scalæ gradum, hoc est abstrahens illos a multis et ingentibus vitiis, et a terra in qua volutabantur, non tamen illos ad scalæ summitatem perducere potuit. Evangelium vero hominem evexit, et in summum collocavit scalæ fastigium, quod ad cœlum usque pertingit. Quod enim in lege infirmum erat et impossibile, Evangelium implevit, sicuti demonstratum est. Dominus enim in Evangeliis sic ait: « Non veni ut legem destruam, sed ut impleam [86]. » Ante Evangelii enim tempora simul cognoscebatur quinam vitiorum multitudine esset obrutus. Post hujus vero annuntiationem, libere sese virginitatis politia protulit, et innumeri ex hominibus virgines inveniuntur et muliebris et B virilis sexus. Cesso tamen de his dicere propter nimiam verbositatem. Plurimi enim Christianorum vitam agunt angelicam. Novistine autem nunc quomodo una eademque lex sit illa a Mose lata antiquitus, et quam Christus in Evangelio tulit? Et quemadmodum rex aliquis missis servo suo nummis quinque dicit illi, Negotiare et operare cum his, quandiu peregre abfuero. Hic vero gratiis actis accipit, et negotiatur. Cum vero denuo peregre profectus fuerit rex, eidem servo alios centum tradidit, nec propterea quinque his ille privatus est: sed nomen quidem quinque nummorum defecit, nihilominus tamen hi quinque multipliciter in ipsis centum continentur; et cum centum C nummorum numerus nominatur, necessario cum his conjunctus est et una intelligitur ipsorum quinque numerus una cum centenis: sic, inquam, in lege et Evangelio contingit. Lex quidem abrogata dicitur, citra controversiam tamen in ipso Evangelio continetur ipsius legis finis, et multipliciter in hoc operatur, quemadmodum paulo ante diximus. Et hæc quidem abrogata est, non ceu mala, sed inutilis quod præsens tempus attinet, nec usum habens aliquem. Et quemadmodum in densissimis tenebris media nocte luna exorta tenebrarum profunditatem quasi attenuat, aerem tamen non omnino dilucidum reddit: sol vero exortus in tantum universum orbem illuminat, ut etiam minimus in aere pulvisculus per solis radios conspiciatur: et D luna quidem insitum sibi propriumque lumen non amisit, disparuit tamen et obtecta est propter solis splendorem: sic etiam in veteri lege et Evangelio contingit. Lex enim vetus idololatriæ quidem tenebras depulit, non tamen in universum illuminare et absolvere potuit hominum animas; Evangelium vero illuminavit, docuit, absolvit, et homines in cœlum evexit, paradisumque quem progenitor Adam amiserat, gratuito concessit. Et quis tam infelix, ut Evangelio relicto ad legem revertatur, et quasi denuo ceu infans lactis nutrimentum concupiscat, nec instar viri cibum solidiorem? Vel quis ceu puer litterarum elementa

[86] Matth. v, 17.

requirat, et non potius ceu absoluta prudentia præditus philosophiam? Vel quis solari lumine repudiato, lunarem amplectatur? Mihi sane ea quæ scripsimus sufficere videntur, ut facile, quicunque voluerit hujus rei veritatem cognoscat, quin et tu ipse. Si autem fortassis adhuc propter sacrificia, circumcisionem, Sabbati otium, et ciborum discrimen ratio tua dubitat et vacillat, minime tamen hæc fieri conveniebat, cum de maximis illis et necessariis sufficienter dixerimus; verumtamen etiam de his, ut et reliquis, brevissime disseramus.

13. Homines, ut supra diximus, humanas idolis victimas immolabant, nec alienigenas tantum, sed etiam proprios liberos. Et quemadmodum lignum tortuosum integram et nimiam inflexionem sustinere non potest, sed illud paulatim principio artificis arte et opportunitate ab inæqualitate priore immutatur, deinde omnino in rectum extenditur ceu regula aliqua: ita etiam in sacrificiis factum est. Concessit enim Deus primo tauros immolari, oves et hircos, ut illos ab impiis hisce hominum immolationibus abduceret. Quid enim his deterius et iniquius? Hæc tamen concessit Deus, ut paulo post et ipsa abrogaret, et homines in notitiam sacrificandi laudem induceret. Sic enim per Davidem Deus locutus est: « Non suscipiam ex domo tua vitulos, neque de gregibus tuis capellas. Num edam taurorum carnes, et hircorum sanguinem bibam? Offer Deo sacrificium laudis (id est, hymnum oris tui cum sincero et recto corde), et redde Domino vota tua, et invoca me in die tribulationis tuæ, et eripiam te, et glorificabis me [87]. » Et hæc tanquam sub Dei persona dixit, aversantis animalium victimas. Per seipsum autem ad Deum sic dixit: « Quoniam, si voluisses sacrificium, dedissem tibi; holocausta non comprobas. Sacrificium Deo spiritus contritus; cor contritum et humiliatum Dominus non despiciet [88]. » Viden' quomodo in omni negotio a summo ad infimum tandem prophetæ locuti sint? Si igitur de sacrificiis dilucide dixerunt, quod Deo non grata sint; sed temporanea quædam concessio, jam post inutilem animalium oblationem sacrificatur et cantatur per os et labia ex puro et sincero corde, quod et factum est. Qui enim ante idololatræ, tyranni et persecutores Christi fuerant, qui Christum ignominia affecerant, conversi doctores et præcones orbis facti sunt, et pro nomine Christi occubuerunt, seipsos proponentes formulam eorum qui in Christum credunt, ut dictum est. De circumcisione autem copiosius in superioribus diximus. Verumtamen etiam nunc sic dicimus. Circumcisio cordis est circumcisio, non carnis. Abundantiam enim cordis circumcidere debent singuli, non carnis. Abundantia enim cordis peccatum est, quod conciliavit diabolus et homo propter voluptates. Quod vero Deus in homine fecit, non est supervacaneum, integrum enim est,

A τὴν φιλοσοφίαν, ἢ τὸ ἡλιακὸν φῶς ἀποστραφεὶς τὸ τῆς σελήνης ἀσπάσεται; Ἔμοιγε δοκεῖ ὅτι ἀρκετά εἰσιν ἅπερ γράψαντές ἐσμεν, ἵνα γνῷ πᾶς ὁ βουλόμενος τὴν περὶ τούτου ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ σὺ αὐτός. Εἰ δ' ἴσως ἀμφιβάλλει ἔτι καὶ ὑποσκάζει ὁ λογισμός σου ἕνεκεν τῶν θυσιῶν, τῆς περιτομῆς τῆς τε ἀργίας τοῦ Σαββάτου καὶ τῶν τροφίμων, οὐδὲν ἦν εἰκὸς γενέσθαι, ἐπεὶ περὶ τῶν μεγάλων καὶ ἀναγκαίων εἴπομεν ἀρκούντως. Ὅμως καὶ περὶ τούτου, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, διὰ βραχέων ἐροῦμεν.

ιγ'. Οἱ ἄνθρωποι, ὡς φθάσαντες εἴπομεν ἔμπροσθεν, ἀνθρώπους ἔθυον τοῖς εἰδώλοις, οὐ μόνον δὲ ἀλλοτρίους, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν. Καὶ ὥσπερ ξύλον λοξὸν ἀθρόαν μεταβολὴν ὑπομεῖναι οὐ δύναται, B ἀλλ' ἐκ τοῦ καταμικρὸν μετὰ τέχνης καὶ ἐπιτηδειότητος ὁ τεχνίτης ἀπαλλάττει μὲν αὐτὸ τῆς προτέρας ἀνισότητος, ὕστερον δὲ τοσοῦτον ποιεῖ αὐτὸ ὀρθὸν, ὥστε καὶ κανόνα τοῦτο ποιεῖ. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θυσιῶν. Συνεχώρησε μὲν πρότερον ὁ Θεὸς θύειν βόας καὶ πρόβατα καὶ τράγους, ὅπως ἀπαλλάξῃ αὐτοὺς τῆς ἀσεβοῦς καὶ ἀπανθρώπου θυσίας, τί γὰρ τούτου χείριστόν τε καὶ ἀδικώτατον; ὅμως συνεχώρησε τοῦτο ὁ Θεὸς, διὰ τὸ ἵνα ὡς ἐν ὀλίγῳ παύσῃ καὶ αὐτὰ, καὶ δώσῃ τοῖς ἀνθρώποις γνῶσιν τοῦ θύειν θυσίαν αἰνέσεως. Οὕτω γὰρ διὰ τοῦ Δαβὶδ ὁ Θεὸς εἴρηκεν· « Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων ἢ αἷμα τράγων πίομαι; Θῦσον τῷ Θεῷ θυ- C σίαν αἰνέσεως, τουτέστιν ὕμνον ἐκ στόματος μετὰ εἰλικρινοῦς καὶ εὐθείας καρδίας· καὶ ἀπόδος τῷ Κυρίῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. » Καὶ τοῦτο εἴρηκεν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἀποστρεφομένου τὰς θυσίας τῶν ζώων. Ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ λέγει οὕτω πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτι « Εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἂν σοι· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. » Βλέπεις πῶς ἐπὶ παντὸς πράγματος, ἀπὸ τοῦ μεγαλωτέρου ἕως τοῦ μικροτέρου ἐλάλησαν οἱ προφῆται; Ἰδοὺ γοῦν καὶ περὶ τῶν θυσιῶν φανερῶς εἶπον ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο ἀποδοχὴ Θεοῦ, ἀλλὰ πρόσκαιρος συγκατάβασις. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς τῶν ζώων θυσίας D ἀργία. Θυσιάζεται δὲ καὶ ὑμνεῖται διὰ στόματος καὶ χειλέων, ἐκ καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς καρδίας, ὃ καὶ γέγονεν. Οἱ πρώην εἰδωλολάτραι, οἱ πρώην τύραννοι καὶ διῶκται τῶν Χριστιανῶν, οἱ ὑβρίζοντες τὸν Χριστὸν, στραφέντες ἐγένοντο κήρυκες καὶ διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης, καὶ ἀπέθανον ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ κατέστησαν ἑαυτοὺς εἶναι τύπον καὶ κανόνα τῶν εἰς τὸν Κύριον πιστευσάντων, ὡς εἴπομεν. Περὶ δὲ τῆς περιτομῆς πλατυκώτερον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν. Ὅμως δὲ καὶ κατὰ τὸ παρὸν οὕτω λέγομεν, ὅτι περιτομὴ καρδίας ἐστὶ περιτομὴ, οὐχὶ δὲ τῆς σαρκός. Τὸ γὰρ περισσὸν τῆς καρδίας χρεωστεῖ πᾶς ἄνθρωπος περιτέμνειν, ἀλλ'

[87] Psal. XLIX, 9, 13-15. [88] Psal. L, 18, 19.

οὐ τῆς σαρκός. Τὸ γὰρ περισσὸν τὴν καρδίας ἡ ἁμαρτία ἐστὶν, ἥντινα προσξένησεν ὁ διάβολος, καὶ διὰ τὰς ἡδονὰς ὁ ἄνθρωπος. Ὅπερ δὲ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, οὐκ ἔστι περισσόν. Τέλειον μὲν ἐστι καὶ καλὸν, περιττὸν δὲ οὐκ ἔστι. Ἐὰν γοῦν περιτέμῃ ὁ ἄνθρωπος τὰ περιττὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ, τουτέστι τὴν ἁμαρτίαν, ὄντως αὐτός ἐστιν ἀληθῶς περιτετμημένος. Εἰ δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ εὑρίσκεται περιττεύων, τῇ δὲ σαρκὶ περιτετμημένος, ματαία ἐστὶν ἡ τούτου περιτομὴ, καὶ ἀνωφελής. Ἀλλὰ καὶ Μωσῆς οὑτωσί φησι, « Κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην καὶ περιτεμεῖσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, καὶ τὸν τράχηλον ὑμῶν οὐ σκληρυνεῖτε ἔτι. Ὁ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, οὗτος Θεὸς τῶν θεῶν καὶ Κύριος τῶν κυρίων, ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ ἰσχυρός. » Οἶδας ποίαν κρίνει Μωσῆς περιτομήν; Πάντως οὐ τῆς σαρκὸς, B ἀλλὰ τῆς καρδίας. Ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Στέφανος μετὰ τῶν Ἑβραίων διαλεγόμενος, πρὸς αὐτοὺς οὕτως εἴρηκεν, « Σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ, οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε αὐτόν. » Τὸ δὲ Σάββατον οὐκ ἐτάχθη οὕτως ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε, διὰ τὸ ἵνα ἀργῶσιν οἱ ἄνθρωποι κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, ἐπεὶ ἡ ἀργία αὐτὴ καθ' αὑτὴν κακία ἐστὶν, ἀλλὰ διότι ἐνησχολοῦντο οἱ Ἰουδαῖοι διαπαντὸς ἐπὶ τὰ βιωτικὰ, τῶν δὲ πνευματικῶν ἠμέλουν. Κατὰ τοῦτο ἐτάχθη, ἵνα ἀργῶσι μὲν κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου ἀπὸ τῶν βιωτικῶν μελημάτων, εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἀπέρχωνται πάσῃ σπουδῇ καὶ ἐπιμελείᾳ. Καὶ δῆλον ἐκ τούτου ὅτι ὁ ἱερεὺς κατὰ τὸ Σάββατον διπλοῦν ἔργον ἐποίει, καὶ διπλᾶς τὰς θυσίας προσέφερεν. C Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καὶ τοῦτο παραβλέποντες ἐπὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τρυφὰς μᾶλλον ἐσπούδαζον. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ προφήτης καθαπτόμενος αὐτῶν, ἔλεγεν, « Οὐαὶ, οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακὴν, οἱ ἐγγίζοντες καὶ ἁπτόμενοι Σαββάτων ψευδῶν. » Καὶ τοῖς μὲν Ἰουδαίοις ἐδόθη τὸ Σάββατον, ἵνα ἀπεχόμενοι, ὡς εἴρηται, τῶν βιωτικῶν, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν σπουδάζωσι· τοῖς δὲ Χριστιανοῖς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τῇ προσευχῇ ἐτάχθη ἀπέρχεσθαι. Καὶ οὕτως ἐνεργεῖται· οἱ μὲν πλέον, οἱ δὲ ἔλαττον καθ' ἡμέραν προσεύχονται. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ πασῶν τῶν ἐντολῶν ὁ μὲν νόμος ἔλεγεν ὀλίγον καὶ ἀτελὲς, τὸ δὲ Εὐαγγέλιον καθολικῶς καὶ τελείως, οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τοῦ Σαββάτου. D Ὁ μὲν νόμος τὸ Σάββατον εἶπεν, ἵνα εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπέρχωνται, τὸ δὲ Εὐαγγέλιον καθ' ἑκάστην, καὶ οὐ μόνον ἅπαξ τῆς ἡμέρας, ἀλλ' ὁ βουλόμενος μυριάκις. Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἔτι σαφέστερον τὸν λόγον ποιήσομαι. Φερόντων τῶν Ἰουδαίων ἔμπροσθεν τοῦ Χριστοῦ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου πλῆθος ἀῤῥώστων, χωλῶν, τυφλῶν, ξηρῶν, παραλύτων, δαιμονιζομένων, καὶ ἑτέρων ἐχόντων ἀῤῥωστίας ποικίλας, τοὺς πάντας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε. Φθόνου δὲ καὶ θυμοῦ πλησθέντες οἱ Ἰουδαῖοι, οὐκ εἶχον τί εἰπεῖν κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἄλλο, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, « Οὐκ ἔξεστί σοι ποιεῖν ταῦτα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου. » Ἀλλὰ καὶ τοὺς μα-

A et bonum, et abundans est nihil. Si itaque homo cordis abundantiam circumciderit, id est peccatum, hic revera vere circumcisus est. Si autem peccato obnoxius fuerit, et carne circumcisus, vana et inutilis est hujus circumcisio. Sed et Moses sic inquit: « Hodie itaque circumcidite duritiam cordis vestri, et cervicem vestram ne induretis amplius. Dominus enim Deus vester, hic Deus deorum est, et Dominus dominantium: Deus magnus et fortis [89]. » En qualem Moses circumcisionem faciat? Non carnis certe, sed cordis. Verum et martyr Christi Stephanus cum Hebræis disputans dixit: « Duri cervice et incircumcisi corde, qui recepistis legem, et non observavistis eam [90]. » Sabbatum vero non casu aut fortuito institutum B est, ut homines eo die otiosi desiderent (otium enim per se vitio habetur), sed ut Judæi omnino ab iis quæ vitam attinent vacantes, spiritualia curarent. Et in hunc finem institutum est, ut Sabbato quidem vacarent a curis vitam spectantibus, in concionem vero ardenti studio et cura abirent. Et clare constat, quod sacerdos in Sabbato duplicem laborem absolvebat, et duplices oblationes immolabat. Judæi autem etiam hoc neglecto voluptatibus magis studebant et deliciis. Quapropter et propheta increpans illos, dixit: « Væ abeuntibus ad diem malum, qui appropinquatis et contingitis Sabbata ficta [91]. » Et Judæis quidem, ut diximus, Sabbatum institutum est, ut a curis victum spec- C tantibus vacantes, ad conciones sacras studiose convenirent, Christianis vero non similiter, utpote cum quotidie ad conciones et preces ipsis convenire solemne sit, et sic laboratur ut hi quidem plus, illi vero minus singulis diebus orent. Et quemadmodum in omnibus præceptis lex minimum illud et imperfectum exposuit, Evangelium vero universale illud et totum: ita etiam in Sabbato fieri videmus. Lex quidem Sabbatum constituit, ut conciones adirent. Evangelium vero quotidie hoc fieri voluit, idque non semel tantum in die, sed millies, si cui libuerit. Quod si volueris, dicam id dilucidius. Judæis ad Christum Sabbato apportantibus magnam infirmorum multitudinem, claudorum, cæcorum, aridorum, paralyticorum, D dæmoniacorum, aliorumque variis morbis laborantium, omnes eadem ipsa hora sanavit. Judæi vero, invidia et ira pleni, cum aliud quod Christo objicerent, non haberent, dicunt illi: « Non licet tibi hoc facere Sabbato [92]. » Quin et Pharisæi videntes Christi discipulos Sabbato spicas vellere et comedere, dixerunt eumdem sermonem [93]. Quid vero ad hos Christus? « Annon legistis quid fecerit David, cum esuriret ipse, et qui cum eo erant? Quomodo ingressus sit in domum Dei, et panes propositionis comederit, et dederit his qui cum eo erant in die Sabbati? Sabbatum enim propter hominem factum est, et non homo propter Sabbatum. » Sed et alia

[89] Deut. x, 16, 17. [90] Act. vii, 51. [91] Ezech. xxi, 25. [92] Matth. xii, 10. [93] Ibid. 1 seqq.

quædam est Sabbati ratio. Sex diebus Deus creavit omnia, et septimo quievit ab operibus suis. Tum et Christus in sepulcrum depositus, Sabbato quievi. In Parasceve enim laboravit; latroni enim salutem dedit. Die vero Dominico rursum operatus est, suscitando primum, ut Deus, proprium corpus, et multorum aliorum; deinde et apostolis apparens, confortavit illos, et cum his alios multos apostolos. Et quod septem exactis sæculis, id est annorum septem millibus a creatione mundi, universalis omnium hominum quies futura sit. Eo usque enim omnis actio tam bona quam mala extenditur: tempore autem illo resurrectio mortuorum et judicium operum futurum est, et singulorum juxta opera sua retributio; et hos quidem qui impie vixerunt, æterna manet damnatio; pios vero bonosque, vita æterna, paradisus et bona quam plurima, quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt. En igitur quis otii illius Sabbatini finis sit, et quomodo erraverint ac adhuc errent, veluti in omnibus aliis, miseri et stulti Judæi.

A θητὰς τοῦ Χριστοῦ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι καθαίροντας στάχυας καὶ ἐσθίοντας, τὸν αὐτὸν λόγον εἶπον. Τί δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστός; « Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβίδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους αὐτοῦ ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ οὖσι τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου; τὸ γὰρ Σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ Σάββατον. » Ἀλλ' ἔστι καὶ ἄλλη τις ἔννοια περὶ τοῦ Σαββάτου, ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν κτίσιν, καὶ τῇ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ. Καὶ ὅτι τὸ Σάββατον κατέπαυσεν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ τάφῳ εὑρισκόμενος, τῇ δὲ Παρασκευῇ εἰργάζετο, ἔσωσε γὰρ τὸν λῃστήν. Καὶ τῇ Κυριακῇ αὖθις εἰργάζετο, ἀναστήσας μὲν πρότερον ὡς Θεὸς τὸ B ἴδιον σῶμα, καὶ ἑτέρων πολλῶν, εἶτα καὶ τοῖς ἀποστόλοις φανείς, ἐνεδυνάμωσεν αὐτούς, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποστόλους ἑτέρους πολλούς. Καὶ ὅτι πληρωθέντων τῶν ἑπτὰ αἰώνων, ἤτοι τῶν ἑπτάκις χιλίων χρόνων ἀπὸ κτίσεως κόσμου, μέλλει γενέσθαι κατάπαυσις τῶν ἀνθρώπων. Μέχρι γὰρ τότε ἐστὶ πᾶσα πρᾶξις καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀνάστασις νεκρῶν, καὶ κρίσις τῶν πράξεων μέλλει ἔσεσθαι, καὶ ἀνταπόδοσις ἑνὶ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ τοῖς μὲν κακῶς βιώσασι κόλασις ἀτελεύτητος ἀπόκειται, τοῖς δὲ καλῶς πολιτευσαμένοις ζωὴ αἰώνιος καὶ πολλὰ ἀγαθά, ἅτινα ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Ἴδε γοῦν, τίς ἐστιν ὁ σκοπὸς τῆς ἀργίας τοῦ Σαββάτου, καὶ πῶς ἐπλανῶντο, καὶ ἔτι πλανῶνται, ὡς καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οἱ τάλανες καὶ μάταιοι Ἰουδαῖοι.

14 De cibis vero ipsa veritas sic se habet: « Omnia quæ fecit Deus valde bona sunt; » et si bona sunt, quomodo legislator ea pro malis et rejiciendis erat judicaturus? Cum Deus ad illos dicat: « Ecce dedi vobis omnia ad comedendum, ut herbas campi [**]. » Sed cum in deserto moraretur immorigera et ingrata Judæorum gens, singulis diebus manna a Deo missum accipiebant; cæterum contra Mosem, imo ipsum Deum murmurabant quotidie, et suillas Ægypti carnes appetebant, quas antea comederant, et infinita alia (in primis tamen præ aliis suillarum carnium desiderio tenebantur). Hac igitur de causa interdixit his legislator Moses, ne his vescerentur, ut eos ab omnibus Ægypti cupiditatibus abduceret. Sed de his ipsis audi. Quod enim universus mundus in idololatriæ tenebras et baratrum inciderit, manifeste constat; in primis tamen omnium Ægyptii omnia fere animalia adorabant, et deorum numero ascribebant; et quæcunque hi tanquam Deos venerabantur, hæc Moses legislator immolare jussit; e volatilibus quidem turturem et columbam, e quadrupedibus vero bovem, ovem et capram; sed porco vesci prohibuit, quoniam hujus cibus magni erat pretii apud Ægyptios simul et infelicissimos Judæos. Moses igitur ipsis immutare volens Ægyptiorum ritus, ea immolare jussit quæ Ægyptiis pro diis erant, ut intelligerent se frustra hæc colere et venerari. Quæ vero chara habebant, et magni faciebant, cibi gratia, illorum esum in-

ιδ'. Περὶ δὲ τῶν βρωμάτων οὕτως ἐστὶν ἡ ἀλήθεια ὅτι Ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεός, τὰ πάντα καλὰ λίαν εἰσί. C Καὶ ἐπεὶ καλὰ λίαν εἰσί, πῶς ἔμελλε κρατήσειν αὐτὰ ὁ νομοθέτης ὡς κακὰ καὶ ἀπόβλητα; Καίτοι γε τοῦ Θεοῦ εἰπόντος, ὅτι « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὰ πάντα ἐσθίειν ὡς λάχανα χόρτου, » ἀλλ' ἐν τῇ ἐρήμῳ εὑρισκόμενον τὸ γένος τῶν Ἑβραίων, τὸ ἀπειθὲς καὶ ἀχάριστον, εἶχε μὲν τὸ μάννα καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρὰ Θεοῦ πρὸς αὐτοὺς πεμπόμενον, ἀλλὰ κατὰ τοῦ Μωϋσέως, μᾶλλον δὲ κατὰ τοῦ Θεοῦ καθ' ἑκάστην ἐγόγγυζον, καὶ ἐνεθυμοῦντο τὰ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ὕεια κρέα, ἅπερ ἦσαν ἐσθίοντες, καὶ ἕτερα πολλά. Ἐξαιρέτως γὰρ πλέον τῶν ἄλλων ἐπεθύμουν τὰ ὕεια. Διὰ γοῦν τὴν τοιαύτην αἰτίαν ἐκώλυσεν ὁ νομοθέτης Μωϋσῆς ὅσα δὴ καὶ ἐκώλυσεν ἐσθίειν αὐτούς, διὰ τὸ ἵνα παντελῶς ἐκστήσῃ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιθυμιῶν. Ἄκουσον δὲ καὶ περὶ αὐτῶν. Ὅτι μὲν ἅπας ὁ κόσμος ἐνέπεσεν εἰς τὸ τῆς εἰδωλολατρείας σκότος D καὶ βάραθρον, τοῦτο πρόδηλον· ἐξαιρέτως δὲ οἱ Αἰγύπτιοι σχεδὸν ἅπαντα τὰ ζῶα προσεκύνουν καὶ ἐλογίζοντο θεούς. Καὶ ἅπερ ἐτίμων ὡς θεοὺς οὗτοι, ταῦτα ὁ νομοθέτης Μωσῆς προσέταξε θύειν, ἤτοι ἀπὸ τῶν πτηνῶν τρυγόνα καὶ τὴν περιστεράν, ἀπὸ τῶν τετραπόδων τὸν βοῦν, τὸ πρόβατον, καὶ τὴν αἶγα. Τὸν τοίνυν χοῖρον διεκώλυσεν ἐσθίειν. Διὸ εἶχον τοῦτον περὶ πολλοῦ οἱ Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ δὴ καὶ οἱ κακοδαίμονες Ἰουδαῖοι. Βουλόμενος τοίνυν ὁ Μωϋσῆς ἀλλάξαι τὰ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἔθη, ἅπερ ἐνόμιζον οἱ Αἰγύπτιοι εἶναι θεούς, προσέταξε θύεσθαι, ἵνα γνῶσιν ὅτι ματαίως σέβονται καὶ τιμῶσιν αὐτά.

[**] Gen. I, 29.

Ἅπερ δὲ εἶχον ἀναγκαῖα καὶ περὶ πολλοῦ τροφῆς χάριν, ταῦτα ἐκώλυσεν ἐσθίεσθαι παρ' αὐτῶν· ἐξαιρέτως δὲ τὸν χοῖρον, διὰ τὸ ἀκόρεστον τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν, καθὼς εἴρηται. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐδὲν τῶν βρωμάτων ἐκώλυσεν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ διάδοχοι τούτων. Εἰ δὲ καί τινα τῶν ζώων εὑρίσκονται, ἅπερ οὐκ ἐσθίουσιν οἱ Χριστιανοὶ, οὕτως ἁπλῶς ἀπὸ μακρᾶς συνηθείας καὶ οἰκείας θελήσεως ἐνεργοῦσι τοῦτο, οὐ μὴν δὲ ἀπὸ παραδόσεως τῶν διδασκάλων ἢ τοῦ Εὐαγγελίου. Ὁ γὰρ παλαιὸς νόμος εἶχε τὰς παρατηρήσεις ταύτας, τὸ δὲ Εὐαγγέλιον οὐδαμῶς. Ἀλλὰ τὰ πάντα εἰς τὴν ἑνὸς ἑκάστου ἐξουσίαν εὑρίσκονται. Ἀπὸ δὲ συνηθείας, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, μακρᾶς τινῶν ζώων ἀπέχονται, καὶ οὐκ ἐσθίουσιν· ὥσπερ καὶ οἱ παρ' ἡμῖν μοναχοὶ πάντων τῶν κρεῶν ἀπέχονται, ἀλλ' οὐχ ὡς μιαρῶν εὑρισκομένων καὶ ἀποβλήτων, ἀλλ' ὡς βουλόμενοι ζῇν ὑψηλοτέραν ζωὴν καὶ διαγωγὴν, καὶ πολιτεύεσθαι ὑψηλοτέραν πολιτείαν, διὰ τὸ εὐπαθὲς τῆς σαρκὸς ἀπέχονται τῶν κρεῶν. Καὶ ἰδοὺ ἀφ' ὧν περὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου ἐγράψαμεν, ἔχεις διακρῖναι ὅτι οὐκ ἀντίκειται ὁ νόμος τῷ Εὐαγγελίῳ, ἀλλ' οὔτε τὸ Εὐαγγέλιον τῷ νόμῳ. Κατὰ πάντα γάρ εἰσι σύμφωνα. Τὸ δὲ ἀσθενὲς τοῦ νόμου ἀνεπλήρωσε τὸ Εὐαγγέλιον. Εἰ γὰρ ὁ νόμος τέλειος ἦν, οὐκ ἂν ὁ Θεὸς διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου οὑτωσὶ ἔλεγεν, ὅτι «Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν ἐποίησα τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει] Κύριος. Ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτοὺς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. Καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων, Γνῶθι τὸν Κύριον· ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν· ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι.» Πρόσεξον οὖν ἀκριβῶς τὰ λεγόμενα. Λέγει ὁ Θεὸς, «Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινήν.» Ἐν τῷ εἰπεῖν, «Συντελέσω διαθήκην καινὴν,» ἔδειξε τὴν πρώτην ἀτελῆ οὖσαν, τὴν δὲ ἐρχομένην τελείαν· ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν *καινὴν*, ἔδειξε τὴν ἑτέραν παλαιὰν, καὶ χρῆσιν αὐτῆς μὴ ἔχουσαν. Καὶ ἔτι καθαρώτερον εἶπεν ὅτι «Οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, καὶ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος.» Πάντως ἐκ τούτου πρόδηλόν ἐστιν ὅτι τὴν μὲν παλαιὰν Διαθήκην ἤργησε, τὴν δὲ καινὴν ἐχαρίσατο. Καὶ ἔτι καθαρώτερον περὶ αὐτῆς εἰρηκὼς, οὕτως ἔφησεν, «Ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν·»

A terminatus est; in primis tamen suillarum carnium, propter insatiabiles harum cupiditates, ut dictum est. Christus vero nihil e cibis prohibuit, nec etiam apostoli horumque successores. Quod si vero aliqua animalia sunt a quibus Christiani abstinent, hoc simpliciter diutinæ consuetudinis et propriæ voluntatis gratia faciunt, non propter doctorum Evangelii traditionem. Vetus enim lex hasce observationes habebat, Evangelium vero nequaquam; sed omnia in uniuscujusque potestate et arbitrio sunt constituta; propter diutinam vero, ut dictum est, consuetudinem a quibusdam animalibus abstinent, nec illis vescuntur: quemadmodum qui penes nos sunt monachi, ab omnium carnium esu abstinent, non quod has impuras et rejiciendas esse B arbitrentur, sed vitam (ut dictum est) augustiorem sequi cupientes, et rempublicam habere longe sublimiorem propter corporis sui tolerantiam carnibus abstinent. Et ecce ex his quæ de lege scripsimus, judicare potes, legem Evangelio contrariam non esse, nec Evangelium legi, omnia enim hæc sibi consentiunt. Legis vero infirmitatem Evangelium complevit. Si enim lex perfecta fuisset, nequaquam sic per Jeremiam prophetam dixisset Dominus: «Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et constituam super domum Israel et domum Juda fœdus novum: non secundum fœdus quod pepigi cum patribus ipsorum, in diebus cum apprehenderem ego manum ipsorum, ut educerem C eos de terra Ægypti, quoniam ipsi non perstiterunt in fœdere meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus. Quoniam hoc est fœdus quod statuam domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in sensus illorum, et in cor ipsorum inscribam eas, et ero ipsis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum. Nec docebit unusquisque proximum suum, et quilibet fratrem suum, dicens: Cognosce Deum; quoniam omnes cognoscent me, a minimo ipsorum usque ad maximum illorum. Quoniam propitius ero iniquitatibus illorum, et peccatorum illorum et delictorum non amplius recordabor [95].» Attende diligenter ad ea quæ dicuntur. Dicit Deus: «Ecce dies veniunt, et constituam super domum Israel et super domum Juda fœdus novum.» Dicendo, «Constituam fœdus novum,» ostendit primum D illud esse imperfectum, futurum vero illud fore perfectum. Cum item «Novum» dicit, ostendit alterum illud esse vetus, cujus nullus sit usus. Quin dilucidius adhuc dixit: Non secundum fœdus, quod pepigi cum patribus illorum, quoniam non perstiterunt in fœdere meo, et neglexi eos, dicit Dominus. Omnino autem hinc elucescit, quod vetus quidem fœdus abrogavit, novum vero gratuito concessit. Sed adhuc clarius de hoc locutus, sic dixit: «Ero ipsis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum, et omnes cognoscent me a minimo ipsorum usque ad maximum. Quoniam propi-

[95] Jerem. xxxi, 31-34.

tius ero iniquitatibus ipsorum, et peccatorum illorum delictorumque non amplius recordabor. » Vides quomodo Israelis quidem populum reprobaverit, proculque a se abegerit; et gentes, quibus novum fœdus, idest, Evangelium, traditum est, populum suum nominaverit? Et domum Israel et Juda de ipsis gentibus dicere videtur Deus, de Hebræorum vero gente nequaquam. Quos etenim Christus diaboli filios vocavit, quomodo pater hujus Deus eosdem populum suum appellaret, aut Deus ipsorum esse diceretur? Similiter per Isaiam quoque sic inquit Deus: « E Sion exibit lex et verbum Domini de Jerusalem [96]. » Et quænam lex alia de Sion et Jerusalem egressa est, præterquam Christi doctrina et Evangelium? Mosaica enim lex in monte Sinai promulgata est Judæis, genti immorigeræ et ingratæ: Christi autem doctrina et Evangelium ex Jerusalem. Verumtamen tute tecum considera, et vide. Quemadmodum homo tabernaculum quoddam umbratile extruens, de hoc non multum sollicitus est, in domo autem extruenda summo studio utitur, et in primis curat ut fundamentum positum sit firmum et stabile, ut forma domus sit commoda, et culmen imponat concinnum: quinetiam de elegantia domus non parum sollicitus est. In domo enim sua paterfamilias habitat. Sic etiam in veteri lege et Evangelio contingit. Evangelium quidem, secundum quod in eo requiescere Deus voluit, per omnia sanctum fecit, perfectum et justum et stabile. In lege vero non sic; sed volens hanc tantum non ceu inutilem abolere, quasi in transcursu ipsam tradidit, ut legis defectus per Evangelium implerentur et resarcirentur. Cæterum quemadmodum de Christo prophetæ vaticinati sunt, et hæc quidem sermonibus claris exposuerunt, hæc vero per ænigmata, non solum autem de Christo, sed etiam de Evangelio et illius discipulis apostolisque; sic etiam de lege. Et primo quidem cum Isaac benedicere vellet filio suo primogenito Esau, non complacitum est Deo in hoc, sed Jacobo post hunc nato benedixit. Et Esau quidem typus erat legis et populi Judaici, Jacob vero typus Evangelii et populi ex gentibus collecti. Judas vero Jacobi filius genuit Phares et Zara. Cum autem Zara ad nascendum egrederetur, manus quidem ejus emicuit, corpus vero nequaquam. Cum autem obstetrix manum filo tincto religavisset, manus infantis rursum ingressa est; et postea natus est frater ejus Phares, quo in lucem edito, tandem et Zara natus est. Hoc autem viso obstetrix dixit: « Quare propter te solutum est septum? » Septum certe ab omnibus prophetis lex Mosaica appellatur. Quis igitur exposuit obstetrici duos esse infantes? et quanam de causa coccineo filo manum alterius religavit? » Tum quidpiam innuens dixit: « Quare propter te dissolutum est septum? » id est, quomodo tu typus legis factus es? Et quemad-

A καὶ ὅτι « Πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν. Ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, τῶν καὶ ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. » Οἶδας πῶς μὲν τὸν τῶν Ἰουδαίων λαὸν ἀπεσκοράκισε, καὶ μακράν που ἀπ' αὐτοῦ ἀπεδίωξε, τὰ δὲ ἔθνη πρὸς ἃ ἐδόθη ἡ καινὴ Διαθήκη, τουτέστιν ἡ τοῦ Εὐαγγελίου, λαὸν αὐτοῦ ὠνόμασε, καὶ οἶκον Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα, καὶ αὐτῶν τῶν ἐθνῶν ἔκρινε λέγεσθαι Θεὸς, τῶν Ἑβραίων δὲ οὐδαμῶς; Οὓς γὰρ ὁ Χριστὸς υἱοὺς διαβόλου ἐκάλεσε, πῶς ὁ τούτου Πατὴρ καὶ Θεὸς λαὸν αὐτοῦ ὠνόμασεν, ἢ Θεὸς αὐτῶν εἶναι λέγοιτο; Ὡσαύτως δὲ καὶ διὰ Ἡσαΐου οὑτωσί φησιν ὁ Θεὸς, « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. » Καὶ τίς ἄλλος νόμος ἐξῆλθεν ἐκ Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ ἢ ἡ τοῦ B Χριστοῦ διδασκαλία καὶ τὸ Εὐαγγέλιον; Ὁ γὰρ Μωσαϊκὸς νόμος ἐν τῷ Σιναῖ ὄρει ἐδόθη τοῖς Ἰουδαίοις, τῷ ἀπειθεῖ λαῷ καὶ ἀγνώμονι, ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ διδαχὴ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων. Ὅμως πρόσεξον καὶ ἴδε ὅτι ὥσπερ ἄνθρωπός τις ποιήσας σκηνὴν, οὐ πολυπραγμονεῖ περὶ αὐτῆς, ἐπὶ δὲ τὸν οἶκον σπουδάζει, καὶ κατὰ πάντα ἐπιμελεῖται, ἵνα βάθρον ἰσχυρὸν καταβάλῃ, καὶ σχίσμα ἐπιτήδειον ποιήσῃ, καὶ ὄροφον ἁρμόδιον ἐπιθήσῃ, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ οἴκου καλλονῆς ἐπιμελῶς ἐστι φροντίζων, ἐν γὰρ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἀναπαύεται ὁ οἰκοδεσπότης· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου καὶ τοῦ Εὐαγγελίου. Τὸ μὲν Εὐαγγέλιον, καθὸ ἐν αὐτῷ μέλλων ἐπαναπαυθῆναι ὁ Θεὸς, ἐποίησε κατὰ πάντα τέλειον καὶ ἅγιον καὶ C δίκαιον καὶ νόμιμον· ἐπὶ δὲ τοῦ νόμου οὐχ οὕτως. ἀλλὰ βουλόμενος ὅσον οὔπω ὡς ἀτελῆ ἀργῆσαι αὐτὸν, δέδωκεν αὐτὸν ὡς ἐν παρόδῳ, ἵνα τὰ τοῦ νόμου ὑστερήματα ἀναπληρώσῃ καὶ ἀνασώσῃ τὸ Εὐαγγέλιον. Ἀλλ' ὥσπερ περὶ τοῦ Χριστοῦ προεῖπον οἱ προφῆται, καὶ τὰ μὲν ἐλαλήθησαν διὰ λόγων, τὰ δὲ δι' αἰνιγμάτων, ποτὲ δὲ καὶ διὰ παραδειγμάτων, οὐ μόνον δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν καὶ ἀποστόλων· οὕτω καὶ περὶ τοῦ νόμου. Καὶ πρῶτον μὲν βουληθέντος τοῦ Ἰσαὰκ εὐλογῆσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρωτότοκον Ἠσαῦ, οὐκ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ, ἀλλ' εὐλόγησε τὸν Ἰακὼβ τὸν ὕστερον γεννηθέντα. Καὶ ὁ μὲν Ἠσαῦ ἦν τύπος τοῦ νόμου καὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, ὁ δὲ Ἰακὼβ τύπος τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν. Ὁ D δὲ Ἰούδας ὁ υἱὸς τοῦ Ἰακὼβ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρά. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Ζαρὰ γεννηθῆναι, ἡ μὲν χεὶρ αὐτοῦ ἐξῆλθε, τὸ δὲ σῶμα οὐχί. Δησάσης δὲ τῆς μαίας τὴν χεῖρα μετὰ βάμματος, εἰσῆλθεν αὖθις ἡ χεὶρ τοῦ παιδίου, καὶ ἐγεννήθη ὁ ὄπισθεν ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἤγουν ὁ Φαρές. Μετὰ δὲ τὸ γεννηθῆναι τὸν Φαρὲς, ἐγεννήθη καὶ ὁ Ζαρά. Τοῦτο ἰδοῦσα ἡ μαῖα, εἶπε, « Τί ὅτι διελύθη διὰ σὲ φραγμός; » Φραγμὸς γοῦν παρὰ πάντων τῶν προφητῶν ὁ Μωσαϊκὸς νόμος λέγεται. Τίς γοῦν ἡρμήνευσε τῇ μαίᾳ, ὅτι δύο παιδία εἰσὶ, καὶ διὰ ποῖον σκοπὸν ἔδησε τὸ βάμμα ἐν τῇ χειρὶ τοῦ παιδίου; Εἶτα τί βουλομένη εἶπεν, ὅτι « Ἵνα τί ἐλύθη διὰ σὲ φραγμός; » τουτέστιν, ὅτι Πῶς ἐγέ-

[96] Isa. II, 3.

νου σὺ τύπος τοῦ νόμου; καὶ ὥσπερ σὺ πρὸς ὀλίγον A ἐφάνης, εἶτα ἐκρύβης, καὶ ὁ ὄπισθεν εὑρισκόμενος ἀδελφὸς ἔμπροσθέν σου ἐγένετο, οὕτω καὶ ὁ φραγμὸς, ἤγουν ὁ νόμος ὁ ἔμπροσθεν φανησόμενος, μετ' ὀλίγον ὄπισθεν εὑρίσκεται. Ὁ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου νόμος, ὁ ὄπισθεν ἐρχόμενος, ἔμπροσθεν αὐτοῦ γενήσεται. Πόθεν γοῦν διδαχθεῖσα ἡ μαῖα, ταῦτα ἐλάλησε; Πάντως ἐκ θείας δυνάμεως ταῦτα προεφήτευσε, καὶ ἡ διὰ τῶν προφητῶν λαλήσασα τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐκείνη ἐλάλησε καὶ διὰ στόματος τῆς γυναικὸς ἐκείνης. Ἔτι δὲ τρανότερον καὶ καθαρώτερον διὰ τοῦ Ἱερεμίου εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, » ὡς εἴρηται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. Βλέπεις πῶς καὶ διὰ τύπων καὶ διὰ προφητειῶν φανερῶς καὶ καθαρῶς ἔδειξεν ὁ Θεὸς τὸν B νόμον ἀργὸν μὲν εἶναι ὡς ἀτελῆ, τὸ δὲ Εὐαγγέλιον ἐνεργὸν, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ τέλειον; Ὅμως οἱ τάλανες καὶ ἐσκοτισμένοι Ἰουδαῖοι οὐδὲ τὸν ἀτελῆ καὶ ἀδύνατον νόμον φυλάττουσιν, ἀλλὰ προηγουμένως καθ' ἡμέραν εὑρίσκονται παρανομοῦντες. Οὐ κατηγορῶ αὐτῶν περὶ ἁμαρτιῶν, τίς γάρ ἐστιν ὁ δυνάμενος μὴ ἁμαρτεῖν; ἀλλὰ περὶ τοῦ νόμου λέγω ὅτι παρανομοῦντές εἰσιν. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι, εἴπερ καὶ βούλονται ποιεῖν τὰ τοῦ νόμου, οὐ δύνανται. Καὶ σκόπει ὅπως ὁ Θεὸς ἔταξε καὶ ἀφώρισε τὰ Ἱεροσόλυμα εἶναι μητρόπολιν πασῶν τῶν πόλεων, ὧν εἶχε τὸ γένος τῶν Ἑβραίων. Καὶ ἐκεῖσε ἐντὸς ἔκτισεν ὁ Σολομῶν τὸν ναὸν, καὶ ἔταξεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐντὸς τοῦ ναοῦ γίνωνται αἱ θυσίαι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν C προσφοραὶ, ἐκτὸς δὲ τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τοῦ ναοῦ ἐκείνου οὐδὲν γένηται θυσία. Ἐπεὶ γοῦν καὶ ἡ πόλις τῶν Ἱεροσολύμων κατελύθη, καὶ ὁ ναὸς ἠφανίσθη, καὶ οὔτε ἱερωσύνην ἔχουσιν εἰς ἁγιασμὸν αὐτῶν, οὔτε τόπον τοῦ θυσιάσαι τῷ Θεῷ, τί ἐναπελείφθη αὐτοῖς; Πάντως οὐδέν. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ δι' ἄλλα πολλὰ, ἅτινα οὐκ ἔστι τις χρεία γράφειν ἀρτίως περὶ αὐτῶν, οὔτε Χριστιανοὶ εὑρίσκονται, διὸ οὐ στέργουσι τὸ Εὐαγγέλιον· οὔτε αἱρετικοὶ, διὸ οὐδὲν ἀκολουθοῦσι τινὶ τῶν διδαξάντων τὰς αἱρέσεις· οὔτε Μουσουλμάνοι, διὸ οὐδὲν ἀκολουθοῦσι τῷ Μωάμεθ· ἀλλ' οὔτε Ἰουδαῖοι, διὸ οὐδὲν πληροῦσι τὰ τοῦ νόμου· ἀλλ' εὑρίσκονται οὕτω, μὴ γινώσκοντες οἱ τάλανες τί σέβονται, ἢ τί πιστεύουσιν, ἀλλὰ ζῶσιν ἐν ἀπωλείᾳ. Ὁρᾷς πῶς οἱ πλανηθέντες τῆς ἀληθοῦς καὶ εὐθείας ὁδοῦ λογίζονται ἑαυτοὺς D ὀρθῶς περιπατοῦντας, ἐκεῖνοι δὲ εὑρίσκονται ἐν βαράθρῳ καὶ ἀπωλείᾳ; Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

ιε'. Ἐπεὶ δὲ περὶ πάντων ὧν πρότερον ἐγγράφως πρὸς ἡμᾶς ἔπεμψας, καὶ ὧν ἀγράφως οἱ ἐλθόντες ἐλάλησαν, ποιήσαντες τὸ σὸν θέλημα, πλατυκώτερον ἀπελογησάμεθα, μέμνησο τοῦ σοῦ λόγου. Εἰς γὰρ τὸ τέλος τῆς σῆς γραφῆς οὕτως εἴρηκας, ὅτι Τὸν φρόνιμον εἷς λόγος ἀρκεῖν, καὶ οὕτως ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. Εἴπερ γοῦν εἷς λόγος ἀρκεῖ τὸν φρόνιμον, ὡς καὶ σὺ αὐτὸς μαρτυρεῖς, καὶ ἡ ἀλήθεια διδάσκει, ἐάν περ ὁ φρόνιμος ἀκούσῃ λόγους πολλοὺς καὶ καλοὺς καὶ ἀληθεῖς, καὶ οὐ παραδέξηται αὐτοὺς, οὐδὲ ὠφέλειαν ἐξ ἐκείνων καρπώσηται, οὐκ ἔστιν ἄξιος κατηγορίας καὶ μέμψεως; Ἐπεὶ γοῦν ἀπεστάλησάν σοι τὰ παρόντα

modum qui modo apparuisti, deinde absconditus es, et frater qui posterior te erat, prior in lucem editus est, sic etiam septum, lex scilicet, quæ prima esse apparebit, paulo post posteriores habebit partes. Lex vero Evangelii, quæ postremo ventura est, ante hanc enascetur. Undenam obstetrix edocta hæc dixit? Divina certe virtute hæc vaticinata est, et quæ per prophetas loquitur Dei virtus, per os etiam mulieris locuta est. Planius tamen adhuc et dilucidius per Jeremiam dixit Deus: « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et constituam super domum Israel et super domum Judæ fœdus novum, » etc., ut superius dictum est. Vident quomodo per figuras et prophetias manifeste et clare Deus legem demonstraverit otiosam quidem esse, et imperfectam; Evangelium vero efficax et perfectum? Nihilominus miseri et excæcati Judæi nec imperfectam et impotentem legem observant, sed quotidie vel primi illius trangressores esse deprehenduntur (non accuso illos peccatorum, quis enim a peccatis abstinere poterit? sed de lege dico, quod illam transgrediantur), et iidem si maxime vellent facere ea quæ legis sunt, non tamen possunt. Et vide qua ratione hoc fiat Deus constituit et decrevit ut Hierosolyma omnium, quas gens Hebræorum habet, urbium sit metropolis, in qua Solomon templum ædificavit, præcepitque Deus ut intra templum sacrificia fiant, et oblationes pro peccatis hominum; extra Hierosolymam vero et templum hoc sacrificia nulla esse offerenda. Quandoquidem igitur Hierosolymarum urbs destructa est, et templum subversum, neque jam sacerdotium habent ad sanctificationem sui, neque modum offerendi Deo, quidnam ipsis est reliqui? Nihil omnino. Propter hæc itaque et alia multa, quæ nunc exacte scribere non est opus, neque Christiani esse deprehenduntur, quia Evangelium non recipiunt; neque hæretici, quia nullum prorsus sequuntur hæresum doctorem; neque Musulmani, quia Mahometem non sectantur; neque Judæi, cum nulla, quæ legis sunt, faciant: sed tales esse convincuntur miseri, qui quid colant credantve ignorent, sed in perditione vivunt. Vident quomodo a vera et recta via aberrantes, cum se recta incedere arbitrantur, in barathro et perditione esse conspiciuntur? Et hæc quidem hactenus.

15. Quoniam vero in omnibus, quæ prius ad nos partim scripsisti, partim ore retulerunt tui ad nos nuntii, voluntati tuæ obsecuti, copiosius nos defendimus, nunc age tui sermonis memineris. In fine enim litterarum tuarum sic dixisti: Prudenti vel una sufficit oratio; quod revera sic est. Si igitur prudenti vel una sufficit oratio, ut tu ipse testaris, et ipsa docet veritas, prudens vero aliquis multis sermonibus auditis bonis verisque, nec illos receperit, vel decerpserit fructum illorum, nonne merito accusandus et reprehendendus fuerit? Ubi igitur nostræ hæ litteræ, hæcque nostra apolo-

gia ad te pervenerint, adhortor ut diligenter hæc consideres, et per singula verba discutias, latentem thesaurum in his haud dubie inventurus. Non enim animi nostri fœtus sunt, sed ex libris Mosaicis, sed ex Davidis Psalterio, sed ex prophetis et Evangelio desumpta, quæ et ipse Mahomet et omnes Musulmani sancta et justa esse confitentur et dicunt. Et hæc ipsa sunt, quæ verbo tenus ostendunt Christum Filium Dei esse, et eumdem Deum simul et hominem. Ipse enim est, qui ab omnibus prophetis Deus est prædicatus. Is est quem Abraham, utpote Deum, adoravit, et judicem omnis terræ dixit. Is est quem cantu celebraverunt angeli, et quem virtutes supernæ in nubibus suis gestaverunt, quem vidit Daniel venientem in nubibus ad judicandum orbem. Is est cui omnis creatura servit, illius dicto obediens, venti scilicet, mare et reliqua. Is est, quo viso infernus regnum suum amisit; cæterum et ante mortem cum tremore implebat hujus imperium, dimittens Lazarum, et alios. Hoc testantur infinita illa, quæ fecit, miracula. Et quid dicam amplius? Is est, qui a Deo Patre testimonium sæpius accepit. De hoc David dixit: « Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exsultationis. Quoniam rex universæ terræ Deus. Psallite prudenter. Deus regnavit super gentes; quemadmodum in superioribus copiosius dictum est. Non enim de Deo Patre dixit, nec de Dei Filio, quod prius quidem non exsistens rex universæ terræ, postea vero regnum super omnes gentes et omnem terram acceperit: sed hæc propter hominem, quem assumpsit Filius et Verbum Dei, propheta dixit, qui nec regnabat, nec a gentibus omnique terra adorabatur, eo quod nondum esset natus. Post nativitatem autem illius data est illi gloria, honor et potestas, ut dixit Daniel, et regnum. Cæterum et ipse David eodem loco; quin et ipse Christus post resurrectionem quasi obsignans hujusmodi prophetias, dixit apostolis: « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Profecti, docete omnes gentes: qui crediderit et baptizatus fuerit, salvabitur; qui vero non crediderit, condemnabitur [97]. » Videsne quanta cum simplicitate et luce appareat, quod de homine, quem Filius et Verbum Dei assumpsit ex diva Virgine, eadem dicunt prophetæ, sed et ipse Christus: et de illo exstant omnia testimonia propter hominum infirmitatem? Ipse enim Filius Dei secundum divinitatem testimonio non indiget. Quo enim testimonio Deus indigeat? Verumtamen quemadmodum de Christi incarnatione, cruce et passione, resurrectione item et assumptione, de lege quoque et aliis vaticinia sunt prædicta, visiones visæ, typi facti: sic etiam de baptismo prophetiæ et typi sunt propositi, quæ tamen omnia, propter nimiam copiam, ut etiam in aliis, omisimus. De his tamen quædam particula-

[97] Marc. xvi, 16, 16.

A γράμματα, καὶ ἡ πρὸς σέ μου περὶ τούτων ἀπολογία, παρακαλῶ σε, σκέψαι αὐτὰ ἀκριβῶς, καὶ ἐξέτασον κατὰ λέξιν, καὶ μέλλεις εὑρεῖν τὸν ἐντὸς αὐτῶν παρακείμενον θησαυρόν. Οὐ γὰρ ἀπὸ καρδίας ἡμετέρας ἐγράφησαν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν Μωσαϊκῶν βιβλίων, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ Ψαλτηρίου τοῦ Δαβίδ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ἅτινα ὁ Μωάμεθ καὶ πάντες οἱ Μουσουλμάνοι ἅγια καὶ δίκαια εἶναι ὁμολογοῦσι, καὶ λέγουσι, καὶ αὐτά εἰσι τὰ δεικνύοντα διαῤῥήδην τὸν Χριστὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι, τὸν αὐτὸν δὲ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ παρὰ πάντων τῶν προφητῶν κηρυχθεὶς Θεός, αὐτός ἐστιν ὃν ὁ Ἀβραὰμ προσεκύνησεν ὡς Θεὸν, καὶ ὃν ἐκάλεσε κριτὴν πάσης γῆς. Αὐτός ἐστιν ὃν ἀνύμνησαν οἱ ἄγγελοι, καὶ ὃν ἐβάσταζον αἱ ἄνω δυνάμεις ἐπὶ τῶν
B κεφαλῶν αὐτῶν, καὶ ὃν εἶδεν ὁ Δανιὴλ ἐπὶ τῶν νεφελῶν, ἐρχόμενον κρῖναι τὴν οἰκουμένην. Αὐτός ἐστιν, ᾧ δουλεύει ἡ κτίσις, ὑπακούουσα τῷ αὐτοῦ προστάγματι, ἤγουν οἱ ἄνεμοι, ἡ θάλασσα, καὶ τὰ ἕτερα. Αὐτός ἐστιν, ὃν ἰδὼν ὁ ᾅδης, ἀπώλεσε τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν. Ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου αὐτοῦ σὺν τρόμῳ ἐπλήρου τὸ αὐτοῦ πρόσταγμα, ἀπολύσας τὸν Λάζαρον καὶ τοὺς ἑτέρους. Αὐτὰ μαρτυροῦσι τὰ ἄπειρα θαύματα, ἅπερ ἐποίησε. Καὶ τί ἔτι λέγω; Αὐτός ἐστιν ὁ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μαρτυρηθεὶς πολλάκις. Περὶ αὐτοῦ ὁ Δαβὶδ οὑτωσὶ εἴρηκεν, « Πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως· ὅτι βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ὁ Θεός. Ψάλλετε συνετῶς. Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πλατυκώτερον εἴρηται.
C Οὐδὲ γὰρ εἶπε περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐδὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς πρώην μὲν οὐκ ὄντος βασιλέως πάσης τῆς γῆς, ὕστερον δὲ βασιλεύσαντος ἐπὶ τὰ ἔθνη, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἀνελάβετο ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἴρηκεν ὁ προφήτης, ὃς οὔτε ἐβασίλευσεν, οὔτε παρὰ τῶν ἐθνῶν καὶ τῆς γῆς προσεκυνεῖτο. Διότι οὐδὲ ἐγεννήθη. Μετὰ δὲ τὸ γεννηθῆναι αὐτὸν, ἐδόθη ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἐξουσία, ὡς ὁ Δανιὴλ εἴρηκε, καὶ ἡ βασιλεία. Ἀλλὰ δὴ καὶ οὗτος ὁ Δαβὶδ κατὰ τὸ παρὸν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπισφραγίζων τὰς τοιαύτας προφητείας, πρὸς τοὺς ἀποστόλους οὑτωσὶ ἔφη, « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Πορευθέντες μαθη-
D τεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται. Ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. » Βλέπεις πῶς καθαρῶς καὶ ἀριδήλως ἀναφαίνεται ὅτι περὶ τοῦ ἀνθρώπου, οὗ ἀνελάβετο ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, λέγουσιν αὐτὰ οἱ προφῆται, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, καὶ περὶ αὐτοῦ εἰσι πᾶσαι αἱ μαρτυρίαι διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν; Αὐτὸς δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καθὸ Θεὸς, μαρτυρίας οὐ δεῖται. Ποίας γὰρ μαρτυρίας δεῖται Θεός; Οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως καὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ πάθους, τῆς τε ἀναστάσεως καὶ τῆς αὐτοῦ ἀναλήψεως, ἀλλὰ δὴ τοῦ νόμου καὶ τῶν ἑτέρων ἐλαλήθησαν προφητεῖαι, ἐφά-

νησαν ὁράσεις, ἐγένοντο τύποι· οὕτω καὶ περὶ τοῦ βαπτίσματος ἐγένοντο προφητεῖαι. ἐγένοντο τύποι, ἅπερ καὶ διὰ τὸ πολὺ τῆς γραφῆς παρῃτησάμεθα, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἑτέρων. Ἐξ ἐκείνων δὲ μερικῶς εἴπωμεν. Ὁ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ μέγας, εἴπερ οὐκ εἶχε διαβιβάσειν διὰ μέσης τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης τὸ γένος τῶν Ἑβραίων, ἀπώλοντο ἂν ὑπὸ τοῦ Φαραώ. Ὁ τοῦ Ναυῆ υἱὸς Ἰησοῦς εἰ οὐκ ἔσχιζε τὸν Ἰορδάνην ἔνθεν καὶ ἔνθεν, οὐκ εἰσήρχοντο οἱ Ἑβραῖοι εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν. Μᾶλλον δὲ τῆς κιβωτοῦ ἐλθούσης πλησίον τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, διῃρέθη τὰ ὕδατα, καὶ διῆλθεν ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἅπας ὁ λαὸς τῶν Ἑβραίων. Καὶ ἡ κιβωτὸς, ἥτις ἦν τύπος τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς Παρθένου, τῆς γεννησάσης τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ κατὰ σάρκα. Ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης Ἠλίας ἔπηξε θυσιαστήριον, καὶ θεὶς τά τε ξύλα καὶ τὸ ὁλοκαύτωμα ἐπάνω αὐτῶν, οὐ προσέφερεν ὅλως πῦρ ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐμπλήσας τὸ θυσιαστήριον ὕδατος, προσηύξατο, καὶ κατελθὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πῦρ κατέκαυσε τὴν θυσίαν. Ὁρᾷς πῶς τὰ πάντα ἅπερ πρεσβεύουσιν οἱ Χριστιανοὶ, ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς κέκτηνται τὰς μαρτυρίας; Ταῦτα πάντα καὶ ἕτερα τύπος ἦσαν τοῦ βαπτίσματος. Ἄνευ γὰρ τούτου δὴ τοῦ βαπτίσματος σωθῆναι ἄνθρωπον οὐκ ἔστι δυνατόν. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς εἴρηκεν, « Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται. Ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. » Τούτων δὲ πάντων οὕτως ἐχόντων, οὐκ ἔστι γελοῖον πρᾶγμα, ἵνα τὰς μὲν βίβλους τιμᾶτε, τὸν παρ' αὐτῶν δὲ τιμώμενον Θεὸν ἀτιμάζετε, ἄνθρωπον λέγοντες εἶναι, καὶ οὐ Θεόν; Ἐπεὶ γοῦν κἂν καὶ πεπλατυσμένως οὐκ ἐγράψαμεν διὰ τὸ πολὺ μῆκος τῆς γραφῆς, καὶ διὰ τὸ δυσδιάκριτον τῆς σῆς ἀσθενείας, ἀλλ' οὖν πάλιν τοσοῦτον ἐγράψαμεν, ὅτι καὶ τὸν πάντη ἀγνώμονα ἀρκεῖ ἵνα διδάξῃ τὸ ὀρθὸν καὶ τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ἰδοὺ ἕως τῆς σήμερον αὐτὸ τοῦτο παρηκολούθησεν εἰς σὲ, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων. Ἐπ' ἐκείνοις γὰρ εἶπεν ὁ Θεὸς, « Δώσω αὐτοῖς λιμὸν, καὶ οὐ λιμὸν ἄρτου καὶ ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. » Καὶ οὕτως ἐγένετο. Ἀπὸ γὰρ τοῦ καιροῦ ἐκείνου, καθ' ὃν ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἔλαβον τὴν ἀσυμπάθητον καὶ ἀτελεύτητον ὀργὴν, ἀπὸ τότε ἅπας ἁγιασμὸς, πᾶσα διδασκαλία ἔλειψεν ἐξ αὐτῶν. Αὐτὸ γοῦν τοῦτο παρηκολούθησε καὶ εἰς σέ· ἕως γὰρ τῆς σήμερον λόγον Θεοῦ οὔτε ἤκουσας, οὔτε ἐδιδάχθης, ἀλλ' ἐν ματαιότητι καὶ ἐν σκότει ἦσθα πορευόμενος. Τανῦν δὲ ἀπεστάλησάν σοι λόγοι Θεοῦ καὶ διδασκαλίαι τῶν ἁγίων καὶ προφητῶν. Καὶ σκέψαι αὐτὰ νουνεχῶς, καὶ μετὰ μεμεριμνημένου σκοποῦ, καὶ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως. Καὶ σπούδασον ἵνα μηκέτι ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατῶν εὑρίσκῃ, μηδὲ πληρωθῇ τὸ τοῦ Δαβὶδ ἐπὶ σοὶ λόγιον, τὸ λέγον, « Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος; Καὶ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ, » τουτέστι τὸν Χριστόν. Ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ τοῦ μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ Σολομῶντος, τὸ λέγον ὅτι « Εἰς κακοθελῆ ψυχὴν σοφία Θεοῦ οὐκ εἰσελεύσεται, οὐ δὲ ἐν σώματι ὑπο-

A riter perstringamus. Moses ille magnus, si non potuisset per mare Rubrum Hebræorum gentem traducere, periissent sane Pharaonis manibus. Josue etiam filius Nun, nisi Jordanem in diversas partes secuisset, non ingressi fuissent Judæi terram promissam; arca vero propius propiusque ad Jordanem fluvium allata, aquæ divisæ sunt, et per siccum transivit omnis Judæorum populus; et arca typus erat divæ Virginis Mariæ, quæ Filium et Verbum Dei secundum carnem peperit. Cæterum, et propheta Elias exstruxit altare, et lignis holocaustisque simul impositis, nullum omnino ignem inferebat, sed cum altare aqua perfudisset, orabat, cœloque delapsus ignis sacrificium consumpsit. Videsne igitur quomodo omnia, quæ Christiani B colunt, primis illis et vetustis testimoniis comprobata sunt? Hæc enim et alia multa baptismum denotabant. Sine hoc enim hominem salvari, est impossibile. Quapropter et ipse Christus dixit: « Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvabitur; qui vero non crediderit, condemnabitur. » Cum vero hæc omnia sic se habeant, nonne ridiculum fuerit, quod libros quidem summo honore prosequimini, Deum vero in his celebratum contemnitis, dicentes hominem esse, et non Deum? Licet itaque quam fusissime fieri potuit, non scripsimus, propter nimiam scripturæ copiam, tardumque infirmitatis tuæ judicium, nihilominus tamen hæc tanta scripsimus, ut vel stupidissimo ad rectum C verumque discendum sufficiant. Et ecce idem in te hodie, quod et in Judæos, competit. De illis enim dixit Dominus: « Dabo illis famem, sed non famem panis et aquæ, sed famem audiendi verba Domini [98]. » Et sic omnino evenit. A tempore enim illo, quo Christus mortem subiit, in iram inciderunt irreconciliabilem et sempiternam: ex tunc omnis sanctificatio omnisque doctrina ab illis defecit. Idem igitur et in te contingit. Nam in hodiernum diem usque verbum Dei nec audivisti, nec edoctus es: sed in stultitia ambulavisti, et tenebris. Nunc vero missa tibi sunt Dei oracula, sanctorum et prophetarum dogmata; hæc igitur attente considera, et fine diligenter inspecto et accurata inquisitione stude, ne posthac in tene- D bris ambules, ne illud Davidis in te impleatur oraculum, dicens: « Filii hominum, quousque aggravatis cor? quandiu diligitis vanitatem, et quæritis mendacium? Et cognoscite, quod Deus mirifice extulit sanctum suum [99], » id est Christum. Quin et illud magni illius et admirandi Solomonis, dicens: « In animam malevolam sapientia Dei non transit, nec in corpus peccatis deditum [1]. » Ne similis fias deserto et solitudini spinas producenti, et tribulos: sed potius similis sis terræ fructiferæ, quæ semen susceptum trigecuplum, sexagecuplum, et centuplum rependit. Sic tu recepto Evangelii verbo fructum proferas cen-

[98] Amos, VIII, 11. [99] Psal. IV, 2, 3. [1] Sap. I, 4; Deut. XXVIII, 53.

triplum. Deum obtestor creatorem cœli et terræ, A ut is oculos tuos aperiat, et dilatet cor tuum, ut facias opera tibi salutaria, quo paradisum et omnia bona in hac reposita possidere queas. Amen.

κειμένῳ ταῖς ἁμαρτίαις. Μηδὲ ὁμοιωθῇς γῇ ἐρήμῳ, ἥτις ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατέλλει, ἀλλὰ γενοῦ ἐν τριάκοντα καὶ ἑξήκοντα καὶ ἐν ἑκατὸν φέρει τὸν ὅμοιος γῇ καρποφόρῳ, ἥτις δεξαμένη τὸν σπόρον, ἑαυτῆς καρπόν. » Οὕτω καὶ σὺ δεξάμενος τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, εἰς ἑκατὸν καρποφόρησον. Ναὶ, παρακαλῶ τὸν Θεὸν τὸν ποιητὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, αὐτὸς ἀνοῖξαι τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ πλατύναι τὴν καρδίαν σου, ὥστε ποιεῖν ἔργα τῆς σαυτοῦ σωτηρίας, ὅπως κληρονομήσῃς τόν τε παράδεισον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἀποκείμενα ἀγαθά. Ἀμήν.

JOANNIS CANTACUZENI

CONTRA MAHOMETEM

ORATIONES QUATUOR.

(Basileæ 1543, ut supra.)

—

CAPITA ORATIONIS PRIMÆ. B

1. *Quod Mahomet tempore epilepsiæ, cum spumans hinc inde volveretur, dixerit sibi archangelum Gabrielem se convenientem vidisse.*
2. *Quod librum conscripserit, Arabice* Corran *dictum, Græce vero legem Dei salutiferam.*
3. *Quod prophetam Dei et apostolum se nominaverit.*
4. *Quod Mosaica, Psalterium et prophetica scripta, justa, sancta et vera nominaverit, præcipue vero Evangelium confessus sit justum, sanctum, rectum, verum et perfectum esse, et (ut in capite Iona reperitur) Dei commonitiones vocaverit.*

C

5. *Quod non a Mahomete solo, sed etiam ab aliis lex illa lata sit.*
6. *Quod a Mahomete promulgata lex ore ad aures a diabolo lata sit.*
7. *Quod quidam dignitate chalifas exsistens, id est summus doctor, religionem Christianam receperit.*
8. *Quod Mahomet cum in hæreticos quosdam Nestorianos, quin etiam Judæos aliquos incidisset, omnem horum malitiam collegerit.*
9. *Quod jactabundus de se dixerit : Si omnes homines conveniant, omnes spiritus et angeli, non poterunt Alcorranum meo similem constituere.*

D

10. *Quod in fastigio dexteræ partis throni divini Mahometis nomen inscriptum sit.*
11. *Quod legem non per miracula daturus venerit, sed per gladium ; et quod non credentibus illi, aut mortis supplicium ferendum, aut tributa pendenda sint.*

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. *Ὅτι ὁ Μωάμεθ τῇ ὥρᾳ τῆς ἐπιληψίας, ἐν ᾗ ἐκυλίετο ἀφρίζων, τὸν ἄρχοντα Γαβριὴλ ἔλεγεν ὁρᾷν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν.*

β'. *Ὅτι συνεγράψατο βιβλίον, ἀραβιστὶ Κορρὰν ὀνομαζόμενον, ἑλληνιστὶ δὲ νόμον Θεοῦ σωτήριον.*

γ'. *Ὅτι προφήτην Θεοῦ καὶ ἀπόστολον ἑαυτὸν ἐκάλεσεν.*

δ'. *Ὅτι τὰ Μωσαϊκὰ, τό τε Ψαλτήριον, καὶ τὰ προφητικὰ δίκαια καὶ ἅγια καὶ ἀληθῆ ὠνόμασε, κατ' ἐξαίρετον δὲ τῶν ἄλλων τὸ Εὐαγγέλιον ἅγιον καὶ δίκαιον καὶ εὐθὲς καὶ ἀληθινὸν καὶ τέλειον ἀπεφήνατο, ὥστε καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τοῦ Ἰωνᾶ Θεοῦ ὑπομνήσεις ταῦτα ὠνόμασεν.*

ε'. *Ὅτι μὴ μόνον παρὰ τοῦ Μωάμεθ ἐξετέθη ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑτέρων.*

ς'. *Ὅτι παρὰ τοῦ Μωάμεθ ἐκτεθεὶς νόμος, στόμα πρὸς οὖς ἐξετέθη παρὰ τοῦ δαίμονος.*

ζ'. *Ὅτι εἷς χαλιφᾶς τὸ ἀξίωμα, τουτέστιν ἄκρος διδάσκαλος, ἐγένετο Χριστιανός.*

η'. *Ὅτι ὁ Μωάμεθ ἐντυχὼν αἱρετικοῖς Νεστοριανοῖς καὶ Ἀρειανοῖς, ἀλλὰ δὴ καὶ Ἰουδαίοις τισὶ, τὴν τούτων κακίαν ἐσώρευσε.*

θ'. *Ὅτι μεγαλοῤῥημονῶν περὶ αὐτοῦ, ἔλεγεν ὡς Εἰ πάντες ἄνθρωποι συναχθεῖεν, καὶ πάντα τὰ πνεύματα, καὶ πάντες ἄγγελοι, οὐκ ἂν δύναιντο ποιῆσαι τοιοῦτον Κορρὰν, ὁποῖον ἐγώ.*

ι'. *Ὅτι ἐν τῷ ἀνωτέρῳ μέρει τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ δεσποτικοῦ θρόνου ἐστὶ γεγραμμένον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα.*

ια'. *Ὅτι οὐκ ἦλθε διὰ θαυμάτων, ἀλλὰ διὰ ξίφους δοῦναι τὸν νόμον· καὶ τοῖς μὴ πειθομένοις αὐτῷ θάνατος ἔσται ἡ τιμωρία, ἢ φόρους διδόναι.*

A ιβ'. Ὅτι ἐντέλλεται, ἵνα οὐδεὶς τῆς ἐκείνου φρατρίας μετά τινος τῶν Χριστιανῶν διαλέγηται.

ιγ'. Ὅτι ὁ Νῶε καὶ Ἀβραάμ, ἀλλὰ δὴ καὶ οἱ ἀπόστολοι τοῦ αὐτοῦ δόγματος ἦσαν, οὗπερ οὗτος ἐξέθετο ὕστερον.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Ὅτι τὰ ἐν ταῖς Μωσαϊκαῖς παραδόσεσι, τοῖς προφήταις τε, τῷ Ψαλτηρίῳ καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ γεγραμμένα, ἅγια, καὶ δίκαια, καὶ ἀπὸ Θεοῦ δεδομένα καλεῖ, καὶ στέργει καὶ φυλάσσει αὐτά· καὶ οὐδὲν ὅλως εἰσὶν οἱ τούτου ἀκόλουθοι, εἰ μὴ ταῦτα πληρώσαιεν.

β'. Ὅτι εἰς ἑβδομήκοντα πρὸς τοῖς τρισὶ μοίρας μέλλουσι σχισθῆναι οἱ τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἀκολουθήσαντες· καὶ ἡ μὲν μία καὶ μόνη ἐκ τούτων σωθήσεται, αἱ δ' ἄλλαι τῷ πυρὶ παραδοθήσονται.

B γ'. Ὅτι εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ ἦν τὸ Κορράν, πολλαὶ ἐναντιότητες εὑρίσκοιντο ἂν ἐν αὐτῷ.

δ'. Ὅτι μετὰ τοῦ Γαβριὴλ ἀνελθεῖν εἰς τὸν Θεόν, καὶ ἐντυχεῖν ἀγγέλῳ, μυριάκις μείζονι τοῦ κόσμου παντός, θρηνοῦντι τὰς αὐτοῦ ἁμαρτίας, καὶ τυχεῖν παρὰ Θεοῦ συγγνώμης δι' αὐτοῦ.

ε'. Ὅτι τέλος καὶ σφραγὶς τῶν προφητῶν ἐστιν οὗτος.

ς'. Ὅτι ἁρπαγὰς καὶ φόνους κωλύει καὶ ἐπιορκίας, καὶ πάλιν ταῦτα ἐνδίδωσιν.

C ζ'. Ὅτι ὁ Θεὸς ἐνέδωκε τούτῳ ἐπιορκῆσαι.

η'. Ὅτι διαλεγόμενος αὐτῷ ὁ Θεός, εἶπεν ὡς παιδιᾶς χάριν ἐποίησε τὸν κόσμον.

θ'. Ὅτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ λεγομένῳ Μπακαρᾶ, ὅπερ ἑρμηνεύεται δάμαλις, ὡς οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ Χριστιανοὶ σωθῆναι μέλλουσιν· ἐν δὲ τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἀμρὰμ αὖθις φησιν ὅτι οὐδεὶς δύναται σωθῆναι ἄνευ τῶν ἐν τῷ νόμῳ τῶν Ἰσμαηλιτῶν.

ι'. Ὅτι πρὸ αὐτοῦ οὐ δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὸν παράδεισον. Καὶ αὖθίς φησιν ὅτι ἔδειξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς γυναῖκάς τε καὶ ἄνδρας πολλοὺς εἰσελθόντας πρὸ αὐτοῦ εἰς τὸν παράδεισον.

D ια'. Ὅτι ὁ Θεὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν οἴκους περικαλλεῖς, καὶ λουτρά, καὶ παραδείσους, καὶ γυναῖκας ὅτι πολλὰς ὑπισχνεῖται δοῦναι τοῖς τοῦ Μωάμεθ νόμοις ἀκολουθοῦσιν.

ιβ'. Ὅτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Σὰδ, ὡς οἱ μὲν ἄγγελοι ἐκ πυρὸς ἐδημιουργήθησαν, οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐκ χοός.

ιγ'. Ὅτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Νεμελὲ, ὅπερ ἑρμηνεύεται μυῖα, φησὶ περὶ τοῦ Σολομῶντος καὶ τῶν μυιῶν ψεῦδός τι εὔηθες, ὅπερ καὶ φησίν.

ιδ'. Ὅτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ῥουβεσὰ φησὶ περὶ τοῦ Σολομῶντος καὶ τοῦ σκώληκος ὁμοίως τῷ ἀνωτέρῳ ψεύδει.

ιε'. Ὅτι ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Διηγήσεων ἀποδίδωσι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ὁ οἶνος κεκώλυται αὐτοῖς.

ις'. Ὅτι ὁ κτιστὸς οὐρανὸς οὗτος γέγονεν ἐκ

12. Quod interdixerit, ne quis suæ sectæ vel ordinis cum aliquo Christianorum disputet.

13. Quod Noe et Abraham, ipsi denique apostoli, ejusdem quam ipse postea promulgavit doctrinæ sectatores fuerint.

ORATIONIS SECUNDÆ CAPITA.

1. Quod ea quæ in Mosaicis præceptis, prophetis, Psalterio et Evangelio continentur, sancta, justa et Dei traditiones nominet, amplectatur et observet : quodque illius sectatores non sint, qui hæc non impleverint.

2. Quod legis suæ sectatores in partes septuaginta tres sint dividendi, quarum unica sola sit salvanda, reliquas vero igni tradendas fore.

3. Quod nisi a Deo esset Alcorran, multa in eo essent sibi invicem contraria.

4. Quod cum Gabriele ad Deum ascendens, in angelum inciderit decies millenis vicibus majorem toto mundo, deflentem peccata sua, qui sua ipsius intercessione veniam apud Deum impetraverit.

5. Quod ipse scopus et sigillum sit prophetarum.

6. Quod rapinas, cædes et perjuria prohibeat, eademque rursus permittat.

7. Quod Deus illi permiserit pejerare.

8. Quod Deus secum collocutus, dixerit se lusus gratia mundum condidisse.

9. Quod in capite Mipacara, *id est* Juvenca *dicto Judæos et Christianos salutem consecuturos esse dixerit, in capite vero* Amram, *contra asserit, neminem sine Ismaelitarum lege servari posse.*

10. Quod ante ipsum nemo possit paradisum ingredi. Et rursum dicit, quod Deus illi multas mulieres virosque ante se paradisum ingressos ostenderit.

11. Quod Deus post resurrectionem domus elegantes, balnea et hortos, pluresque mulieres se daturum promittat Mahometicæ legis sectatoribus.

12. Quod in capite Sad *angelos ex igne, homines vero ex pulvere factos esse affirmet.*

13. Quod in capite Emele, *quod* muscam *significat, de Solomone et muscis mendacium prodat stolidum; quod et fatetur.*

14. Quod in capite Rubeso, *de Solomone et verme tradat, superiori mendacio simillima.*

15. Quod in libro Enarrationum *causam ponit, cur illis vino interdictum sit.*

16. Quod cœlum hoc creatum, ex fumo factum sit;

mare autem, ex monte quodam Caph nominato. A

17. *Quod solem, lunam, lumine et virtute æquales esse dicat.*

18. *Quod a Gabriele, ut cœlum ascenderet, vocatus, ex Dei manu sibi imposita tantam frigoris vim senserit, ut quæ ad medullam dorsi usque penetraverit.*

19. *Quod in capite* Sad *tradat, dæmones cum angeli essent, a Deo ut Adamum adorarent esse constitutos : cumque hoc aliorum angelorum more facere noluerint, propterea dæmones esse factos.*

B

20. *Causam tradit, propter quam suillis carnibus interdictum sit.*

21. *Quod Deus in fine mundi omne hominum et angelorum genus occisurus sit.*

22. *Quod librum conscripserit, duodecim millia sermonum continentem : e quibus ter mille quidem veri sint, cæteri autem falsi.*

23. *Quod in capite* Ceramar, *dicat se lunam in duas partes dissecuisse, quarum altera quidem in tunicam illius, altera vero in terram deciderit; deinde vero integram rursum restituisse.*

24. *Quod Deus et angeli pro Mahomete orent.*

C

25. *Quod in capite* Helmaida, *quod si interpreteris,* mensam *significat, affirmet, Hebræos et Christianos non esse filios Dei, nec amicos ejus, eo quod affligantur.*

ORATIONIS TERTIÆ CAPITA.

1. *Quod impossibile sit Deum habere filium sine muliere.*

2. *Quod si filium Deus habuerit, erit inter utrosque dissidium.*

3. *Quod in capitulo* Elnesa, *quod* mulieres *significat, dicat, Christum esse, Verbum Dei, animam Dei, et spiritum Dei.*

4. *Quod Christum ex virgine citra virilem operam genitum esse testetur.* D

5. *Quod neget Christum et Deum esse et Dei Filium, illius etiam incarnationem. Eumdem vero nudum tantummodo, ut Nestorius, hominem vocat; sanctum vero, et cunctis hominibus excellentiorem.*

6. *Non Christum, sed alium loco illius crucifixum esse.*

7. *Quod Deus Christum ad se in cœlos vocaverit, hunc autem in fine mundi venturum esse, et Antichristum occisurum, quo facto et ipse Christus moriturus sit.*

8. *Christianos Deiparam virginem in Deos retulisse, eamque sororem esse Mosis et Aaronis.*

καπνοῦ, ἡ δὲ θάλασσα ἐξ ὄρους τινὸς Κὰφ ὀνομαζομένου.

ιζ'. Ὅτι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἴσα φωτὸς καὶ δυνάμεώς φησι γενέσθαι.

ιη'. Ὅτι προσκληθέντος τούτου παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τοῦ Θεοῦ θέντος τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ, τοσαύτης ψύξεως αἴσθησιν λαβεῖν αὐτὸν, ὡς διελθεῖν ταύτην μέχρι καὶ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ.

ιθ'. Ὅτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Σὰδ φησὶν ὡς ἄγγελοι ὄντες οἱ δαίμονες, καὶ προσταχθέντες παρὰ τοῦ Θεοῦ προσκυνῆσαι τὸν Ἀδὰμ, οὐκ ἠθέλησαν ποιῆσαι τοῦτο, καθὼς καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι προσεκύνησαν αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐγένοντο δαίμονες.

κ'. Ὅτι ἀποδίδωσι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν κεκώλυται αὐτοῖς ἐσθίειν τὰ ὕεια κρέα.

κα'. Ὅτι πρὸς τῷ τέλει τοῦ κόσμου ἀποκτενεῖ Θεὸς πᾶσαν φύσιν ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων.

κβ'. Ὅτι συνεγράψατο βιβλίον δυοκαίδεκα χιλιάδας λόγους ἔχον θαυμαστοὺς, καὶ ἀπὸ τούτων οἱ μὲν τρισχίλιοί εἰσιν ἀληθεῖς, οἱ δὲ ἕτεροι ψευδεῖς.

κγ'. Ὅτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Κεραμὰρ φησὶν ὡς ἔσχισε τὴν σελήνην εἰς δύο τμήματα, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ ἀπὸ τούτων εἰσῆλθεν εἰς τὸν χιτῶνα αὐτοῦ, τὸ δὲ ἕτερον ἥμισυ ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν, καὶ αὖθις ἀποκατέστησεν αὐτὴν σώαν.

κδ'. Ὅτι ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἄγγελοι εὔχονται ὑπὲρ τοῦ Μωάμεθ.

κε'. Ὅτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλμαϊδὰ, ὅπερ ἑρμηνεύεται τράπεζα, μὴ εἶναι τοὺς Ἑβραίους, καὶ τοὺς Χριστιανοὺς υἱοὺς Θεοῦ ἢ φίλους, διὰ τὸ παιδεύεσθαι αὐτούς.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Ὅτι οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸν Θεὸν υἱὸν ἄνευ γυναικὸς ἔχειν.

β'. Ὅτι εἰ υἱὸν εἶχεν ὁ Θεὸς, σχίσματα ἂν ἐγένοντο μέσον αὐτῶν

γ'. Ὅτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλνεσὰ, ὅπερ ἑρμηνεύεται γυναῖκες, λόγον Θεοῦ καὶ ψυχὴν Θεοῦ, καὶ πνοὴν Θεοῦ λέγει εἶναι τὸν Χριστόν.

δ'. Ὅτι ἐκ παρθένου ὁμολογεῖ γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν ἄνευ ἀνδρός.

ε'. Ὅτι ἀρνεῖται τὸ τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν τούτου σάρκωσιν. Ψιλὸν δὲ μόνον ἄνθρωπον λέγει τοῦτον κατὰ Νεστόριον, ἅγιον δὲ καὶ ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους.

ς'. Ὅτι μὴ ἐσταυρῶσθαι τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ἕτερον ἀντ' ἐκείνου.

ζ'. Ὅτι ὁ Θεὸς τὸν Χριστὸν προσεκαλέσατο πρὸς ἑαυτὸν εἰς τοὺς οὐρανούς. Περὶ δὲ τὰ τέλη τοῦ κόσμου μέλλει ἐλεύσεσθαι καὶ θανατώσειν τὸν Ἀντίχριστον, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἀποθανεῖν.

η'. Ὅτι θεοποιοῦνται οἱ Χριστιανοὶ τὴν Θεοτόκον καὶ ὅτι ἐστὶν ἀδελφὴ τοῦ Μωσέως καὶ Ἀαρών.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Ὅτι ἀναληφθεὶς εἰς τοὺς οὐρανοὺς ὁ Μωάμεθ, ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀκήκοεν ὅσα καὶ ἀκήκοε, καὶ αὖθις κατῆλθεν ἐν τῇ γῇ·

β'. Ὅτι οἱ δαίμονες σωθῆναι μέλλουσιν.

γ'. Ὅτι τοῦ Κοῤῥὰν τὴν ἐξήγησιν οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων γινώσκει, οὐδ' αὐτὸς ὁ Μωάμεθ, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ Θεός.

ORATIONIS QUARTÆ CAPITA.

1. Quod in cælos subreptus Mahomet, coram Deo steterit, et audiverit varia, rursumque in terram delatus sit.

2. Dæmones etiam salutem esse consecuturos.

3. Alcorrani interpretationem neminem intelligere, nec ipsum quidem Mahometem, sed solum Deum.

B

ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΜΩΑΜΕΘ ΛΟΓΟΣ Α'.

Παντὸς ἀντιλέγοντος σκοπὸς εἷς ἐστιν, ἵνα τὸ μὲν οἰκεῖον κατασκευάσῃ, τὸ δὲ ἀντίπαλον ἀνατρέψῃ. Ἐπεὶ γοῦν περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἱκανῶς διειλέχθημεν, καὶ λίαν ὀρθῶς, ὡς ἔμοιγε καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, φέρε δὴ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι θαῤῥήσαντες, τῷ παρ' ἐκείνοις μὲν ἀτιμαζομένῳ, παρ' ἡμῖν δὲ προσκυνουμένῳ, σκεψώμεθα τίνες οἱ λόγοι, οὓς κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀληθείας ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας ἐξηρεύξατο Μωάμεθ. Οὐκ ἐπελαθόμεθα δὲ τοῦ λόγου ἡμῶν, οὗπερ φθάσαντες εἴπομεν, ὅτι οὐκ ἔστι τὸ παρ' ἡμῖν σπουδαζόμενον, ἵνα καθολικῶς ἀπελέγξωμεν τὰ παρὰ τοῦ Μωάμεθ ἐκτεθέντα ἀτοπήματα, ἀλλὰ μόνον ἀντείπωμεν ἅπερ κατὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ οἰκονομίας, κακῶς καὶ ἀφρόνως ἐφρυάξαντό τινες βλάσφημα. C Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν, ὡς ἀδυνατοῦντες, ἀποφεύγειν τὸν ἀγῶνα, ἤδη Θεοῦ συνάρσει ἀναλαμβάνομεν αὐτὸν, ὅπως καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ζητούντων ἡ ἀλήθεια γένηται.

Ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων ἐγένετό τις ἄνθρωπος ἐξώλης καὶ παράφρων, ὃς ἔθετο μὲν τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς οὐρανὸν, καὶ ἐλάλησεν ἀδικίαν κατὰ τοῦ ὕψους, ἡ δὲ γλῶσσα αὐτοῦ διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς· ὅντινα οὐχ ἁμάρτοι τις, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, πρωτότοκον διαβόλου καὶ υἱὸν ἀπωλείας πατέρα τε καὶ υἱὸν ψεύδους καλέσας αὐτόν· ὄνομα τούτῳ Μωάμεθ, Ἄραψ τὸ γένος, στρεβλὸς τὴν γνώμην, στρεβλότερος τὴν ψυχήν. Οὗτός τισιν αἱρετικοῖς ἐντυχὼν, καὶ διδαχθεὶς παρ' αὐτῶν, ἐδέξατο σπέρματα, ἅπερ ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς ἐν ταῖς ἀμφοτέρων ψυχαῖς ἠροτρίασε καὶ ἐνέσπειρε, καὶ εἰς ἑκατὸν ἀκάνθας τε καὶ τριβόλους ἐπέδωκε. D Συναγαγὼν γὰρ σχεδὸν πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ μίξας ἐν αὐταῖς τὰ τῆς διανοίας αὐτοῦ ἀναπλάσματα, ἕν τι κρᾶμα πεποίηκεν ψυχῶν δηλητήριον. Κἀντεῦθεν εὑρὼν τινας ἀνθρώπους μὲν ὀνομαζομένους, τῇ δ' ἀληθείᾳ βοσκημάτων μηδὲν διαφέροντας, ἐν ἐκείνοις τὸν ἰὸν τῆς κακίας ἐξήμεσεν, ἀνθρώπους κτηνοτρόφους, καὶ οὐδὲν ἕτερον παρ' αὐτοῖς εὑρηκὼς ἢ σὺν τοῖς ζώοις τούτων διαιτωμένους. Ποῦ γὰρ ἐν ἐκείνοις λόγος, ποῦ διδαχὴ, ποῦ ἀνάγνωσις; Οὐδὲ εἰ ἔστι τι ἀπὸ τούτων ἐνόμιζον, ἀλλ' ὥσπερ θῆρες ἄγριοι καὶ ἀνήμεροι τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πόαις διέτριβον. Περὶ ὧν εἴπερ τις ὁρίσεται ζῶα λαλητὰ τούτους, οὐ λογικὰ, θνητὰ, νοῦ καὶ ἐπιστήμης παντελῶς ἀνεπίδεκτα, οὐκ ἀποβάλλει σκοποῦ. Τί γὰρ χεῖρον ἀνθρώπου λόγου τε καὶ παιδεύσεως ἀμοιροῦντος; Ἀλλ' ὅμως

IN MAHOMETEM ORATIO I.

Quisquis alteri contradicere proposuit, scopum unum præfixum habet, ut sua quidem confirmet, et objecta destruat. Quandoquidem ergo de fide in Christum sufficienter disseruimus, et quam rectissime, ut mihi simul et veritati videtur, confisi agedum sancto Spiritui, ab illis quidem contempto, a nobis autem honorato, videamus quænam sint verba illa, quæ contra Deum et veritatem evomuit perditionis filius Mahomet : non obliti interim hujus, quod supra diximus, non scilicet nostri instituti esse, ut in universum omnia quæ a Mahomete absurde instituta sunt redarguamus, sed ea tantum refutabimus, quæ blasphema in Christum et illius in carne conversationem impie et imprudenter quidam infremuerunt. Et ne ceu infirmiores certamen detrectare videamur, nunc illud Deo auxiliante subibimus, ut in utilitatem quærentium se veritas eluceat.

Regnante Heraclio Romanorum imperatore, homo fuit perniciosus et vesanus, qui os quidem suum posuit in cœlum, et contra Altissimum iniqua locutus est, lingua autem illius transivit in terram : quem sane non erraverit quispiam, ut mihi videtur, si diaboli primogenitum et filium perditionis patremque simul et filium mendacii vocaverit : nomen illi Mahomet, Arabs natione, perversus ingenio, et animo perversior. Hic hæreticis quibusdam conversatus, et ab iisdem institutus, semen excepit, quod in docentis et edocti cordibus araverat et seminarat zizaniarum seminator, et spinas tribulosque protulit centuplo plures. Omnem enim fere hæresim in unum colligens, et hæc cum sui ingenii figmentis permista, mixturam ex his fecit unam, animarum venenum scilicet. Deinde aliquos nactus homines quidem nomine, reipsa autem a pecudibus nihil differentes, in illos virus impietatis suæ evomuit : homines nimirum pastores, penes quos non aliud quam perpetuam cum pecudibus conversationem deprehenderat. Unde enim in his esset vera ratio? ubi doctrina? ubi lectio? Neque enim, si quid ex his omnibus esset, judicare poterant, sed instar ferarum agrestes, immites, continuo in montibus et inter greges versabantur : quos sane si quis definiverit, animalia esse sermone prædita, non rationalia, mortalia, mente et

omni scientia destituta, nequaquam a vero aberraverit. Quid enim deterius est homine, qui ratione et eruditione destitutus est? Verumtamen cum nec pessimus quisque omni bono in universum careat, nihil tamen hoc profuerit. En enim miseri Arabes dum bona quærunt, in mala inciderunt, et viam salutis appetentes in profundum perditionis delapsi sunt. Mahomet enim hos ex via veritatis seductos in montes abduxit et solitudines, locosque quos non inspicit Dominus, ut non immerito orare debuissent, dicendo : « Custodi nos a laqueo quem posuerunt nobis, et ab offendiculis operantium iniquitatem. Constitue Domine legislatorem super nos. » Non tamen propterea pro justis habebuntur, ut qui fortasse Dei voluntatem, justum, sanctum, Deoque placitum ignoraverint. In universam enim terram exivit apostolorum sonus, et Evangelium in totum orbem annuntiatum est et Judæis et gentibus, in testimonium ipsis. Quale vero gentium testimonium? Ipsum Evangelium, ipsa prædicatio, ipsa doctrina sapientum apostolorum, qui Evangelium annuntiaverunt omni creaturæ, e quibus alii quidem veritate cognita adoraverunt colueruntque solum Deum verum; alii vero ad ea quæ dicebantur, non intenti erant; alii rursum ad tempus fideles, postea in perditionis barathrum reversi sunt, et quamvis idololatræ non fuerint, ut prius, in aliud tamen præcipitium a priori nihil differens inciderunt. Hic itaque primum parentem suum diabolum scilicet imitatus, qui ceu fulgur cœlo delapsus, postquam a propria domo dejectus est, nullum hominem non tentat, verum universos ignis gehennæ et tenebrarum cohæredes facere conatur, et peregrinos alienosque a Deo reddere; sic ille, inquam, infelix Mahomet non destitit curare quomodo omnes homines a Dei familia abstraheret. Et cum omnis homo delictorum suorum rationem redditurus sit in die judicii, quam obsecro apologiam instituet stultus Mahomet, qui tantam hominum multitudinem a Deo abalienavit? Licet enim nemo e manu Dei eripere possit eum, qui salute dignus est, hic tamen Dei inimicus apparet, quantumvis reipsa infirmus sit.

1. Hic morbo caduco laborans, morbi tempore hinc inde volvebatur spumans. Quid ergo impietatis inventor comminiscitur? Simulat se non a morbo, sed a Deo detineri. Dicebat enim se, quod archangeli Gabrielis conspectum ferre nequiret, ceu mortuum collabi; post visionem vero divinam, divinorumque dogmatum cognitionem ad sese redire; destinatum scilicet se a Deo esse, ut quæcunque videret et audiret et a Deo disceret, in universi mundi utilitatem manifestaret. Et primo quidem semetipsum prophetam appellavit, et Dei apostolum.

2. Deinde librum divinorum dogmatum colle-

A ἐπεὶ καὶ ὁ χείριστος οὐκ ἔστιν ἀμέτοχος πάντη τοῦ ἀγαθοῦ· εἰ δ' οὖν, εἰς τὸ μηδὲν ἐχώρησεν ἄν. Ἰδοὺ καὶ οἱ τάλανες Ἄραβες ἀγαθὰ ζητοῦντες, κακοῖς ἐνέτυχον, καὶ ὁδὸν σωτηρίας αἰτοῦντες, εἰς βάραθρον ἀπωλείας ἐνέπεσον. Ὁ γὰρ Μωάμεθ οὑτοσὶ ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας τούτους πλανήσας, εἰς ὄρη καὶ ἐρημίας εἰσήγαγε, καὶ τόπους οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ Κύριος· καὶ δικαίως ηὔξαντο ἂν εἰπόντες, « Φύλαξον ἡμᾶς, Κύριε, ἀπὸ παγίδος, ἧς συνεστήσαντο ἡμῖν, καὶ ἀπὸ σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐφ' ἡμᾶς. » Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δικαιοῦνται, ὡς μὴ εἰδότες τάχα τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα, τὸ δίκαιον, καὶ ἅγιον, καὶ εὐάρεστον. Εἰς πᾶσαν καὶ γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ τῶν ἀποστόλων φθόγγος, καὶ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκηρύχθη B τὸ Εὐαγγέλιον, Ἰουδαίοις τε καὶ τοῖς ἔθνεσιν εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Ποῖόν ἐστι τὸ τῶν ἐθνῶν μαρτύριον; Αὐτὸ τὸ Εὐαγγέλιον, αὐτὸ τὸ κήρυγμα, αὐτὴ ἡ διδασκαλία τῶν σοφῶν ἀποστόλων, τῶν κηρυξάντων τὸ Εὐαγγέλιον ἐν πάσῃ τῇ κτίσει. Ἀφ' ἧς οἱ μὲν γνόντες τὴν ἀλήθειαν προσεκύνησαν καὶ ἐσεβάσθησαν τὸν μόνον ἀληθῆ Θεόν, οἱ δὲ οὐδὲν προσήχαντο τῶν λεγομένων, οἱ δὲ πρὸς ὀλίγον πιστεύσαντες, πάλιν ἐπανεστράφησαν εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας βάραθρον. Καὶ ὅτι μὲν εἰδωλολάτραι οὐκ ἐγένοντο ὡς τὸ πρὶν, περιέπεσον δὲ ἑτέρῳ κρημνῷ, τοῦ πρώτου μηδὲν διαφέροντι, οὗτος τὸν ἴδιον πατέρα τὸν διάβολον μιμησάμενος, ὃς πεσὼν ὡς ἀστραπὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ μετὰ τὸ ἀποῤῥιφῆναι τοῦ ἰδίου κατοικητηρίου, οὐκ ἐᾷ τινι τῶν ἀνθρώπων ἀπειράστῳ, ἀλλὰ C πάντας συγκληρονόμους αὐτοῦ τῆς τοῦ πυρὸς γεέννης καὶ τοῦ σκότους σπεύδει ποιήσειν, καὶ ξένους καὶ ἀλλοτρίους τοῦ Θεοῦ ἀπεργάσασθαι. Καὶ ὁ δείλαιος τοίνυν οὗτος ὁ Μωάμεθ ὅσον τὸ κατ' αὐτὸν οὐκ ἠμέλησε τοῦ πάντα ἄνθρωπον ἀποστῆσαι τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκειώσεως. Καὶ ὅτι μὲν πᾶς ἄνθρωπος λόγον ὑφέξει ὑπὲρ τῶν ἰδίων πλημμελημάτων ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐτάσεως, παντί που δῆλον. Ὁ δὲ Μωάμεθ ὁ τοσούτους καὶ τοιούτους πλανήσας, καὶ ξένους καὶ ἀλλοτρίους Θεοῦ πεποιηκὼς, ποίας ἂν τεύξοιτο ἀπολογίας ὁ μάταιος; Ὅτι δὲ οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ τὸν ἄξιον σωτηρίας, καὶ τοῦτο τοῖς πᾶσι φανερόν· ἀλλ' ὅμως ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ ἀναφαίνεται, εἰ καὶ ἀσθενὴς ὄντως ὑπάρχει.

α'. Οὗτος ἀσθένειαν ἐπιληψίας νοσῶν, τῇ ὥρᾳ D τοῦ πάθους ἐκυλίετο ἀφρίζων. Τί γοῦν μηχανᾶται ὁ τῆς κακίας ἐφευρετής; Ὑποκρίνεται μὴ εἶναι ἐπίληπτος, ἀλλὰ μᾶλλον θεόληπτος. Μὴ φέρων γὰρ ἔλεγε τὴν τοῦ Γαβριὴλ ἀρχαγγέλου θεωρίαν οὕτως πίπτειν ὡσεὶ νεκρός· μετὰ δὲ τὴν θείαν ὀπτασίαν καὶ κατάληψιν τῶν τοῦ Θεοῦ διδαγμάτων, πάλιν εἰς ἑαυτὸν ἐπανέρχεσθαι. Ὁρισθεὶς τοίνυν, ὥς φησι, παρὰ Θεοῦ, ἵνα ὅσα τε εἶδε, καὶ ὅσα ἀκήκοε, καὶ ὅσα παρὰ Θεοῦ ἐδιδάχθη, δῆλα ποιήσῃ εἰς ὠφέλειαν τοῦ κόσμου παντὸς, πρῶτον μὲν ἐκάλεσεν ἑαυτὸν προφήτην, καὶ Θεοῦ ἀπόστολον.

β'. Ἔπειτα συνεγράψατο βιβλίον, θείων προσ-

ταγμάτων συναγωγὴν καλέσας αὐτὸ, Ἀραβιστὶ δὲ A ὀνομαζόμενον Κορρὰν, ἔτι τε νόμον Θεοῦ σωτήριον, Ἀραβιστὶ δὲ δεῖν ἐλεσαλὲμ, οὐκ οἶδ' ὅπως οὕτως ἀναιδῶς καλέσας ἑαυτὸν προφήτην.

γ'. Τὰ γὰρ ὀνόματα τὰ μὲν ἔχουσι τὴν σημασίαν τοπικὴν, ὡς Ῥωμαῖοι καὶ Ἕλληνες καὶ Μακεδόνες· τὰ δὲ ὑποστατικὴν, ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος καὶ Σωκράτης· τὰ δὲ γενικὴν, ὡς Πελοπίδαι καὶ Κεκροπίδαι· τὰ δὲ ἀπὸ ἐπιστήμης, ὡς φιλόσοφος καὶ στρατηγὸς καὶ ἰατρός· τὰ δὲ ἀπὸ ἐνεργείας, ὡς ἀπόστολος καὶ διδάσκαλος καὶ μαθητής· τὰ δὲ καὶ αὐτὰ ἀπὸ ἐνεργείας χαρισμάτων, ὡς προφήτης καὶ ἰαματικὸς καὶ θαυματουργός. Ἴσως γοῦν καὶ ἐκεῖνος, ὁ ἀναιδὴς, εἴπερ ἀπόστολον καὶ μόνον ἐκάλει ἑαυτὸν, ἔκρυπτεν ἂν τὸ ἐκείνου ψεῦδος μέχρι τινὸς, B ὡς δυσεξέλεγκτον· προφήτης δὲ πῶς, ἐν αὐτῷ προφητείας μὴ οὔσης; Πάντες γὰρ οἱ προφῆται περὶ τοῦ Χριστοῦ προεφήτευον· ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἑτέρων ὑποθέσεων, αἵτινες ὑποθέσεις αἱ μὲν σχεδὸν πρὶν ἢ λαληθῆναι τὴν προφητείαν ἐπληροῦντο, αἱ δὲ μετὰ καιρὸν, αἱ δὲ καὶ μέχρι πολλοῦ ἐκαρτέρουν. Πλὴν δὲ πᾶσαι αἱ προφητεῖαι πεπλήρωνται. Οὗτος δὲ μὴ δειλιάσας τὴν τοῦ ψεύδους κατάγνωσιν, ἀναιδῶς οὕτως προφήτης ὠνόμασται, ὃς μὴ μόνον μακράν που καὶ ἀπεσχοινισμένος τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος, ἀλλ' οὐδ' ὡς οἱ κατὰ καιροὺς ψευδοπροφῆται ἐγένοντο πλανῶντες τὸν λαόν· ἀλλ' ἁπλῶς οὕτως ἐκάλεσεν ἑαυτὸν προφήτην καὶ ἀπόστολον. Καὶ ἴσως ἀπορήσειέ τις περὶ τῶν ψευδοπροφητῶν, εἰπὼν ὅτι ἐπεὶ ψεῦσται C ὑπῆρχον, πῶς ἠδύναντο πλανᾷν τὸν λαόν; Οὐκ ἔστι τοίνυν ἡ τοιαύτη ἀπορία παράλογος· καὶ γὰρ ἡμεῖς ἐλπίζομεν λῦσαι τὸ ζητούμενον. Ὁ Θεὸς τὸ γένος τῶν Ἑβραίων μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐξαγαγὼν, μετὰ τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκείνων δωρεῶν, ὧν ἐκείνοις ἐχαρίσατο, δέδωκεν αὐτοῖς καὶ προφήτας, ὅπως ἐξαγγέλλωσι τῷ λαῷ τὰ τοῦ Θεοῦ προστάγματα. Καὶ ποτὲ μὲν ἔλεγον, « Τάδε λέγει Κύριος· Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται, » ἐχούσης τῆς τοιαύτης προφητείας διδασκαλίαν μετὰ ἐλέους καὶ ἀπειλῆς· ποτὲ δὲ διὰ τὰς παρανομίας καὶ ἁμαρτίας αὐτῶν ἔλεγον οἱ προφῆται φανερὰν D τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτοὺς ἐσομένην διά τε πολέμων καὶ αἰχμαλωσίας. Διὰ γοῦν τὸ τῆς ἀληθείας αὐστηρὸν οὐ προσεῖχον τοῖς διὰ τῶν προφητῶν παρὰ Θεοῦ λεγομένοις, ἀλλ' εὑρίσκοντο κεχηνότες ἐν τοῖς λόγοις τῶν ψευδοπροφητῶν, τῶν λεγόντων, « Τάδε λέγει Κύριος, Εἰρήνη, εἰρήνη. » Καὶ παραθεωροῦντες τοὺς ἀληθεῖς προφήτας, προσέκειντο τῇ ἀνομίᾳ. Διά τοι τοῦτο παρεχώρει ὁ Θεὸς, καὶ εἰσήρχετο πνεῦμα πλάνης ἐν τοῖς ψευδοπροφήταις, καὶ ἠλήθευον ἔστιν ὅτε οἱ ψεῦσται, ἐψεύδοντο δὲ μυριάκις, πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῶν τοῦ Θεοῦ τοῦτο οἰκονομοῦντος. Οἱ δὲ παραβλέποντες τοὺς ἀληθεῖς προσέσχον τοῖς ψεύσταις. Ὥς τε καὶ ἐπὶ

ctionem dictum conscripsit, Arabice vero Alcorranum, et legem Dei salutiferam. Qua vero ratione tam impudenter hic se prophetam appellaverit, non intelligo.

3. Nomina enim quædam significationem habent a loco, ut Romani, Græci, Macedones; quædam substantialem, ut Petrus, Paulus, Socrates; alia rursus patronymicam, ut Pelopidæ, Cecropidæ; alia vero a scientia aliqua, ut philosophus, dux, medicus; alia ab officio, ut apostolus, doctor, discipulus; alia rursus ab officio simul et virtute donorum, ut propheta, meditativus, miraculorum editor. Si ergo impudens ille se solum apostolum vocavisset, mendacium suum aliquousque occuluisset, ceu irreprehensibile. Propheta autem quomodo dici poterit, omni prophetia destitutus? Omnes enim prophetæ de Christo vaticinati sunt, item de Judæis aliisque argumentis; quæ quidem partim fere priusquam vaticinium proferretur, facta sunt, partim post tempus certum, partim in longum tempus differebantur; omnes tamen prophetiæ impletæ sunt. Hic vero impudens mendacii deprehensionem non veritus, tam impudenter prophetæ nomen sibi vindicat, qui non modo quam longissime a prophetico dono remotus est, sed ne pseudoprophetis illis, qui olim seducebant populum, similis: sed simpliciter et absolute sese prophetam et apostolum nominavit. Et forte respondeat aliquis de pseudoprophetis dicens: Si mendaces erant, quomodo potuerunt seducere populum? Hæc vero quæstio non omni ratione caret; nam et nos hanc soluturos esse speramus. Deus Hebræorum gentem brachio excelso Ægypto educens, post multa illa et eximia, quæ in ipsos contulit, dona, etiam prophetas illis dedit, ut populo Dei præcepta annuntiarent. Et his quandoque dicebat: « Hæc dicit Dominus, Si volueritis audire me, bona terræ comedetis; quod si me nolueritis audire, gladius vos devorabit [1]: » tali nimirum prophetia doctrinam cum misericordia simul et minis continente. Quandoque autem propter iniquitates ipsorum et peccata, prophetæ manifestam in illos Dei venturam iram annuntiabant, per bellum et captivitatem. Tunc itaque propter veritatis austeritatem Dei verbis per prophetas annuntiantis non attendebant, sed illorum magis inhiabant sermonibus, qui dicebant: « Hæc dicit Dominus, Pax, pax [2]. » Et contemptis veris prophetis, iniquitati adhærebant. Quapropter concessit Deus hoc, et ingressus est spiritus seductor in pseudoprophetas, et quandoque mendaces illi vera prædicabant, mentiebantur autem millies, Deo hæc omnia sic in illorum commodum administrante. Illi autem veris neglectis, mendacibus adhærebant, quemadmodum etiam ad Judæorum regem Achab quidam pseudopropheta Sedecias nomine adveniens, factis cornibus ferreis coram rege astitit, dicens: « Hæc dicit

[1] Deut. XXVIII. [2] Jerem. VIII, 11.

Dominus: Cornibus istis ventilabis Syriam, o rex [a].» Ille autem illius verbis persuasus, cum populo egressus, propriam quoque vitam perdidit. Et hi quidem permissione singula hæc faciebant, et infidelium vindicta aliorum erat admonitio. Quæcunque autem vanus hic fecit, omnia ad interitum et perditionem sui temporis hominum, et sequentium se instituit. Scripsit sane Mahomet librum, quem legem Dei salutiferam, et divinorum præceptorum collectionem nominavit, veluti in præcedentibus dictum est. Hic, inquam, universum legis per ipsum latæ negotium tribus modis stabilivit, pœna nempe et tyrannide, mendacio et impostura et hypocrisi, voluptate permista, de quibus etiam superius in quarta Apologia diximus, quantum tunc licuit; verum et nunc non pigebit eadem dicere, quæ Deus ori nostro indiderit. Magnus ille et beatus Moses, ut neminem latet, a Deo ut filios Israel Ægypto educeret, missus erat, instructus ante miraculis, signis et prodigiis. Post exitum vero Ægypti, et illam in deserto commorationem, imo errores, nihil minora prioribus istis miraculis per istum Deus exhibuit, sed majora multo haud dubie. Post tantam igitur miraculorum virtutem locutus cum illo est Dominus, non in angulo, aut abscondito, sed coram totis castris, et omni Judæorum multitudine (opera enim lucis in luce exhibentur), et tunc per Mosem servum illius lex lata est, et sane confirmata, ratificata et constabilita est omnibus ceu lex a Deo cœlitus demissa. Post hujus autem promulgationem, ne tunc quidem miracula cessaverunt, sed et hoc vivente et defuncto, per Josue filium Nun, aliosque similiter facta sunt. Quin et prophetæ magnis et stupendis miraculis editis claruerunt ad veræ fidei certitudinem. Helias quidem tribus annis, et paulo amplius, cœlos conclusos aperuit, mortuos suscitavit, sacrificium aquis incendit. Similiter et Eliseus, et alii. In consummatione autem sæculorum descendens Christus, non ut servus instar illorum, sed ut horum Dominus; et testimonia non ut prophetæ recipiens, sed ut illum decebat creaturæ omnis Dominum et Conditorem; nec tanquam testimonii indigus, sed propter hominum ignorantiam et imbecillitatem (magnum enim revera est Filii et Verbi Dei in carnis administratione negotium). Testimoniis igitur, ut dictum est, acceptis (ut in superioribus Apologiis singulatim et dilucide demonstravimus), exorsis ab Adami creatione, item a Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Mose, Davide, et prophetis omnibus, quin etiam in nativitate sua ab ipsis angelis, magis et stella; et quod longe maximum est, in baptismo Dei Patris voce, «Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est [b],» (omitto enim nunc dicere edita ab ipso tempore conversationis suæ inter homines miracula et prodigia magna, quæ multa sunt et innumera-

[a] III Reg. xxii, 11. [b] Matth. iii, 17.

A τοῦ βασιλέως τῶν Ἰουδαίων Ἀχαάβ, ἀπελθών τις τῶν ψευδοπροφητῶν, ὄνομα αὐτῷ Σεδεκίας, καὶ ποιήσας κέρατα σιδηρᾶ, ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως, λέγων, «Τάδε λέγει Κύριος· Ἐν τούτοις τοῖς κέρασι κερατιεῖ τὴν Συρίαν ὁ βασιλεύς.» Ὁ δὲ πεισθεὶς τοῖς ἐκείνου ῥήμασιν, ἀπελθὼν, σὺν τῇ τοῦ λαοῦ ἀπώλεσε καὶ τὴν ἑαυτοῦ ζωήν. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν παραχωρήσει Θεοῦ ἐποίουν ἅπερ ἐποίουν, καὶ ἡ τῶν ἀπειθούντων ἐκδίκησις ἐγένετο τῶν ἑτέρων σωφρονισμός· ἅπερ δὲ ἐποίει καὶ ὁ μάταιος οὗτος, τὰ πάντα ἐποίει ἐπ' ὀλέθρῳ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν τότε εὑρισκομένων, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἀκολουθησάντων αὐτῷ. Ποιεῖ τοίνυν ὁ Μωάμεθ βιβλίον, ὅπερ νόμον Θεοῦ σωτήριον, καὶ συναγωγὴν θείων προσταγμάτων ὠνόμασε, καθὼς εἰρήσεται ἐν
B τοῖς ἔμπροσθεν. Οὗτος συνεστήσατο τὴν ἅπασαν πραγματείαν τοῦ παρ' αὐτοῦ ἐκτεθέντος νόμου διὰ τριῶν τρόπων, ποινῆς, φημὶ, καὶ τυραννίδος, ψεύδους τε καὶ ἀπάτης, καὶ ὑποκρίσεως μεμιγμένης ἡδοναῖς, περὶ ὧν καὶ φθάσαντες εἴπομεν ἐν τῇ τετάρτῃ ἀπολογίᾳ, ὅσον καὶ εἴπομεν. Ἀλλὰ καὶ νῦν οὐκ ὀκνήσομεν λέξαι περὶ τούτου, ὅσον ἂν χορηγήσῃ ὁ Θεὸς ἐν τῷ στόματι ἡμῶν. Ὁ μακάριος ἐκεῖνος καὶ μέγας Μωσῆς, ὡς ἴσασιν ἅπαντες, ἀπεστάλη παρὰ Θεοῦ ἐξᾶραι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περιφραξαμένου αὐτὸν θαύμασι πρότερον καὶ σημείοις καὶ τέρασι. Μετὰ δὲ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδον, καὶ τὴν εἰς τὴν ἔρημον προσεδρείαν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν πλάνην, οὐδὲν ἧττον τῶν προτέρων
C θαυμάτων ἐνεδείξατο ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ, ἀλλὰ πολλῷ μείζον' ἀσυγκρίτως. Μετὰ μέντοι τὴν τοσούτων καὶ τηλικούτων θαυμάτων ἐνέργειαν ἐλάλησε πρὸς αὐτὸν ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν γωνίᾳ καὶ παραβύστῳ, ἀλλ' ἐνώπιον πάσης τῆς παρεμβολῆς, καὶ παντὸς τοῦ πλήθους τῶν Ἰουδαίων. Τὰ γὰρ ἔργα τοῦ φωτὸς ἐν τῷ φωτὶ δείκνυνται, καὶ ἔκτοτε ἐδόθη παρὰ Θεοῦ ὁ νόμος διὰ Μωσέως τοῦ δούλου αὐτοῦ. Τοίνυν καὶ ἐπιστώθη καὶ ἐκυρώθη καὶ ἐβεβαιώθη τοῖς πᾶσιν ὡς ἀπὸ Θεοῦ καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν ὁ τοιοῦτος νόμος. Μετὰ δὲ τὸ ἐκτεθῆναι τοῦτον, οὐκ ἐξέλιπον τὰ θαύματα, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ζωῇ τούτου, καὶ αὖθις μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, διά τε τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦ καὶ ἑτέρων ὡσαύτως ἐγίνοντο. Ἀλλὰ καὶ οἱ προφῆται μεγάλα καὶ ἐξαίσια θαύματα
D εἰργάσαντο εἰς πληροφορίαν τῆς ἀληθοῦς πίστεως. Ὁ μέντοι Ἠλίας ἐν τρισὶν ἔτεσι καὶ μικρόν τι πρὸς, κλείσας τοὺς οὐρανοὺς, ἀνίκμους πεποίηκε, νεκρούς τε ἀνέστησε, καὶ θυσίαν ὕδατι ἔφλεξεν. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἐλισσαιὲ, καὶ οἱ ἕτεροι. Ἐπὶ δὲ συντελείᾳ τῶν αἰώνων κατελθὼν ὁ Χριστὸς, οὐχ ὡς δοῦλος, ὡς καὶ οὗτοι, ἀλλ' ὡς δεσπότης καὶ κύριος τούτων, καὶ λαβὼν τὰς μαρτυρίας, οὐχ ὡς οἱ προφῆται, ἀλλ' ὡς ἦν πρέπον τούτῳ ὡς δεσπότῃ καὶ δημιουργῷ τῆς κτίσεως, οὐ μὴν δ' ὡς χρείαν ἔχοντι μαρτυρίας τινῶν, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀγνωσίαν τε καὶ ἀσθένειαν (μέγα καὶ γάρ ἐστιν ὄντως τὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Υἱοῦ καὶ

Λόγου τοῦ Θεοῦ μυστήριον). Λαβὼν τοίνυν τὰς μαρτυρίας, ὡς εἴρηται, καθὼς ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἀπολογίαις κατὰ μέρος σαφῶς ἀποδέδεικται, ἀρξαμένας ἀπό τε τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλάσεως, ἔτι τε τοῦ Νῶε, τοῦ Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, καὶ Ἰακὼβ, Μωσέως τε καὶ Δαβὶδ, καὶ πάντων τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τούτου γεννήσει παρά τε τῶν ἀγγέλων, τῶν μάγων, καὶ τοῦ ἀστέρος, καὶ τὸ δὴ πολλῷ μεῖζον, ἐν τῇ τούτου βαπτίσει τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φωνὴν, τὴν « Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα » (ἐῶ γὰρ λέγειν τὰ γεγονότα παρ' αὐτοῦ ἐν τῷ καιρῷ τῆς μετὰ τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ ἀναστροφῆς θαύματα καὶ μεγάλα τεράστια, πολλά τε ὄντα καὶ ἀναρίθμητα ἔν τε τῷ καιρῷ τοῦ πάθους αὐτοῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν)· τότε ἐξέδωκε τὸν τοῦ Εὐαγγελίου νόμον. Ἀλλὰ παραβραχὺ διαπέφευγεν ἡμᾶς ἡ ἐν τῷ Θαβωρίῳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μεταμόρφωσις. « Θαβὼρ γὰρ, φησὶν ὁ Δαβὶδ, καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσεται » Καὶ πῶς, ὦ μακάριε Δαβὶδ, ἡ ἄψυχος ὕλη ἀγαλλιάσεται; Ναὶ, φησὶ, μὴ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε, μηδὲ ἐπιπολαίως θεωρεῖτε τὰ τοῦ Κυρίου τεράστια, ἀλλ' ἐγκύψατε εἰς τὸ τῶν νοημάτων βάθος, καὶ μεγάλην εὑρήσετε τὴν ὠφέλειαν. Δεῦρο τοίνυν σκεψώμεθα, τίς ἐστιν ἡ τοῦ πατριάρχου εἰσήγησις. « Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν, φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. » Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῷ τοῦ Κυρίου πάθει πᾶσα ἡ κτίσις ἐσκυθρώπασεν, ἥ τε ἁγία αὐτοῦ μήτηρ, οἵ τε ἀπόστολοι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ πιστοὶ, καὶ ὁ μὲν ἥλιος ἐσκοτίσθη, ἡ γῆ δὲ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, τὸ καταπέτασμα διεῤῥάγη, οἱ δὲ ἄγγελοι ἐξέστησαν, ὁρῶντες τὸ ξένον τοῦ Θεοῦ Λόγου μυστήριον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ὄρους Θαβὼρ πᾶσα ἡ κτίσις ἠγαλλιάσατο, ἀπὸ μὲν τῶν ἀψύχων, ὡς ἐκ πάσης τῆς γῆς καὶ τῶν φυτῶν, Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν, ἀπὸ δὲ τῶν ἐν αἰσθήσει ζώντων τὰ ἐν τῷ Θαβωρίῳ ζῶα, ἀπὸ τῶν νεκρῶν Μωϋσῆς, ἀπὸ τῶν ζώντων Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας ξένης καὶ ἐνηλλαγμένης ζωῆς τῆς μήτε ἀνθρωπίνης μήτε ἀγγελικῆς, ἀλλὰ τῆς τοῦ Ἐνὼχ καὶ Ἡλίου, αὐτὸς ὁ Ἡλίας, καὶ ἐξ οὐρανοῦ νεφέλη φωτεινὴ καὶ οἱ ἄγγελοι. Καὶ ἰδοὺ Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν σὺν πάσῃ τῇ κτίσει ἠγαλλιάσαντο, Ἑρμὼν ἐν τῇ βαπτίσει, καὶ Θαβὼρ ἐν τῇ μεταμορφώσει. Ἐπὶ τίνι πράγματι; Ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φωνῇ ὑπὲρ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, τῇ, « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. » Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ πάθους ἡ πᾶσα κτίσις ἠλλοιοῦτο, καὶ τὰ πάντα ἀναμὶξ ἐγένετο· ἐν δὲ τῇ τοῦ Σωτῆρος μεταμορφώσει πᾶσα ἡ κτίσις ἠγάλλετο ἐπὶ τῷ λαληθέντι ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν ἐξήλθομεν. Ὁ μὲν Μωϋσῆς πρῶτον λαβὼν, καθὼς εἴρηται, τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν θαυμάτων μαρτυρίαν, ἐξέδοτο τὸν νόμον, οἱ δὲ προφῆται τὴν ἔκβασιν τῶν προφητειῶν, ἔστιν ὅτε καὶ τῶν θαυμάτων. Ὁ δὲ Χριστὸς ἔχων τὰς μαρτυρίας, ἃς φθάσαντες εἴπομεν, καὶ τὰ ἄπειρα θαύματα,

A bilia, etiam in tempore passionis suæ et resurrectionis, et post hanc) comprobatus, tunc demum Evangelii legem protulit. Cæterum fere transformationem Salvatoris nostri in Thabor monte factam prætererieramus. « Thabor enim, inquit David, et Hermon in nomine tuo exsultabunt [5]. » Et quomodo, o bone David, inanimata exsultabit materia? Næ, inquit, non fortuito casu, neque obiter Domini prodigia inspicite, sed recondite in cogitationum profunditatem, et magnum deprehendetis commodum. Age itaque videamus, quænam patriarchæ doctrina sit : « Thabor et Hermon, inquit, in nomine tuo exsultabunt. » Quemadmodum enim in Domini passione omnis creatura tristitiæ signa edidit, sancta videlicet illius mater, B apostoli, et omnes fideles, quin et sol obtenebratus est, terra concussa, et petræ scissæ, velum disruptum est, et ipsi angeli ad novum Verbi Dei mysterium obstupuerunt : sic etiam in monte Thabor omnis creatura exsultavit, ex inanimatis quidem quasi tota terra et plantis, Thabor et Hermon; ex illis vero quæ sensu vivunt, quæ in Thabor sunt animalia : ex mortuis Moses; ex viventibus Petrus, Jacobus et Joannes; ex vita autem illa nova et immutata, quæ nec humana nec angelica est, sed qualem Enoch et Elias agunt, ipse Elias; ex cœlo autem nubes lucida et angeli. Et ecce Thabor et Hermon cum omni creatura exsultaverunt : Hermon in baptismo, Thabor in transformatione. In quo negotio? In voce Dei Patris de unigenito suo C Filio, qua dixit, « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite [6]. » Et in passione quidem omnis creatura alienabatur, omniaque permiscebantur; in Salvatoris autem transformatione omnis creatura exsultabat propter nomen Filio Dei datum. Sed redeundum eo, unde sumus digressi. Moses quidem, ut dictum est, accepto prius a Deo miraculorum testimonio, legem tulit. Prophetæ autem vaticiniorum eventu, et nonnunquam miraculis quoque sunt confirmati. Christus etiam illis, quæ recensuimus, testimoniis probatus, et infinitis miraculis, ipse quoque ore docuit. Post illius autem assumptionem discipuli hujus Evangelium conscripserunt, ipsique docuerunt, D miraculis sibi fidem vindicantes : non tamen miraculis solummodo, sed etiam propter optimam rerum administrationem, fidem merebantur apostoli. Primo enim cum hos exacuisset Christus, et ceu ferreos fecisset et adamantinos, ad prædicationem emisit, dicens illis : « Ecce mitto vos ut oves in medio luporum [7]. » Hi vero humilitatem induti, leonibus formidabiliores apparuerunt. Non enim audacia tollit audaciam, sed æquitas et humilitas. « Luceat enim, inquit Christus, lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [8]. » Et hæc quidem est rei veritas, quod vita integra et

[5] Psal. LXXXVIII, 13. [6] Matth. XVII, 5. [7] Matth. X, 16. [8] Matth. V, 16.

virtus multis miraculis sit præstantior. « Multi enim, A dicit Dominus, in illo die dicent mihi, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo virtutes multas edidimus, et in nomine tuo dæmones ejecimus? Et dicam illis : Non novi vos, abite a me qui operamini iniquitatem *. » Et si dicat aliquis : Ecquid opus evangelica adducere verba adversus ea quæ a Mahomete dicuntur? nos illi respondebimus, quod multum his opus sit, et maxime. Testimonia enim ab hostibus accepta fide digniora sunt. Num, ut Evangelium hostium testimoniis indigeat? Absit blasphemia! Cæterum, ut si quis ab aliquo talentorum decem millia mutuo sumpserit, aut creditor mutui forensem contra debitorem actionem instituat, et illic debitor interrogatus a controversiarum judi- B cibus, annuerit et confessus fuerit rem sic se et non aliter habere, nec aliqua res fuerit in qua falsum dicat, judex hujusmodi sermonibus auditis tacite secum ipse perpendens hosce sermones, sufficientes judicat in testimonium debiti reddendi. Eadem mihi de omni sacra Scriptura fertur opinio.

ἐδίδαξε μὲν καὶ αὐτὸς διὰ στόματος, μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ ἀνάληψιν συνεγράψαντο καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ οἱ ἀπόστολοι τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἐδίδασκον καὶ αὐτοὶ, τοῖς θαύμασι πιστούμενοι. Οὐ μόνον δὲ ἀπὸ τῶν θαυμάτων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἀρίστης πολιτείας εἶχον οἱ ἀπόστολοι τὸ πιστόν. Πρότερον καὶ γὰρ στομώσας αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, καὶ οἱονεὶ σιδηροῦς καὶ ἀδαμαντίνους ἐργασάμενος τούτους, ἔπειτα ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ κήρυγμα, λέξας πρὸς αὐτοὺς ὅτι « Ἰδοὺ πέμπω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. » Οἱ δὲ τὴν ταπείνωσιν ἐνδυθέντες, φοβερώτεροι λεόντων ἀνεδείχθησαν. Οὐ γὰρ θρασύτης θρασύτητος ἀναιρετικὴ, ἀλλ' ἐπιείκεια καὶ ταπείνωσις. « Λαμψάτω γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ οὕτως ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. Πολλῷ τῷ μέτρῳ διαφέρει ὀρθὸς βίος καὶ ἀρετὴ θαυμάτων. « Πολλοὶ γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐροῦσί μοι, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν; Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτοὺς, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. » Εἰ δ' ἴσως ἐρεῖ τις, Καὶ τίς χρεία τῶν εὐαγγελικῶν ῥητῶν πρὸς τὰ παρὰ τοῦ Μωάμεθ λεγόμενα; ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν λέξομεν ὅτι πολλὴ καὶ μεγάλη. Διότι αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσιν, οὐ μὴν ὡς χρείαν ἔχοντος τοῦ Εὐαγγελίου τῆς τῶν ἀντιθέτων μαρτυρίας (ἄπαγε τῆς βλασφημίας!) ἀλλ' ὥσπερ τινὸς ἀπαιτουμένου χρέος μυρίων ταλάντων παρά τινος, ἢ πορευθεὶς ὁ ἀπαιτῶν τὸ κεχρεωστημένον ἐν δικαστηρίῳ ποιοῖτο τὴν κατ' αὐτοῦ ἔγκλησιν, κἀντεῦθεν ἐρωτηθέντος τοῦ ὀφειλέτου παρὰ τῶν δικαζόντων τὰ τῆς ὑποθέσεως, καὶ συνθεμένου καὶ συνομολογήσαντος ὅτι οὕτως ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄλλως, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν οἷς λέγει ψεῦδος, ὁ κριτὴς ἀκηκοὼς τῶν τοιούτων λόγων, καὶ ἐν σιωπῇ τὰ πάντα θεὶς, τοὺς ἐκείνου λόγους ἀποχρῶντας κρίνει εἰς μαρτυρίαν διὰ τὴν τοῦ χρέους ἀπόδοσιν, οὕτω μοι νόει καὶ ἐπὶ πάσης τῆς θείας Γραφῆς.

4. Mosaica enim scripta, Psalterium et pro- C phetarum oracula, Mahomet sancta, justa et vera esse docuit, quemadmodum in Apologiis planius demonstravimus; præcipue vero ante omnia excellentissimum Evangelium, sanctum esse et justum, rectum, verum et absolutum sæpius, declaravit, adeo ut hoc Dei commonitiones nominet. Quemadmodum in capite *Jona*, quod in Alcorrano continetur, sic inquit : De his quæ vobis revelavimus, si dubitaveritis, ab illis inquirite, qui jam ante me Biblia legerunt, et veritatem deprehendetis. Quinam igitur sunt, qui ante Mahometem Biblia legerunt? Constat certe Hebræos esse, qui Mosis Pentateuchum et prophetica scripta recipiunt, et Christiani, qui una cum his etiam Evangelium ad- D mittunt, et apostolorum scripturas. Ecce quam dilucide Mahometis testimonio apparet, quod posteri majoribus indigeant, nec majores ipsis posteris, quemadmodum etiam in capite *Helmaida* (quod *mensam* interpretantur) copiosius explicat. Mahomet vero qua causa legem suam tulerit, vel potius iniquitatem legibus honesti solutam, nescio, nisi forte a patre suo diabolo motus. Nullo enim testimonio aliunde petito innititur, neque Veteri Testa-

δ'. Τά τε γὰρ Μωσαϊκὰ, τὸ Ψαλτήριον, καὶ τὰς τῶν προφητῶν προῤῥήσεις, ἅγια καὶ δίκαια καὶ ἀληθῆ ὁ Μωάμεθ εἶναι ἐδίδαξε, καθὼς καὶ ἐν ταῖς προτέραις ἀπολογίαις τρανότερον ἀπεδείξαμεν. Κατ' ἐξαίρετον δὲ τῶν ἄλλων πάντων ἐξοχώτατον τὸ Εὐαγγέλιον, ἅγιόν τε καὶ δίκαιον, καὶ εὐθὲς καὶ ἀληθινὸν καὶ τέλειον πλειστάκις ἀπεφήνατο, ὥστε καὶ Θεοῦ ὑπομνήσεις ταῦτα ὀνομάσαι, καθὼς καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἰωνᾶ, ὅπερ ἐστὶ ἐν τῷ Κορρὰν, οὑτωσί φησιν, ὅτι Ὑπὲρ ὧν ὑμῖν ἀπεκαλύψαμεν, εἴπερ ἀμφιβάλλετε, αἰτήσατε παρὰ τῶν πρότερον ἐμοῦ τὰ βιβλία ἀνεγνωκότων, καὶ εὑρήσετε τὴν ἀλήθειαν. Τίνες γοῦν εἰσιν οἱ πρὸ τοῦ Μωάμεθ ἀναγνόντες τὰ βιβλία; Ἢ δῆλον ὡς οἱ Ἑβραῖοι οἱ δεξάμενοι τὴν τοῦ Μωσέως Πεντάτευχον, καὶ τὰ προφητικὰ, καὶ οἱ Χριστιανοὶ, οἱ σὺν τούτοις δεξάμενοι τό τε Εὐαγγέλιον καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων. Καὶ ἰδοὺ ὅσον ἀπὸ τῆς τοῦ Μωάμεθ μαρτυρίας καθαρῶς ἀναφαίνεται ὡς οἱ μεταγενέστεροι ἔχουσι χρείαν τῶν προτέρων, οὐ μὴν δ' οἱ πρότεροι τῶν μεταγενεστέρων, καθὼς καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλαμαΐδᾷ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *τράπεζα*, πλατυκωτέρως διέξεισιν. Ὁ δὲ Μωάμεθ οὑτοσὶ, οὐκ οἶδ' ὅθεν ὡρμημένος, ἐξέδωκε τὸν νόμον, ἢ τἀληθέστερον εἰπεῖν, τὴν ἀνομίαν, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ

* Matth. vii, 22, 23.

πατρὸς αὐτοῦ τοῦ διαβόλου. Οὐδὲ γὰρ εἶχεν ἑτέρωθεν τὴν μαρτυρίαν, οὔτ' ἀπὸ τῆς παλαιᾶς διαθήκης καὶ τῶν προφητῶν, οὔτ' αὖ ἀπὸ τῆς νέας καὶ τῶν ἀποστόλων, ἀλλ' ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον τοῦτον ἐς τὸ παντελὲς ἀπεδίωχον. Καὶ ὁ μὲν μακάριος Μωϋσῆς οὑτωσί φησι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, « Ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν προφήτην ὡς ἐμέ· αὐτοῦ κατὰ πάντα ἀκούετε. Πᾶσα δὲ ψυχὴ, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. » Καὶ σκόπει τὸ λεγόμενον μετὰ ἀκριβείας. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν τὸν Μωσέα ὅτι « Ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, » ἐδίδαξεν ἵνα δέξωνται τὸν παρ' αὐτοῦ προφητευόμενον, τουτέστι τὸν Χριστὸν, καθὼς ἐν τῇ πρώτῃ ἀπολογίᾳ σαφῶς ἀποδέδεικται· ἀποπέμψωσι δὲ, καὶ πόῤῥω ἐξ αὐτῶν διώξωσι, τὸν ἐξ ἀλλοδαποῦ γένους ἐρχόμενον ὡς προφήτην. Ὁ δὲ Χριστὸς οὑτωσί φησι πρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, « Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς· » καὶ ὅτι « Οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς σαπροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. » Διά τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀναπτύξαντες, ἴδωμεν κατὰ τὸ Κυριακὸν λόγιον, ὁποῖός ἐστιν ὁ διδάσκαλος οὑτοσὶ, καὶ τίς ἡ τούτου διδαχὴ, καὶ τί τὸ δένδρον, καὶ ὁποῖος ὁ καρπὸς, ὅπως ἂν ἐξ αὐτοῦ δὴ τοῦ καρποῦ γνῶμεν καθαρῶς τὸ δένδρον, καὶ ἐκ τῆς διδαχῆς τὸν διδάσκαλον. Τῷ ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ σαρκώσεως χιλιοστῷ διακοσιοστῷ δεκάτῳ ἔτει τις τῆς τάξεως τῶν Πρεδικατόρων, ἤτοι τῶν κηρύκων, Ῥιχάλδος ὄνομα αὐτῷ, ἀπελθὼν εἰς τὴν Βαβυλῶνα, ἔνθα τὸ μουσεῖον καὶ τὸ μυστήριον τῆς ἀνομίας ἐνεργεῖται, καὶ φιλοπονήσας εἰς ἄκρον, ἐξήσκησε τὴν τῶν Ἀράβων διάλεκτον· ὃς καὶ ἐξετάσας, καὶ εἰς ἀκρίβειαν εὑρὼν τὰ ἐν τῷ νόμῳ τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐμπεριειλημμένα, εἰς τὴν τῶν Λατίνων γλῶτταν ἀπὸ τῆς τῶν Ἀράβων μετήνεγκεν.

A mento et prophetis, neque ex novo et apostolis: quæ potius hunc ceu hostem et inimicum aversantur. Beatus quidem ille Moses ad filios Israel sic dicit: « Suscitabit Dominus Deus prophetam ex fratribus nostris, sicut me; eum in omnibus audite. Omnis autem anima, quæ non audiverit prophetam hunc, exstirpabitur [10]. » En diligenter quod dicitur considera. Cum enim Moses dicit, « Dominus Deus suscitabit prophetam ex fratribus nostris, » docuit ut hunc a se prædictum suscipiant, id est Christum (veluti in prima Apologia dilucide demonstratum est), ablegent vero et longissime a se arceant ex peregrina gente ad ipsos venientem prophetam. Christus vero ad illos qui in ipsum credunt sic dicit: « Cavete a falsis prophetis, qui B veniunt ad vos vestiti pellibus ovium, intus vero sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorum cognoscetis eos. » Et: « Non potest arbor bona fructus malos ferre, neque arbor mala fructus bonos facere [11]. » Quapropter nos his consideratis, inspiciamus Domini oraculum, quisnam sit magister hic, quænam hujus doctrina, quæ arbor et quinam fructus, ut vel ex ipso fructu arborem agnoscamus, et ex doctrina doctorem. Anno a Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi veri Dei incarnatione millesimo ducentesimo et decimo, quidam ordinis Prædicatorum Richaldus nomine, Babylonem profectus, ubi studium et mysterium iniquitatis exercebatur, summo labore sese in Arabum lingua exercuit. Hic discussis C simul et exactissime deprehensis iis quæ in Ismaelitarum lege continentur, eadem in Latinam linguam ex Arabica translulit.

ε'. Ὁ γοῦν νόμος τῶν Ἰσμαηλιτῶν, ὁ ὀνομαζόμενος Κοῤῥὰν, ὁ καὶ παρὰ τοῦ Μαχούμετ δοθεὶς, οὐκ ἐτέθη παρ' αὐτοῦ καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑτέρων τινῶν, τοῦ τε δηλαδὴ γαμβροῦ αὐτοῦ τοῦ Ἀλῆ, καὶ ἄλλων ἑπτὰ, ὧν τὰ ὀνόματά εἰσι ταῦτα· Ναφὲ, Ἐὸν, Ὀμὰ, Ἐλρεσὰρ, Ἀσὴρ υἱοῦ τοῦ Χετὴρ, καὶ υἱοῦ τοῦ Ἀμέρ. Λαβόντων τοίνυν τῶν μὲν τοῦτον, τῶν δ' ἐκεῖνον, καὶ βουλομένων ἑκάστων στῆσαι τὸν ἴδιον μετὰ θάνατον τοῦ τε Ἀλῆ καὶ τοῦ Μωάμεθ, στάσεις καὶ φιλονεικίαι καὶ πόλεμοι καὶ χύσεις αἱμάτων μέσον τῶν διαδόχων αὐτῶν ἐμεσολάβησαν. Ἀλλὰ τὴν σήμερον οἱ μὲν πρὸς ἀλλήλους πόλεμοι ἔπαυσαν, ἡ δὲ διάστασις καὶ διαίρεσις ἐπεκράτησε, καὶ δέχονται οἱ μὲν τόνδε, οἱ δὲ τόνδε.

5. Lex itaque Ismaelitarum Alcorranum dicta, et a Mahomete promulgata, non ab ipso solo lata est, verum etiam ab aliis quibusdam, utpote genero illius Ala, et aliis septem, quorum nomina sunt, Naphe, Eon, Oma, Elresar, Aser, filii Cheter, et filii Amer. Cum igitur hi quidem hoc, alii vero illud reciperent, et singuli proprium aliquid statuerent, post mortem Halæ et Mahometis factiones, D contentiones, bella et cædes successoribus horum inciderunt. Verum hodie quidem bella mutua sopita sunt, dissidium vero et dissensio perduravit adhuc; et alii quidem hoc, alii vero illud recipiunt.

ς'. Ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος τεθεὶς νόμος ὑπὸ δαίμονος ἐξετέθη. Καὶ γὰρ πᾶσα ἀνομία καὶ ἁμαρτία δαίμονας ἔχει τοὺς συνεργοῦντας καὶ συνιστῶντας αὐτήν. Ἀλλ' ἐπὶ τοῦ νόμου τουτουῒ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ στόμα πρὸς οὖς ὑπηγορεύθη παρὰ τοῦ δαίμονος. Ὥστε καὶ οἱ ἐν Βαβυλῶνι τῶν πολλῶν ἀληθέστεροι οὐ κρύπτουσι παντελῶς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς οὖς θαρ-

6. Cæterum lex illa principio a dæmone lata est. Omnis enim iniquitas et peccatum dæmones habet adjutores, et cooperarios. In lege vero hac non item; sed ore ad aurem a dæmone dictata est: quemadmodum etiam hi qui in Babylone veritatis studiosiores sunt, veritatem non occulunt, sed singuli iis quibus confidunt, dicunt hoc, et fatentur

[10] Deut. xviii, 17. [11] Matth. vii, 15, 16.

doctrinam hanc a Deo non promanavisse, rationibus consentaneis hoc demonstrantes; timore mortis autem cedunt, et sequuntur impietatem. Non parvum tamen ex horum impietate argumentum colligitur, quod qui tales sunt, Christianorum dogmata omnino ignorent.

7. Præterea quidam ex doctoribus horum in dignitate Chalibarum constitutus, nomine..... cum jam exspiraret, crucem penes se ferre deprehensus est. Qua in pectore illius inventa, intelligentes hunc occulte Christianum fuisse, non eo loci ubi Chalibades sepeliri solemne est, illum sepelierunt, sed in alio ab hoc semotum. Qui enim inter hos sapientiores et prudentiores sunt, non ignorant errorem suum, et imposturam, sed partim quidem propter timorem prædictum, partim vero quia humanam gloriam magis amant quam gloriam Dei, occlusis animæ oculis in tenebris obambulant; et timore mortis hujus corporalis animæ mortem acquirunt. In Christianis autem contra fieri solet; timore enim mortis animæ, corporalem illam et externam cum voluptate contemnunt. Christianorum enim fides longe lateque ab his discrepat. Arctam enim et angustam Christus dicit viam esse, quæ nos ad vitam deducit.

8. Et legem quidem, ut diximus, a dæmone didicit; nihilominus tamen in hæreticos quosdam incidens, reliqua assumpsit; et a Jacoba quidem Baenra in Nestorii dogmatibus institutus est, quem et postea occidit; a Judæis autem quibusdam, Phinees nimirum et Audio, quem ipse mutato nomine Audulam vocavit, atque Salom, quem Persélem cognominavit, multa etiam transumpsit, sicque etiam in Nestorianos aliquot incidens omnium impietatem collegit. Quapropter in Alcorano multa invenire licet, ex modo dictis descripta hæresibus. Si enim mores bonos corrumpere malorum conversatio potest, quanto magis si ea in pravos mores inciderit? Cum igitur legem a dæmone accepisset Mahomet, quid aliud illum facere aut dicere oportebat, quam ea quæ sui erant magistri? Et quemadmodum ille fastu laborans, postquam lapsus est, statim mentiri cœpit, sic etiam Mahomet ex superbia et mendacio loqui cœpit et scribere.

9. De seipso enim jactabundus dicit in hunc modum: Si omnes homines conveniant, omnes spiritus et omnes angeli talem, qualem ego, Alcorranum componere non poterunt. Item in capite *Elasiar*, quasi persona Dei loquens, sic inquit: Quod si hunc Alcorranum in aliquem montium immitteremus, timore illius et religione erga illum disrumperetur. Non tamen ex his tantummodo verbis illius jactantia deprehenditur, sed etiam in aliis multis effertur, sicuti paulo post nostra oratio exponet. A solo Deo enim dicit Alcorranum intelligi, ab hominibus vero nequaquam. Cæterum agnoscat vanissimus doctor, quod sapientia sua non e superpis est, sed terrena, animalis et dæmoniaca. « Dominus enim, inquit David, ducet mansuetos in ju-

A ρεῖ ἕκαστος, καὶ λέγει καὶ ὁμολογεῖ ὅτι οὐκ ἔστι παρὰ Θεοῦ τὸ διδαχθὲν, λόγοις πιθανοῖς τοῦτο ἀποδεικνύντες. Τῷ φόβῳ δὲ τοῦ θανάτου ὑπείκουσι, καὶ ἀκολουθοῦσι τῇ ἀσεβείᾳ. Οὐκ ὀλίγον δὲ συμβάλλεται τῇ ἐκείνων ἀσεβείᾳ καὶ τὸ παντελῶς εὑρίσκεσθαι ἀγνοοῦντας τούτους τὰ τῶν Χριστιανῶν.

ζ'. Ὁμῶς καὶ ἐκ τῶν διδασκάλων αὐτῶν εἷς, χαλιφᾶς τὸ ἀξίωμα ὄνομα, αὐτῷ..., ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ εὑρέθη σταυρὸν φέρων μεθ' ἑαυτοῦ. Εὑρόντες δὲ τὸν σταυρὸν ἐν τῷ στήθει αὐτοῦ, καὶ κατανοήσαντες ὅτι κεκρυμμένος Χριστιανός ἐστιν, οὐκ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν ᾧ τόπῳ ἔθαπτον τοὺς χαλιφάδας, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ χωρίς. Οἱ γὰρ σοφοὶ καὶ φρόνιμοι ἐκείνων οὐκ εἰσὶν ἀγνοοῦντες τὴν ἐκείνων πλάνην τε καὶ ἀπάτην. Ἀλλὰ τὸ μὲν διὰ τὸν εἰρημένον φό-

B βον, τὸ δ' ὅτι ἀγαπῶσι δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ὑπὲρ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, μύσαντες τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς, ἐν τῷ σκότει περιπολεύονται, καὶ τῷ σωματικῷ φόβῳ τοῦ θανάτου τὸν ψυχικὸν κληροῦνται. Ἐπὶ δὲ τῶν Χριστιανῶν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῷ φόβῳ τοῦ ψυχικοῦ θανάτου, τοῦ σωματικοῦ καὶ ὑλικοῦ καὶ ἐνηδόνου καταφρονοῦσιν. Ἡ γὰρ τῶν Χριστιανῶν πίστις μακρὰν που καὶ πόῤῥω ἐστὶ τούτων. Στενὴν γὰρ καὶ τεθλιμμένην ἔφησεν ὁ Κύριος τὴν ὁδὸν, τὴν εἰς ζωὴν ἡμᾶς ἀπάγουσαν.

η'. Καὶ ἐδιδάχθη μὲν ὁ νόμος, ὡς εἴρηται, παρὰ τοῦ δαίμονος· ὅμως καὶ τισιν αἱρετικοῖς ἐντυχὼν, τὰ ὑπόλοιπα προσελάβετο. Καὶ παρὰ μὲν τοῦ Ἰακὼβ τοῦ Βαενρᾶ ἦν μυηθεὶς τὰ τοῦ Νεστορίου, ὃν

C μετὰ καιρὸν ἀπέκτεινε· παρὰ δὲ Ἰουδαίων τινῶν, τοῦ τε Φινεὲς καὶ Αὐδιοῦ, ὅντινα Αὐδουλᾶ μετωνόμασε, καὶ Σαλὼμ, ὥσπερ Σελὲμ, ἀλλὰ δὴ καὶ τισὶν Νεστοριανοῖς ἐντυχὼν, τὴν πάντων κακίαν ἐσώρευσε. Διά τοι τοῦτο ἐν τῷ Κοῤῥὰν πολλά τις εὑρήσει γεγραμμένα ἐκ τῶν ῥηθεισῶν αἱρέσεων. Εἰ γὰρ ἤθη χρηστὰ οἶδε φθείρειν ὁμιλία κακὴ, πόσῳ μᾶλλον ἤθεσι πονηροῖς ἐντυχοῦσα; Λαβὼν τοίνυν τὴν παρὰ τοῦ δαίμονος διδαχὴν ὁ Μωάμεθ, τί ἕτερον ἔδει πράττειν καὶ λέγειν ἢ τὰ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ; Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος νοσήσας τὴν ἔπαρσιν, καὶ πεσὼν, εὐθὺς ἐκ τοῦ ψεύδους ἤρξατο, οὕτω καὶ ὁ Μωάμεθ ἐξ ὑπερηφανίας καὶ ψεύδους ἤρξατο λέγειν καὶ γράφειν.

θ'. Μεγαλοῤῥημονῶν γὰρ περὶ αὐτοῦ, οὑτωσί φησι κατὰ λέξιν, ὡς Εἰ πάντες ἄνθρωποι συν-

D αχθεῖεν, καὶ πάντα τὰ πνεύματα, καὶ πάντες ἄγγελοι, οὐκ ἂν δύναιντο ποιῆσαι τοιοῦτον Κοῤῥὰν, ὁποῖον ἐγώ. Ἔτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλασιὰρ* ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ οὑτωσί φησιν· Ὡς εἰ ἐπέμψαμεν τοῦτο τὸ Κοῤῥὰν εἰς ἓν τῶν ὀρῶν, σχισθῆναι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς πρὸς αὐτὸ εὐλαβείας. Μὴ μόνον δ' ἐν τοῖς τοιούτοις ῥήμασι μεγαλοῤῥημονῶν εὑρίσκεται, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις ὑπεραίρεται, καθὼς μετολίγον ὁ λόγος δηλώσει. Παρὰ γὰρ μόνῳ τῷ Θεῷ φησι νοεῖσθαι τὸ Κοῤῥὰν, παρὰ δ' ἀνθρώποις οὐδαμῶς. Ἀλλὰ γινωσκέτω ὁ κενὸς οὗτος διδάσκαλος ὅτι οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν, ἀλλ' ἐπίγειος ψυχικὴ, καὶ δαιμο-

νιώδης. « Κύριος γὰρ, φησὶ Δαβὶδ, ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει, διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ. » « Ὑπερηφάνοις δὲ, φησὶν Σολομὼν, ὁ Κύριος ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. » Εἰ γὰρ ἀκάθαρτος παρὰ Θεῷ πᾶς ὑψηλοκάρδιος, τίς ὁ δυνάμενος καθαρίσαι αὐτόν; Καὶ εἰ ὁ Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιστάσσεται, τίς ὁ βοηθήσων αὐτῷ; Καὶ εἰ ὁ Κύριος ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει, διδάξει δὲ πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ, τὸν ἀλαζόνα καὶ ἐπηρμένον τίς ὁδηγήσει εἰς ὁδὸν σωτηρίας καὶ ἀληθείας; Τί δὲ περὶ τοῦ ψεύδους, ὃ διαπαντὸς ὑποβάθραν καὶ θεμέλιον αὐτοῦ τέθεικε; Καὶ οὐδέν ἐστι τῶν παρ' ἐκείνοις λεχθέντων ἄμοιρον ψεύδους, ἀλλὰ τὰ μέν εἰσι καθόλου καὶ παντελῆ ψεύδη καὶ πλάσματα, τὰ δὲ δραξάμενος ἴχνους ἀληθείας, πλάττει τεράστια καὶ ἀλλόκοτα πράγματα. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἔστιν αἴσθησις ἡ μὴ ἔχουσα τὴν ἁφὴν ὥσπερ ὄχημα, οὕτω οὐδὲ λόγος λεχθεὶς παρ' ἐκείνου, ὅστις οὐκ ἔστιν ψεῦδος σαφὲς, ἢ μίγμα ψεύδους καὶ ἀληθείας. Τίς γὰρ τῶν ὁπωσοῦν ἐχόντων γνῶσιν οὐ λογίσεται καθαρὸν πλάσμα καὶ ψεῦδος, ὅτι διαβάλλων τὸν Θεὸν, λέγει περὶ τοῦ Κορρὰν ὡς ἐκ προσώπου αὐτοῦ, ὅτι Εἰ εἰς ἓν τῶν ὀρέων ἐπέμψαμεν αὐτὸ, σχισθῆναι ἔμελλεν ἂν ὑπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς εὐλαβείας αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ἄρχοντος Γαβριὴλ, ὡς ὅταν φέρῃ τοῦτον διαλεγόμενον αὐτῷ ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ πάθους αὐτοῦ.

ι'. Καὶ περὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦ Μωάμεθ, ὡς εὑρίσκεται ἐξ ἀϊδίου γεγραμμένον ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ δεσποτικοῦ θρόνου ἐν τῷ ἀνωτέρῳ μέρει. Καὶ ὅτι περὶ αὐτοῦ προφητεύων ὁ Χριστὸς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, οὕτως εἴρηκεν, Εὐαγγελίζομαι ὑμῖν τὸν ἀπόστολον τοῦ Θεοῦ, τὸν ἥξοντα μετ' ἐμὲ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μωάμεθ. Ἐπεὶ δὲ οὔτε ἐν τῇ Παλαιᾷ εὑρίσκεται Γραφῇ, οὔτε ἐν τῇ Νέᾳ, ἀλλ' ἔστι σαφὲς ψεῦδος, ἐκήρυξαν καὶ ἐπλάσαντο οἱ ἐκείνου διάδοχοι ὡς δῆθεν φθόνῳ τρωθέντες ἐξέβαλον αὐτὸ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς Γραφῆς, οἱ δὲ Χριστιανοὶ ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου. Ἡμεῖς δὲ τοῦτο τρανῶς ἐν τῇ τετάρτῃ ἀπολογίᾳ ἐλέγξαντες, ἀπεδείξαμεν ὅπως ἐστὶ σαφὲς ψεῦδος. Διὰ τοῦτο περισσὸν καὶ παρέλκον ἥγημαι, τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις ἐπιχειρεῖν.

ια'. Ἔτι, Οὐκ ἦλθον, φησὶ, διὰ θαυμάτων, ἀλλὰ διὰ ξίφους καὶ τιμωρίας· καὶ τοῖς μὴ πειθομένοις τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ καὶ τῇ διδαχῇ, θάνατος ἔσται ἡ τιμωρία, ἢ φόρους διδότωσαν. Τί τοῦτο; Πάντως οὐκ ἄλλο, ἢ βουλόμενος συσκιάσαι τὴν ἑαυτοῦ ματαιότητα καὶ ἀσθένειαν, ἐπεὶ οὔτε τὴν ἀπὸ τῶν Γραφῶν, οὔτε τὴν διὰ θαυμάτων εἶχε μαρτυρίαν καὶ τὰ πιστὰ, μηχανᾶται τὸν φόνον, ἵνα διὰ τοῦ φόβου ἐκφύγῃ τὸν ἔλεγχον, ὃ καὶ γέγονεν. Τῷ γὰρ φόβῳ τοῦ θανάτου παρῃτήσαντο μὲν τὸν ἔλεγχον, μᾶλλον δὲ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἠσπάσαντο τὸ ψεῦδος καὶ τὴν ἀπώλειαν. Ὥστε καὶ οἱ διάδοχοι τούτου τῇ ὥρᾳ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν, ξίφος γυμνοῦσι, καὶ τιθέασι μέσον αὐτῶν, λέγοντες ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Μωάμεθ, Τάδε φησὶν ὁ προφήτης· Μέχρις ἂν τὸ ξί-

A dicio, docebit mansuetos vias suas [12]. » « Superbis enim inquit Solomon, resistit Dominus; humilibus enim dat gratiam [13]. » Si enim immundus coram Deo reputatur, quisquis animo extollitur, quisnam hunc mundare poterit? Et si Dominus superbis resistit, quis huic auxiliaturus est? Et si Dominus ducit mansuetos in judicio, et mansuetos docet vias suas, arrogantem et superbum quis ducet in viam salutis et veritatis? Quid vero de mendacio is qui hoc ceu basim et fundamentum suum collocavit, et a quo nihil sine mendacio dictum sit? Cæterum alia quidem in universum et omnino falsa et ficta sunt, alia vero, veritatis aliquod vestigium nactus, prodigiosa omnino et absurda fingit. Et quemadmodum nullus est sensuum, qui non B tactu instar vehiculi utatur; sic nullus est ab hoc dictus sermo, qui non aut manifeste mendax et falsus sit, aut ex mendacio et veritate mistus. Quis enim vel tantilla cognitione præditus, non judicaret inter simplex figmentum falsumque? quod Deo obtrectans, de Alcorrano quasi in propria persona loquitur, Quod si in aliquem montium miserimus illum, disrumpetur utique præ timore et religione hujus; quin etiam hoc de archangelo Gabriel, quem sub tempore morbi sui secum loquentem inducit.

10. Præterea, quod de nomine suo Mahomet effinxit, quod ex æterno scriptum inveniatur in fastigio dextræ partis throni divini: quodque de illo C vaticinatus Christus filiis Israel dixerit: Annuntio vobis, apostolum Dei venturum post me, nomen illi Mahomet. Cum vero nec in Veteri nec in Novo Testamento hujusmodi scriptura inveniatur, et mendacium sit apertissimum, dixerunt finxeruntque successores hujus, quosdam invidia motos illud expunxisse, Judæos quidem ex veteri Testamento, Christianos autem ex Evangelio. Nos vero dilucide hoc in quarta Apologia confutato, demonstravimus quam aperte hoc falsum sit; quapropter supervacaneum et importunum existimo, eadem et de iisdem sæpius disputare.

11. Ad hæc: Non veni, inquit, per miracula, sed per gladium et supplicia, iisque qui nostræ D legi et doctrinæ non obediunt, mortis pœna constituatur, aut tributa pendant. Quidnam hoc? Non aliud certe, quam tegere volens suam ipsius stultitiam et infirmitatem, cum nec Scripturarum nec miraculorum auctoritate fidem inveniret, cædes adornat, ut timore reprehensionem effugeret, quod etiam evenit. Timore enim mortis confutationem, imo veritatem devitaverunt, et mendacium amplexati sunt, atque perditionem: adeo ut et successores hujus eo tempore, quo doctrinam suam explicant, strictum gladium in medium illorum deponant, tanquam sub Mahometis persona dicentes: Hæc dicit propheta: Quoad gladius permanet, en

[12] Psal. xxiv, 9. [13] Prov. iii, 34.

etiam mea lex permanet; gladio autem sublato, A etiam illa destruetur. Et quod peccatores quidem gladium suum contra Davidem strinxerint, et intenderint arcus suos ad feriendum rectos corde, manifesto constat. Sed gladius ipsorum transeat in cor eorum, et arcus illorum conterantur. Quoniam brachia peccatorum conterentur, iniqui vero expellentur, et semen impiorum exstirpabitur. Paucorum enim est, et numeratu facilium, eos de felicitate in mortem dejicere. Quapropter veritatis testes et magni et sancti, et regni Dei hæredes facti sunt.

12. Porro etiam hoc præcipit Mahomet, ne quisquam sui ordinis cum aliquo Christianorum disputet, suam ipsius infirmitatem metuens. Quin idem B rursus alibi interdicit, ne quis disputet verbis duris et acerbis cum aliquo alterius sectæ homine, sed blandis : Non enim, inquit, hominis est componere, sed solius Dei; et : Singuli de seipsis solis, et non de aliis rationem reddant. En sibi ipsi contradicens, et contrarius. Non enim in hoc tantum capite, sed in tota lege sua instabilis, inordinatus et dissimilis sibi apparet, et in omnibus fere scriptis suis ipse seipsum confutare deprehenditur. Quemadmodum enim mente captus et ignorans quænam argumenta sint et dogmata, de quibus dicere instituit, quænam sint media, et quinam finis: sic etiam in scriptis suis agit. Non enim tantummodo quæ in uno scripsit capite, in altero destruit C et impugnat, sed sæpius, quæ in principio ejusdem capitis confirmavit, circa finem confutat et subvertit. Vix enim et difficulter in capita et ordinem digesta sunt, quæ ille tradidit; adeo ut contradictionis ratio ordinem præcedat. Idem enim hic qui præcipit, ne cum aliquibus alterius doctrinæ discipulis digladientur verbis asperis durisque, sed blandis et mansuetis (ut etiam in capite *Eltenium* seipsum laudans dicit : Non hoc cogentium est, etc.) Quin etiam in capite *Elmipacara*, quod *bovem* significat, sic ait : In lege Dei non est vis, quoniam quod æquum est, jam ante definitum est; hic idem, inquam, sui quasi oblitus, præcipit dicens : Nostræ legi non obedientes, mortis supplicium maneat, aut tributa solvant. Et quid morte vio- D lentius est, o legislator vanissime? Et quomodo a Deo ortum esse diceretur, quod scelus scelere compensat? Avaritia enim cædis furorem mitigat. Natura enim humana, quin potius homines, et naturæ illius formator et opifex Deus, talem constituit hominem, ut una cum aliis animæ illius indiderit concupiscentiam, animi zelum et fervorem, atque rationem : ut per concupiscentiæ affectum amet et diligat summum bonum, quod est ipse Deus, omnemque justitiam et virtutem, quæ instar scalæ sunt animam ad ipsum Deum perducentis. Quod si autem forte concupiscentia a vero et recto amore declinaverit, et pro dextris in contraria cœperit nutare, zelus iste animi contra dæmonem

φος ἵσταται, ἰδοὺ καὶ ὁ ἐμὸς νόμος ἵσταται. Παρελθόντος δὲ τοῦ ξίφους, καὶ ὁ νόμος λυθήσεται. Καὶ ὅτι μὲν ῥομφαίαν ἐσπάσαντο οἱ ἁμαρτωλοὶ κατὰ τὸν Δαβίδ, καὶ ἐνέτειναν τόξον αὐτῶν τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, τοῦτο πρόδηλον καὶ φανερὸν, ἀλλ' ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντριβείη, ὅτι βραχίονες ἁμαρτωλῶν συντριβήσονται, ἄνομοι δὲ ἐκδιωχθήσονται, καὶ σπέρμα ἀσεβῶν ἐξολοθρευθήσεται. Τῶν γὰρ ὀλίγων καὶ εὐαριθμήτων ἐστὶ τὸ ῥίπτειν ἑαυτοὺς ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ εἰς θάνατον. Διὰ τοῦτο γὰρ οἱ τῆς ἀληθείας μάρτυρες μεγάλοι καὶ ἅγιοι, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας κληρονόμοι γεγόνασιν.

ιβ'. Ἔτι τοῦτο ἐντέλλεται ὁ Μωάμεθ, ἵνα οὐδεὶς τῆς ἐκείνου φατρίας ὅλως μετὰ Χριστιανοῦ διαλέξηται, τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν δεδοικώς. Καίτοι γε αὖθις ὁ αὐτὸς ἐν ἑτέροις τόποις ἐντέλλεται μὴ διαλέγεσθαι λόγοις τραχέσι καὶ αὐστηροῖς τινι ἑτέρας αἱρέσεως, ἀλλ' ἠπίοις. Οὐ γὰρ ἀνθρώπου, φησὶν, ἐστὶ τὸ καταρτίζειν, ἀλλὰ μόνου Θεοῦ, καὶ Ἕκαστος ὑπὲρ αὐτοῦ μόνου, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ ἑτέρου λόγον δώσει, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀντιλέγων καὶ ἀνατρέπων. Οὐ μόνον γὰρ ἐν τῷ παρόντι κεφαλαίῳ, ἀλλ' ἐν παντὶ τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἄστατος καὶ ἄτακτος καὶ ἀνώμαλος ἀναφαίνεται, καὶ σχεδὸν ἐν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένοις αὐτὸς ἑαυτὸν εὑρίσκεται ἀνατρέπων. Ὥσπερ γὰρ μαινόμενος, καὶ μὴ γινώσκων ποῖαί εἰσιν αἱ ὑποθέσεις καὶ τὰ δόγματα, ἅτινα ἤρξατο λέγειν, τίνα τὰ μέσα, καὶ ποῖα τὰ τέλη, οὕτω γράφων ποιεῖ, μὴ μόνον ἅπερ ἐν ἑνὶ κεφαλαίῳ γράφων, ἐν ἑτέρῳ καταλύει καὶ ἀντιλέγει, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἅπερ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου διαβεβαιοῦται, περὶ τὸ τέλος συγχέει τε καὶ ἀνατρέπει. Μόλις γὰρ καὶ σὺν βίᾳ εἰσήχθησαν κεφαλαιωδῶς καὶ σὺν τάξει τὰ παρ' ἐκείνου λεγόμενα, ὅπως καὶ ὁ τῆς ἀντιλογίας λόγος ὁδῷ καὶ τάξει προβαίνῃ. Καὶ γὰρ αὐτὸς οὗτος ὁ ἐντελλόμενος, ἵνα μὴ διαλέγωνταί τισιν ἑτέρου δόγματος ἐν λόγοις τραχέσι καὶ σκληροῖς, ἀλλ' ἠπίοις καὶ προσηνέσιν, ὡς καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλτενιοὺμ* ἑαυτὸν ἐπαινῶν λέγει, οὐκ ἔστι τῶν ἀναγκαζόντων. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλμπακαρᾶ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *βοῦς*, οὑτωσί φησιν, ὅτι Ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι βία, ὅτι τὸ ἴσον ἐξαρχῆς ἤδη διώρισται· αὐτὸς οὗτος αὖθις ἐπιλαθόμενος ἐντέλλεται λέγων, Τοῖς μὴ πειθομένοις τοῖς ἡμετέροις δόγμασι θάνατος ἔστω ἡ τιμωρία, ἢ φόρους διδότωσαν. Καὶ τί βιαιότερον θανάτου, ὦ κενὲ νομοθέτα; Καὶ πῶς παρὰ Θεοῦ τὸ κακίᾳ κακίαν ἀμεῖβον; Φιλοχρηματία γὰρ τὸν τοῦ φόνου θυμὸν κατεπράϋνεν. Ἡ γὰρ φύσις τῶν ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ ὁ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως πλάστης καὶ δημιουργὸς Θεὸς οὕτως αὐτὸν κατεσκεύασεν, ὅτι μετὰ τῶν ἄλλων ἐνέθηκεν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ τό τε ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ λογικὸν, ἵνα διὰ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ ἐρᾷ καὶ ἐφίηται τοῦ ἄκρου ἀγαθοῦ, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ πάσης δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς, αἵτινες οἷάπερ τις κλίμαξ εἰσὶν, ἀνάγουσαι ταύτην εἰς Θεόν. Εἰ δ' ἴσως παρατραπῇ τὸ ἐπιθυμητικὸν τοῦ ὀρθοῦ ἔρωτος, καὶ ἀντὶ

τῶν δεξιῶν νεύσῃ πρὸς τὰ ἐναντία, κινηθήσεται ὁ θυμὸς κατὰ τοῦ δαίμονος, καὶ τὸν ἀνθρωπόλεθρον ὄφιν διώξας, ἔσται τῷ ἡττηθέντι ὁδηγὸς τῆς ἀπλανοῦς καὶ εὐθείας ὁδοῦ. Εἰ δὲ καὶ ὁ θυμὸς ἀργὸς μείνας καὶ ἀνενέργητος, ἢ κινηθεὶς μὲν, οὐ κατὰ τοῦ ὄφεως δὲ, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ὁμοφυοῦς αὐτοῦ ἀνθρώπου, τότε τὸ λογικὸν, τουτέστιν ὁ ἡγεμὼν καὶ ἄρχων νοῦς, ὥσπερ τις κριτὴς ἰσχυρὸς καὶ ἀδέκαστος ἐπιτάττει αὐτὰ κατὰ χώραν μένειν, καὶ ἕκαστον ἐν τῇ τάξει αὐτοῦ. Διά τοι τοῦτο τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν τέθεικεν ὁ πάντων δημιουργὸς ἐν τῷ ἥπατι, ὅπερ ἐστὶν ὑπὸ τὴν καρδίαν, τὸ δὲ θυμικὸν ἐν τῇ καρδίᾳ, ἥτις ὑπέρκειται τοῦ ἥπατος, ὡς ἀρχικωτέρα· τὸ δὲ λογικὸν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, ὅς ἐστιν ἐπάνω πάντων, ὥσπερ τις βασιλεὺς καὶ ἡγεμὼν καὶ ἄρχων καὶ ἐξουσίαν ἔχων κατὰ πάντων, μὴ μόνον τῶν κατ' αὐτὸν τῷ αὐτεξουσίῳ τιμηθεὶς, ἀλλὰ καὶ πάσης αἰσθητῆς φύσεως, καθὼς ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ, ἔτι τε τοῦ Νῶε, καὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ τε καὶ Νέᾳ Διαθήκῃ τρανῶς πεφανέρωται. Καὶ διὰ τοῦτο πᾶς ἄνθρωπος κατὰ τῶν παθῶν ὀφείλει χρῆσθαι τῷ θυμῷ, καὶ καθ' οἱουδήτινος πράγματος χωρίζοντος αὐτὸν τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ Μωάμεθ ἀντὶ τῶν παθῶν κατὰ τοῦ ὁμοφυοῦς ἀνθρώπου τούτῳ ἐχρήσατο, οἷά τινι θηρίῳ ἀπηνεστάτῳ καὶ ἀνημέρῳ, εἰ μή πως τῇ φιλοχρηματίᾳ τὸν θυμὸν, ὡς εἴρηται καταπραΰνῃ. Ὁ δ' αὐτὸς αὖθις ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἔμ*, ὥσπερ τῶν πάντων ἐπιλαθόμενος, οὕτως εἴρηκεν, ὅτι Τῶν δεχομένων Θεὸν ἕτερον πλὴν τοῦ Θεοῦ τούτου οὐκ εἶ σὺ παιδαγωγὸς ἢ ἐπιμελητὴς, ἐπεὶ τοῦτο τετήρηκεν ὁ Θεὸς ἑαυτῷ. Καὶ τίς ἂν ἕτερος γενήσεται ἀξιόλογος κατήγορος τοῦ Μωάμεθ, ὡς αὐτὸς ἑαυτοῦ; Βουλόμενος γὰρ ἀντιλέγειν τὰς Γραφὰς, ἃς δικαίας καὶ ἁγίας ἐκάλεσεν, ὁ δὲ οὐ μόνον ταύτας φαίνεται ἀντιλέγων, ἀλλὰ σχεδὸν ἐν πᾶσιν αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιπίπτει. Ἐν γὰρ τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλνεσᾶ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *γυναῖκες*, οὑτωσί φησιν· Εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ ἦν τὸ Κορρὰν, πολλαὶ ἐναντιότητες εὑρίσκοιντο ἂν ἐν αὐτῷ. Μὴ δυνάμενος τοίνυν ἀντοφθαλμεῖν πρὸς τὰς Γραφὰς, ἐξανάγκης καταφεύγει ἐν τῷ ψεύδει, ὡς δῆθεν ἀπὸ Θεοῦ εἰσι τὰ λεγόμενα. Καὶ πῶς ἀπὸ Θεοῦ, ψεύδους διάκονε καὶ γεννῆτορ; Ἔνθα γὰρ ψεῦδος, Θεὸς οὐκ ἔστι· καὶ ὅπου Θεὸς, τὸ ψεῦδος ἀπελήλαται. Οὐ γὰρ ὑπομένει τὸ σκότος τὴν τοῦ φωτὸς παρουσίαν, ὡς οὐδὲ νόσος ὑγιείας ἐπιλαβούσης ἵσταται.

ιγ'. Ἔτι ἀρχηγὸν καὶ διδάσκαλον ἑαυτὸν εἶναι λέγων τοῦ νόμου, ὅνπερ τοῖς ἀνόμοις ἐξέθετο, καὶ τοῦ Κορρὰν, ὃν συνεγράψατο, οὐκ ᾐσχύνετο. Φησὶ γὰρ ὅτι ὁ Νῶε, ὁ Ἀβραὰμ, ὁ Ἰσαὰκ, ὁ Ἰακὼβ, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολοι τοῦ αὐτοῦ δόγματος ἦσαν. Καὶ πῶς τοῦ αὐτοῦ δόγματος οἱ ἀπόστολοι, οἱ πρὸ σοῦ γεννηθέντες χρόνοις ἑπτακοσίοις, εἴπερ σὺ ἀρχηγὸς τοῦ δόγματος; Πῶς δὲ καὶ οἱ πρὸ ἐκείνων, ὅ τε Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ γεννηθέντες χρόνοις; Πῶς δ' αὖθις Νῶε, ὁ πρὸ τούτων χρόνους τετρακοσίους; Εἰ μὲν οὖν σὺ εἶ ὁ ἀρχηγὸς καὶ τῆς κακίας ἐφευρετὴς, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀλήθεια, ψεύξῃ λέγων εἶναι ἐκείνους τοῦ μια-

permoveatur, et humani generis perditorem serpentem persecutus, concupiscentiæ superatæ dux sit in via recta et erroribus carente. Quod si vero etiam hic animi zelus otiosus et desidiosus permanserit, aut permotus non contra serpentem, sed hominem sibi cognatum insurgat, tunc ratio, id est dux et princeps ipsa mens instar judicis fortis et incorrupti, hunc intra terminos consistere jubeat, singulaque suum ordinem custodire. Quapropter etiam omnium opifex concupiscentiæ sedem in jecore constituit, quod cordi subjacet; iram vero aut animi zelum in corde collocavit, quod jecore ceu principalior pars, est superius; rationis vero sedem fecit cerebrum, quod omnium summum est, ceu rex quispiam, dux et princeps in omnia potestatem habens, non solum ab his quæ circa se sunt propter liberum sui arbitrium honoratum, sed ad omni natura sensu prædita quemadmodum in Adamo, in Noe, aliisque tam in Veteri quam in Novo Testamento declaratum est. Quapropter quilibet homo contra affectus ira uti debet, et adversus quamlibet rem quæ ipsum a Deo abducit. Mahomet vero non contra affectus, sed cognatum sibi hominem hac tanquam fera immitissima et crudelissima usus est, nisi quod avaritia, ut dictum est, iram nonnihil mitigavit. Idem vero rursus in capite *Em*, tanquam omnium oblitus, sic dixit: Eorum qui Deum alium quam hunc recipiunt, tu pædagogus non es, nec procurator: quoniam Deus hoc sibi ipsi reservavit. Et quisnam alius Mahometis accusator tam gravis fuerit, quam ipse est sui ipsius? Volens enim Scripturis contradicere, quas antea justas et sanctas vocavit, non his tantum contradicere deprehenditur, sed in omnibus fere ipse sibi ipsi est contrarius. In capite enim *Elnesa*, quod *mulieres* significat, sic inquit: Nisi a Deo esset Alcoranum, multa in eo invenirentur contradictoria. Cum sane ipsemet non posset suis oculis Scripturas intueri, necessario confugit ad mendacia, quasi ea quæ dicuntur a Deo sint. Et quomodo a Deo esses, mendacii minister et pater? Ubi enim mendacium, ibi Deus locum non habet; et ubi Deus est, ibi mendacium defecit. Tenebræ enim luminis præsentiam non sustinent, quemadmodum nec morbus sanitate succedente subsistit.

13. Præterea ducem et magistrum se dicens esse legis, quam iniquis tulit, Alcorrani ipsum non puduit. Dicit enim, quod Noe, Abraham, Isaac, Jacob, sed et ipsius Christi apostoli ejusdem legis sectatores fuerint. Et quomodo ejusdem dogmatis apostoli fuerunt, qui priusquam tu nascereris, annis vixerunt circiter septingentis, si tu dogmatis hujus auctor es? Quomodo vero Abraham, Isaac et Jacob, tot ante hos sæculis nati: quomodo iterum Noe, qui ante hos vixit annis circiter quadringentis? Quod si tu igitur auctor et inventor impietatis es (ut etiam es, revera), falso dicis illos impuri dogmatis asseclas fuisse. Si vero, ut facis, illos eadem

sentire asseris, rursum mendacii convinceris, quod te legis auctorem nomines. Nec enim poterit fons ex uno eodemque canali aquam dulcem simul et amaram effundere, vel verum et falsum. Sed quod ipse per ignorantiam tibi contradicas, verum est. Quoniam fides non vi nec necessitate datur, sed electionis et voluntatis est. Corporalia enim vim sentiunt; anima vero, et quæ illius sunt, non item. Sed anima quodammodo sui juris est, et libera; quod enim credit et vult, illud amat et amplectitur. Quod autem vi contingit, motum a seipso non habet: quod autem propriæ naturæ repugnat, et aliunde movetur, firmum non est; et quod firmum non est, nec etiam stabile erit. Evangelii autem lex et firma est, et stabilis, propter proprii juris potestatem, et ipsius voluntatem animæ. « Qui enim potest, inquit Christus, capere, capiat [14]. » Mahometis lex nec firma est, nec stabilis, eo quod per gladium et vim administretur; licet Dei judiciis hujus impietas dilatata, et viribus aucta sit. Sed quantum a cœlo terra distat, tantum Dei consilia ab humanis differunt, et illius cogitationes ab humanis cogitationibus, quemadmodum et ipse Deus per Isaiam prophetam manifeste declaravit. Propterea nos quoque cum Paulo theologo dicimus: « O profunditatem divitiarum sapientiæ et cognitionis Dei: quam abscondita sunt judicia illius, et non investigabiles viæ ejus! Quis enim novit mentem Domini? aut quis illi fuit a consiliis [15]? » Novit enim Dominus pios custodire, iniquos vero servare ad diem judicii, puniendos igne sempiterno. Lux enim impiorum exstinguitur. Insuper hoc dicit Mahomet: Non veni legem confirmaturus miraculis, sed per gladium. Et hoc vere dixit; miraculorum enim virtus, divinorum est munerum et dotum. Et quænam boni cum malo est communio? Nulla omnino. Sed quemadmodum malum tanquam non a Deo factum, non proprie per se subsistit, sed propter boni interitum et defectum, tanquam per accidens in iis quibus contingit perspicitur: ita mihi de Mahometis doctrina factum videtur, quod interitu et defectu verorum Dei dogmatum, per accidens nova et peregrina lex eruperit, quin potius a veritate et Deo aliena. Quantum enim hoc malum est, tanta etiam est absurditas, et inordinata rerum confusio. Quemadmodum enim malum propter boni defectum apparet, ipsum vero per se substantia caret: et morbus propter sanitatis, confusioque propter ordinis defectum enascitur, sic et Mahometis lex propter veræ legis defectum per accidens enata conspicitur, rectum simulans, cum ipsa per se mera sit absurditas et confusio, animæque morbus, imo mors. Tantum enim Mahometis lex boni particeps est, in quantum quis sibi benefacere videtur. Nullus enim malum, ut reipsa est, conspiciens, ea quæ committit, faceret. Suam igitur ipsius infirmitatem perspectam ha-

A ροῦ τουτουὶ δόγματος· εἰ δ' ὡς λέγεις τὰ αὐτὰ κἀκείνους φρονεῖν, καὶ οὕτω ψεύδῃ ἀρχηγὸν σεαυτὸν ἀποκαλῶν. Καὶ γὰρ οὐ δύναται πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ὀπῆς βλύζειν νᾶμα γλυκὺ καὶ πικρὸν, ἤτοι ψεῦδος καὶ ἀλήθειαν. Ἀλλ' ὅπερ αὐτὸς ἀγνοῶν καταγγέλλῃ, τοῦτό ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ὅτι ἡ πίστις οὐκ ἔστι τῆς βίας καὶ τῆς ἀνάγκης, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως καὶ θελήσεως. Τὰ γὰρ σωματικὰ δέχονται τὸ βίαιον, τὰ δὲ ψυχικὰ οὐχ οὕτως. Ἀλλ' ὡς αὐτεξούσιος καὶ ἐλευθέρα ἡ ψυχὴ, ὅπερ πιστεύει καὶ βούλεται, τοῦτο καὶ στέργει καὶ δέχεται. Τὸ δὲ μετὰ βίας γιγνόμενον οὐκ ἔχει ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν κίνησιν, ἤτοι παρὰ τὴν ἰδίαν φύσιν· καὶ τὸ ἑτέρωθεν κινούμενον οὐκ ἔχει τὸ βέβαιον· καὶ τὸ μὴ ἔχον τὸ βέβαιον οὐκ ἔχει τὸ μόνιμον. Ἀλλ' ὁ μὲν
B τοῦ Εὐαγγελίου νόμος ἔχει τὸ βέβαιόν τε καὶ μόνιμον διὰ τὸ αὐτεξούσιον καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς θέλησιν· « Ὁ δυνάμενος γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, χωρεῖν χωρείτω. » Ὁ δὲ τοῦ Μωάμεθ νόμος οὐκ ἔχει τὸ βέβαιον καὶ μόνιμον, διὰ τὸ μετὰ ξίφους καὶ σὺν βίᾳ πολιτεύεσθαι τοῦτον, κἂν καὶ κρίμασιν, οἷς οἶδε Θεὸς, καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπεκράτησεν ἡ τούτου ἀσέβεια. Ἀλλ' ὥσπερ ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχουσιν αἱ βουλαὶ τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ τὰ τούτου διανοήματα ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ὡσαύτως διανοημάτων, καθὼς αὐτὸς ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου τρανῶς διεσάφησε. Διὰ τοῦτο σὺν τῷ θεηγόρῳ Παύλῳ καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν, « Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα
C τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; » Οἶδε γὰρ Κύριος εὐσεβεῖς ῥύεσθαι, ἀνόμους δὲ τηρεῖν εἰς ἡμέραν κρίσεως, κολαζομένους αἰωνίῳ πυρί. Φῶς γὰρ ἀσεβῶν σβέννυται. Ἔτι τοῦτό φησιν ὁ Μωάμεθ, ὡς Ἐγὼ οὐκ ἦλθον τὸν νόμον διὰ θαυμάτων πιστώσασθαι, ἀλλὰ διὰ ξίφους. Καὶ τοῦτο ἀληθῶς εἴρηκεν. Ἡ γὰρ τῶν θαυμάτων ἐνέργεια ἔν ἐστι τῶν τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων καὶ δωρεῶν. Καὶ τίς κοινωνία κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ; Πάντως οὐδεμία. Ἀλλ' ὥσπερ τὸ κακὸν ὡς μὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγονὸς οὐκ ἔχει ἰδίαν ὑπόστασιν, ἀλλὰ παρὰ τῇ ἀποπτώσει καὶ ἐλλείψει τοῦ ἀγαθοῦ κατὰ συμβεβηκὸς θεωρεῖται ἐν οἷς ἂν γένηται, οὕτω μοι νόει καὶ ἐπὶ τοῖς τοῦ Μωάμεθ δόγμασιν, ὡς τῇ ἀπο-
D πτώσει καὶ ἐλλείψει τῶν τοῦ Θεοῦ ἀληθῶν δογμάτων, κατὰ συμβεβηκὸς ἀναφαίνεταί τις ξένος καὶ ἀλλόκοτος νόμος, μᾶλλον δὲ ἀλλότριος πάντη τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ Θεοῦ. Καθόσον γάρ ἐστι τὸ κακὸν, κατὰ τοσοῦτόν ἐστιν ἀλογία καὶ ἀταξία. Ὥσπερ γὰρ τὸ κακὸν παρὰ τὴν ἀπόστασιν τοῦ ἀγαθοῦ φαίνεται, αὐτὸ δὲ καθ' αὑτὸ οὐκ ἔχει ὑπόστασίν τινα, καὶ ἡ νόσος παρὰ τὴν τῆς ὑγιείας, καὶ ἡ ἀταξία παρὰ τὴν τῆς τάξεως, οὕτω καὶ ὁ τοῦ Μωάμεθ νόμος παρὰ τὴν τοῦ ἀληθοῦς νόμου κατὰ συμβεβηκὸς θεωρεῖται ὑποκρινόμενος τὸ ὀρθόν. Αὐτὸς δὲ καθ' αὑτὸν ὅλος ἐστὶν ἀλογία καὶ ἀταξία, καὶ νόσος ψυχῆς, μᾶλλον δὲ

[14] Matth. XIX, 12. [15] Rom. XI, 33, 34.

θάνατος. Κατὰ τοσοῦτον καὶ γὰρ μετέχει ὁ τοῦ Μωάμεθ νόμος τοῦ ἀγαθοῦ, καθόσον δοκεῖν μόνον καλῶς ποιεῖν. Οὐδεὶς γὰρ εἰς κακὸν ἀποβλέπων ποιεῖ ἅπερ καὶ ποιεῖ. Κατανοήσας τοίνυν τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, ὑποδύεται μὲν τὸ ψεῦδος, ὑποκρίνεται δὲ θεῖον νόμον εἶναι τὰ παρ' αὐτοῦ δεδογμένα. Ἐπεὶ δὲ οὐκ εἶχε τὴν διὰ θαυμάτων παρὰ Θεοῦ μαρτυρίαν, ὡς εἴρηται, καὶ τί λέγω τὴν τῶν θαυμάτων; Ἀπὸ γὰρ τῶν χαρισμάτων καὶ δωρεῶν, ὧν εἶχον ἀπὸ Θεοῦ οἱ ἀπόστολοι, τὸ ἔσχατον πάντων καὶ τελευταῖον ἡ τῶν γλωσσῶν γνωσις, καὶ ἔσχον καὶ ταύτην ὡς διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης, ἵνα ἔνθα ἂν πορεύωνται, γινώσκωσι τὴν τοῦ ἔθνους διάλεκτον κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν. Εἰ γὰρ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα, ἦν αὐτοῖς χρῆσις ἑρμηνέων διαφόρων εἰς δήλωσιν τῶν παρ' ἀμφοτέρων λεγομένων· πῶς οὗτος ὀνομάζει ἑαυτὸν καθολικὸν, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου διδάσκαλον, ὃς οὐ μετέσχεν ἐκ πάντων τὸ ἔσχατον; Αὐτὸς γάρ φησι περὶ ἑαυτοῦ, ὡς οὐ γινώσκει ἑτέραν ἢ τὴν τῶν Ἀράβων καὶ μόνην διάλεκτον, ὥστε καὶ τὸ Κορρὰν ἀραβιστὶ πρὸς αὐτοῦ ἐξεδόθη, ὡς αὐτὸς οὗτος τρανῶς ὡμολόγησε. Διὰ τοῦτο καὶ καταφεύγει εἰς τὴν τοῦ ξίφους ποινὴν, ἤτοι τὸν φόνον, καὶ εἰκότως. Ὁ γὰρ τούτου διδάσκαλος καὶ πατὴρ, ἀνθρωποκτόνος ἦν ἐξαρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκε. Τὸ γὰρ δαίμονος κακὸν τὸ παρὰ τὸν ἀγαθοειδῆ νοῦν ἐστιν εἶναι· ψυχῆς δὲ τὸ παρὰ λόγον· σώματος δὲ τὸ παρὰ φύσιν. Ἅ τινα τρανῶς ἀναφαίνονται ἐν τοῖς τοῦ Μωάμεθ διδάγμασιν. Ἡ γὰρ ἀλογία καὶ ἀταξία, τό τε ψεῦδος καὶ ἡ τοῦ νοῦ ἐπισκότησις, διαῤῥήδην γινώσκεται. Ἴδωμεν δὲ πῶς παρ' ἐκείνου καὶ τὸ παρὰ φύσιν διδάσκεται, καὶ σκόπει ὅπως ἐστίν. Ἡ φύσις οὐκ οἶδεν αὐτὴ ἑαυτὴν ἀνελεῖν, ἀλλ' ἄλογος μὲν οὖσα πάντα κατὰ λόγον ποιεῖ. Ὁ δὲ Μωάμεθ οὑτοσὶ, ἅπερ τὰ ἄλογα ζῶα οὐ πράττουσι (τίς γὰρ εἶδε ζῶον τοῦ αὐτοῦ καὶ ὁμοίου γένους ἀναιρετικόν;) τὸν ὁμοίως αὐτῷ χειρὶ Θεοῦ πλασθέντα ἄνθρωπον ἀφειδῶς φονεύειν ἐδίδαξεν, ὃς πάντων τῶν θηρίων θηριωδέστερος φαίνεται καὶ ἀπηνέστερος, ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ ῥηθησομένου φανήσεται καθαρώτερον. Λέγεται παρ' αὐτῶν, ὡς παραχθῆναί ποτε πρὸς τὸν αὐτὸν Μωάμεθ τὸν πρὸς πατρὸς θεῖον αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖν αὐτοῦ, Τί μοι συμβήσεται, ὦ ἀδελφιδοῦ, εἴπερ οὐκ ἀκολουθήσω τῷ ὑμετέρῳ νόμῳ; Ὁ δὲ εἶπεν, Οὐχ ἕτερόν τι, ἢ ἀποκτενῶ σε, ὦ θεῖε. Ὁ δὲ εἶπεν, Οὐκ ἔνεστιν ἑτέρα τις τιμωρία; Οὐδὲν ἕτερον, ἔφη. Ὁ δὲ θεῖος, Ἀκολουθήσω σε τοίνυν, ἔφη, ἐφ' οἷσπερ βούλει· γλώσσῃ δὲ μόνῃ, ἀλλ' οὐ καρδίᾳ, τῷ δέει τοῦ ξίφους. Ἀναγκαζόμενος δὲ καὶ ὁ μὰρ (?) παρ' αὐτοῦ, ὁ υἱὸς δηλονότι τοῦ Κατεμπλαδῆ, εἶπε, Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι μόνῳ τῷ τοῦ θανάτου φόβῳ γίνομαι τοῦ δόγματος. Ἀλλὰ καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Ἐμπιαστᾶ, καὶ αὐτὸς οὗτος εἰπὼν ὡς Τῷ φόβῳ τοῦ ξίφους καὶ τοῦ θανάτου γίνομαι τοῦ δόγματος. Στέλλει ἔπειτα κρυφίως γράμματα εἰς τὴν Μακκὰ χώραν, ἵνα μὴ πλανηθῶσιν, ἀλλὰ σκέψωνται ὅπως ἐκφύγωσι τὸν τοῦ ξίφους κίνδυνον. Ταῦτα πάντα παρεβλήθησαν ἀπό τε τοῦ Κορρὰν καὶ

A bens, mendacium assumit; simulat autem divinam legem esse, quæ ab ipso traduntur; quoniam a Deo, ut dictum est, miraculorum testimonia non habebat. Sed quid de miraculorum testimoniis loquor? Ex charismatis enim et dotibus, quas a Deo habebant apostoli, minimum et postremum erat inter omnia, linguarum cognitio; et hanc quidem ceu doctores orbis habebant, ut quocunque proficiscerentur, gentis linguam nossent quam exactissime (nisi enim quæ dicebantur intellexissent, variis opus fuisset interpretibus, ad eorum quæ utrinque dicebantur declarationem). Quomodo igitur hic se catholicum et universi orbis doctorem nominat, qui ex omnibus donis ne minimo quidem instructus est? Ipse enim de seipso inquit, B quod aliam quam solam Arabum linguam non noverit: quare et Alcorranum eadem lingua promulgaverit, ut ipse dilucide confessus est. Quapropter ad gladii pœnam confugit, et cædem; nec immerito. Hujus enim præceptor et pater homicida erat ab initio, et in veritate non stetit [16]. Dæmonis enim vitium menti bonæ repugnare oportet; animæ vero vitium rationi, corpori, et ipsi naturæ contrarium est. Quæ manifeste in Mahometis doctrina apparent. Absurditas enim et confusio, falsum denique et mentis excæcatio clare cognoscuntur. Videamus autem, quomodo ab hoc, quod præter naturam est, doceatur, et quale illud sit considera. Natura seipsam interimere nequit; sed C cum ipsa sit ratio, omnia cum ratione facit. Mahomet vero hic quæ bruta animalia non faciunt, (quis enim animal aliquod vidit aliud quod ejusdem secum est generis interficere?) hominem similer, ut ipse, Dei manu formatum, sine omni commiseratióne occidere docuit; qui omnibus feris apparet ferocior et immitior, ut ex eo quod modo dicetur, clarius apparebit. Fertur enim ab ipsis: Adductum quondam esse ad ipsum Mahometem patruum illius, et dixisse illi: Quid mihi eveniet, o nepos, si vestræ legi non paruero? Hic vero respondit: Non aliud, o patrue, quam quod occidam te. Ille vero: Annon alia pœna restat? Non alia, respondit. Patruus, Obtemperabo tibi itaque, inquit, in quibuscunque volueris; lingua autem D sola, non corde, idque metu gladii compulsus. Coactus tamen ab illo etiam filius Catempladæ, dixit: Domine, scias me solo mortis timore doctrinam hanc recipere. Cæterum et filius Empiastæ idem dicit: Timore mortis et gladii doctrinam hanc subeo. Deinde clam litteras mittit in regionem Mechæ, ne errent, sed prospiciant sibi quomodo gladii periculum possint effugere. Hæc omnia ex Alcorrano et aliis libris desumpta sunt. Verumtamen in capite *Bovis* concedit quæ contra naturam ad faciendum nefaria sunt, quæ etiam dictu sunt turpissima. Quoscunque enim apprehenderit impietas, in hos ceu morbus omne malum exercet. Dissimilium enim commistio

[16] Joan. VIII, 44.

naturalium facultatum ad illicita est commotio, quod et ipsa intemperantia efficit. Hujus vero scopus non fuit alius, quam ut naturalium simul et innaturalium voluptatum promissione conciliaret sibi stultam et insanam hominum multitudinem; quod et factum est.

A τῶν ἑτέρων βιβλίων. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τῆς *Βοὸς* κεφαλαίῳ συγχωρεῖ τὰ παρὰ φύσιν θεμιτὰ πράττειν, ἅτινα καὶ αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν. Ἡ γὰρ κακία ἐφ' οἷς ἂν γένηται, τοῖς πᾶσιν οἷάπερ νόσος κακὰ ἀπεργάζεται. Ἡ γὰρ μίξις τῶν ἀνομοίων, ἡ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἐπὶ τὰ μὴ προσήκοντα κίνησίς ἐστιν. Ὅπερ ἡ ἀσυμμετρία ποιεῖ. Οὐκ ἦν δὲ ὁ τούτου σκοπὸς ἕτερος, ἢ ἵνα διὰ τῆς ἐνδόσεως τῶν τε κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν ἡδονῶν ἐπισπᾶται πρὸς ἑαυτὸν τὸ μωρὸν καὶ ἀνόητον πλῆθος· ὃ καὶ γέγονεν.

IN MAHOMETEM ORATIO II.

Veritas quidem una est simplex, falsum vero multiplex et varium; et qui in veritate ambulat, in luce versatur et securitate; falsi vero studiosus in tenebris obambulat, et quonam vadat non novit. Quapropter et Mahomet contempta veritate, et recepto mendacio, nihil sani nihilque humanæ saluti consentaneum docuit, verum hoc solum studuisse deprehenditur, ut hominum vulgus sibi adjungeret. Et virtutum quidem fuit negligentissimus, ut humilitatis, longanimitatis, pacis et charitatis in proximum; nec aliquid utile commodumque conscripsit. Ne vero redarguerentur illius mendacia et vanitates, per Vetus et Novum Testamentum; nonnunquam alia sapientiæ alienæ dogmata nullo modo probabilia, quæ ab aliis conscripta sunt, adjunxit. Et ipse quidem invitus et nolens et quasi divina virtute percitus sæpius scribendo ostendit, Mosis traditione et prophetarum, quin et Psalterium ipsumque Evangelium sancta esse, et a Deo tradita: præcipue vero et luculenter ipsum Evangelium sanctum, perfectum rectumque, et commonitiones Dei vocat in Alcorrano. Et cum veritatem non posset omnino abscondere, dicit: Nam et ipsemet quæ in his scripta sunt observo et facio. Et quoniam justam, sanctam, rectam et a Deo traditam confitetur veterem novamque Scripturam, ipse seipsum huic obstringit etiam invitus, et per omnia hæc servare debebat. Mentionem vero virtutum, quæ in sacris Scripturis continentur, non facit, quæ hominem a terra subvectum, cœlestem possunt efficere; sed quodcunque illi in mentem incidit, illud approbat, docetque; et nunc quidem approbat monetque, ut nec veterem nec novam Scripturam suscipiant; nunc vero, ut easdem recipiant. Quemadmodum in capite *Helmaida*, quod *mensam* interpretantur, sic innuit:

1. Libri societas nulla est, nisi Evangelium et legem impleant. Libri autem societas secundum illum dicuntur Mahometis sectatores.

2. Porro post multa prodigiosa verba sua etiam hoc addit, quod in partes septuaginta tres dividendi sint legis suæ sectatores, e quibus una tantum eadem sola servanda sit, reliquas autem igni tradendas. Quanam contra hujusmodi stulta

ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΜΩΑΜΕΘ ΛΟΓΟΣ Β'.

Ἡ μὴν ἀλήθεια μία ἐστὶ καὶ ἁπλῆ, τὸ δὲ ψεῦδος πολυσχιδὲς καὶ ποικίλον, καὶ, ὁ περιπατῶν ἐν ἀληθείᾳ ἐν τῷ φωτὶ περιπατεῖ, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ πορεύεται, ὁ δὲ τὸ ψεῦδος ἑλόμενος ἐν τῷ σκότει περιπατεῖ, B καὶ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Μωάμεθ τῆς μὲν ἀληθείας καταφρονήσας, τὸ δὲ ψεῦδος ἐνδυσάμενος, οὐδὲν ὑγιὲς, οὐδὲ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπου ἐδίδαξεν, ἀλλὰ τοῦτο μόνον εὑρέθη σπουδάζων, ὅπως πρὸς ἑαυτὸν τὸ πλῆθος ἐφέλκηται. Καὶ περὶ μὲν ἀρετῶν οὐκ ἐμέλησεν ὅλως τούτῳ, οἷον ταπεινοφροσύνης, μακροθυμίας, εἰρήνης καὶ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης· οὐδὲ συνεγράψατό τι χρήσιμον ἢ ἐπωφελές. Ἵνα δὲ μὴ ἐλεγχθῶσιν αἱ τούτου ψευδολογίαι καὶ ματαιότητες, ἀπό τε τῆς Παλαιᾶς, ἀπό τε τῆς Καινῆς Διαθήκης, ἔστιν ὅτε καὶ ἐξ ὧν συνεγράψαντό τινες τῆς ἔξω σοφίας, μηδόλως ἔχοντα τὰ πιστὰ, διετάξατο. Καίτοι γε αὐτὸς ἄκων καὶ μὴ βουλόμενος καὶ οἷον ὥσπερ ὑπὸ θείας δυνάμεως μαστιζόμενος, C πολλάκις ἐδήλωσε γράφων ὅτι αἱ τοῦ Μωσέως παραδόσεις καὶ τῶν προφητῶν, ἀλλὰ δὴ τό τε Ψαλτήριον καὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἅγιά εἰσι, καὶ ἀπὸ Θεοῦ δεδομένα· ἐξαιρέτως δὲ περὶ τοῦ Εὐαγγελίου διαῤῥήδην ἅγιον καὶ τέλειον καὶ εὐθὲς τοῦτο καλεῖ. Καὶ ὑπομνήσεις Θεοῦ ταῦτα καλεῖ ἐν τῷ Κοῤῥάν. Μὴ δυνάμενος δὲ κρύψαι εἰς τέλος τὴν ἀλήθειαν, λέγει ὅτι Καὶ αὐτὸς ἐγὼ τὰ παρ' ἐκείνοις γεγραμμένα φυλάσσω, καὶ ἐνεργῶ αὐτά. Καὶ ἐπεὶ δίκαια καὶ ἅγια καὶ ὀρθὰ καὶ ἀπὸ Θεοῦ δεδομένα ὁμολογεῖ τήν τε παλαιὰν καὶ τὴν νέαν Γραφὴν, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπόχρεων ποιεῖται, καὶ μὴ βουλόμενος, καὶ κατὰ πάντα ὀφείλει στέργειν αὐτά. Ὁ δὲ μνείαν περὶ τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ οὐ ποιεῖται ἀρετῶν, τῶν δυναμένων ἀνάξαι ἀπὸ γῆς τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐράνιον ποιῆσαι. D Ἀλλ' ὅπερ ἂν καὶ ἀναβῇ ἐν τῷ αὐτοῦ λογισμῷ, ἐκεῖνο καὶ στέργει καὶ διδάσκει· καὶ ποτὲ μὲν λέγει καὶ ὑπαγορεύει, ἵνα οὔτε τὴν παλαιὰν Γραφὴν οὔτε τὴν νέαν δέχωνται, ποτὲ δὲ, ἵνα δέχωνται αὐτά, ὡς καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλμαϊδᾷ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *τράπεζα*, οὑτωσί φησιν·

α'. Ὅτι ἡ τοῦ βιβλίου ἑταιρεία οὐδὲν ὅλως ἐστὶν, εἰ μὴ πληρώσαιεν τό τε Εὐαγγέλιον καὶ τὸν νόμον. Ἑταιρεία δὲ τοῦ βιβλίου λέγονται κατ' ἐκεῖνον οἱ τοῦ Μωάμεθ ἀκόλουθοι.

β'. Ἔτι μετὰ τῶν πολλῶν τερατολογιῶν αὐτοῦ λέγει καὶ τοῦτο, ὅτι εἰς ἑβδομήκοντα πρὸς τοῖς τρισὶ μοίρας μέλλουσι σχισθῆναι οἱ τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἀκολουθήσοντες, καὶ ἡ μὲν μία καὶ μόνη ἐκ τούτων σωθήσεται, αἱ δ' ἄλλαι πυρὶ παραδοθήσονται. Τίς

A γοῦν ἐστιν ἀντιλογία τῶν τοιούτων μωρῶν καὶ ἀνυποστάτων λόγων; Πάντως οὐδεμία. Ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἂν εἴποι τις ὁ νοῦν ἔχων, ὡς καὶ ἐκείνη ἡ μοῖρα σὺν ταῖς ἑτέραις τῷ αἰωνίῳ πυρὶ γενήσεται παρανάλωμα, εἰ μὴ τῇ ἀμωμήτῳ πίστει προσέλθοιεν.

γ'. Ἔτι ὥσπερ σχεδὸν πάντοτε αὐτὸς ἑαυτὸν ἀντιλέγων εὑρίσκεται, οὕτω καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλνεσᾶ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *γυναῖκες*, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνατρέπων ἐστί. Φησὶ γάρ, ὅτι Εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ ἦν τουτὶ τὸ Κορράν, πολλαὶ ἐναντιότητες εὑρίσκοντο ἂν ἐν αὐτῷ. Καίτοι γε μεστόν ἐστι πολλῶν ἐναντιοτήτων. Φησὶ γὰρ ἐν διαφόροις τόποις ὡς ὁ Θεὸς οὐχ ὁδηγεῖ τὸν πεπλανημένον. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς διδάσκων λέγει, Προσεύχεσθε ἵνα ὁδηγῆσθε καὶ ἐξάγησθε ἐκ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς, καὶ ἐκ τῆς ἀνοδίας εἰς εὐθύτητα. B Ἔτι περὶ αὐτοῦ φησιν ὡς ἐγένετο ὀρφανὸς ἐν πλάνῃ, εἰδωλολάτρης γὰρ ἦν. Καὶ τοιοῦτον αὐτὸν προφήτην ἐποίησεν ὁ Θεός, ὅτε αὐτὸν μετεκαλέσατο, ὥστε ἀνελθεῖν μέχρις ἑβδόμου οὐρανοῦ, καὶ ἐντυχεῖν ἀγγέλῳ τινὶ χιλιάκις μείζονι τοῦ κόσμου, θρηνοῦντι τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας, καὶ αἰτῆσαι αὐτὸν τυχεῖν συγγνώμης δι' αὐτοῦ παρὰ τῷ Θεῷ.

δ'. Ἔτι μετὰ τοῦ Γαβριὴλ φησιν ἀνελθεῖν εἰς τὸν Θεόν, καὶ ἐντυχεῖν ἑτέρῳ ἀγγέλῳ, μυριάκις μείζονι τοῦ κόσμου παντός, θρηνοῦντι καὶ αὐτῷ τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας, πεποιηκέναι τε καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ δεήσεις εἰς Θεόν, καὶ τυχεῖν καὶ αὐτὸν συγγνώμης

ε' Ἔτι περὶ ἑαυτοῦ φησιν ὡς τέλος καὶ σφραγὶς καὶ σιωπή ἐστι πάντων τῶν προφητῶν, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ὀφείλει τις προφητεῦσαι μετ' αὐτόν· εἰ δ' οὖν, C θανάτῳ ἀποθανεῖται πᾶς ὁ προφητεύσων. Λέγεται δὲ μετὰ ταῦτα ἀναστῆναί τινα ἐν τῇ Βαβυλῶνι Σόλεμ ὀνομαζόμενον, λέγοντα ἑαυτὸν εἶναι προφήτην (ἑρμηνεύεται δὲ τοῦτο κλίμαξ)· καὶ παραδεχθῆναι μὲν παρὰ τῶν Βαβυλωνίων ὡς προφήτην, φονευθῆναι δὲ παρὰ τῶν Σκυθῶν μετὰ τοῦ ἀκολουθήσαντος αὐτῷ πλήθους. Καὶ τίς ἂν ἀπαριθμήσειε τὰ ψεύδη, τοὺς μύθους τε καὶ ματαιολογίας, ἃς συνεγράψατο ὁ τοιοῦτος Μωάμεθ; Καὶ γὰρ τοσαῦτά εἰσι πολλὰ καὶ ἀναρίθμητα, καὶ γέμοντα πολυλογίας, ὡς καὶ τοὺς μεγίστους τῶν παρ' αὐτοῖς διδασκάλων τῆς ἀπωλείας δογμάτων, οἵτινες *Ἐλφωκαὰ* ὀνομάζονται, τουτέστιν *ἔξοχοι*, μὴ συμφωνῆσαι πρὸς ἀλλήλους ποτὲ ἐν τῇ τοῦ Κορρὰν ἐξηγήσει. Ἀλλ' οὐδὲ συμφωνῆσαι D δοκεῖ εἰς τὸν αἰῶνα τὸν ἅπαντα. Καὶ γάρ τινες πρόσκεινται τῷ Μωάμεθ, τινὲς τῷ Ἀλῇ, ἕτεροι δ' ἑτέροις· εἰσὶ δὲ ὅμως καὶ αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους τε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἀσύμφωνοι. Κατανοῶν τοίνυν τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν ἐκεῖνος ὁ ἀλιτήριος, καὶ βουλόμενος συσκιάσαι αὐτήν, οὑτωτί φησιν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλαράμ*, ὅτι οὐδεὶς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἔγνω τὴν τοῦ Κορρὰν ἐξήγησιν. Γινώσκων γὰρ τὸ ἀνωφελὲς τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ τούτου ψεῦδος, ἔτι δὲ καὶ τὸ ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον, καὶ ὅτι πολλῆς καὶ μεγάλης μέμψεως ἄξια συγγράφεται, εἶπε τοῦτο. Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ φρόνιμοι τοῦ γένους ἐκείνου, οἱ παιδευθέντες τὴν τῶν Ἑλλήνων σοφίαν, εἰσὶ δὲ καί τινες οἱ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὰ Μωσαϊκὰ ἀναγνόντες, παν-

A et omni statu carentia verba confutatione opus est? Nulla prorsus. Verum hoc solum, qui vera sapiat adjecerit, quod et illa unica pars ab igne æterna consumenda sit, nisi fidem recipiat veram et irreprehensibilem.

3. Insuper quemadmodum ubique fere ipse sibi contrarius est, sic etiam in capite *Elnesa*, quod *mulieres* significat, ipse seipsum confutat; dicit enim: Nisi a Deo esset Alcoranum traditum, multa in eo essent sibi invicem contraria; cum contradictoriis plane refertum sit. In locis enim diversis inquit, quod Deus errantem non ducat; et idem denuo docens dicit: Orate ut ducamini ex tenebris in lucem, et ex viarum tesquis vel salebris in rectas semitas. Quin de seipso testatur, quod in B errore fuerit (erat enim idololatra), et quod Deus eum revocatum ad tanti prophetæ dignitatem constituerit, ut ad cœlum septimum usque pervenerit, obviam sit factus angelo cuidam millies majori universo mundo, qui peccata sua deplorans, per hunc veniam a Deo rogaverit.

4. Item, quod cum Gabriele ad Deum ascendens, in angelum inciderit decies millenis vicibus majorem mundo universo: qui et ipse peccata sua deplorans apud Deum, se intercessore usus sit, et veniam impetraverit.

5. Porro de seipso dicit, quod finis, sigillum et silentium sit omnium prophetarum, et propterea C nemini post hunc prophetare licitum esse: quare morte moriatur, quisquis prophetaverit. Fertur vero post hunc in Babylone quemdam exortum esse nomine Solem (quod *scalam* significat) qui se prophetam dixerit, et a Babyloniis pro propheta receptum esse, sed a Scythis cæsum una cum turba illum sequente. Et quisnam mendacia, fabulas et vanitates a Mahomete conscriptas enumeraverit? Tanta enim et tot sunt, tam innumerabilia et prolixitate verbosa, ut etiam summi apud eos perditissimorum dogmatum doctores, quos illi *Helphocaa*, id est, *eximios*, nominant, inter se non consentiant aliquando in Alcorani enarratione, nec in æternum consensuri videntur. Quidam enim D Mahometi adhærent, quidam Halæ, alii vero aliis: sed et hi ipsi inter se mutuo dissentiunt. Agnoscens igitur propriam infirmitatem calumniator hic, hancque simul occultare volens, in capite *Helaram* sic dicit: Nemo præter solum Deum Alcorani enarrationem intelligit. Agnoscens enim legis suæ inutilitatem, sed et falsitatem, confusionem quoque et dissimilitudinem, quodque multa summa reprehensione digna conscripsisset, hoc dixit. Sapientes vero et prudentiores illius gentis, qui Græcorum sapientia instituti sunt (sunt enim quidam qui Evangelium et Mosis scripta perlegunt), ea quæ a Mahomete scripta sunt, condemnant, et pro infirmis rejiciunt. Unde apud Sarracenos lege cautum est, ut si quis in universum dubitet, aut quæstio-

nem dubiam de Alcorano moveat, exemplo morte moriatur.

ἐτέθη παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς, ἵνα εἴπερ τις ὅλως παρευθὺς θανάτῳ τελευτήσῃ.

6. Insuper dicit : Ne committatis rapinas et cædes, nec perjuria, quoniam Deus hæc moleste fert. Quod si tamen forte feceritis, Deus benignus est et misericors, illaque condonaturus est.

7. Item in capite *Helmaida*, quod *mensam* significat, dicit, Deum perjurii fraudem in nobis nihili æstimare, pro transgressione autem illius satisfactionem esse decem pauperum cibationem, totidemque vestitum, aut pro his unius captivi redemptionem. Qui vero neutrum ex his facere potest, ter jejunato. Habent etiam juramentum, quod non facile fallunt : quanquam etiam hoc nonnunquam contingere soleat.

8. Insuper, cum juravisset Mahomet, se non coiturum cum Jacobitissa quadam nomine Maria, permisit illi Deus, ne quod juraverat ratum haberet; sed ad eam accessit, ut in capite *Elmetaare* clarissime testatur. Testes autem hujusmodi permissionis et perjurii citantur angeli, Michael scilicet et Gabriel.

9. Ad hæc Deum sæpius cum illo collocutum, dixisse refert, quod lusus gratia mundum creaverit. Et cordatus quilibet, quæ hic dicuntur, perpendat, quomodo omnem concedat licentiam, ut quam plurimos ad se attrahat. Et Domino dicente [17] arctam et angustam esse viam quæ ad vitam perducit, latam vero et spatiosam quæ ducit ad perditionem : et revera in illum convenit hoc : « Viam præceptorum tuorum nolo cognoscere [18].

10. Item in capite *Micapara*, quod *juvencam* interpretantur, Judæos et Christianos salvandos esse dicit. In capite vero *Amram*, rursum inquit, quod nemo salvari possit sine iis quæ Ismaelitarum lege continentur.

11. Præterea inquit, quod nemo ante se paradisum possit ingredi. Idem vero ipse paulo post dicit, quasi hujus prioris oblitus, quod Dominus ipsum assumptum in paradisum duxerit, ostenderitque sibi viros et mulieres multas. Et interrogavit eum, Domine, quid hoc est? Et respondit illi Deus : Ne mireris, nam et hi tui sectatores sunt. Quod vero tradit Deum sibi dixisse, quod lusus gratia hominem fecerit, duas ob causas docet Mahomèt; partim quidem ut ostenderet, Deum non magni æstimare hominum salutem, et propterea singulis pro libidine sua intrepide esse vivendum; partim vero, ut Salvatoris Christi incarnationem suggillaret. Revera certe sepulcrum apertum est guttur illius, et lingua ejus dolosa. Venenum aspidis sub labiis illius [19]. Instrumentum enim perditionis exsistens, vana et falsa eructavit verba. Quæcunque enim sceleratissima pro-

A τελῶς ἔχουσι κατεγνωσμένα καὶ ἀνυπόστατα, ἅπερ ὁ Μωάμεθ νενομοθέτηκε. Διά τοι τοῦτο καὶ νόμος ἀμφιβάλλοι, ἢ λόγον ἀπορίας εἴποι εἰς τὸ Κορράν,

ς'. Ἔτι φησὶ, Μὴ ποιήσητε ἁρπαγὰς καὶ φόνους, ἢ ἐπιορκίας, ἐπεὶ ὁ Θεὸς διὰ βάρους ἔχει αὐτά. Εἰ δ' ἴσως καὶ ποιήσητε, ὁ Θεὸς οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ἐστὶ, καὶ μέλλει συγχωρήσειν αὐτά.

ζ'. Ἔτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλμαϊδᾶ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *τράπεζα*, λέγει ὅτι οὐ λογιεῖται ὁ Θεὸς ἡμῶν τὴν ἀπάτην τοῦ ὅρκου, ὑπὲρ δὲ τῆς παραβάσεως αὐτοῦ ἀρκετόν ἐστι δέκα πενήτων τροφὴ, καὶ ἔνδυμα τοσούτων, ἢ ἀντὶ τούτων ἑνὸς αἰχμαλώτου λύτρωσις. Ὁ δ' ἀπὸ τούτων μὴ δυνάμενος ποιῆσαι, τρὶς νηστεύσει ὁ τοιοῦτος. Ἔχουσι δὲ καὶ ὅρκον ἴδιον, ὅντινα εὐκόλως οὐ παραβαίνουσιν· ἔστι δ' ὅτε ἀθετοῦσι κἀκεῖνον.

η'. Ἔτι ὀμόσαντος τοῦ αὐτοῦ Μωάμεθ μὴ συγ-
B γενέσθαι Ἰακωβιτίσσῃ τινὶ, Μαρίᾳ ὀνομαζομένῃ, ἐνέδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς μὴ φυλάξαι ὅπερ ὀμώμοκεν, ἀλλὰ προσελθεῖν πρὸς αὐτὴν, ὡς ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἐλμεταάρε*, ὅπερ ἑρμηνεύεται . . . . . διαῤῥήδην φησί. Μάρτυρες δὲ εἰσι τῆς τοιαύτης ἐνδόσεως καὶ ἐπιορκίας οἱ ἄγγελοι, ὅ τε Μιχαὴλ καὶ ὁ Γαβριήλ.

θ'. Ἔτι διαλεγόμενος, φησὶν, ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ πολλάκις, εἶπε πρὸς αὐτὸν ὡς παιδιᾶς χάριν ἐποίησε τὸν κόσμον. Καὶ σκοπείτω πᾶς ὁ νοῦν ἔχων τὰ λεγόμενα, ὅπως παντελῶς ἐνδίδωσι πᾶσαν ἐλευθερίαν, ἵνα δι' αὐτῆς τὸ πλῆθος ἕλξῃ πρὸς ἑαυτόν· καίτοι γε τοῦ Κυρίου εἰπόντος ὡς « Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, πλατεῖα δὲ καὶ εὐρύχωρος τῆς ἀπωλείας. » Καὶ ὄντως εἰς αὐτὸν
C ἀνήκει τὸ, « Ὁδὸν ἐντολῶν σου γνῶναι οὐ βούλομαι. »

ι'. Ἔτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Μπακαρᾶ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *δάμαλις*, λέγει, ὡς οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ Χριστιανοὶ σωθῆναι μέλλουσιν. Ἐν δὲ τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ἀμράμ* αὖθις φησιν ὅτι οὐδεὶς δύναται σωθῆναι ἄνευ τῶν ἐν τῷ νόμῳ τῶν Ἰσμαηλιτῶν.

ια'. Ἔτι πρὸ αὐτοῦ φησιν ὅτι οὐ δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὸν παράδεισον. Καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς οὗτος μετὰ μικρὸν πάλιν φησὶν, ὥσπερ μὴ αἰσθόμενος ὅπερ εἴρηκεν, ὡς λαβὼν αὐτὸν ὁ Θεὸς, εἰσήγαγεν εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ ἐκεῖσε ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας πολλὰς, καὶ ἤρετο πρὸς τὸν Θεὸν, Κύριε, τί ἐστι τοῦτο; καὶ ὁ Θεὸς πρὸς αὐτὸν, Μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ μιμηταί σού εἰσι. Τὸ δ' ὅτι
D πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενος ὁ Θεὸς εἶπεν ὅτι παιδιᾶς χάριν ἐποίησεν τὸν ἄνθρωπον, δυοῖν ἕνεκεν τρόποιν εἶπεν αὐτῷ ὁ Μωάμεθ, τὸ μὲν ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἔχει ὁ Θεὸς περὶ πολλοῦ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, καὶ διὰ τοῦτο πράττειν ἕκαστον ἀδεῶς τὸ αὐτοῦ καταθύμιον· τὸ δ' ἵνα ἀνατρέψῃ καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Ὄντως γὰρ, ὄντως τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτοῦ καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, δολία· ἰὸς δὲ ἀσπίδος ὑπὸ τὰ χείλη αὐτοῦ. Σκεῦος γὰρ ἀπωλείας ὢν, μάταια καὶ ψευ-

[17] Matth. VII, 14. [18] Job XXI, 14. [19] Psal. XIII, 2, 3.

δὴ ἐξερεύγεται ῥήματα. Καὶ γὰρ ἅπερ ἂν βουληθῇ πονηρὰ φθέγξασθαι, τὸν Θεὸν αὐτὸν προβάλλεται λέγοντα. Τινὲς γὰρ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ σκεύη ἐκλογῆς καὶ ἐλέους, καὶ τινὲς σκεύη ὀργῆς καὶ ἀπωλείας. Διὰ τοῦτο γὰρ σκεύη καλοῦνται, διὰ τὸ δεκτικόν. Ἔξωθεν γὰρ δέχεται εἴτε ἀγαθὸν εἴτε πονηρόν. Οἱ μὲν γὰρ ἄγγελοι κέκτηνται τὴν γνῶσιν ἄνωθεν, οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς καὶ τῶν ἐκτὸς συλλέγουσι τὴν ἑαυτῶν γνῶσιν, καὶ ἐκ τῶν πολλῶν ἑτεροτήτων εἰς μίαν ἀληθῆ γνῶσιν ἀνάγονται, καὶ διὰ τοῦτο σκεύη καλοῦνται. Τοίνυν καὶ αὐτὸς ὁ δείλαιος τὴν τοῦ διαβόλου διδασκαλίαν δεξάμενος, πάντα ἰὸν τοῖς αὐτοῦ δόγμασι μίξας, ἓν κρᾶμα ἀσεβείας, ὡς εἴρηται, κατεσκεύασε, καὶ τοὺς αὐτῷ πειθομένους ἐπότισε, καὶ τὰς αὐτῶν ψυχὰς ἀσθενεῖς ποιήσας, τῷ διαβόλῳ ὥσπερ θυσίαν προσέφερεν. Ἀσθένεια γὰρ ψυχῆς ἐστιν, οὐχ ὡς ἐπὶ τῶν σωμάτων ἡ ἰσχνότης ἢ ἡ παχύτης εἰς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ διαβαίνουσα, ἀλλ' ἐπὶ τὰ ὑλικὰ καὶ πρόσκαιρα ἔνδοσις. Διότι αἱ ἐνέργειαι τῆς ψυχῆς οὐκ ἔχουσι τὸ ἀμετάβλητον. Μοιχεῖαι γὰρ καὶ πορνεῖαι καὶ πᾶσαι αἱ ἡδοναὶ τῷ κόσμῳ εἰσὶ προσηλωμέναι, καὶ ἡ φιλία τοῦ κόσμου τούτου ἔχθρα Θεοῦ ἐστι. Διά τοι τοῦτο καὶ αὐτὸς τὰ πάντα καταλιπὼν, ταῖς ἡδοναῖς τὸ πλῆθος ἐνέδωκε. Μὴ μόνον δὲ ζῶντας τοὺς ἀθλίους ἐνέδωκε ταύταις, ἀλλὰ καὶ μετὰ θάνατον μονίμους αὐτὰς εἴρηκεν ἔσεσθαι. Ὥστε καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀκολούθους ὁ Θεὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν ἀμειβόμενος, ἀφροδίσια καὶ γυναῖκας ὅτι πολλὰς ἑνὶ ἑκάστῳ, οἴκους τε περικαλλεῖς καὶ λουτρὰ καὶ παραδείσους, ἱμάτιά τε καὶ τρυφὰς, καὶ ἕτερα τούτοις ὅμοια, ὑπισχνεῖται παρασχεῖν, Κυρίνθῳ ἀκολουθῶν αἱρετικῷ καί τισι παλαιοῖς ἑτέροις· καὶ οἷον τέλος μακαριότητος τὰς ἡδονὰς ἐδίδαξεν εἶναι. Ἡμεῖς γοῦν περὶ τούτου φθάσαντες εἴπομεν μερικῶς ἐν τῇ τετάρτῃ ἀπολογίᾳ· διὸ οὐκ εἴχομεν ὅλως σκοπὸν καθολικῶς ἀντειπεῖν ταῖς τοῦ Μωάμεθ ἀσεβείαις. Ἐπεὶ δ' ἄρτι ἔδοξεν ἡμῖν πλατυκωτέρως ταύτας ἐλέγξαι, ἤδη λέγομεν οὕτως. Ὁ αὐτὸς Μωάμεθ ἐν τῷ Κορρᾶν οὑτωσί φησιν, ὅτι Ὁ Θεὸς ἀποκτενεῖ τὸν θάνατον, καὶ μετὰ ταῦτα ἀναστήσονται οἱ ἄνθρωποι ἀθάνατοι καὶ ἀκέραιοι. Τοῦ γοῦν πράγματος οὕτως ἔχοντος, τίς χρεία τροφῶν; Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀφροδισίων, ἐπεὶ οὐκ ἀναγκαία ἡ γέννησις. Ἡ γὰρ τροφὴ διὰ τὴν συνεχῆ ἐλάττωσιν τοῦ σώματος ἐγένετο, ἵνα τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῖ, καὶ ἡ μετὰ τῆς γυναικὸς τοῦ ἀνδρὸς συνουσία διὰ τὴν τεκνογονίαν συνεχωρήθη. Ἐπεὶ δ' ὁ αὐτὸς ὁμολογεῖ ὅτι ἀθάνατοι ἀναστήσονται πάντες, ἄρα ματαία ἡ τροφὴ, μάταια καὶ τὰ ἀφροδίσια. Εἰ δὲ τοῦτο δώσομεν, ἐξανάγκης ἐπακολουθεῖ γέννησις. Καὶ γεννηθέντων ἀνθρώπων, πέφυκεν ἢ θνητοὺς εἶναι τοὺς γεννηθέντας, ἢ ἀθανάτους. Καὶ εἰ μὲν θνητοὶ, πῶς ἐξ ἀθανάτων θνητοί; Εἰ δὲ κἀκεῖνοι, καὶ οἱ ἐξ ἐκείνων γεννηθέντες ἀθάνατοι, ἰδοὺ εἰσῆξεν ἕτερον τρόπον γεννήσεως. Καὶ ὁ μὲν μακάριος Μωϋσῆς, διεξιὼν τὴν τοῦ ἀνθρώπου γέννησιν, οὑτωσί φησιν, ὅτι Χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεὸς, ἔπλασε τὸν Ἀδάμ· παρ' ἑαυτοῦ δὲ πνοὴν ἐνθεὶς ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλευρᾶς ἐποίησε τὴν

A fari voluit, Deum loquentem inducit. Quidam enim homines vasa sunt electionis et misericordiæ; quidam vero vasa iræ et perditionis. Propter capacitatem enim vasa nominantur. Extrinsecus enim excipiunt tam bonum quam malum. Angeli quidem cognitionem suam habent de supernis; homines vero ex sacra Scriptura, aliisque extrinsecus accidentibus cognitionem colligunt, et per multa differentia in unam veram cognitionem perducuntur; quapropter et vasa dicuntur. Miser itaque hic, diaboli doctrina suscepta, cum omne venenum suis dogmatibus miscuisset, unam (ut dictum est) impietatis misturam adornavit, quam propinavit sibi credentibus, et illorum animas ægritudine affectas, diabolo ceu sacrificium obtulit. Animæ B enim ægritudo, non quemadmodum in corporibus macies et pinguedo in substantiam suam transiens contingit, sed est ad corporalia illa et momentanea permissio. Quapropter animæ functiones omnino immutari possunt. Adulteria enim, scortationes et voluptates omnes mundo annexæ sunt. Et amicitia mundi hujus inimicitia est erga Deum. Quapropter et ipse omnibus omissis, vulgus hominum voluptatibus permisit, et non vivos modo istis addixit, verum etiam post mortem illas permansuras esse pollicitus est. Quod scilicet sectatoribus illius post mortuorum resurrectionem Deus daturus sit veneres, et mulieres quam plurimas singulis, domus item instructissimas, balnea et hortos, vestes et delicias, et alia his similia pollice- C batur, Cyrinthum hæreticum secutus, et alios quosdam veteres, sicque finem quodammodo felicitatis voluptatem esse docuit. Verum nos de his singulatim in quarta Apologia jam ante diximus; quapropter non nostri instituti est, in universum omnes Mahometis impias opiniones reprehendere. Quoniam vero nobis visum est has copiosius refutare, sic dicimus. Idem ille Mahomet in Alcorano sic dicit: Quod Deus mortem occisurus sit; quo facto homines immortales et integros esse resurrecturos. Cum itaque res ita se habeat, quid opus est deliciis et rebus veneris, cum generatio non sit necessaria? Alimentum enim propter corporis imminutionem factum est, ut defectum D impleat. Et viri cum muliere congressus propter liberorum procreationem concessus est. Quandoquidem vero hic idem confitetur, quod omnes resurrecturi sint immortales, frustraneum certe est alimentum, frustraneum etiam rei venereæ studium. Ut autem hoc concedamus, necessario tamen generatio inde sequetur. Homines vero hic generatos natura aut mortales aut immortales nasci oportet. Quod si mortales, qui fit ut ex immortalibus mortales nascantur? Si vero et hi ipsi qui nascuntur, immortales sunt, ea novum quemdam generationis modum induxit. Beatus autem Moses hominum generationem exponens, sic inquit: Deus e pulvere de terra sumpto formavit Adam, a seipso vero spiritu illi indito, factus est

in animam viventem. Ex costa vero Adami formavit Evam : ex utrisque vero simul ipsum Seth, et omnes homines [19]. » Mortales igitur cum essent, etiam ipsi mortales genuerunt. Cui dogmati assentit David, testimonium ferunt prophetæ, et hoc ipse Christus confirmat. Novum vero hunc generandi modum undenam sceleratus ille incitatus docuerit, non intelligo, nisi forte propria ratione, et a patre suo diabolo permotus. Sed en absurdum hoc considera. Si enim parentes immortales filios etiam immortales genuerunt, en generationis modus exortus est, qui nec mortem sentit, nec resurrectionem. Quod si vero ipsi immortales filios mortales genuerunt, quomodo filios diversæ ab ipsis naturæ genuerunt? Natura enim omnis sibi simile generare consuevit. Ut vero etiam hoc concedamus : quomodo mors interfecta (ut antea posuisti) post resurrectionem denuo vires exercebit? Jamne intelligis, quomodo Mahometis doctrina sacræ Scripturæ contraria, etiam sibi mutuo repugnet? Ipse enim unam eamque solam dicit fore resurrectionis diem. Ecce autem si mortales nascuntur, moriuntur necessario. Cum autem alia resurrectio nulla sit, et hi in æternum mortui jaceant, quis beatitudinis finem ipsam mortalitatem dixerit? Præterea sanctorum animæ quia nunc a corporibus separatæ sunt, voluptatibus carerent, et propterea etiam beatitudine destituerentur, juxta Mahometis sententiam : et ante illas ipsi angeli. Sed hoc nequaquam est, non est, inquam. Frustratum enim est insciens cor illius, et dum se sapientem putavit, omnium stultissimus apparuit. Beatitudinis enim finis non voluptas est, sed ut homo, quantum fieri potest, Deo similis fiat, Deum cognoscat, illique uniatur. Hoc, inquam, summum et angeli et hominis bonum est, et summa felicitas. Mahomet vero cum quænam dicat, ignoret, manifeste divinæ repugnat justitiæ. Justitia enim divina est, quæ omnia digne distribuit, et quæ immortalia sunt in æternum conservat, temporanea vero hæc ad tempus, et reliqua suo quo debent ordine. Et primo quidem supremis ordinibus ea dantur, quæ conveniunt ; deinde animabus et corporibus, post hæc etiam naturæ, quæ illam spectant. En igitur proportionem, pulchritudinem, ordinem et administrationem justam, quæ in singulis adhibetur. Nec veteres quosdam philosophos sequaris, qui et ipsi stupidi sunt ; verumtamen frigida quadam oratione dicunt, felicitatem esse mentis cognitionem ; cum ipsi, mea sententia, mente careant. Cum enim illi existiment nihil interesse inter mentem et intelligentiam, ignorant quod inter hæc Deus est summum bonum, et beatitudinis felicitatisque caput. Quantum enim aliquis Deo appropinquat, tantum beatus est, gloriosus et felix. Mihi vero dubitare contingit, quare non cædes etiam et rapinas post resurrectionem

[19] Gen. I, II, III.

A Εὔαν · ἐξ ἀμφοῖν δὲ τὸν Σὴθ, καὶ πάντας ἀνθρώπους. Θνητοὶ τοίνυν ὄντες, θνητοὺς καὶ ἐγέννησαν. Ὦτινι δόγματι συνᾴδει Δαβὶδ, μαρτυροῦσι πάντες προφῆται, βεβαιοῖ ὁ Χριστός. Τὸν δὲ καινὸν τουτονὶ τῆς γεννήσεως τρόπον οὐκ οἶδ' ὅθεν ὁρμηθεὶς ἔδειξεν ὁ ἀλιτήριος, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς κοιλίας αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ διαβόλου. Καὶ σκόπει τὸ ἄτοπον. Εἰ μὲν ὡς ἀθάνατοι οἱ πατέρες ἀθανάτους υἱοὺς ἐγέννησαν, ἰδοὺ ἐγένετο τρόπος γεννήσεως, ὅστις οὔτε θάνατον οἶδεν οὔτε ἀνάστασιν· εἰ δὲ ἀθάνατοι ὄντες θνητοὺς παῖδας ἐγέννησαν, πῶς ἑτέρας φύσεως παῖδας ἐγέννησαν; τὸ ὅμοιον γὰρ αὐτῇ ἡ φύσις οἶδε γεννᾷν. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο συγχωρήσομεν, πῶς ἀποκτανθέντος τοῦ θανάτου, ὥσπερ σὺ προὐπέθου, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐνεργεῖ; Βλέπεις πῶς μετὰ τῆς
B τῆς ἁγίας Γραφῆς ἐναντιότητος ἔχει καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐναντίως διόλου ἡ τοῦ Μωάμεθ διδασκαλία; Ὁ γὰρ αὐτὸς μίαν καὶ μόνην ἡμέραν λέγει εἶναι τῆς ἀναστάσεως. Καὶ ἰδοὺ εἴπερ γεννηθῶσι θνητοί, ἀποθανοῦνται κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην· ἑτέρας δὲ ἀναστάσεως μὴ οὔσης, κἀκεῖνοι εἰς αἰῶνα θνητοί. Καὶ πῶς τέλος μακαριότητος ἡ θνητότης; Λοιπὸν αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ, ἐπεὶ οὐκ εἰσὶ μετὰ τῶν σωμάτων αὐτῶν κατὰ τὸ παρὸν, ἐστέρηνται τῶν ἡδονῶν. Καὶ διὰ τοῦτο ἐστέρηνται καὶ τῆς μακαριότητος κατὰ τὸν Μωάμεθ λόγον, καὶ πρὸ τούτων οἱ ἄγγελοι. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Ἐματαιώθη γὰρ ἡ ἀσύνετος τούτου καρδία, καὶ φάσκων σοφὸς εἶναι αὐτὸς, πάντων μωρότερος ἀναφαίνεται. Οὐκ εἰσὶ γὰρ τέλος μακαριότητος αἱ ἡδοναὶ, ἀλλὰ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον κατὰ τὸ
C δυνατὸν ὅμοιον Θεῷ, καὶ γινώσκειν Θεὸν, καὶ ἑνωθῆναι αὐτῷ, τουτέστι τὸ ἄκρον ἀγγέλου καὶ ἀνθρώπου ἀγαθὸν, καὶ ἡ ἐσχάτη εὐδαιμονία. Ὁ δὲ Μωάμεθ μὴ εἰδὼς ἃ λέγει, φανερῶς ἀντιπίπτει τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνῃ. Δικαιοσύνη γὰρ θεία ἐστὶν ἡ πάντα νέμουσα κατ' ἀξίαν, καὶ διασώζουσα τὰ ἀθάνατα αἰώνια, τὰ δὲ πρόσκαιρα ἔγχρονα, καὶ τὰ ἑξῆς ὡς ἔχοντα τάξεως. Καὶ πρῶτον μὲν δωρεῖται ταῖς ἄνω τάξεσι τὰ κατ' ἀξίαν αὐταῖς ἀνήκοντα, εἶτα ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς σώμασι, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ φύσει τὰ εἰκότα, ἤγουν συμμετρίαν καὶ κάλλος καὶ τάξιν καὶ διακόσμησιν, κατὰ τὴν ἑκάστῳ τῶν ὅλων ἐπιβάλλουσαν ἀξίαν, μηδέ τισι κἂν παλαιοῖς φιλοσόφοις ἀκολουθῶν, ἀνοήτοις μὲν καὶ αὐτοῖς, ἀλλ' ὅμως ψυχρόν τινα λό-
D γον λέγουσιν, ὅτι εὐδαιμονία ἐστὶν ἡ τοῦ νοὸς γνῶσις, ἀπὸ τούτου, ὡς οἶμαι, πλανηθεῖσιν, ἀπὸ τοῦ ὑπολαβεῖν αὐτοὺς ὅτι οὐκ ἔστι τι μέσον νοὸς καὶ νοήσεως, ἀγνοήσασιν ὅτι μεταξὺ τούτων ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὅς ἐστιν ἄκρον ἀγαθὸν, καὶ ἄκρον μακαριότητος καὶ εὐδαιμονίας. Καθόσον γάρ τις ἐγγίζει Θεῷ, κατὰ τοσοῦτον εὐδαίμων ἐστὶ, καὶ εὐκλεὴς, καὶ μακάριος. Ἐμοὶ δ' ἔπεισιν ἀπορεῖν, πῶς οὐκ εἶπεν ὡς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔσεσθαι φόνους καὶ ἁρπαγάς. Ἐπεὶ γὰρ ἡδονῶν χάριν καὶ ἔρωτος χρημάτων πάντες οἱ πόλεμοι γίνονται, ἔδει πάντως κἀκεῖσε τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὁ πλείονας ἡδονὰς εἰς ἑαυτὸν φέρων μᾶλλόν ἐστιν ἄλλων μακαριώτερος.

fore dixerit. Cum enim voluptatum gratia et amore divitiarum omnia bella moveantur, etiam illic idem dicere oportebat; quoniam qui plures in se voluptates transfert, aliis multo est beatior.

ιβ'. Ἔτι ὁ αὐτός φησιν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Σάδ*, A ὅτι οἱ μὲν ἄγγελοι ἐκ πυρὸς ἐδημιουργήθησαν, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐκ χοός. Καὶ οἷον ὥσπερ τὸ σῶμά ἐστιν ἐκ τῆς γῆς χοϊκὸν, οὕτω καὶ τοὺς ἀγγέλους ἐκ πυρὸς ὑλικοὺς εἶναι λογίζεται· ἐκ τοῦ προφητικοῦ, οἶμαι, ῥητοῦ τὴν πλάνην ταύτην λαβὼν, τοῦ λέγοντος, « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· » μὴ νοήσας ὁ δείλαιος, ὅτι πνεύματα ὀνομάζονται οἱ θεῖοι νόες διὰ τὸ ταχὺ καὶ κοῦφον καὶ ἐλαφρὸν καὶ ἀσώματον, πυρὸς δὲ φλὸξ, διὰ τὸ φωτιστικὸν καὶ δραστικὸν καὶ ὀξύῤῥοπον καὶ καθαρτικὸν, ἔστιν ὅτε καὶ ἀφανιστικὸν, ὥστε καὶ αἱ ἀνωτάτω τάξεις, αἵτινες ἀμέσως τὰς θείας ἐλλάμψεις ὑποδέχονται, Σεραφὶμ παρὰ τῶν τὰ Ἑβραίων εἰδότων ἐπονομάζονται, τουτέστι πρηστῆρες καὶ B θερμαίνοντες διὰ τὸ ἀεικίνητον αὐτῶν περὶ τὰ θεῖα, καὶ ἀκατάληκτον, καὶ τὸ θερμαῖνον καὶ ὀξὺ καὶ ὑπερζέον τῆς προσεχοῦς καὶ ἀνενδότου καὶ ἀκλινοῦς ἀεικινησίας. Εἰ γὰρ τὸ ὑλικὸν τοῦτο πῦρ ἔχει μὲν φωτιστικὴν ἰδιότητα, ἔχει δὲ καὶ καθαρτικὴν ὡς εἰς τὸν χρυσὸν, φθαρτικὴν δὲ εἰς πᾶν κίβδηλον, πόσῳ μᾶλλον δύνανται ἔχειν αἱ οὐράνιαι ἱεραρχίαι, ἤτοι οἱ ἅγιοι ἄγγελοι, φωτιστικὴν μὲν καὶ καθαρτικὴν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν πρὸς τοὺς ἀξίους φωτίζεσθαι καὶ καθαίρεσθαι, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ προφητῶν, φθαρτικὴν δὲ καὶ ἀφανιστικὴν καὶ ἐλατῆρα, ὡς ἐπὶ τοῦ Σεναχηρεὶμ βασιλέως Ἀσσυρίων; Ταῦτα τοίνυν μὴ νοήσας ὁ μάταιος, τὴν τῶν ἀγγέλων φύσιν ἐκ πυρὸς εἶναι ἐνόμισε. Περὶ μέντοι τῶν μύθων καὶ τῶν περάτων, ὧν τερατεύεται, καὶ λέγει οὗτος μηδὲν C διαφερόντων γραϊδίων κωθωνιζομένων ληρημάτων, τί χρὴ καὶ λέγειν;

ιγ'. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Νεμελὲ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *μυῖα*, ὡς τοῦ Σολομῶντος συναγαγόντος μεγάλην ἀγγέλων στρατιὰν, καὶ ἀνθρώπων καὶ ἀλόγων ζώων, καὶ ἀπελθόντων καὶ εὑρόντων ὥσπερ τινὰ μυιῶν ποταμὸν, ἔφη ἡ μυῖα, Ὦ μυῖαι, ὑμεῖς εἰσέλθετε εἰς τὰς κατοικίας ὑμῶν, ἵνα μὴ διαφθείρῃ ὑμᾶς ὁ Σολομῶν καὶ τὸ στράτευμα αὐτοῦ. Καὶ ἡ μυῖα ὑπεμειδίασεν.

ιδ'. Ἔτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Ῥουβεσᾶ* φησιν, ὡς τὸν σκώληκα σημῆναι τὸν τοῦ Σολομῶντος θάνατον τοῖς δαίμοσιν, ἔνθα φησὶν ἡ ἐξήγησις ὅτι ὁ Σολομῶν D ἐπερειδόμενος τῇ ἑαυτοῦ βακτηρίᾳ, ὑπὸ τοσαύτης ἄφνω συνεσχέθη ὀδύνης, ὡς παραχρῆμα ἐκπνεῦσαι, θείῳ δὲ θαύματι οὐ κατέπεσεν. Οἱ δὲ τούτῳ δουλεύοντες δαίμονες ὁρῶντες αὐτὸν ἑστῶτα οὕτως, ἐνόμιζον ζῆν. Ἀνεδόθη δέ τις σκώληξ ἐκ τῆς γῆς διαφαγὼν τὴν τοιαύτην βακτηρίαν, ἧς συντριβείσης κατέπεσεν ὁ Σολομῶν. Οἱ δὲ δαίμονες δραμόντες, ἔγνωσαν αὐτὸν τεθνηκέναι, καὶ ἔκτοτε ἤρξαντο κατὰ πᾶσαν αὐτῶν τὴν δύναμιν βλάπτειν τοὺς ἀνθρώπους.

12. Quin ille idem dicit in capite *Sad*, angelos quidem ex igne creatos esse, hominem vero ex pulvere. Et quemadmodum corpus ex terra compactum est, ita etiam angelos ex igne ceu materia compositos putat: e verbis nimirum prophetæ hunc errorem hauriens, qui dicit: « Qui fecit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis [21]; » non intelligens miser, quod cœlestes animi spiritus dicuntur propter celeritatem et velocitatem, levem etiam et incorpoream substantiam, ignis autem flammam vocari propter claritatem, strenuitatem, repentinum motum, vimque purgatoriam, et fortassis etiam propter corrumpendi potentiam. Quemadmodum et supremi ordines, qui immediate majestatis divinæ splendorem sustinent, Seraphim ab Hebræis dicuntur, id est flammæ ardentes et calescentes, propter motum illum sempiternum circa divina et indesinentem, propterque calorem, velocitatem et fervorem continui, irrequieti et indefessi motus. Si enim ignis ille materialis proprietatem habet illuminatoriam et purgatoriam, ut in auro, corrumpendi vero virtutem in omnia adulterina, quanto magis cœlestes illi principatus, sancti nimirum angeli, virtutem illuminandi et purgandi, et efficaciam ad illuminandum et purgandum illuminatione et purgatione dignos (quales nimirum sancti sunt et prophetæ) habebunt; corrumpendi vero et vastandi potentiam, ut contra Senacherib Assyriorum regem? His itaque non intellectis, stolidus angelorum naturam ex igne constare putavit. De fabulis vero et prodigiis, quæ prodigiose edidit dixitque, a vetularum ebriosarum deliramentis nihil differentibus, quid plura dicere opus est?

13. Dicit enim in capite *Emele*, quod, si interpreteris, *muscam* significat, Salomonem magnum angelorum, hominum et brutorum animalium exercitum collegisse. Qui in expeditionem egressi, ingentem ceu muscarum fluvium invenerunt; dixitque musca, O muscæ, ingredimini vos in antra vestra, ne vos perdat Solomon et illius exercitus. Et musca subrisit.

14. Insuper in capite *Rubesa* dicit, vermiculum quemdam dæmonibus Salomonis mortem denuntiavisse: cujus rei narratio talis est. Cum Salomon scipioni suo inniteretur, tanto repente dolore correptus est, ut confestim exspiraret; divino tamen quodam miraculo non corruit. Huic vero ministrantes dæmones, cum illum sic stare cernerent, vivere adhuc arbitrati sunt. Prorepsit autem e terra vermis, scipionem illius arrodens: quo simul corroso, Salomon concidit. Dæmones vero accurrentes, ut eum obiisse cognoverunt, ex eo tempore cunctis suis viribus humano generi nocere cœperunt.

[21] Psal. CIII, 4.

15. Porro in libro *Enarrationum* Mahomet ipse causam reddit, quare ipsis vino interdictum sit. Dicit enim, Deum in terras duos emisisse angelos, ad bene imperandum et judicandum, quorum nomina erant Arot et Marot. Mulier autem quædam, actionem habens forensem, illos accedens, ad prandium invitavit, et vinum (quod illis ne biberent præceperat Dominus) apposuit. Qui ubi inebriati sunt, eamdem opprimere vi conati sunt. Illa vero libidini illorum non consensit, sed conscenso cœlo, res suas exposuit. Deus vero hac simul visa, et causa quam habebat cognita, ipsam fecit Luciferum, ut tam in cœlo inter stellas formosa esset, quam in terra inter mulieres fuerat. Angelis vero qui peccaverant optionem obtulit, utrum in hoc an futuro sæculo puniri vellent, eosque cum in hoc sæculo puniri mallent, ex pedibus ferrea catena in Babylonis puteum suspendit, usque ad diem judicii.

16. Dicit præterea, cœlum hoc creatum ex fumo factum esse; unde apparet, quod cœlum aliud, quod non creatum sit, esse putaverit novus ille legislator, quod nullus hominum unquam cognovit, in cujus differentiam cœlum hoc, quod coram videmus, creatum vocat, quasi ex maris exhalatione fumus talis exortus sit. Mare autem ex monte Caph prodiisse docet, qui totum orbem circumdat, et cœlum sustinet.

17. Deinde solem et lunam æquales fuisse dicit luce simul et virtute, nullamque inter diem noctemque fuisse differentiam, sed Gabriele quondam volitante alam illius fortuito lunæ propius admotam et impactam, corpus illius obscuravisse.

18. Insuper dicit, quod cum a Gabriele, ut Deum conveniret, vocatus in cœlum fuerit, Deum manum suam super ipsum Mahometem imposuisse; se vero tantam sensisse frigoris vim, ut hæc ad dorsi quoque medullam penetraverit. Quod autem hoc illius figmentum sit, manifeste constat. Verumtamen et Anthropomorphitarum sententiam secutus hæc dicit, qui Deum fingunt corporeum, ignorans nimirum miser illud: « Suscepisti iniquitatem, quoniam ero tibi similis. »

19. Item in capite *Sad* dicit Mahomet dæmones, cum angeli fuerint, ut Adamum adorarent a Deo institutos esse; mutatos autem esse in dæmones, cum hoc officii detrectarent, nec illum more aliorum vellent adorare. Atqui hæc opinio huic impio propria et peculiaris est.

20. Dicit præterea Mahomet, ex stercore elephantis porcum enatum esse, ex stercore autem porci murem, felem autem ex fronte leonis. Causa autem hujus talis refertur. Cum Noe in arca esset una cum filiis suis et animalibus, illis ad naturæ officium abeuntibus arca inclinabatur: in primis autem, si abiret elephas. Nimio itaque timore Noe correptus, Deum consuluit. Qui dixit: Profectus culum illius et stercoris meatum adora. Quod cum

A ιε'. Ἔτι ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν *διηγήσεων* αὐτὸς ὁ Μωάμεθ ἀποδίδωσι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ὁ οἶνος κεκώλυται αὐτοῖς. Φησὶ γὰρ τὸν Θεὸν ἐπὶ τῆς γῆς δύο ἀγγέλους ἀπεσταλκέναι, ὥστε καλῶς ἄρχειν, καὶ δικαίως κρίνειν. Ἐλέγοντο δὲ οἱ ἄγγελοι, Ἀρὼτ καὶ Μαρώτ. Ἐλθοῦσα δέ τις γυνὴ, δίκην ἔχουσα, ἐκάλεσε τούτους ἐπ' ἄριστον, καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς οἶνον, ὃν ὁ Θεὸς μὴ πιεῖν αὐτοῖς ἐνετείλατο· οἵτινες καὶ μεθυσθέντες, ἐζήτησαν ταύτην ἐφ' ὕβρει. Ἡ δ' οὐ συνέθετο, ἀλλ' ἀνελθοῦσα εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε τὰ κατ' αὐτήν. Ὁ δὲ Θεὸς ἰδὼν ταύτην, καὶ τὴν δίκην ἣν εἶχεν αὕτη ἀκηκοὼς, πεποίηκεν ἑωσφόρον, ὡς εἶναι ταύτην ἐν τῷ οὐρανῷ μεταξὺ τῶν ἀστέρων οὕτω καλὴν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ γῇ μεταξὺ τῶν γυναικῶν. Δοθείσης δὲ καὶ τοῖς ἁμαρτοῦσιν ἀγγέλοις αἱ-B ρέσεως, ὅπου βούλοιντο κολασθῆναι, ἐνταῦθα, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ἑλομένων αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι μᾶλλον τιμωρηθῆναι, ἐξήρτησε τούτους ἐν τῷ τῆς Βαβυλῶνος φρέατι τῶν ποδῶν δι' ἁλύσεως σιδηρᾶς μέχρι τῆς ἐν τῇ κρίσει ἡμέρας.

ιϛ'. Ἔτι φησὶν ὅτι ὁ κτιστὸς οὗτος οὐρανὸς γέγονεν ἐκ καπνοῦ. Ὡς ἔοικε γὰρ, ὅτι ἕτερόν τινα οὐρανὸν ἄκτιστον συνοῖδεν ὁ νέος οὗτος νομοθέτης, ὃν οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἐγνώρισέ ποτε. Καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τούτου καλεῖ τὸν παρόντα κτιστὸν, ὡς ἀπὸ τῆς ἀναθυμιάσεως, φησὶ, τῆς θαλάσσης γινομένου τοῦ τοιούτου καπνοῦ. Ἡ δὲ θάλασσα ἔκ τινος ὄρους Κὰφ ὀνομαζομένου, ὅπερ ὄρος ζώννυσιν ὅλην τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀντέχειν ποιεῖ τὸν οὐρανόν.

ιζ'. Ἔτι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἴσα φωτὸς C καὶ δυνάμεώς φησι γενέσθαι, καὶ μηδεμίαν διάκρισιν εἶναι μεταξὺ νυκτὸς καὶ ἡμέρας· ἀλλὰ πετομένου ποτὲ τοῦ Γραβριὴλ συμβῆναι τὸ πτερὸν αὐτοῦ ἐγγίσαι τῇ σελήνῃ, καὶ τούτου ἕνεκα σκοτισθῆναι.

ιη'. Ἔτι φησὶν ὡς προσκληθέντα τὸν αὐτὸν Μωάμεθ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τοῦ Θεοῦ θέντος τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ Μωάμεθ, τοσαύτης ψύξεως αἴσθησιν λαβεῖν αὐτὸν, ὡς διελθεῖν ταύτην μέχρι καὶ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ. Καὶ ὅτι μὲν τοῦτο πλάσμα ἐκείνου ἐστὶ, τουτὶ πρόδηλον· ἀλλ' ὅμως τοῖς Ἀνθρωπομορφίταις ἑπόμενος, ταῦτα λέγει, τοῖς λέγουσι τὸν Θεὸν σωματικὸν, ἀγνοῶν ὁ δείλαιος τὸ, « Ὑπέλαβες ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. »

ιθ'. Ἔτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Σὰδ* ὁ αὐτὸς Μωά-D μεθ φησὶν, ὅτι ἄγγελοι ὄντες οἱ δαίμονες, καὶ προσταχθέντες παρὰ Θεοῦ προσκυνῆσαι τὸν Ἀδὰμ, οὐκ ἠθέλησαν ποιῆσαι τοῦτο, καθὼς καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι προσεκύνησαν αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐγένοντο δαίμονες. Ἰδία δὲ δόξα ἐστὶν αὕτη τούτου τοῦ ἀσεβοῦς.

κ'. Ἔτι φησὶν ὁ αὐτὸς ὡς ἐκ τῆς τοῦ ἐλέφαντος κόπρου γεγεννῆσθαι τὸν χοῖρον, ἐκ δὲ τῆς κόπρου τοῦ χοίρου τὸν μῦν, τὴν δὲ γαλῆν ἐκ τοῦ μετώπου τοῦ λέοντος. Ἡ δὲ αἰτία ἐστὶν αὕτη. Ὄντος τοῦ Νῶε ἐν τῇ κιβωτῷ μετὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ζώων, ὁπόταν πρὸς ἀπόπατον ἐχώρουν, ἐκλίνετο ἡ κιβωτὸς, καὶ μάλιστα ὁπόταν ὁ ἐλέφας ἐπίῃ. Διὰ γοῦν τὸ λίαν φοβεῖσθαι, ἠρώτησεν ὁ Νῶε τὸν Θεὸν, ὃς ἔφη, « Ἀπελθὼν προσκύνησον τὸν πρωκτὸν αὐτοῦ πρὸς

τὴν ὀπὴν, ἐξ ἧς πρόεισιν ἡ κόπρος. » Οὗ γεγονότος, A ἅμα τε ἐξῄει ἡ κόπρος, καὶ σὺν αὐτῇ χοῖρος μέγας. Τῷ γοῦν ῥύγχει τὰς κόπρους ὀρύσσοντος, ὁ μῦς ἐγεννήθη, καὶ ἤρξατο ἐσθίειν τὰς σανίδας τῆς κιβωτοῦ. Καὶ τότε μάλιστα ἐφοβήθησαν. Ἐπερωτήσαντος δ' αὖθις τοῦ Νῶε τὸν Κύριον ὑπὲρ τούτου, ἐπατάχθη ὁ λέων ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ ἐξῆλθε γαλῆ ἐκ τῶν μυκτήρων αὐτοῦ. Ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν εἶναί φησι, δι' ἣν τὰ χοίρεια κρέα ἀκάθαρτα λογίζονται παρ' αὐτοῖς.

κα'. Ἔτι φησὶν ὅτι ὁ Θεὸς πρὸς τῷ τέλει τοῦ κόσμου ἀποκτενεῖ πᾶσαν φύσιν ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων, καὶ οὐχ ὑπολειφθήσεται ζῶν, πλὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ θανάτου, ὅς ἐστιν ἄγγελός τις λεγόμενος Ἀδριήλ. Καὶ τότε ἐντελεῖται Κύριος τῷ Ἀδριὴλ ἀποκτεῖναι ἑαυτόν. Οὗ γεγονότος, φωνήσει Κύριος φωνῇ μεγάλῃ, καὶ ἐρεῖ, Ποῦ εἰσιν οἱ σατράπαι τοῦ B κόσμου, καὶ οἱ ἄρχοντες; Καὶ μετὰ ταῦτα ἀναστήσει πάντας. Τί γοῦν ἐρεῖ τις ὅλως ὁ νοῦν ἔχων, ἕνεκεν τῶν τοσούτων φλυαριῶν;

κβ'. Οὐδὲν ἕτερον, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, ἢ αὐτῷ τῷ Μωάμεθ χρήσασθαι μάρτυρι, ὃς συνεγράψατο, ὥς φησι, βιβλίον, δυοκαίδεκα χιλιάδας λόγους ἔχον θαυμαστούς. Παρὰ δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ παρακληθεὶς διδάξαι τοῦτο αὐτοῖς, ἔφη πρὸς αὐτοὺς ὡς ἀπὸ τούτων οἱ μὲν τρισχίλιοί εἰσιν ἀληθεῖς, οἱ δὲ ἕτεροι ψευδεῖς. Ὥστε καί τινες εἴπερ ἐντύχωσι μετά τινων Ἰσμαηλιτιδῶν, καὶ ἀναφανῇ ψεῦδος τὸ παρ' ἐκείνων λεγόμενον, ἀδεῶς λέγουσιν ὅτι ἀπὸ τῶν ψευδῶν λόγων ἐστὶν, ὧν συνεγράψατο ὁ Μωάμεθ, οὐ μὴν ἀπὸ τῶν ἀληθινῶν. Καὶ ἴσως εἴπερ ἦν μιμησάμενος τὸν C Λουκιανὸν Ἕλληνα, ἔλεγε καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ὅτι μία καὶ μόνη ἐστὶν ἀλήθεια, τὸ, ὅσα δηλονότι εἰσὶ γεγραμμένα ἐν τῷ Κορράν, τὰ πάντα ψεῦδός εἰσιν, ἴσως ἂν εἶχον συγγνώμην τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα, ὥσπερ ἐκεῖνος ὀνομάζει ἀστειευόμενος ἀληθῆ διηγήματα, ἅπερ λέγει ψευδῶς. Ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ τοῦ βιβλίου αὐτοῦ τοῦτό φησι πρῶτον, ὅτι Μίαν ἀλήθειαν μέλλω εἰπεῖν, ὡς ὅσα εἰσὶ γεγραμμένα, τὰ πάντα εἰσὶ ψευδῆ. Καὶ μετὰ ταῦτα γράφει, ὅσα πρὸς γέλωτα παιδιᾶς χάριν. Τὸ δ' ἵνα μετὰ τοσαύτης ἀναιδείας διδάσκῃ οὗτος τὸ ψεῦδος, μήτε Θεὸν φοβούμενος, μήτ' ἐντρεπόμενος ἀνθρώπους, ποίας ἂν συγγνώμης τύχοι ὁ δείλαιος;

κγ'. Ἔτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ *Κεραμάρ*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *σελήνη*, λέγεται, ὡς ἰδόντες οἱ τοῦ D Μωάμεθ ἀκόλουθοι τὴν σελήνην ἐγγίζουσαν τῇ συνόδῳ, εἶπον πρὸς αὐτὸν, Δεῖξον ἡμῖν τέρας τι. Καὶ τότ' ἐκεῖνος τοῖς δυσὶν αὐτοῦ δακτύλοις ἔνευσε τὴν σελήνην. Οὗ γεγονότος εἰς δύο μέρη διῄρητο αὐτή. Καὶ θάτερον μὲν τῶν τμημάτων ἔπεσεν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Ἑλικαΐς, τὸ κείμενον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους τῆς πόλεως Μακκὰ, τὸ δὲ ἕτερον ἐπὶ τὸ ἕτερον ὄρος τὸ καλούμενον Ἐρυθρὸν, τὸ διακείμενον ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει τῆς αὐτῆς πόλεως. Οὕτω τοίνυν ἡ σελήνη διατμηθεῖσα, εἰσῆλθεν εἰς τὸν χιτῶνα τοῦ Μαχούμετ, καὶ αὐτὸς ταύτην σώαν ἀπεκατέστησεν αὖθις. Τίς γοῦν ἀντιλογία ἐστὶν εἰς τοιούτους μύθους καὶ πλάσματα; Ὅμως πᾶς τις ὁ ζητῶν τὴν ἀλήθειαν γνώτω ὅτι τὰ θαύματα οὐ κατ' ἐπίδειξιν γίνονται, ἀλλὰ τὰ μὲν

fecisset, simul exivit stercus, et cum illo porcus ingens, qui cum rostro stercora rimaret scrutareturque, mus prodiit, qui arcæ tabulata cœpit arrodere; qua de causa maxime territi sunt. Noe autem de hoc denuo consulente Dominum, leo in frontem percussus est, et statim ex naribus illius felis prosiliit. Et hanc ille rationem adducit, propter quam suillæ carnes ab his pro immundis habeantur.

21. Dicit item, quod Deus in consummatione mundi occisurus sit omne genus et angelorum et hominum, et quod nemo vivens præter unum Deum et mortem (quam angelum quemdam Hadriel nomine esse dicit) relinquendus sit. Et tunc præcipiet Hadrieli Dominus, ut occidat seipsum. Quo facto, clamabit voce alta Dominus, et dicet, Ubi sunt satrapæ mundi et principes? Et post hæc omnes suscitabit. Quid vero, quisquis mentis compos fuerit, de tot tantisque nugis dicet?

22. Non aliud certe, meo videre, quam quod ipse Mahometes testatur, qui ait se librum conscripsisse duodecim millia sermonum mirabilium continentem: a discipulis vero suis rogatum, ut hæc ipsis exponeret, dixisse illis, quod ex his quidem ter mille veri sint, reliqui vero falsi. Hincque evenit, ut si qui Ismaelitarum cum aliquibus disputaverint, et falsum esse convincatur quod ab ipsis allatum est, intrepide dicant, ea ex falsis Mahometis sermonibus, et non ex veris desumpta esse. Quod si is forte, Lucianum imitatus, de seipso dixisset hanc unam solamque esse veritatem, quod omnia quæ in Alcorano descripta sunt falsa sint, veniam certe, quæ in hoc continentur, possent mereri: quemadmodum hic facete veras narrationes nominat, quæ a se dicuntur mendacia. In principio enim libri sui sic dicit: Unicam hanc veritatem dicturus sum, omnia nimirum quæ hic describuntur, falsa esse. Et deinde quæcunque ridicula sunt, per lusum ascribit. Cum vero hic tanta cum impudentia falsum doceat, nec Deum veritus nec homines, quanam venia infelix dignus fuerit?

23. Præterea in capite *Ceramar*, quod *lunam* interpretantur, dixit: Quod Mahometis discipuli cum lunam coitui vicinam viderent, dixerint illi: Ostende nobis prodigium aliquod. Tunc ipse duobus digitis suis lunæ innuit. Quo facto, hæc in duas partes dissecta est, et alterum quidem frustum in montem Helicam (qui ab uno latere civitati Mekkæ adjacet) decidit; alterum vero in alium montem Erythron nomine, qui ab altero latere ejusdem civitatis situs est. Et luna sic dissecta in Mahometis tunicam collecta est, qui eamdem integram restituit. Qua autem confutatione in hujusmodi figmenta et fabulas opus est? Veruntamen quisquis studiosus fuerit, intelligat miracula non in alicujus rei specimen fieri solere: sed alia quidem propter aliquam utilitatem animæ fiunt, ut de Christo et

1. Postquam ob transgressionem primi parentis A nostri, ex prima et beata illa vita excidimus, et a Deo sejuncti, ex paradiso proscripti sumus, inque honoris prorsus expertem vivendi rationem, mortis rei, incurrimus, mille opinionibus, et erroribus, et impietatis generibus implicati, voluptatibusque et illecebris carnis a diabolo in servitutem abducti; postquam etiam propter hæc talia opus habuimus Deo incarnato, quippe qui non ferret aut tantis pœnis multari, aut penitus interire figmentum manuum suarum, ut ab eo, a quo ficti eramus, refingeremur, ea de causa unigenitus Dei Filius, et Verbum, quod ex omni æternitate Patri aderat, tempore non circumscriptum, miserans naturam nostram, quæ a recto tramite deflexerat, ad interitum proruerat, perque peccatum ad inferorum B portas descenderat, statuit aliquando inter nos degere, temporis volubilitati subjici, nobisque in omnibus, excepto peccato, assimilari; eapropter virgineo utero recipitur is, qui nullo spatio capitur, et corporis mole circumscribitur, qui incircumscriptus est, naturamque assumptam communione sua ad divinitatem evehit, vereque homo efficitur, qui semper Deus est.

α′. Ἐπειδὴ τῆς πρώτης καὶ θείας καὶ μακαρίας ζωῆς ἀπεῤῥάγημεν διὰ τὴν παράβασιν τοῦ πρωτοπάτορος, καὶ τοῦ Θεοῦ μακρυνθέντες, ἐξόριστοι τοῦ παραδείσου γεγόναμεν, καὶ κατήχθημεν εἰς ἀτιμοτάτην διαγωγὴν, καὶ θάνατον κατεκρίθημεν, καὶ μυρίαις δόξαις, καὶ πλάναις καὶ ἀσεβείαις κατεμερίσθημεν, φιληδονίαις καὶ πάθεσι σαρκὸς τῷ ἐχθρῷ διαβόλῳ καταδουλούμενοι, καὶ διὰ τοῦτο ἐδεήθημεν Θεοῦ σαρκουμένου, οὐκ ἀνασχομένου ζημιωθῆναι τὸ πλάσμα τῶν οἰκείων χειρῶν, οὐδὲ παριδεῖν ἀπολλύμενον ἵνα δι' οὗ τὴν πλάσιν ἔσχομεν, δι' αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάπλασιν λάβωμεν, τούτου χάριν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Λόγος, καὶ ἀϊδίως συνὼν τῷ Πατρὶ, καὶ ἄχρονος ὤν, τὴν ἡμετέραν φύσιν κατοικτειρήσας ἐξολισθήσασαν τοῦ καλοῦ, καὶ πρὸς ἀπώλειαν ἐξοιστρηλατήσασαν, καὶ δι' ἁμαρτίαν πρὸς τὸ τοῦ ᾅδου καταντήσασαν πέταυρον, εὐδόκησε καὶ ἠθέλησέ ποτε καθ' ἡμᾶς γενέσθαι, καὶ ὑπὸ χρόνον ἐλθεῖν, καὶ κατὰ πάντα ἡμῖν ὁμοιωθῆναι χωρὶς ἁμαρτίας· διὰ τοῦτο καὶ παρθενικῇ νηδύϊ χωρεῖται ὁ ἀχώρητος, καὶ σαρκὶ περιγράφεται ὁ ἀπερίγραπτος, καὶ θεοῖ τῇ κοινωνίᾳ τὸ πρόσλημμα, καὶ ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν γίνεται, ὁ ἀεὶ Θεὸς γνωριζόμενος.

2. Cæterum cum in mundo versaretur, et inter homines vitam ageret, leges justissimas præscripsit, veritatis agnitionem patefecit, et ea, quæ conducibilia et salutaria erant, edocuit. Signa et prodigia magna et admiranda patravit; deinde sponte sua in impiorum et sceleratorum potesta- C tem traditus est. Condemnatur, mortis sententiam patitur, turpissimoque lethi genere perimitur: cum in se supplicia et cruciamenta peccatis nostris debita recepisset, secundum illud vatis oraculum: *Ipse peccata nostra portat, doloresque nostros ipse*

β′. Συναναστραφεὶς δὲ καὶ ἐμπολιτευσάμενος τῷ κόσμῳ ἔδωκε προστάγματα δικαιοσύνης, καὶ ἔδειξε τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, ἐδίδαξε τὰ λυσιτελῆ καὶ σωτήρια, ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα καὶ θαυμαστά· εἶτα παραδέδοται ἑκουσίως εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν καὶ ἀδίκων, καὶ κατακρίνεται, καὶ καταδικάζεται, καὶ πάσχει, καὶ ὑπομένει τὰ ἀτιμότατα πάθη, ἀναδεξάμενος ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν σωτήριον τιμωρίαν, καὶ ὀδύνην, καὶ κάκωσιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Αὐτὸς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται, αὐτὸς τὰς*

ἀσθενείας ἡμῶν καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Ἐμπτυσμούς τε καὶ ῥαπισμοὺς καταδέχεται ὁ τῆς δόξης Κύριος, κολαφίσματα, καὶ ὕβρεις, καὶ γέλωτα, πορφυρᾶν χλαῖναν καὶ ἀκάνθινον στέφανον, κάλαμον καὶ σπόγγον καὶ χολὴν μετὰ ὄξους, ἥλους καὶ λόγχην, καὶ μετὰ τούτων πάντων τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον, καὶ λύει μὲν διὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ τῆς παλαιᾶς κατάρας τὴν καταδίκην καὶ τὴν ἀπόφασιν, ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα γενόμενος, καθὼς γέγραπται, *Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου*· διὰ δὲ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς πικρᾶς καταδίκης ἐξάγει τοῦ σκότους, καὶ τῶν ἀλύτων λύει τοῦ τυραννοῦντος διαβόλου δεσμῶν, καὶ ἐλευθερίαν πᾶσαν χαρίζεται. Ἀνίσταται γὰρ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναβαίνει ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνων τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· καὶ πάλιν ἐλεύσεται μετὰ δόξης τοῦ κρῖναι πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

γʹ. Οὕτω προενοήσατο ἡμῶν ὁ Θεός, καὶ οὕτως ἐσπούδασεν ἐξελέσθαι ἡμᾶς τῆς τυραννίδος τοῦ ἀπατήσαντος ἡμᾶς διαβόλου. Οὕτω κατηξίωσεν ὑπὲρ ἡμῶν ἄνθρωπος γενέσθαι, καὶ τὰ θεῖα τούτου παθήματα πρὸς ἰατρείαν τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας φάρμακα ἔδωκεν ἡμῖν· καὶ δι' αὐτῶν ἀνεπλάσθημεν, καὶ τῆς ζωῆς ἠξιώθημεν, καὶ μυστηρίων θείων γεγόναμεν μέτοχοι, καὶ δωρεῶν πνευματικῶν ἀπολαύομεν. *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα*, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Κατάρα γέγονε ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστός, ἐπειδὴ δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἑκουσίως ἀποθανὼν τὸν ἐπονειδιστον καὶ ἀτιμότατον θάνατον. Ἐξηγόρασεν ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας, ὅτι ἐκένωσεν ἑαυτοῦ τὸ θεῖον καὶ ἅγιον αἷμα, καὶ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς καταδίκης καὶ φθορᾶς τοῦ ᾅδου ἐῤῥύσατο. Κατάρα γέγονεν ὁ Χριστός, ὡς τῶν ἐπικαταράτων καὶ κακούργων τὸν θάνατον ἀποθανών. Ὅτι δὲ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, *οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*, μετέστρεψε τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν, καὶ ἦρε μᾶλλον τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ σωτηρίας ἡμῖν ὁδὸν ἐχαρίσατο. Ἦλθε γὰρ ὁ Κύριος, ἵνα τὴν καθ' ἡμῶν γενομένην κατάραν βαστάσῃ· διὸ καὶ τὸν διὰ σταυροῦ κατεδέξατο θάνατον. Πῶς γὰρ εἶχεν ἄλλως κατάρα γενέσθαι, εἰ μὴ τὸν ἐπὶ κατάρᾳ γενόμενον θάνατον ἐδέξατο διὰ σταυροῦ; Πῶς δ' ἂν προσεκαλέσατο ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐσταύρωτο; Ἐν μόνῳ γὰρ τῷ σταυρῷ ἐκτεταμέναις χερσί τις ἀποθνήσκει. Ἐξέτεινε δὲ τὰς παλάμας ὁ Κύριος, ἵνα πρὸς αὐτὸν πάντας ἑλκύσῃ, καὶ συνάψῃ ἐν ἑαυτῷ, καθὼς αὐτὸς εἶπεν· *Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.*

Ὁ διάβολος γὰρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐκπεσὼν μετὰ τῶν αὐτοῦ τῆς πονηρίας πνευμάτων, περὶ τὸν ἀέρα πλανᾶται, καὶ ἐπιχειρεῖ ἐμποδίζειν τοὺς ἀνερχομένους εἰς οὐρανόν. Ἦλθεν οὖν ὁ Κύριος, ἵνα τὸν διάβολον καταβάλῃ, καὶ τὸν ἀέρα καθαρίσῃ, καὶ ὁδοποιήσῃ ἡμῖν τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον διὰ τῆς σαρκὸς

A *fert, ipse languores nostros et morbos tulit* [1]. Sputa et alapas recipit Dominus gloriæ, et colaphos, et injurias, et irrisiones, et purpuram, et chlamydem, et spineam coronam, arundinem, et spongiam, fel cum aceto, clavos, et lanceam, et cum his omnibus, crucem et mortem, et cruce quidem et morte sua antiquæ maledictionis condemnationem et sententiam dispungit, maledictum pro nobis factus, sicut scriptum est: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno* [2]. Per sepulturam vero et resurrectionem ex severa illa condemnatione tenebrisque nos eduxit, et insolubilia, quibus diabolus, sævissimus tyrannus, nos alligarat, rupit, perfecta libertate nobis restituta. Resurgit enim tertia die, et in cœlos ascendit advocatus noster apud Deum B et Patrem; et iterum venturus est cum gloria, judicare totius terræ incolas, ut reddat unicuique secundum opera sua.

3. Tantam curam nostri gessit Deus; adeo elaboravit, ut nos eriperet ex tyrannide ejus, qui nos deceperat, diaboli. Sic dignatus est homo pro nobis fieri, et hos cruciatus, quos ipse sustinuit, medicamenta nostræ imbecillitatis esse voluit: quibus recreati et reconcinnati sumus, vitaque donati, et divinorum mysteriorum participes effecti et donis spiritualibus potiti. *Christus redemit nos ex maledicto legis, factus ipsemet pro nobis maledictum*, ut divinus Apostolus ait [3]. At maledictum factus est, cum obtulerit seipsum sponte pro nobis, morte C probri et dedecoris plenissima subita. Redemit nos a maledicto, quia effudit divinum et sacrosanctum suum sanguinem, eripuitque nos ex servitute diaboli, et ex morte, et ex condemnatione et interitu inferni. Maledictum factus est Christus, cum maledictorum et malefactorum mortem exsolverit. At quia peccatum non fecit, *nec dolus in ore ejus repertus est* [4], ideo maledictionem in benedictionem convertit, totiusque mundi peccata abstulit, et salutis viam aperuit. Venit enim Dominus, ut nobis impositas diras ferret: qua de causa crucis quoque supplicium passus est. Nam quomodo aliter maledictum fieri poterat, si mortem crucis maledictioni jam olim subjectam non elegisset? Quomodo nos advocasset, si crucifixus non D fuisset? In sola enim cruce moritur quis expansis manibus. Extendit autem Dominus manus, ut ad se omnes attraheret, et in seipso conjungeret, prout ipsemet dixerat: *Ego si exaltatus fuero a terra, omnes ad me traham* [5].

4. Nam diabolus ex cœlo cum impietatis suæ gregalibus detrusus, nunc in aere oberrat, conaturque euntibus ad superos impedimenta objicere. Venit ergo Dominus, ut diabolum deturbet, aeremque purget, nobisque viam ad cœlum sternat et muniat per carnem propriam, et ut omnibus constet,

[1] Isa. LIII, 4. [2] Deut. XXI, 23. [3] Galat. III, 13. [4] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22. [5] Isa. XII, 32.

ipsum esse, qui omnia contineat imperioque suo regat. Hinc mors illius omnia sanctificat, hinc rectæ rationi convenienter mortem crucis, etsi ignominiosissimam, aliis prætulit. Hanc crucis speciem celebravit itidem divinus David : *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum* (en altitudinem), *si descendero in abyssum* (en profunditatem), *si sumpsero pennas meas diluculo*, quod est solis ortus (en latitudinem), *et habitavero in extremis maris* [6], occasum intelligit (en longitudinem).

5. Divinus insuper Paulus figuram hanc insinuavit scribens ad Ephesios : *Ut possitis*, inquit, *comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, et profunditas et altitudo* [7]. Altitudine nimirum cœlestia intelligit : profunditate, subterranea ; latitudine autem et longitudine, extrema quæ in medio interjacent, quæ a virtute illa totam universitatem gremio suo comprehendente, continentur. Propterea aiebat Dominus : *Oportet Filium hominis crucifigi* [8], videlicet, passio aliter peragi non potest, nisi per crucem, etsi aliæ multæ moriendi rationes suppetebant, quibus Dominus salutis nostræ mysterium perficere et complere poterat. Cæterum ex omnibus mors in cruce tanquam necessaria, et quæ omitti nequeat, seligitur. Et tunc ubicunque crux sculpitur, ibi benedictionis et sanctificationis vicem subit, et omnia ad salutem spectantia subministrat. Hac igitur invicta armatura armati, ne contremiscamus, neque formidemus, fratres, inimicos nostros ; divinam enim crucem horrent isti, et timore percelluntur, aufugiunt, nec vel paululum ad hujus signaculum respicere audent. Quocirca omnes nostras actiones cruce perficiamus. Hanc ob causam, crucem exaltantes et adorantes, Christum in eam sublatum laudibus afficimus et extollimus. Nam qui crucem laudat, is crucifixum honorat, glorificat et adorat : per crucem enim tyrannus captus est. Per crucem mors fugata, infernusque spoliatus. Par namque erat, ut quibus nos dæmon devicerat, iisdem quoque a Christo vinceretur.

6. Mulier et lignum et mors condemnationis et interitus nostri fuerunt causa. Nam Eva a serpente decepta fuit. Lignum erat arbor illa, cujus pomum et Eva et Adamus ingenti amaritudine degustarunt. Mors vero gustati acerbi fructus pœna. At ecce rursus virgo, et lignum, et mors, et quæ prius damnationem et supplicium attulerant, ea nunc libertatem nobis pariunt : loco Evæ benedicta et perpetua Virgo Maria, loco ligni in paradiso, lignum crucis, loco mortis Adami, mors Christi ; nam iisdem armis, quibus diabolus victoriam obtinuerat, prostratus est et sub jugum missus. Per arborem illam debellaverat hostis Adamum ; at

αὐτοῦ, καὶ δείξῃ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ πάντα συνέχων καὶ διακρατῶν. Διότι ὁ θάνατος αὐτοῦ ἁγιάζει τὰ σύμπαντα, διὰ τοῦτο τὸν διὰ σταυροῦ εἰκότως κατεδέξατο ἀτιμότατον θάνατον. Τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦ τιμίου σταυροῦ καὶ ὁ θεῖος Δαυῒδ ἐξύμνησε, λέγων· *Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν*, τοῦτο τὸ ὕψος, *ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην*, τοῦτο τὸ βάθος, *ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον*, ὅ ἐστιν ἡ τοῦ ἡλίου ἀνατολὴ, τοῦτο τὸ πλάτος, *καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης*, τὰς δυσμὰς δὲ ὀνομάζει, τοῦτο τὸ μῆκος.

ε'. Καὶ ὁ θεῖος Παῦλος τὸ σχῆμα τοῦτο ὑπηνίξατο πρὸς Ἐφεσίους γράφων, *Ἵνα ἐξισχύσητε*, φησὶ, *καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ μῆκος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος*· σημαίνων διὰ μὲν τοῦ ὕψους τὰ ἐπουράνια, διὰ δὲ τοῦ βάθους τὰ ὑποχθόνια, διὰ δὲ τοῦ πλάτους καὶ μήκους τὰ διὰ μέσου πέρατα ὑπὸ τῆς τὸ πᾶν διακρατούσης δυνάμεως κατεχόμενα. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Κύριος, ὅτι *Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου σταυρωθῆναι*, ἤγουν οὐκ ἄλλως ἐστὶ γενέσθαι τὸ πάθος εἰ μὴ διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ πολλῶν ὄντων ἄλλων τῶν πρὸς θάνατον φερόντων, δι' ὧν δυνατὸν ἦν ἀποπληρῶσαι τὸν Κύριον τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ θανάτου οἰκονομίαν, ἐκ πάντων τῶν ἄλλων ὁ διὰ σταυροῦ προτετίμηται θάνατος, ὡς ἀναγκαῖος καὶ ἀπαραίτητος. Καὶ νῦν ἔνθα ἂν ἐγχαραχθῇ ὁ σταυρὸς, εὐλογεῖ, ἁγιάζει, πάντα δίδωσι τὰ σωτήρια. Τοῦτον οὖν ἔχοντες ἀκαταμάχητον ὅπλον μὴ τρέμωμεν, μηδὲ δειλιῶμεν τοὺς ἐχθροὺς, ἀδελφοί μου· τρέμουσι γὰρ τὸν θεῖον σταυρὸν οὗτοι, καὶ δειλιῶσι, καὶ φεύγουσι, μηδὲ μικρὸν δυνάμενοι ἀντιβλέπειν πρὸς τὴν τούτου σφραγῖδα. Διὰ τοῦτο πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν τῷ σταυρῷ διανύωμεν· διὰ τοῦτο ὑψοῦντες αὐτὸν καὶ προσκυνοῦντες τὸν ἐν αὐτῷ ὑψωθέντα Χριστὸν μεγαλύνομεν καὶ δοξάζομεν. Ὁ γὰρ τὸν σταυρὸν ἐπαινῶν, τὸν σταυρωθέντα τιμᾷ, καὶ δοξάζει, καὶ προσκυνεῖ. Διὰ σταυροῦ γὰρ ὁ τύραννος αἰχμάλωτος γέγονε· διὰ σταυροῦ ὁ θάνατος οἴχεται, καὶ ὁ ᾅδης ἐσκύλευται. Ἔπρεπε γὰρ δι' ὧν ἐνίκησεν ἡμᾶς ὁ διάβολος, διὰ τούτων αὐτοῦ περιγενέσθαι τὸν Χριστόν.

ς'. Γυνὴ γὰρ, καὶ ξύλον, καὶ θάνατος τῆς ἡμῶν καταδίκης καὶ φθορᾶς ὑπῆρχε τὰ αἴτια. Ἡ γὰρ Εὔα ἠπατήθη ὑπὸ τοῦ ὄφεως. Ξύλον δὲ ἦν τὸ δένδρον ἐκεῖνο ὅπερ καὶ ἡ Εὔα καὶ ὁ Ἀδὰμ πικρῶς ἀπεγεύσαντο. Θάνατος δὲ τὸ τῆς πικρᾶς ἐπιτίμιον γεύσεως. Ἀλλ' ἰδοὺ πάλιν παρθένος καὶ ξύλον καὶ θάνατος, ἅτινα ἦσαν τότε τῆς κατακρίσεως ἡμῶν, καὶ τῆς καταδίκης, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν γεγόνασι πρόξενα· ἀντὶ τῆς Εὔας ἡ ὑπερευλογημένη καὶ ἀειπάρθενος Μαρία, ἀντὶ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ ξύλον τὸ τοῦ σταυροῦ, ἀντὶ τοῦ θανάτου τοῦ Ἀδὰμ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ· δι' ὧν γὰρ ἐνίκησεν ὁ διάβολος, διὰ τούτων κατηργήθη καὶ καταβέ-

[6] Psal. CXXXVIII, 7-9. [7] Ephes. III, 18. [8] Luc. XXIV, 7.

βληται. Διὰ τοῦ δένδρου ἐκείνου κατηγωνίσατο ὁ ἐχθρὸς τὸν Ἀδάμ, διὰ τοῦ σταυροῦ κατεπάλαισε τὸν ἐχθρὸν ὁ Χριστός. Ἐκεῖνο μὲν τὸ ξύλον τοῦ παραδείσου θανάτου πρόξενον γέγονε, καὶ εἰς ᾅδην παρέπεμψε· τὸ ξύλον δὲ τοῦ σταυροῦ καὶ τοὺς ἀπελθόντας εἰς ᾅδην ἀνεκαλέσατο. Τὸ ξύλον τοῦ παραδείσου αἰχμάλωτον καὶ γυμνὸν ἐποίησε τὸν Ἀδάμ, καὶ κρυβῆναι αὐτὸν παρεσκεύασε· τὸ ξύλον δὲ τοῦ σταυροῦ τὸν νικητὴν Χριστὸν ἐφ' ὑψηλοῦ πᾶσιν ἐδείκνυεν. Ἁπάσης γὰρ τῆς οἰκουμένης ὁρώσης, καθάπερ γενναῖος ἀθλητής, τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις κατέβαλεν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀνυψωθείς. Ὁ δὲ θάνατος τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα ἀνθρώπους κατεδίκασε, καὶ ἐθανάτωσε, καὶ κατέκρινεν· ὁ δὲ θάνατος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ πεσόντας καὶ θανατωθέντας ἀνέστησε, καὶ ἐζώωσε, καὶ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις σωτηρίας ὁδὸν ἐχαρίσατο.

Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Προσέχωμεν ἑαυτοῖς, ἀγαπητοί, μὴ πάλιν ὑπὸ κατάραν γενώμεθα, τοῦ θείου φόβου καὶ τῶν σωτηρίων ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ ἀμελήσαντες. Ἔλουσεν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐν τῷ βαπτίσματι *διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας* καὶ ἀνακαινίσεως Πνεύματος ἁγίου· μὴ πάλιν ὑποστρέψωμεν *ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον*. Συμμόρφους ἑαυτῷ καὶ συσσώμους ἐποίησεν ὁ Χριστός· μὴ τοίνυν ποιῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ μέλη πόρνης, τὸ σῶμα καταμολύνοντες, καὶ τὴν βασιλικὴν εἰκόνα καταζοφοῦντες. Ἡγίασεν ἡμᾶς ὁ Χριστός, καὶ ἐκάθηρεν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν διὰ τοῦ τιμίου καὶ ἀχράντου αἵματος αὐτοῦ, ὥστε μὴ ἔχειν σπῖλόν τινα ἢ ῥυτίδα, μηδέ τι τῶν ἀμορφίαν καὶ εἰδέχθειαν ἐμποιούντων· μὴ πάλιν αὐτομολήσωμεν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, μηδὲ ἀγαπήσωμεν τὴν δυσωδίαν τῶν παθῶν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀκαθαρσίαν τοῦ ῥύπου τῶν ἡδονῶν. Ἔπλησεν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς φωτὸς λαμπροτάτου καὶ καθαροῦ· μὴ πάλιν τὸ ζοφερὸν τῆς ἁμαρτίας ἐκλεξώμεθα σκότος. Ἐποίησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς συσκήνους τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, καὶ συγκληρονόμους τῶν αἰωνίων αὐτοῦ ἀγαθῶν ἠξίωσε γενέσθαι ἡμᾶς· μὴ πάλιν αἱρετισώμεθα τὴν ἀτιμίαν, καὶ τὴν φθοράν, καὶ τὴν καταδίκην, ἀλλὰ τὴν ἐλευθερίαν ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἐδόξασε, διαφυλάττωμεν, καὶ πάσῃ σπουδῇ καὶ προσοχῇ χρησώμεθα, ἀδελφοί μου, ἵνα οἷς ἐκλήθημεν καὶ ἐδικαιώθημεν, μείνωμεν. Κἂν γὰρ μὴ μείνωμεν οὕτως, ἀλλ' εἰς τὰ ὀπίσω ὑποστρέψωμεν, κολάσεσι καὶ τιμωρίαις ὑποβληθησόμεθα, ὅταν ἔλθῃ ὁ Κύριος τοῦ κρῖναι πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, καλῶς πολιτευσώμεθα, καὶ ὡς ἀρεστὸν τῷ Θεῷ ἡμῶν καθαρότητα ἀσπαζόμενοι, δάκρυα προχέοντες, κατάνυξιν πηγάζοντες, τὸ σῶμα ὑποτάσσοντες, καὶ ὡς δοῦλον ἄγοντες, τὴν ψυχὴν τοῖς πνευματικοῖς λόγοις καὶ ἔργοις ζωογονοῦντες καὶ διατρέφοντες, τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀῤῥαθύμως ἐπιτελοῦντες, καὶ μηδόλως ἀπονυστάζοντες.

Ϛʹ. Εἰ δὲ καὶ ῥαθυμήσομεν καὶ ἀμελήσομεν, ὅτι

A per crucem superavit Christus hostem. Lignum illud mortem progenuit, et ad inferos præcipitavit: at lignum crucis eos etiam, qui jam ad manes descenderant, revocavit. Lignum paradisi in servitutem abduxit, nuditatemque Adamo induxit, et ut sese occuleret, effecit. At lignum crucis Christum in excelso situm omnibus spectandum exhibuit. Nam toto terrarum orbe inspectante, tanquam generosus quidam athleta, adversarias virtutes Christus, sublimis ex ligno pendens, contrivit et disjecit. Mors Adami posteros quoque damnavit, mortisque necessitati subjecit; at mors Christi etiam antea lapsos et mortuos restituit, vitaque donavit, et omnibus hominibus salutis viam
B patefecit.

Christus nos redemit a maledicto legis, maledictum pro nobis factus. Attendamus, charissimi, ne rursus exsecrationi subjiciamur, divino timore salutaribusque Christi præceptis neglectis. Lavit nos Christus in baptismate *per lavacrum regenerationis*[9] et renovationis Spiritus sancti, ne revertamur *ad proprium vomitum*[10]. Ejusdem secum similitudinis et corporis Christus nos fecit: ne igitur faciamus membra Christi membra diaboli, corpore contaminato, et regali imagine obscurata. Sanctificavit nos Christus, et emundavit a peccatis nostris per pretiosum et immaculatum
C sanguinem suum, ut omni macula et ruga careamus, et omni illo, quod deformitatem formæque turpitudinem affert; ne denuo ad flagitia ultro accedamus, neque diligamus fetorem immoderatarum cupiditatum, ejusque impuritatis, quæ ex voluptatum cœno exsistit. Replevit nos Christus luce splendidissima et purissima; ne igitur tenebrosam illam improbitatis caliginem subeamus. In angelorum contubernium ascivit nos Dominus, hæredesque æternorum bonorum constituit; ne igitur amplius in ignominiam, et interitum, et in damnationem nos conjiciamus, sed libertatem, qua Christus nos clarere voluit, custodiamus, omnique diligentia et attentione enitamur, fratres mei, ut in his, in quibus vocati et justificati sumus,
D maneamus. Nam si firmo pede non consistamus, sed retrorsum respectemus et resiliamus, cruciatibus et suppliciis subjiciemur, quando venerit Dominus, universum orbem terrarum judicaturus. Verum ne hoc eveniat, recte vitam nostram instituamus, et ut Deo gratum acceptumque est, puritatem amplectamur, lacrymas fundamus, contritionem et pœnitentiam quasi stillemus, corpus subjiciamus et servi instar tractemus, animam spiritualibus documentis et factis vivam et vegetam efficiamus et alamus, opera Dei impigre exsequamur, neque unquam somniculose agamus.

7. Quod si pigritemur et in socordiam incidamus,

[9] Ephes. v, 26. [10] II Petr. ii, 22.

quandoquidem imbecilla et labilis est natura nostra, at rursus resipiscamus, et pœnitentiam agamus, et confiteamur, conteramur cordibus, et ad sobrietatem redeamus, et ad pristinum vivendi institutum nos recipiamus. Custodiamus egregium depositum, juvenem nostrum imperatorem [1], illum christum Domini, qui neminem injuria affecit, qui a patre [2] et avo [3] et proavo imperium ad se transmissum accepit : subjiciamur in omnibus hujus justissimo et æquissimo imperio. Si enim hunc colamus, et omni, quo licet, modo honoremus, pii purique erimus coram Deo et hominibus, audiemusque illam Dei ad nos vocem : *Ego exaltavi servum meum* regem per Ecclesiam meam, *unxi eum oleo sancto meo, manus mea auxiliabitur ei* [11], et brachium meum confortabit eum; non proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei, et conteram a facie ejus odientes eum, et inimicos ejus dispergam. Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso, et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus. Ego sum Pater vester, ego radix, ego fundamentum, ego nutrix, ego domus, ego vestimentum, uno verbo, quidquid optatis, ego sum. Nulla re egeatis, tantummodo mihi devincti estote, omnia mihi estis, amici, et membra, et cohæredes, dummodo in præceptis meis ambuletis, et mandata mea servetis, eaque exsequamini, omnem sollicitudinem, et curam, et misericordiam erga egenum populi mei exhibete.

8. Injustitiam in judicio ne admiseritis, neque judicium pauperis pervertatis. Ne respiciatis in faciem potentis, neque munera accipiatis; jus juxta parvo ac magno dicite, oppressumque ex manu calumniatoris et inique agentis eripite. Auditionem vanam ne admittatis. Sunt enim quidam haud probæ conversationis, cumque non insigniti sint præclaris dotibus, quibus innotescant et celebrentur, alienis malis celebres reddi student. Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere; judicium et justitiam facite, ut defendamini in terribili die judicii mei. Viduam et orphanum ne affligatis. Quod si afflictione opprimatis illos, clamantesque ad me clamaverint, auditu audiam clamorem eorum, et irascar animo, et occidam vos gladio, et erunt mulieres vestræ viduæ, et filii vestri orphani. Timeamus et cohorreamus, fratres charissimi, cum hæc talia audimus, quique in improbitate, in injustitia, rapina, avaritia et infidelitate versamini, pedem referte et resipiscite. At qui virtute, justitia, veritate et fide exornati estis, ne resides efficiamini, neque in deterius prolabamini, ut crux pretiosa, adoranda et veneranda, totius orbis firmamentum, insuperabile Christianæ

A ἀσθενής ἐστι καὶ εὐόλισθος ἡ φύσις, ἀλλὰ πάλιν μετανοῶμεν, πάλιν μεταμελώμεθα καὶ ἐξαγορευώμεθα. Συντρίβωμεν τὰς καρδίας καὶ ἀνανήφωμεν, καὶ πρὸς τὴν προτέραν κατάστασιν ἐπανερχώμεθα. Φυλάττωμεν τὴν καλὴν παρακαταθήκην, τὸν νέον ἡμῶν βασιλέα, τὸν χριστὸν Κυρίου, μηδένα μὴ ἀδικήσαντα, τὸν ἐκ πατρὸς, καὶ πάππου, καὶ προπάππου τὴν βασιλείαν δραξάμενον. Ὑποτασσώμεθα κατὰ πάντα τῇ τούτου δικαίᾳ καὶ ἐννόμῳ ἀρχῇ. Τοῦτον γὰρ στέργοντες, καὶ πάντα περιέποντες τρόπον, εὐσεβήσομεν, καὶ καθαροὶ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων φανούμεθα, καὶ ἀκούσομεν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς λέγοντος· *Ἐγὼ ὕψωσα τὸν δοῦλόν μου* τὸν βασιλέα διὰ τῆς Ἐκκλησίας μου· *ἔχρισα αὐτὸν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου· ἡ χείρ μου συναντιλήψεται αὐτῷ*. καὶ
B ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν. Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτὸν, καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι· καὶ ἡ ἀλήθειά μου καὶ τὸ ἔλεός μου μετ' αὐτοῦ, καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. Ἐγώ εἰμι Πατὴρ ὑμῶν, ἐγὼ ῥίζα, ἐγὼ θεμέλιος, ἐγὼ τροφὸς, ἐγὼ οἰκία, ἐγὼ ἱμάτιον, πᾶν ὅπερ θέλετε, ἐγώ. Μηδενὸς ἐν χρείᾳ καταστῆτε, μόνον οἰκείως ἔχετε πρὸς ἐμέ. Πάντα μοι ὑμεῖς ἐστε, καὶ φίλοι, καὶ μέλη, καὶ συγκληρονόμοι, μόνον ἐὰν ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύησθε, καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλάσσητε, καὶ ποιῆτε αὐτὰς, πᾶσαν κηδεμονίαν καὶ προστασίαν καὶ συμ-
C πάθειαν ἐνδείκνυσθε εἰς τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ μου.

η'. Οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει, οὐδὲ διαστρέψετε κρίμα πένητος. Οὐ θαυμάσετε πρόσωπον δυνάστου, οὐδὲ λήψεσθε δῶρα· κατὰ τὸν μικρὸν καὶ τὸν μέγαν κρινεῖτε, καὶ ἐξελεῖσθε διηρπασμένον ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος. Ἀκοὴν ματαίαν μὴ παραδέξησθε. Εἰσὶ γάρ τινες οὐκ ἀγαθῆς ἀναστροφῆς, καὶ μὴ ἔχοντες οἰκεῖον ἀγαθὸν, δι' οὗπερ ἂν γνωρισθῶσιν, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν ἑαυτοὺς συνιστῶσι. Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίᾳ, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε. Κρίμα καὶ δικαιοσύνην ποιήσατε, ὅπως σκεπασθῆτε ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεώς μου. Πᾶσαν χήραν καὶ ὀρφανὸν οὐ κακώσετε. Ἐὰν δὲ κακίᾳ κακώσητε αὐτοὺς, καὶ κράξαντες καταβοήσωσι πρὸς μὲ, ἀκοῇ
D ἀκούσομαι τῆς βοῆς αὐτῶν, καὶ ὀργισθήσομαι θυμῷ, καὶ ἀποκτενῶ ὑμᾶς μαχαίρᾳ, καὶ ἔσονται αἱ γυναῖκες ὑμῶν χῆραι, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ὀρφανά. Φοβηθῶμεν, καὶ φρίξωμεν, ἀδελφοί μου, ἀκούοντες ταῦτα, καὶ οἱ ἐν κακίᾳ, καὶ ἀδικίᾳ, καὶ ἁρπαγῇ, καὶ πλεονεξίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ ὄντες, ἐπιστρέψατε καὶ μετανοήσατε. Οἱ δὲ ἐν ἀρετῇ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ πίστει ἱστάμενοι, μὴ ῥᾳθυμήσητε, μηδὲ ἀναπέσητε, ἵνα καὶ ὁ σταυρὸς ὁ τίμιος, ὁ προσκυνητὸς καὶ σεβάσμιος, τὸ τῆς οἰκουμένης κραταίωμα, τὸ τῆς Χριστωνύμου Ἐκκλησίας ἀδιά-

[11] Psal. LXXXVIII, 21.

(1) Joannem Palæologum.
(2) Andronico juniore.
(3) Andronico seniore.

ῥηκτον φρούριον, το τῶν ὀρθοδόξων βασιλέων ἀκαταμάχητον ὅπλον καὶ ὀῤῥαγὲς περιτείχισμα, τῇ ἀηττήτῳ αὐτοῦ· κραταιώσῃ δυνάμει, καὶ καταξιώσῃ τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἁγιοπρεπῶς ἐκτελέσαι καὶ θεαρέστως, καὶ νικητὰς ἀναδείξῃ τοὺς ὀρθοδόξους καὶ ἁγίους ἡμῶν βασιλεῖς κατὰ τῶν πολεμούντων, καὶ ἀδικούντων, καὶ μισούντων ἡμᾶς ἐχθρῶν, καὶ τύχωμεν ἀνέσεως, καὶ εἰρήνης, καὶ γαλήνης, καθάπερ ἐλπίζομεν καὶ εὐχόμεθα, ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς τῶν δικαίων ἀπολαύσωμεν ἀφράστου χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως, ἧς τύχοιμεν πάντες ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾧ πρέπει δόξα καὶ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Ecclesiæ propugnaculum, orthodoxorum imperatorum nostrorum inexpugnabilis armatura, et vallum perrumpi nescium, invicta potentiæ suæ vi reliquum vitæ cursum sancte et integre conficere nobis concedat, victoriamque largiatur orthodoxis et sanctis imperatoribus nostris ab omnibus hostibus, qui nos injuria afficiunt, et odio prosequuntur, ut securitatem, pacem et tranquillitatem obtineamus in hac vita, prout nobis est in optatis, in futuro autem sæculo justorum perfruamur ineffabili gaudio et exsultatione, quam omnes consequamur in Christo Domino nostro, quem decet gloria et potentia, cum Patre principii experte, et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Homiliam εἰς τὴν τρίτην τῶν Νηστειῶν Κυριακὴν, ἤτοι τῆς Σταυροπροσκυνήσεως, *in tertiam Jejuniorum Dominicam seu adorandæ crucis*, quam sub nomine Philothei Gretserus ediderat, Joanni Calecæ, Cpolitano patriarchæ, ad quem pertinet, restituimus. Vide tom. CXLIX, col. 263.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΦΙΛΟΘΕΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝΤΟΛΩΝ

ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ.

—

S. PHILOTHEI

DE MANDATIS D. N. JESU CHRIST

SERMO.

(Ex Petri Possini *Thesauro ascetico*, p. 326. Vide Fabricii Notitiam, supra, col. 717, n. 22.)

—

α'. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡ τοῦ Πατρὸς ἀΐδιου σοφία καὶ δύναμις, φησίν· « Ὁ ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει· καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν· καὶ ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. » Καὶ πάλιν· « Πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους καὶ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν· καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. Ὁ δὲ ἀκούων μου τοὺς λόγους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ· » καὶ τὰ ἑξῆς. Πάλιν οὖν ἔφη· « Ὁ λύσας μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλα-

B 1. Dominus noster Jesus Christus, Patris æterni Sapientia et Virtus, ait : « Qui diligit me, mandata mea servabit : et ego diligam ipsum, et manifestabo ei meipsum : et ego et Pater meus veniemus, et mansionem apud eum faciemus[1]. » Et rursus : « Omnis qui audit verba mea, et facit ea, similabo eum homini prudenti qui ædificavit domum suam supra petram ; et descendit imber, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit, fundata enim erat supra petram. Qui audit verba mea et non facit ea, similis erit homini stulto[2], » etc. Præterea dixit : « Qui solverit unum ex mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum[3]. »

[1] Joan. XIV, 23. [2] Matth. VII, 24. [3] Matth. V, 19.

Deinde obsignans ad auctoritatem irrefragabilem A verba sua, dicit: « Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt [1]. »

χίστων, καὶ διδάξας οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Εἶτα ἐπισφραγίσας τῶν ἑαυτοῦ λόγων τὸ βέβαιον, φησίν· « Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. »

2. Quandoquidem igitur non est possibile salvari, aut a gehenna liberari eum qui mandata Domini non servat, totis viribus conemur servare illa et corpore et spiritu. Quædam enim ipsorum actu corporis servantur, quædam cogitationibus et affectibus cordis. Alia rursus ad sui executionem indigent concursu operationum animæ pariter ac corporis. Exempli gratia, vestire nudum et ministrare infirmo, corporali perficitur obsequio; uti et alere pauperem, ac similia, quæcunque ad corporalia officia pertinent, quæ pleraque sæculari- B bus in vita civili Deum colentibus magis conveniunt. At amare Deum, quod cunctis hominibus præcipitur, omnino eget actione mentis, ab omnibus quidem ad id adhibenda, studio tamen impensiori a crucifixis mundo monachis.

β'. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔνι σωθῆναι, ἢ τῆς γεέννης ῥυσθῆναι τὸν μὴ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου φυλάττοντα, πάσῃ δυνάμει ἀγωνισώμεθα φυλάξαι αὐτὰς καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἔστι γὰρ φυλάξαι τινὰς αὐτῶν ἐν σώματι, καὶ ἔστιν ἐννοίαις ἐν καρδίᾳ διατηρεῖν· καὶ ἄλλαι πάλιν ἐνδέονται πρὸς τελείωσιν ἑαυτῶν καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· οἷον τὸ ἐνδῦσαι γυμνὸν, καὶ ἀσθενοῦντα ἐπισκέψασθαι, σωματικῶς ἐπιτελεῖται· ὡς καὶ τὸ θρέψαι πένητα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα περὶ τῶν σωματικῶν δικαιωμάτων εἰσίν· ἅτινα κοσμικοῖς μᾶλλον τὰ πλείονα ἀνήκει. Τὸ ἀγαπῆσαι δὲ τὸν Θεὸν καὶ ἀνθρώπους νοητῶς δέονται αὖ τ' ἔμπαλιν φυλάττεσθαι ἐν σπουδῇ πλείονι παρὰ τοῖς ἐσταυρωμένοις τῷ κόσμῳ μοναχοῖς.

3. Sunt autem intra quædam mandata alia mandata comprehensa, ita ut illa quasi fœta vel gravida sint, alteris intus inclusis prægnantia. Nam aliqua e spiritualibus, de quibus dixi, mandatis multam turbam corporalium continent, in uno truncantes multa membra Deo invisæ malitiæ. Etenim quæ spiritualiter implentur divina mandata, hoc est, quorum exsecutio interius in arcana mentis actione sita est, ea utique maxime mandatis C corporali executione constantibus præsunt, eaque perficiunt. Exempli gratia causæ castitatis sunt jejunium, continentia, vigiliæ, exercitatio religiosa in humilitate. Rursus causa mansuetudinis est luctus de propriis miseriis animæ cujusvis, sensu et mœrore malorum suorum ab irascendo alienis avertendæ. Istæ, inquam, causæ sunt harum, sicut lux solis causa est splendoris lunæ.

γ'. Εἰσὶ δὲ ἐντὸς τῶν ἐντολῶν ἕτεραι ἐντολαὶ περιεκτικώτεραι τῶν σωματικῶν πολὺ πλῆθος, καὶ ἐν αὐταῖς αὐτὰ περιέχουσαι, καὶ ὑφ' ἓν περικόπτουσαι πολλὰ μόρια τῆς θεομισοῦς κακίας· αἱ γὰρ νοητῶς τελούμεναι θεῖαι ἐντολαὶ, τοῦτ' ἔστιν ὅσα διὰ τοῦ νοὸς μᾶλλον μυστικῶς ἐπιτελούμενα, αὗται μάλιστά γέ εἰσι τῶν σωματικῶς γενομένων ἄρχουσαι καὶ τελεστικαὶ, ὡς αἰτίαι ἁγνείας, νηστεία καὶ ἐγκράτεια, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ἄσκησις ἐν ταπεινώσει· ὡς αἴτιον πάλιν ἀοργησίας πένθος οἰκείας ψυχῆς· καὶ ὡς αἴτιος ἥλιος φέγγους σελήνης, οὕτω χρὴ ἐννοεῖν περὶ τούτων.

4. Ita sentiendum consequenter est de virtutibus animæ quas Deus præcipit, quæque tales sunt ut intra eas contineantur, et ex iis procedant observationes exteriores rerum pariter præceptarum. Priores in cordis intimo sinu conceptæ: aliæ per corpus exercentur; sed vis ac robur ad has et inchoandas, et in futurum conservandas, et usque ad perfectionem promovendas ex illis fluit. In futurum quippe imminent, et primo ac præsenti haud contentæ gustu, augmentis semper ulterioribus inhiant: elevatio men- D tis in Deum et charitas, insatiabiliter, ut sic dicam, satiatæ, ut ait propheta David: « Satiabor cum apparuerit gloria tua [2]. » Hoc est: satiabor adhuc vivens manifestatione qualis tunc mihi potest dari gloriæ tuæ: sed multo magis quando dissolvar satiabor longe uberiori plenæ jam lucis illius allapsu.

δ'. Καὶ εἰκότως τοῦτο καὶ ἀκόλουθον γίνεται ἐπὶ ψυχικῶν ἀρετῶν, ἃς περιεκτικὰς ἐντολὰς καλεῖν οἴδαμεν· καὶ αἱ μὲν μέσῃ καρδίᾳ τελοῦνται, αἱ δὲ διὰ σώματος· καὶ σθένος ταῖς πρώταις πρόσεστιν, ὡς μᾶλλον πρὸς τὸ μέλλον τῆς τελειότητος ἐχούσαις τὴν νεῦσιν· πρὸς γὰρ τὸ μέλλον ἡ εἰς Θεὸν ἀνάβασις καὶ ἀγάπη ἀκορέστως στορέννυται, ὡς ἔφη ὁ προφήτης Δαβίδ· « Χορτασθήσομαι τῷ ὀφθῆναι τὴν δόξαν σου. » Ἡνίκα τρανοῦταί μοι αὕτη ὧδε, καὶ ὁπηνίκα λυθῶ τρανωθῇ μοι ἔτι, φωτεινότερον σέλας ἔχουσα.

5. Quoniam igitur, ut dictum est, quædam mandata corporaliter possunt exsecutioni mandari, quædam rursus non nisi vi cordis arcane operantis, et per actionem internam animæ, age videamus, quomodo ea divina mandata, quæ fœta et prægnantia vocavi, contineant intra se alia, hæc dico quæ unum aliquid spectant, et plura licet, ex uno tamen manant. « Audistis, ait Christus, quia dictum

ε'. Οὐκοῦν ἐπειδὴ, ὡς εἴρηται, αἱ μὲν τῶν ἐντολῶν σωματικῶς δύνανται ἐπιτελεῖσθαι, αἱ δὲ καρδιακῶς, ἤγουν ψυχικῶς· ἴδωμεν, εἰ δοκεῖ, πῶς αἱ περιεκτικαὶ θεῖαι ἐντολαὶ τὰς ἐντολὰς ἐντὸς ἔχουσι, φημὶ δὴ τὰς ἑνικάς· « Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν

[1] Matth. xxiv, 35. [2] Psal. xvi, 15.

εἴπῃ αὐτῷ, Μωρὲ, ἔνοχος ἔσται τῇ γεέννῃ· » καὶ τὰ ἑξῆς. Τίς δὲ ἡ περιέχουσα καὶ πληροῦσα τὰς τρεῖς ἐντολὰς ταύτας; Παύλου λέγοντος ἄκουσον, τοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ποιοῦντος καὶ λαλοῦντος· « Συνήδομαι γὰρ, φησὶ, τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον· » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ἔτι φανερώτερον ποιεῖ ὃ λέγει· « Καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· » οὐκ εἶπε τοῦτο ἐκεῖνο, ἀλλὰ πᾶν νόημα παρακοῆς. Ὁ τοίνυν λογισμοὺς καθαίρων, καὶ νοήματα δαιμονιώδη καταβάλλων Χριστοῦ δυνάμει ἀπὸ ῥιζῶν ἐκκόπτει τοὺς θυμικοὺς κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ λογισμούς· ὁ δὲ κόπτων εἰς ῥήματα αὐτοὺς οὐκ ἐκφέρει· ὁ δὲ μὴ διὰ ῥημάτων εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ *ῥακὰ*, ἢ *μωρὲ*, μήτε μὴν ὀργισθεὶς εἰκῆ, εὑρεθήσεται φύλαξ τῆς ἐντολῆς τοῦ Χριστοῦ· ἡ ῥίζα γὰρ κάτωθεν ἐτμήθη· « Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου· » καὶ, « Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ· » καὶ, « Ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι· » καὶ, « Ἐὰν ὁ δεξιός σου ὀφθαλμὸς σκανδαλίζῃ σε· » καὶ, « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. »

est antiquis, Non occides. Qui autem occiderit, reus erit judicii. Ego autem dico vobis : Qui irascitur fratri suo, reus erit judicio ; qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ [6], » etc. Quodnam vero mandatum est, continens in se atque implens tria mandata ista? Audi Paulum loquentem, Paulum, inquam, qui in Christo agit et loquitur. « Condelector enim, ait, legi Dei in interiori homine : video autem aliam legem in membris meis [7], » etc. Quo adhuc manifestius facit quod dicit : « Captivantes omnem intellectum in obedientiam Christi [8], » non dicit, hunc aut illum, sed *omnem* intellectum, hoc est cogitationem quæ suggerat inobedientiam. Qui ergo cogitationes purgat, et sensa per diabolum suggesta, Christi adjuvante virtute rejicit, radicitus idem exstirpat motus iracundos adversus fratrem insurgentes. Qui autem verborum duntaxat tenus illos motus reprimit, non prorsus eos aufert. Quare qui solum in hoc valuerit, ut teneat se a dicendo fratri suo *raca*, vel *fatue*; non autem illud prius impleverit, quo est vetitus irasci sine causa; non sane is satisfecerit legi, tum demum custos ejus perfectus declarandus, cum primos statim insurgentes iracundiæ motus eliserit; tum enim ipsa radix recisa in imo fuerit. Quæ ista alia mandata? « Si attuleris munus tuum ante altare [9]. » Et : « Esto consentiens adversario tuo cito [10]. » Et : « Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam [11]. » Et : « Si oculus tuus dexter scandalizat te [12]. » Et : « Ego autem dico vobis, non jurare omnino [13]. »

ϛ'. Αὗται μὲν ἃς εἰρήκαμεν ἤδη ἑνικαί εἰσι πέντε ἐντολαὶ ἐφ' ἅπαξ· ἡ δὲ πληροῦσα πάλιν ταύτας, ἤγουν περιεκτικὴ τῶν ὧν ἔφημεν ἐντολῶν, αὕτη ἐστίν· « Ἐὰν ὀφθαλμός σου καθαρὸς ᾖ, » τουτέστιν ὁ νοῦς, « ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινόν ἐστι, » τουτέστιν οὐχ ἁμαρτάνει. Ὁ οὖν τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν φυλάττων καθαρὸν διὰ τοῦ διώκειν καὶ ἐλαύνειν λογισμοὺς, καὶ ὁρᾷν πρὸς Θεὸν, τὰς εἰρημένας πάσας ἐντολὰς ἐποίησεν. Οἱ οὖν θεοφιλεῖς καὶ βεβαιόπιστοι ἐπὶ τὰς περιεκτικὰς ἐντολὰς μᾶλλον ἑαυτοὺς βιάζουσιν ἐπὶ τῷ ταύτας φυλάξαι· οὐ μέντοι γε παραπεμπόμενοι καὶ τὰς μερικὰς κατὰ σύμβασιν ἀπαντώσας, ἀλλά γε καὶ αὐτὰς ἐν καιρῷ αὐτῶν φυλάττουσιν. Ἔστω δὲ ὁ λόγος ἡμῶν, « Ναὶ, ναὶ, οὒ, οὔ· » ὅ γε μὴν φυλάττων τό· « Καὶ περὶ ἀργοῦ λόγου λόγον δώσετε· », καὶ, « Πᾶς λόγος ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν σαπρὸς μὴ ἐκπορευέσθω· » ὅλως δὲ μὴ ἐῶν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἀργολογεῖν, οὗτος καὶ τὰς ἔξωθεν ἀργολογίας ἐκτεμεῖ ἐκ τοῦ οἰκείου βίου, καὶ πᾶν ἄλλο φαῦλον πρᾶγμα· « Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, » καὶ, « Ὅστις ἀγγαρεύσῃ σε μίλιον ἕν· » καὶ, « Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· » καὶ, « Ἀφεθήσεται ὑμῖν. » Ἰδοὺ δὴ πάλιν αἱ τέσσαρες ἐντολαὶ αὗται περικλείονται διὰ τῆς λεγούσης ἐντολῆς· « Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν· » καὶ, « Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν ἀπολέσει αὐτήν. »

6. Hæc quæ enumeravi quinque mandata ex uno simul apta pendent, ea cuncta exsequente, ideoque in se prius complectente. Hoc autem est : « Si oculus tuus lucidus fuerit (hoc est mens), totum corpus tuum lucidum erit [14] » (hoc est, non peccabit). Qui ergo animæ oculum custodit purum a cogitationibus pravis, sic reddens illum aptum ad videndum Deum, cuncta illa simul quinque inde pendentia præcepta implevit. Unde qui Deum vere amant et firmi in fide sunt, potissimum incumbunt in observationem capitalium illorum et alia continentium mandatorum, non tamen negligenter transmittentes illa alia particularia. Nam et hæc, ubi occurrit occasio, implere non omittunt. Experiamur idem in præceptis aliis : « Sit sermo vester, ait Christus, Est, est, Non, non [15]. » Et : « De omni verbo otioso reddetis rationem [16]. » Et : « Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat [17]. » Hæc utique jam occupavit observare, qui cor mundum custodiens, nullam in eo vanam nasci cogitationem sinit, unde verbum oriri otiosum posset. Itaque is præcidit in radice non solum otiosa omnia verba, sed et cuncta mala alia e vanis cogitationibus nasci apta : « Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo. Ego autem dico vobis : Si quis percusserit te in maxilla dextra [18], » etc. Et : « Si quis angariaverit te milliare unum [19], » etc. Et : « Omni petenti te da [20]. »

[6] Matth. v, 21. [7] Rom. vii, 22. [8] ibid. [9] Matth. xxiii, 25. [10] ibid. [11] ibid. 28. [12] ibid. 29. [13] ibid. 34. [14] Luc. xi, 34. [15] Matth. xii, 36. [16] ibid. [17] Ephes. iv, 29. [18] Matth. v, 38. [19] ibid. 39. [20] ibid. 40.

Et : « Dimittite, et dimittetur vobis [21]. » En rursus quatuor mandata includuntur in illo : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum [22]. » Et in hoc isti æquivalente : « Qui invenit animam suam, perdet eam [23]. »

7. Qui ergo decreto mentis divinitus afflato circumscindit semper quodam veluti spirituali gladio ex anima sua corporis proprii irrationalem amorem, hic est qui abnegat se ipsum, et animam suam odit salutariter ut in vitam æternam custodiat eam : « Attendite ne eleemosynam faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis [24]. » Et : « Cum orabitis, ne sitis tristes [25]. » Et : « Si dimiseritis hominibus delicta eorum [26], » etc. Et : « Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra [27]. » Et : « Ne judicate, ut non judicemini [28]. » Et : « Date, et dabitur vobis [29]. » Ecce rursus ut modo tot memorata mandata, unum aliud consummat et perficit. Quodnam autem illud est? Audiamus et faciamus. Opus enim in die judicii repetetur a nobis. Nam dies illa manifestabit uniuscujusque opus : « Quia in igne revelatur : et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit [30]. »

8. Quodnam autem illud est magnum, primum et unum mandatum, quod reliqua efficit? Utique in Dominum Deum nostrum ex tota anima et ex toto corde, ex totis viribus et ex tota virtute, vera sinceraque charitas, totalisque ac genuinus amor in Christum intentus. Non potest quippe qui Deum amat, non amare etiam homines ut seipsum. Pronum quidem factu est, offendi et irritari vitiis hominum injuriisque quas ab ipsis patiatur, cum qui nondum vero Dei amore purgatus est. At charitas in Deum, cor hominis occupans, omne prorsus ab eo expellit in homines odium. Ita quippe se habent duo hæc, amor Dei et amor hominum, ut prius alterum faciat, eo modo quo sol horas diei facit. Propterea hoc dixit Dominus : « Primum mandatum est : Diliges Dominum Deum tuum : secundum autem simile huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum [31]; » causa cur hoc addiderit : *Simile huic*, hæc est : quia charitas in Deum perfectrix, hortatrix et doctrix est charitatis erga homines. Et hæc ipsa vicissim in homines charitas vim causandi quasi mutuam quamdam exercet in charitatem qua Deus diligitur. Qui enim Deum amat ut oportet, hoc est, ut propter eum etiam homines diligat, ex ista, opinor, extensione et intensione charitatis levior alacriorque factus, ultra jam consuetos prosilit terminos, cætera quoque mandata perfectius exsequens, illud videlicet semper in omnibus conando, ut nihil agat aut velit nisi ex purissimo desiderio gratificandi Deo, quem testem et arbitrum præsentem cunctorum suorum et operum et affectuum perpetuo intuetur. Hinc illud scriptum est : « Justo lex non est posita [32]. » Nam sic utique se gerentes nulli subsunt legi, quoniam sublimis quædam operatio eorum alte supra omnem evolat legem. Talis ergo deside-

A ζ'. Ὅς τοίνυν λογισμῷ ἐνθέῳ περιτέμνει ἀεὶ ὥσπερ διὰ πνευματικῆς μαχαίρας τοῦ ἰδίου σώματος ἐκ τῆς ψυχῆς ἄλογον ἀγάπην, οὗτός ἐστιν ὁ ἀπαρνούμενος ἑαυτὸν, ὃς καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν· « Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι· » καὶ, « Ὅταν προσεύχησθε, μὴ γίνεσθε σκυθρωποί· » καὶ, « Ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν· » καὶ, « Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς· » καὶ, « Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· » καὶ, « Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. » Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐφάπαξ τὰς ἐντολὰς τὰς ἤδη λεχθείσας μία ἐντολὴ πάλιν τελειοῖ. Τίς δέ ἐστιν αὕτη; Ἀκούσωμεν καὶ ποιήσωμεν· ποίησιν γὰρ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀπαιτηθησόμεθα· ἡ δὲ ἡμέρα δηλώσει ἑκάστου τὴν ποίησιν, B « Ὅτι πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. »

η'. Ἀλλὰ τίς ἄρα ἡ μεγάλη καὶ πρώτη καὶ μία ἐντολὴ, ἡ τὰς λοιπὰς διατηροῦσα; Ἡ εἰς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἰσχύος, καὶ δυνάμεως ἀγάπη γνησία, καὶ ὅλος ἔρως γνήσιος εἰς Χριστὸν τεταμένος. Οὐ δύναται δὲ ὁ τὸν Θεὸν ἀγαπῶν μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀγαπᾷν ὡς ἑαυτόν· εἰκὸς πρὸς τὰ πάθη δυσχεραίνειν τὸν μήπω τέως κεκαθαρμένον· ἡ γὰρ εἰς Θεὸν ἀγάπη τὸ εἰς τοὺς ἀνθρώπους μῖσος παντελῶς οὐκ ἀνέχεται· ποιητικὸν γὰρ τοῦ δευτέρου τὸ πρότερον· ὡς ὡρῶν ἡμέρας ὁ ἥλιος ποιητικός. Διά τοι τοῦτο C ἔλεγεν ὁ Κύριος· « Πρώτη ἐντολὴ τὸ, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου· εἶτα δευτέρα ὁμοία αὐτῇ, τὸ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν· » διὰ τοῦτο προσέθηκε τὸ *ὁμοία αὐτῇ*, ἐπειδὴ ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη τελειωτική ἐστι καὶ προτρεπτικὴ καὶ διδακτικὴ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀγάπης· καὶ αὕτη πάλιν τῆς εἰς Θεὸν αἰτία πέφυκε γίνεσθαι. Ὁ γὰρ τὸν Θεὸν ὡς χρὴ ἀγαπῶν, οἶμαι, διὰ τῆς ἀγάπης κουφισθεὶς, καὶ ἐπέκεινα τῶν λοιπῶν ἐντολῶν βαδιεῖται, ὡς ἔφορον τῶν ἑαυτοῦ ἔργων τε καὶ λόγων, καὶ μᾶλλον τῶν νοημάτων, τὸν ἀκοίμητον τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸν ἔχων ἀεί· « Δικαίῳ γὰρ, φησὶ, νόμος οὐ κεῖται· » κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστιν ὁ νόμος· ἡ γὰρ πρᾶξις αὐτοῦ ὑπερῆρε νόμον. Ὁ τοίνυν ποθῶν καὶ διψῶν Θεὸν τὴν αὐτοαγάπην καὶ αὐτοδικαιοσύ- D νην, ἡλίκος ἂν εἴη δίκαιος, οἷός τε εὐσεβὴς, πηλίκος καὶ ὁποῖος θεοειδής τε καὶ ἐνάρετος, οἷός τε αὖ θεωρητικός τε καὶ πρακτικός; καθάπερ φησὶν ὁ μέγας Δαβίδ· « Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου καὶ τὰ δικαιώματά σου, ὅτι πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου μελέτη μου, καὶ αἱ ὁδοί μου ἐναντίον σου, Κύριε· » αἴτιον γὰρ, φησὶ, τοῦ φυλάξαι τὰς ἐντολάς σου τὸ εἶναί με διὰ τῆς μνήμης καὶ ἀγάπης ἐναντίον σου, Κύριε.

[21] Luc. vi, 37. [22] Matth. xvi, 24. [23] Matth. x, 38. [24] Matth. vi, 1. [25] ibid. 5. [26] ibid. 14. [27] ibid. 19. [28] Matth. vii, 1. [29] Luc. vi, 38. [30] I Cor. iii, 13. [31] Matth. xxii, 38. [32] I Tim. i, 9.

vans, esuriens, et sitiens Deum illum qui ipsa charitas, ipsa justitia est, in quam alto putas gradu justus erit et pius? quam excellenter Deo similis, et in omni virtute perfectus, sive quæ ad contemplativam, sive quæ ad activam pertinet vitam? Id innuit magnus David dicens: « Servavi mandata tua et justificationes tuas, quoniam omnia mandata tua meditatio mea sunt, et omnes viæ meæ in conspectu tuo, Domine [33]. »

θ'. « Μὴ δίδοτε τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. » Ὁ τοίνυν κατὰ διάνοιαν μυηθεὶς διὰ τοῦ τρόπου τῆς νήψεως τὰ τῆς καθ' ὅλου θεωρίας μυστήρια οὔποτε καταπιστεύσειε σαθραῖς ἀκοαῖς βροντῆς ἦχον· ἀλλὰ πάντως οἰκονομήσει τοὺς ψυχοτρόφους λόγους ἐν κρίσει τοῖς διὰ τὸ νηπιῶδες τῆς ἐν Χριστῷ νηπιότητος ἀκμὴν γάλα ποτιζομένοις· καὶ ζητεῖ μὲν δι' ἐξερευνήσεως θείων Γραφῶν, ὡς « Οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσι αὐτόν, » κατὰ τὸν θεῖον Δαβίδ· κρούει δὲ δι' εὐχῆς μυστικῆς τε καὶ ἀπορρήτου ἐντυγχάνων τῷ Παρακλήτῳ ἁγίῳ Πνεύματι στεναγμοῖς ἀλαλήτοις εἶξαι τῇ αἰτήσει, καὶ λαμπηδόνα νοῖ χορηγῆσαι ἡλίου τοῦ νοητοῦ ὁδηγὸν ἀπλανῆ.

9. Aliud hoc mandatum est: « Nolite sancta dare canibus [34]. » A cujus observatione non deficiet profecto, qui adeptus per attentionem vitæ sobriæ, studiumque indefessum, intelligentiam plerorumque sacrorum dogmatum et sublimium mysteriorum, haud sane confidet corruptis auribus cœlestes illos divini tonitrui sonos. Sed suam omnino sanctam doctrinam apte dispensabit, dispertiens in accommodatas alendis animabus institutiones, qualibus parvuli in Christo lacte ipsis convenienter pascuntur. Hic idem haud partis nimium fidens, sed satagens ut crescat in scientia, scrutatione diligenti penitus nititur introspicere Scripturas divinas. Sicut qui « Scrutantur testimonia Dei, et toto corde exquirunt eum [35], » juxta sanctum David: pulsatque per orationem intimam et arcanam conveniens Paraclitum sanctum Spiritum « gemitibus inenarrabilibus [36], » orat concedi quod petit, et infundi suæ menti radium divini Solis, ducem sibi viæ obscuræ certissimum futurum.

ι'. « Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν. Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. » Πάλιν οὖν καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν Κυρίου καὶ αἰσθητῶς καὶ νοητῶς χρὴ φυλάσσειν· αἰσθητῶς μέν, φεύγειν ὡς ἐξ ὄφεώς τε καὶ πυρὸς αἱρετικὰ θηρία καὶ ἄπιστα· νοητῶς δέ, λογισμοὺς ψευδοῦς γνώσεως φεύγειν, τοὺς διὰ τῶν δεξιῶν τὰς ἀριστερὰς πράξεις ὑποβάλλοντας, οἳ τοὺς ἀλητηριόνους ἀντὶ τοῦ θεολογῆσαι θεομαχῆσαι παρεσκεύασαν. Οὐκ ἀγνοεῖται δὲ περὶ τῶν νοητῶν ψευδοπροφητῶν θεώρημα, καὶ κατ' ἄλλον τρόπον τὰ τοιάδε ἀθρεῖν· καὶ Μυρμιδόνων ἀνάσσειν, ὡς λόγος, ἀλλὰ μὴ ὑπ' αὐτῶν βασιλεύεσθαι· οἵ γε διακριτικοὶ τὴν διάνοιαν, τοὺς μὲν ἐκκρίνοντες τῶν λογισμῶν, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζοντες· ὅπως συλλαμβάνωνται οἱ δι' ἐνθυμήσεως πολεμοῦντες ἡμᾶς δαίμονες, ἐν διαβουλίοις διαλογίζοντες ἔνδον.

10 En madatum alterum: « Attendite a falsis prophetis: a fructibus eorum cognoscetis eos [37]. » Et hoc quoque Domini mandatum et per sensus et per mentem adimplendum est. Per sensus quidem fugiendo, ut fit a serpente, aut ab igne coram visis, hæreticas et infideles bestias; per mentem autem vitando ratiocinationes captiosas falsæ fallacisque doctrinæ. Quales operationibus sinistris dextri loci honorem subdole tribuunt. Quibus quæ attendunt errabundæ et errorum magistræ mentes, pro theologia nobis, hoc est vera et pia de Deo doctrina theomachiam, hoc est sceleratam et amentem Dei oppugnationem obtrudunt. Non me fugit alia expositio hujus mandati de cavendis falsis prophetis, ad allegoricum translata sensum, ut per eam putetur imperari nobis dominium in cogitationes nostras, quo ut dici solet Myrmidonibus præsimus, non autem hos regnare super nos patiamur. Id præceptum observant qui pollent vi spirituum discernendorum. Hi enim e cogitationibus menti obortis, quasdam ut probas seligunt et fovent, alias ut noxias aversantur et abigunt, quo fraudes deprehendantur insidiantium nobis per subintrusas suggestiones dæmonum, qui contra nos intra nos in consiliis suis mussitant.

ια'. « Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ γὰρ « Ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, » ὡς ἐσήμανε τὸ θεῖον Γράμμα, « ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; » Τίς « ἡ στενὴ πύλη καὶ τεθλιμμένη ὁδός; » Στενὴν ὁδὸν καὶ τεθλιμμένην ἀκούων τὸ τοῦ Ἰὼβ ἐνενόησα ὅπερ εἶπε πρὸς τὸν Θεόν· « Καὶ ἐπεσημηνάμην, φησίν, εἴ τι καὶ ἄκων παρέβην· εἰδότι γὰρ καλὸν ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντι, κρίμα αὐτῷ ἐστιν. » Ἐχώμεθα δὲ καὶ τῶν ἑξῆς τοῦ Κυρίου ῥημάτων· « Οὐ πορνεύσεις, φησίν, οὐ μοιχεύσεις. » Ὅρα δὲ καὶ τὴν τελοῦσαν αὐτὰς ἐντολήν· « Πνεύματι περιπατεῖτε· καὶ ἐπιθυμίας σαρκὸς οὐ

11. Mandatum etiam Christi est: « Intrate per angustam portam [38], » etc. Si enim: « Justus vix salvabitur, ut declaravit divina Scriptura [39] « impius et peccator ubi parebunt? » Quænam ista est « angusta porta et arcta via? » Has mihi nominari audienti venit in mentem illud Jobi ad Deum dictum: « Signavi, ait, si quid non volens transgressus sum [40]. » Utique enim, « Scienti bonum facere, et non facienti, judicium est illi. » Sequamur reliqua Domini verba: « Non fornicaberis, ait, non adulterabis. » Prospice superius istis mandatum ex quo horum pendet observatio: « In

[33] Psal. CXVIII, 5. [34] Matth. VII, 6. [35] Psal. CXVIII, 2. [36] Rom. VIII, 26. [37] Matth. VII, 15. [38] ibid. 13. [39] I Petr. IV, 18. [40] Job II, 17.

spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis[41]. » Mens enim nostra præoccupata suasionibus oppugnantis eam Satanæ omnem nequitiam exsequitur per corpus insensibiliter. Igitur spiritu ambulans, et semper sobrius ac vigil, potest per Dei gratiam omne Domini mandatum opere complere.

A μὴ τελέσητε· » ὁ γὰρ νοῦς ἡμῶν ἐὰν φθάσῃ καμεῖν ἀπὸ τοῦ πολεμοῦντος αὐτὸν Σατὰν, πᾶσαν κακίαν ἐκτελεῖ διὰ σώματος ἀνεπαισθήτως· ὁ οὖν πνεύματι περιπατῶν καὶ ἀεὶ νήφων δύναται διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν πᾶσαν ἐντολὴν δεσποτικὴν διαπράξασθαι.

12. Quid autem novus et sanctus Decalogus Domini nostri Jesu Christi? Beatitudines, inquam, ab eo prædicatæ magnas exercentium virtutes, an non ad scopum et ipsæ quem nobis proposuimus pertinent? Pertinent sane, quin et mirifice illi congruunt, sive rem ex evangelicis et propheticis judicemus Scripturis, sive e naturali serie ac consequentia recti ordinis. Etenim quis non acriter invigilans custodiendo suo cordi, proculque ab ipso arcendæ omni malitiæ, pauper spiritu potest esse? quis humilis, aut lugens, aut mitis, aut esuriens et sitiens justitiam, aut misericors, aut (quod omne bonum procurat cordi et animæ) mundus corde? Quis non semper intentus sibi et pervigil, interne pacatus est, ac propterea, cum opus est, exterius pacificus? Quis propter justitiam persecutionem patitur, vel in animo, vel sensibiliter? aut quis, non spe semper gaudens, Domini gaudio repletur? Quis indesinenter propendet in Deum, quis cui hæc ipsa in Deum propensio, non in locum et meritum orationis nunquam intermissæ non imputetur ex gratia? Quis abdicata semel cura corporis, non jucunde perpetuo commorantem in corde proprio mentem suam experitur? Quis procurat sibi naturalem notitiam mundi totius et omnium quæ in eo sunt: quis simul cum hoc magnalium Dei sibi est ipsi credi dignissimus enarrator? Nonne sibi attendens, nonne qui serio suis cogitationibus invigilat, et iis quas novit noxias, alias ex adverso contrarias opponit? malas increpans paribus cum Jobo dictis: Ite, inquiens, in malam rem, indecores, pravæ, amentes; quas non pluris fecerim quam canes gregum meorum. Cum idem e contrario foveat, curet, promoveat, mente gregibus talium pascendis a Domino erudita.

ιβ'. Τί δὲ ἡ νέα καὶ ἁγία Δεκάλογος, ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγω; Τῶν ἐναρέτων μακαρισμοὶ οὐ πρὸς τὸν σκοπὸν ὃν ἐξεθέμεθα διά τε Γραφῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ προφητικῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς φυσικῶς ἀκολουθούσης τάξεως, τῷ σκοπῷ ἡμῶν συνᾴδουσι; Τίς μὴ νήφων ἀεὶ τῇ καρδίᾳ πτωχὸς τῷ πνεύματι ἐκ πάσης κακίας γενέσθαι δύναται; ἢ πενθῶν, ἢ πρᾶος, ἢ πεινῶν καὶ διψῶν τὴν δικαιοσύ- B νην, ἢ ἐλεήμων, ἢ τὸ πᾶν ἀγαθὸν προξενοῦν, τῇ καρδίᾳ καὶ τῇ ψυχῇ καθαρὸς αὐταῖς; Τίς μὴ νήφων ἀεὶ εἰρηνοποιὸς ἔνδον, καὶ διὰ τοῦτο ἔξω, ἢ ἕνεκεν δικαιοσύνης δεδιωγμένος, καὶ νοερῶς; Ἢ τίς μὴ χαίρων ἀεὶ τῇ ἐλπίδι Κυρίου γήθους ἐμπίπλαται; Τίς ὁ ἀδιαλείπτως πρὸς Θεὸν νεύων, ᾧ ἡ πρὸς Θεὸν νεῦσις εἰς ἀδιάλειπτον προσευχὴν λογίζεται ἐκ χάριτος; Οὐχ ὁ καταλιπὼν τὸ σῶμα, οὐ πάσας τὰς διατριβὰς ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ διὰ νοὸς ἀεὶ ποιούμενος; Τίς πρόξενος φυσικῆς τῶν ὄντων θεωρίας, τίς τῶν μεγαλουργιῶν τοῦ Θεοῦ εὐαπόδεκτος ἐκδιηγητής; Οὐχ ὁ νήφων, οὐχ ὁ προσέχων τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ ἀντίθετα, ὥσπερ ὁ Ἰὼβ, τούτοις ἀνθυποφέρων; Ἄτιμοι, λέγων, καὶ πεφαυλισμένοι C ἐνδεεῖς φρενῶν· οὓς οὐχ ἡγησάμην κύνας τῶν ἐμῶν νομάδων, ἤτοι τῶν δεξιῶν ἐνθυμιῶν ποιμαινομένων ὑπὸ Κυρίου διὰ νοῦ εἰδότος ποιμενικὴν τάξιν.

13. Ex his cunctis apparet beatitudinum a Christo Jesu prædicatarum non aliam vim ac potestatem esse, non alio eas spectare, non alium in scopum tendere, quam in cordis puritatem et humilitatem, quod hæ sint duæ virtutes perfectivarum perfectivissimæ. Continent enim intra se vim virtutum universarum omnem, quemadmodum firmamentum æthercam simul terrenamque creaturam complectitur ambiens. Viden' ergo ut quod humilitate carerent, projecti angeli e cœlo sint? ut quod sibi non attenderit invigilans proprio profectui, proditor Judas sit erasus ex albo electorum? Humilitas quippe sibi attenta fidei et spei et charitatis effectrix perfectrixque est, ac compendiosiorem servandorum Dei mandatorum in se habet viam. Nam cui concessum est, esse vere humilem, is in vita sua divinas beatitudines actione velut pictas repræsentat; rursus, qui mundus corde fuerit idem sine dubio erit humilis; pro-

ιγ'. Ἡ γὰρ τῶν μακαρισμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν δύναμίς τε καὶ ἐνέργεια οὐ πρὸς ἄλλο τι βλέπουσι, καὶ τὸν ἄλλον σκοπὸν ἔχουσιν, ἀλλ' ἢ πρὸς τὴν καθαρότητα τῆς καρδίας, καὶ τὴν ταπείνωσιν, ὡς μᾶλλον οὐσῶν τῶν δύο τούτων ἀρετῶν τῶν τελειωτικῶν τελειωτικωτάτων· περιέχουσι γὰρ πᾶσαν ἀρετὴν ἔνδον, καθάπερ δὴ τὸ στερέωμα τήν D τε αἰθέριον καὶ ἐπίγειον κτίσιν. Ὅρα οὖν χωρὶς ταπεινώσεως ἐῤῥίφθαι ἀγγέλους ἐξ οὐρανοῦ· καὶ χωρὶς νηφαλιότητος ἰδοὺ προδότης ῥιφεὶς ἐκ τῶν ἐπιλέκτων· αὕτη γὰρ πίστεως καὶ ἐλπίδος καὶ ἀγάπης ἐνεργητικὴ καὶ τελειωτικὴ, καὶ τὴν συντομωτέραν ὁδὸν τῶν θείων ἐντολῶν ἐν αὐταῖς ἔχουσα· ὁ γὰρ καταξιωθεὶς ὡς δεῖ ταπεινὸς γενέσθαι τοὺς θείους μακαρισμοὺς ἐν τῷ ἰδίῳ βίῳ διὰ πράξεως ἐζωγράφησεν. Ὁ δ' αὖ πάλιν καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἔσται πάντως καὶ ταπεινός· ἴδιον γὰρ τῆς καθαρότητος ἡ ταπείνωσις, καὶ ἡ εἰς Θεὸν μετ' ἔρωτος καὶ θυμηδίας ἀγάπη τε καὶ ἔφεσις, γνωριστικὰ αὐτῆς καθ-

[41] Galat. v, 16.

εστήκασιν. Ὁ δὲ τοιοῦτος καὶ τὰς λοιπὰς διὰ τῶν A δύο τούτων ἀρετῶν εὑρεθήσεται φυλάττων· ὁ γὰρ ταπεινὸς οὔτε εἰκῆ ὀργίζεται, οὔτε ἑτέραις ὕβρεσι περιβάλλει τὸν ἀδελφόν. Τὸ δὲ καταλλαγῆναι πρὸ τοῦ δώρου κατ' ἐντολῆς ποίησιν, ὅτε καὶ γένηται, μᾶλλον ἴδιον τοῦ ταπεινοῦ, ὃς δοῦλον ἔσχατον πάντων αὐτὸν ἡγεῖται, καὶ πρὸς ἀλήθειαν γῆν, καὶ σποδὸν, καὶ κάθαρμα· ὃς πρᾶός τέ ἐστι καὶ πενθῶν καὶ πεινῶν τὴν δικαιοσύνην, Θεὸν, καὶ ἀρετήν· καὶ δὴ καὶ ἐλεήμων· εἴ γε χορηγός ἐστι πάσης ἐργασίας ἀγαθῆς ἡ μακαρία ταπείνωσις. Καθαρὸς δὲ τῇ καρδίᾳ τίς μᾶλλον τοῦ χθαμαλόφρονος ἄλλος πλεῖον εὑρεθήσεται; εἴγε δι' ὑψηλοφροσύνην καὶ Σατὰν ἀκάθαρτος ὁ ἀσώματος. Εἰ δὲ καὶ πάντες ἐθέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διωχθήσονται, ὥς φησιν ἡ Γραφὴ, τίς ἄρα τοῦ κατὰ Χριστὸν ταπεινοῦ εὐσεβέ- B στερος ἢ δεδιωγμένος, ὥς ἔφη ὁ Σωτὴρ, τὰ ἐξαίρετα τοῦ Ἰησοῦ βίου ἐν τῷ σώματι βαστάσει, εἴ γε μὴ δι ὑψηλοφροσύνην κατάστικτος ἁμαρτίαις;

pria quippe puritatis est humilitas, cujus characteres et signa unde dignoscantur sunt charitas in Deum dulci affectu conjuncta, et ejusdem aliquando fruendi ardens desiderium. Talis porro qui fuerit, alias quoque virtutes ex his duabus aptas reperietur custodire. Nam humilis haud sine causa irascitur, neque ulciscitur in fratrem injurias ab eo acceptas, paribus rependendis. Mandatum etiam illud, reconciliandi sibi fratrem ante donum offerendum, quis promptius et melius humili homine implebit, qui se ultimum omnium reputat, vere persuasus esse se pulverem, cinerem, purgamentum? Idem præterea mitis est, et lugens, et esuriens justitiam, Deum et virtutem; idem misericors, largus præbitor omnium quæ habet aut potest ministrare. Quid enim beneficentius beata humilitate? Mundus vero corde quis unquam alius verius perfectiusque reperietur quam homo humiliter de se sentiens? Nam unde Satan expers corporis immundus factus est, nisi ex superbia? Si autem omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur, ut ait Scriptura: quisnam vero in Christo humili, aut justior, aut magis persecutionem patiens? ut Salvator ait; utpote cum is quæ sunt eximia in vita Jesu in corpore suo circumferat: qui autem non est humilis, propter superbiam totus compunctus stigmatibus peccatorum appareat.

ιδ'. Εἶδες δύναμιν θείων εὐγγελικῶν ῥημάτων, εἶδες ἀλκὴν ὅση τίς ἐστι νήψεώς τε καὶ ταπεινώσεως; Οὕτως ἄρα πέφυκεν ἡ πανάρετος στολὴ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ, ἡ μακαρία, λέγω, ταπείνωσις, καὶ ἀγγελικὴ καθαρότης τῆς διανοίας φυλακτικαὶ εἶναί τε καὶ γίνεσθαι ἐν τοῖς βουλομένοις φιλοπονεῖν πασῶν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν· ἄρχουσαι γάρ εἰσιν ἀρχουσῶν, βασιλίδες ἐντολῶν ἢ ἀρετῶν· αὗται γὰρ φυ- C λασσόμεναι περιεκτικῶς φυλάττουσι καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον τὰς λοιπὰς ἐντολὰς τὰς ἑξῆς παρὰ Ματθαίου, μᾶλλον δὲ παρὰ Χριστοῦ λεγομένας· καὶ οὕτως εὑρίσκεται ὁ ταπεινὸς, ὅ τε καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἐνταλμάτων ἁπάντων ἄριστος φύλαξ τοῦ ἑαυτοῦ Δεσπότου τε καὶ Θεοῦ· οὗ ἕνεκεν καὶ κοπιάσει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον, καὶ ζήσεται εἰς μέλλοντα, καὶ μακαρισθήσεται παρὰ Κυρίου ἐν τῇ ἀπεράντῳ καὶ αἰωνίῳ ζωῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

14. Vidisti vim divinorum Evangelii verborum, vidisti quantum robur sit attentionis et humilitatis? Sic plane natura fit, ut virtutibus splendens omnibus stola Christi Filii Dei, hoc est, beata humilitas, et angelica puritas mentis, custodes et nunc sint, et futuræ semper sint, volentibus in via Spiritus contendere, omnium Dei mandatorum. Principes quippe illæ principum sunt, reginæ mandatorum ac virtutum. Ipsæ enim dum custodiuntur, comprehensive custodiunt, eo quem diximus modo, cætera mandata, deinceps a Matthæo vel potius a Christo exposita. In hunc modum reperitur humilis et mundus corde optimus executor omnium mandatorum Domini ac Dei sui, cujus causa laborat in hoc sæculo, et vivet in futuro, beatificatus a Domino in perenni et æterna vita, in Christo Jesu Domino nostro.

ιε'. Θὲς τοιγαροῦν τὸν νοῦν σου εἰς τὰ λεγόμενα· εἰσελθέτωσαν εἰς τὰς ἀκοάς σου τὰ παρὰ τοῦ Κυρίου εἰρημένα, εἴ γε πιστεύεις αὐτῷ· ἔφη γὰρ ὅτι καὶ περὶ ἀργοῦ λόγου λόγον ἀποδώσομεν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· ἱκανὸς δὲ οὗτος ὁ λόγος, ἐὰν νήφῃ ἡμῶν ἡ D διάνοια. Ὃς δὲ τὰ γεγραμμένα οὐ συνίησι, οὔτε μὴν τῶν λεγομένων ἀκούει, ἔοικεν ὁ τοιοῦτος σωλῆνι δεχομένῳ ὕδωρ καὶ μὴ αἰσθανομένῳ ὅτι δι' αὐτοῦ παρέρχεται. Τίς οὖν ἄρα μὴ κλαύσῃ, τίς οὐ λυπηθῇ καὶ καταπλαγῇ, ὅτι ὁ Δεσπότης τῆς οἰκουμένης δι' ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων βοᾷ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἀκούων; Τίνα δέ ἐστι τὰ κηρυττόμενα ὑπ' αὐτῶν; *Ὁ γάμος* ἕτοιμος, φησὶ, καὶ τὰ σιτεύματά μου τεθυμένα· ὁ νυμφίος μετὰ δόξης καὶ μεγαλοπρεπείας κάθηται ἐν τῷ νυμφῶνι, καὶ δέχεται τοὺς ἐρχομένους μετὰ χαρᾶς· ἡ θύρα ἀνέῳκται, οἱ ὑπηρέται σπουδάζουσι. Πρὸ τοῦ κλεισθῆναι τὴν θύραν, ἐξυποδίσατε, μή ποτε ἔξω

15. Adhibe igitur mentem ad hæc quæ dicuntur; ingrediantur in aures tuas quæ dicta sunt a Domino, si ei credis. An enim (quod ipse dixit) de verbo otioso a nobis prolato reddemus rationem in die judicii, et non reddemus de verbo a Deo nobis dicto, a nobis neglecto et otioso relicto? Vigilet ergo mens nostra contendens ad verbum omni acceptione dignum implendum. Qui scripta non intelligit, nec ea quæ dicuntur audit. Talis similis est canali sic aquam accipienti, ut eam per se transire non sentiat. Quis ergo non fleat, non plangat, non obstupescat, quod Dominus orbis universi cum et per sese et per servos suos prophetas et apostolos clamet, non est tamen qui eum audiat? Quid autem illi prædicant? *Nuptiæ*, inquiunt, *paratæ sunt, altilia occisa*. Sponsus cum gloria et magnificentia sedet in thalamo, et excipit venientes cum gaudio. Fores patent. Ministri

spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis[41]. » Mens enim nostra præoccupata suasionibus oppugnantis eam Satanæ omnem nequitiam exsequitur per corpus insensibiliter. Igitur spiritu ambulans, et semper sobrius ac vigil, potest per Dei gratiam omne Domini mandatum opere complere.

μὴ τελέσητε· » ὁ γὰρ νοῦς ἡμῶν ἐὰν φθάσῃ καμεῖν ἀπὸ τοῦ πολεμοῦντος αὐτὸν Σατὰν, πᾶσαν κακίαν ἐκτελεῖ διὰ σώματος ἀνεπαισθήτως· ὁ οὖν πνεύματι περιπατῶν καὶ ἀεὶ νήφων δύναται διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν πᾶσαν ἐντολὴν δεσποτικὴν διαπράξασθαι.

12. Quid autem novus et sanctus Decalogus Domini nostri Jesu Christi? Beatitudines, inquam, ab eo prædicatæ magnas exercentium virtutes, an non ad scopum et ipsæ quem nobis proposuimus pertinent? Pertinent sane, quin et mirifice illi congruunt, sive rem ex evangelicis et propheticis judicemus Scripturis, sive e naturali serie ac consequentia recti ordinis. Etenim quis non acriter invigilans custodiendo suo cordi, procul que ab ipso arcendæ omni malitiæ, pauper spiritu potest esse? quis humilis, aut lugens, aut mitis, aut esuriens et sitiens justitiam, aut misericors, aut (quod omne bonum procurat cordi et animæ) mundus corde? Quis non semper intentus sibi et pervigil, interne pacatus est, ac propterea, cum opus est, exterius pacificus? Quis propter justitiam persecutionem patitur, vel in animo, vel sensibiliter? aut quis, non spe semper gaudens, Domini gaudio repletur? Quis indesinenter propendet in Deum, quis cui hæc ipsa in Deum propensio, non in locum et meritum orationis nunquam intermissæ non imputetur ex gratia? Quis abdicata semel cura corporis, non jucunde perpetuo commorantem in corde proprio mentem suam experitur? Quis procurat sibi naturalem notitiam mundi totius et omnium quæ in eo sunt: quis simul cum hoc magnalium Dei sibi est ipsi credi dignissimus enarrator? Nonne sibi attendens, nonne qui serio suis cogitationibus invigilat, et iis quas novit noxias, alias ex adverso contrarias opponit? malas increpans paribus cum Jobo dictis: Ite, inquiens, in malam rem, indecores, pravæ, amentes; quas non pluris fecerim quam canes gregum meorum. Cum idem e contrario foveat, curet, promoveat, mente gregibus talium pascendis a Domino erudita.

ιβ'. Τί δὲ ἡ νέα καὶ ἁγία Δεκάλογος, ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγω; Τῶν ἐναρέτων μακαρισμοὶ οὐ πρὸς τὸν σκοπὸν ὃν ἐξεθέμεθα διά τε Γραφῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ προφητικῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς φυσικῶς ἀκολουθούσης τάξεως, τῷ σκοπῷ ἡμῶν συνᾴδουσι; Τίς μὴ νήφων ἀεὶ τῇ καρδίᾳ πτωχὸς τῷ πνεύματι ἐκ πάσης κακίας γενέσθαι δύναται; ἢ πενθῶν, ἢ πρᾶος, ἢ πεινῶν καὶ διψῶν τὴν δικαιοσύνην, ἢ ἐλεήμων, ἢ τὸ πᾶν ἀγαθὸν προξενοῦν, τῇ καρδίᾳ καὶ τῇ ψυχῇ καθαρὸς αὐταῖς; Τίς μὴ νήφων ἀεὶ εἰρηνοποιὸς ἔνδον, καὶ διὰ τοῦτο ἔξω, ἢ ἕνεκεν δικαιοσύνης δεδιωγμένος, καὶ νοερῶς; Ἢ τίς μὴ χαίρων ἀεὶ τῇ ἐλπίδι Κυρίου γήθους ἐμπίπλαται; Τίς ὁ ἀδιαλείπτως πρὸς Θεὸν νεύων, ᾧ ἡ πρὸς Θεὸν νεῦσις εἰς ἀδιάλειπτον προσευχὴν λογίζεται ἐκ χάριτος; Οὐχ ὁ καταλιπὼν τὸ σῶμα, οὐ πάσας τὰς διατριβὰς ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ διὰ νοὸς ἀεὶ ποιούμενος; Τίς πρόξενος φυσικῆς τῶν ὄντων θεωρίας, τίς τῶν μεγαλουργιῶν τοῦ Θεοῦ εὐαπόδεκτος ἐκδιηγητής; Οὐχ ὁ νήφων, οὐχ ὁ προσέχων τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ ἀντίθετα, ὥσπερ ὁ Ἰὼβ, τούτοις ἀνθυποφέρων; Ἄτιμοι, λέγων, καὶ πεφαυλισμένοι ἐνδεεῖς φρενῶν· οὓς οὐχ ἡγησάμην κύνας τῶν ἐμῶν νομάδων, ἤτοι τῶν δεξιῶν ἐνθυμιῶν ποιμαινομένων ὑπὸ Κυρίου διὰ νοῦ εἰδότος ποιμενικὴν τάξιν.

13. Ex his cunctis apparet beatitudinum a Christo Jesu prædicatarum non aliam vim ac potestatem esse, non alio eas spectare, non alium in scopum tendere, quam in cordis puritatem et humilitatem, quod hæ sint duæ virtutes perfectivarum perfectivissimæ. Continent enim intra se vim virtutum universarum omnem, quemadmodum firmamentum æthercam simul terrenamque creaturam complectitur ambiens. Viden' ergo ut quod humilitate carerent, projecti angeli e cœlo sint? ut quod sibi non attenderit invigilans proprio profectui, proditor Judas sit erasus ex albo electorum? Humilitas quippe sibi attenta fidei et spei et charitatis effectrix perfectrixque est, ac compendiosiorem servandorum Dei mandatorum in se habet viam. Nam cui concessum est, esse vere humilem, is in vita sua divinas beatitudines actione velut pictas repræsentat; rursus, qui mundus corde fuerit idem sine dubio erit humilis; pro-

ιγ'. Ἡ γὰρ τῶν μακαρισμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν δύναμίς τε καὶ ἐνέργεια οὐ πρὸς ἄλλο τι βλέπουσι, καὶ τὸν ἄλλον σκοπὸν ἔχουσιν, ἀλλ' ἢ πρὸς τὴν καθαρότητα τῆς καρδίας, καὶ τὴν ταπείνωσιν, ὡς μᾶλλον οὐσῶν τῶν δύο τούτων ἀρετῶν τῶν τελειωτικῶν τελειωτικωτάτων· περιέχουσι γὰρ πᾶσαν ἀρετὴν ἔνδον, καθάπερ δὴ τὸ στερέωμα τήν τε αἰθέριον καὶ ἐπίγειον κτίσιν. Ὅρα οὖν χωρὶς ταπεινώσεως ἐῤῥίφθαι ἀγγέλους ἐξ οὐρανοῦ· καὶ χωρὶς νηφαλιότητος ἰδοὺ προδότης ῥιφεὶς ἐκ τῶν ἐπιλέκτων· αὕτη γὰρ πίστεως καὶ ἐλπίδος καὶ ἀγάπης ἐνεργητικὴ καὶ τελειωτικὴ, καὶ τὴν συντομωτέραν ὁδὸν τῶν θείων ἐντολῶν ἐν αὐταῖς ἔχουσα· ὁ γὰρ καταξιωθεὶς ὡς δεῖ ταπεινὸς γενέσθαι τοὺς θείους μακαρισμοὺς ἐν τῷ ἰδίῳ βίῳ διὰ πράξεως ἐζωγράφησεν. Ὁ δ' αὖ πάλιν καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἔσται πάντως καὶ ταπεινός· ἴδιον γὰρ τῆς καθαρότητος ἡ ταπείνωσις, καὶ ἡ εἰς Θεὸν μετ' ἔρωτος καὶ θυμηδίας ἀγάπη τε καὶ ἔφεσις, γνωριστικὰ αὐτῆς καθ-

[41] Galat. v, 16.

εστήκασιν. Ὁ δὲ τοιοῦτος καὶ τὰς λοιπὰς διὰ τῶν A δύο τούτων ἀρετῶν εὑρεθήσεται φυλάττων· ὁ γὰρ ταπεινὸς οὔτε εἰκῇ ὀργίζεται, οὔτε ἑτέραις ὕβρεσι περιβάλλει τὸν ἀδελφόν. Τὸ δὲ καταλλαγῆναι πρὸ τοῦ δώρου κατ' ἐντολῆς ποίησιν, ὅτε καὶ γένηται, μᾶλλον ἴδιον τοῦ ταπεινοῦ, ὃς δοῦλον ἔσχατον πάντων αὐτὸν ἡγεῖται, καὶ πρὸς ἀλήθειαν γῆν, καὶ σποδὸν, καὶ κάθαρμα· ὃς πρᾶός τέ ἐστι καὶ πενθῶν καὶ πεινῶν τὴν δικαιοσύνην, Θεὸν, καὶ ἀρετήν· καὶ δὴ καὶ ἐλεήμων· εἴ γε χορηγός ἐστι πάσης ἐργασίας ἀγαθῆς ἡ μακαρία ταπείνωσις. Καθαρὸς δὲ τῇ καρδίᾳ τίς μᾶλλον τοῦ χθαμαλόφρονος ἄλλος πλεῖον εὑρεθήσεται; εἴγε δι' ὑψηλοφροσύνην καὶ Σατὰν ἀκάθαρτος ὁ ἀσώματος. Εἰ δὲ καὶ πάντες ἐθέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διωχθήσονται, ὥς φησιν ἡ Γραφὴ, τίς ἄρα τοῦ κατὰ Χριστὸν ταπεινοῦ εὐσεβέστερος ἢ δεδιωγμένος, ὡς ἔφη ὁ Σωτὴρ, τὰ ἐξαίρετα τοῦ Ἰησοῦ βίου ἐν τῷ σώματι βαστάσει, εἴ γε μὴ δι ὑψηλοφροσύνην κατάστικτος ἁμαρτίαις;

pria quippe puritatis est humilitas, cujus characteres et signa unde dignoscantur sunt charitas in Deum dulci affectu conjuncta, et ejusdem aliquando fruendi ardens desiderium. Talis porro qui fuerit, alias quoque virtutes ex his duabus aptas reperietur custodire. Nam humilis haud sine causa irascitur, neque ulciscitur in fratrem injurias ab eo acceptas, paribus rependendis. Mandatum etiam illud, reconciliandi sibi fratrem ante donum offerendum, quis promptius et melius humili homine implebit, qui se ultimum omnium reputat, vere persuasus esse se pulverem, cinerem, purgamentum? Idem præterea mitis est, et lugens, et esuriens justitiam, Deum et virtutem; idem misericors, largus præbitor omnium quæ habet aut potest ministrare. Quid enim beneficentius beata humilitate? Mundus vero corde quis unquam alius verius perfectiusque reperietur quam homo humiliter de se sentiens? Nam unde Satan expers corporis immundus factus est, nisi ex superbia? Si autem omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur, ut ait Scriptura : quisnam vero in Christo humili, aut justior, aut magis persecutionem patiens? ut Salvator ait; utpote cum is quæ sunt eximia in vita Jesu in corpore suo circumferat : qui autem non est humilis, propter superbiam totus compunctus stigmatibus peccatorum appareat.

ιδ'. Εἶδες δύναμιν θείων εὐαγγελικῶν ῥημάτων, εἶδες ἀλκὴν ὅση τίς ἐστι νήψεώς τε καὶ ταπεινώσεως; Οὕτως ἄρα πέφυκεν ἡ πανάρετος στολὴ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ, ἡ μακαρία, λέγω, ταπείνωσις, καὶ ἀγγελικὴ καθαρότης τῆς διανοίας φυλακτικαὶ εἶναί τε καὶ γίνεσθαι ἐν τοῖς βουλομένοις φιλοπονεῖν πασῶν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν· ἄρχουσαι γάρ εἰσιν ἀρχουσῶν, βασιλίδες ἐντολῶν ἢ ἀρετῶν· αὗται γὰρ φυ- C λασσόμεναι περιεκτικῶς φυλάττουσι καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον τὰς λοιπὰς ἐντολὰς τὰς ἑξῆς παρὰ Ματθαίου, μᾶλλον δὲ παρὰ Χριστοῦ λεγομένας· καὶ οὕτως εὑρίσκεται ὁ ταπεινὸς, ὅ τε καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἐνταλμάτων ἁπάντων ἄριστος φύλαξ τοῦ ἑαυτοῦ Δεσπότου τε καὶ Θεοῦ· οὗ ἕνεκεν καὶ κοπιάσει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον, καὶ ζήσεται εἰς μέλλοντα, καὶ μακαρισθήσεται παρὰ Κυρίου ἐν τῇ ἀπεράντῳ καὶ αἰωνίῳ ζωῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

ιε'. Θὲς τοιγαροῦν τὸν νοῦν σου εἰς τὰ λεγόμενα· εἰσελθέτωσαν εἰς τὰς ἀκοάς σου τὰ παρὰ τοῦ Κυρίου εἰρημένα, εἴ γε πιστεύεις αὐτῷ· ἔφη γὰρ ὅτι καὶ περὶ ἀργοῦ λόγου λόγον ἀποδώσομεν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· ἱκανὸς δὲ οὗτος ὁ λόγος, ἐὰν νήφῃ ἡμῶν ἡ D διάνοια. Ὃς δὲ τὰ γεγραμμένα οὐ συνίησι, οὔτε μὴν τῶν λεγομένων ἀκούει, ἔοικεν ὁ τοιοῦτος σωλῆνι δεχομένῳ ὕδωρ καὶ μὴ αἰσθανομένῳ ὅτι δι' αὐτοῦ παρέρχεται. Τίς οὖν ἄρα μὴ κλαύσῃ, τίς οὐ λυπηθῇ καὶ καταπλαγῇ, ὅτι ὁ Δεσπότης τῆς οἰκουμένης δι' ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων βοᾷ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἀκούων; Τίνα δέ ἐστι τὰ κηρυττόμενα ὑπ' αὐτῶν; *Ὁ γάμος* ἕτοιμος, φησὶ, καὶ τὰ σιτεύματά μου τεθυμένα· ὁ νυμφίος μετὰ δόξης καὶ μεγαλοπρεπείας κάθηται ἐν τῷ νυμφῶνι, καὶ δέχεται τοὺς ἐρχομένους μετὰ χαρᾶς· ἡ θύρα ἀνέῳκται, οἱ ὑπηρέται σπουδάζουσι. Πρὸ τοῦ κλεισθῆναι τὴν θύραν, ἐξυποδίσατε, μή ποτε ἔξω

14. Vidisti vim divinorum Evangelii verborum, vidisti quantum robur sit attentionis et humilitatis? Sic plane natura fit, ut virtutibus splendens omnibus stola Christi Filii Dei, hoc est, beata humilitas, et angelica puritas mentis, custodes et nunc sint, et futuræ semper sint, volentibus in via Spiritus contendere, omnium Dei mandatorum. Principes quippe illæ principum sunt, reginæ mandatorum ac virtutum. Ipsæ enim dum custodiuntur, comprehensive custodiunt, eo quem diximus modo, cætera mandata, deinceps a Matthæo vel potius a Christo exposita. In hunc modum reperitur humilis et mundus corde optimus exsecutor omnium mandatorum Domini ac Dei sui, cujus causa laborat in hoc sæculo, et vivet in futuro, beatificatus a Domino in perenni et æterna vita, in Christo Jesu Domino nostro.

15. Adhibe igitur mentem ad hæc quæ dicuntur, ingrediantur in aures tuas quæ dicta sunt a Domino, si ei credis. An enim (quod ipse dixit) de verbo otioso a nobis prolato reddemus rationem in die judicii, et non reddemus de verbo a Deo nobis dicto, a nobis neglecto et otioso relicto? Vigilet ergo mens nostra contendens ad verbum omni acceptione dignum implendum. Qui scripta non intelligit, nec ea quæ dicuntur audit. Talis similis est canali sic aquam accipienti, ut eam per se transire non sentiat. Quis ergo non fleat, non plangat, non obstupescat, quod Dominus orbis universi cum et per sese et per servos suos prophetas et apostolos clamet, non est tamen qui eum audiat? Quid autem illi prædicant? *Nuptiæ*, inquiunt, *paratæ sunt, altilia occisa*. Sponsus cum gloria et magnificentia sedet in thalamo, et excipit venientes cum gaudio. Fores patent. Ministri

varie discurrentes satagunt. Properate, ne foris exclusi maneatis, et non sit qui vos introducat. In his non est qui intelligat, non est qui studium adhibeat. Sed desidia et sollicitudo hujus sæculi velut catena ligavit mentem nostram. Divinas Scripturas recte quidem scribimus, recte legimus, recte autem ipsas audire nolumus, quia non volumus quæ illæ præcipiunt exsequi. Quis peregrinationem longam suscipit non proviso in viam victu? nos tamen relicta hic annona nostra, temere vacui capessimus iter immensum. Beatus qui abunde proviso viatico, secure proficiscitur ad Dominum. En decem virgines non dormiunt. En servi vigiles satagunt, exspectantes dominum suum, gnari venire ipsum accepto regno, cum virtute et gloria magna, coronaturum servos qui talentis ab ipso iis creditis strenue negotiati fuerint, interfecturum autem hostes suos qui noluerant illum super se regnare. Quomodo autem venit? Nocte media, alte sopita omni humana natura, repente de cœlo fit sonus magnus, et horrenda tonitrua, et terribilia fulgura, cum terræmotu, quibus concussi expergiscuntur qui dormiebant, et recordatur quisque suorum operum, sive ea bona sive mala fuerint; qui vero mala egerunt, tundunt sua pectora, in strato suo jacentes, quoniam non est quo fugiant, aut ubi occultentur, aut tempus emendandi per pœnitentiam ea in quibus peccantes deliquerunt. Etenim terra concutitur; tonitrua horribiliter resonantia consternant, fulgura terribiliter exsplendescentia dire conturbant; caligo autem cæca undique ipsos obumbrat miserrimos. Sic et in illa hora, quando fulgur velocissimum momento expavefaciet terram totam; cui terrori superveniens clangor tubæ acutissimus e cœlo, excitabit dormientes, et expergisci coget sopitos a sæculo. Ipsi enim cœli cum suis virtutibus titubabunt; et terra universa maris tremorem imitabitur, a facie gloriæ Judicis venientis. Ignis quippe terribilis præcedet ante faciem ejus, percurrens et purgans terram a sceleribus quæ inquinaverunt ipsam. Infernus pandit æternas suas portas. Mors destruitur. Pulvis autem putridus audito clangore tubæ vivificabitur. Mirum omnino visu! innumeræ animæ, velut in mari pisces infinito numero sese vibrantes in inferno, in ictu oculi prorumpent inde, et ossa quæque sua quocunque quæsitum ibunt, ea invicem adaptabunt, et sibi induent, ac resurgentes clamabunt universæ dicentes: Gloria ei qui congregavit nos et suscitavit per suam misericordiam. Tunc justi gaudent, et sancti exsultant. Tunc perfecti ascetæ consolationem pristinis laboribus parem accipiunt; martyres, apostoli, prophetæ coronantur. Beatus cui sancto continget horam videre illam, qua justi rapientur cum gloria in nubibus in occursum immortalis Sponsi, omnes qui dilexerunt ipsum, et studuerunt exsequi omnes voluntates ejus. Quanto autem amplificavit magis unusquisque in hac vita suas ipsius alas, tanto altius volat: et quanto quisque diligentius mundavit oculum sui

A μείνητε· καὶ οὐκ ἔστιν ὁ εἰσφέρων ὑμᾶς. Καὶ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἔστιν ὁ συνίων, οὐκ ἔστιν ὁ σπουδὴν τιθέμενος· ἀλλ' ἡ ῥᾳθυμία καὶ ἡ φροντὶς τοῦ αἰῶνος τούτου, ὥσπερ ἅλυσις, ἔδεισεν ἡμῶν τὴν διάνοιαν. Τὰς θείας Γραφὰς ὀρθῶς μὲν γράφομεν, καὶ ὀρθῶς ἀναγινώσκομεν· ὀρθῶς δὲ τούτων ἀκοῦσαι οὐ θέλομεν, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ἡμᾶς τὰ παρ' αὐτῶν ἐπιτελεῖν. Τίς ἄρα ἀπεδήμησεν ἐπισιτισμοῦ χωρὶς μακρὰν ὁδόν; καθάπερ ἡμεῖς βουλόμεθα, ἀφέντες τὸν ἐπισιτισμὸν ἡμῶν ἐνταῦθα, μηδὲ εἰς τὴν ἀποδημίαν ἐπιφέρεσθαι. Μακάριος ὅστις μετὰ παῤῥησίας ἀπεδήμησε πρὸς τὸν Κύριον, βαστάζων τὸν ἐπισιτισμὸν αὐτοῦ ἀνενδεῆ. Ἰδοὺ δὴ καὶ αἱ δέκα παρθένοι οὐ καθεύδουσι· καὶ οἱ δοῦλοι πραγματεύονται προσδεχόμενοι τὸν δεσπότην ἑαυτῶν, ἐπιγνόντες ὅτι ἔλαβε B τὴν βασιλείαν, καὶ ἔρχεται μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς στεφανῶσαι μὲν τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς καλῶς πραγματευσαμένους τῷ ἀργυρίῳ ᾧ ἐκομίσαντο παρ' αὐτοῦ· ἀνελεῖν δὲ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ τοὺς μὴ θέλοντας αὐτὸν βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτούς. Ὁποῖον δὲ τρόπον; Ἐν μέσῃ νυκτὶ, ἐν ὕπνῳ κατεχομένης τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, αἰφνιδίως ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γίνεται ἦχος μέγας, καὶ βρονταὶ φρικταὶ, καὶ ἀστραπαὶ δειματώδεις μετὰ σεισμοῦ· ἐκθροοῦνται ἐξαίφνης οἱ καθεύδοντες, καὶ μνημονεύει ἕκαστος τὰ ἑαυτοῦ ἔργα, εἴτε ἀγαθὰ εἴτε κακά· οἱ δὲ τὰ κακὰ πράξαντες τύπτουσι τὰ στέρνα αὐτῶν, κείμενοι ἐπὶ τῆς κοίτης, ὅτι οὐκ ἔστι ποῦ φυγεῖν, ἢ κρυβῆναι, ἢ μεταμεληθῆναι ἐφ' οἷς ἔπραξαν· ἥ τε γὰρ γῆ σείε- C ται, καὶ αἱ βρονταὶ βοῶσαι φοβοῦσιν, αἱ ἀστραπαὶ πτοοῦσιν· σκοτία τε βαθεῖα κατέχει αὐτούς. Οὕτω καὶ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ ὡς ἀστραπὴ ὀξυτάτη αἰφνιδίως θροήσει πᾶσαν τὴν γῆν· σάλπιγξ γὰρ μετὰ φόβου σαλπίσει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐγερεῖ τοὺς καθεύδοντας, ἐξυπνήσει τοὺς ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένους· οὗτοι γὰρ οἱ οὐρανοὶ μετὰ τῶν δυνάμεων αὐτῶν σαλευθήσονται, καὶ ἡ γῆ πᾶσα ὥσπερ τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης τρομάξει ἀπὸ προσώπου τῆς αὐτοῦ. Πῦρ γὰρ φοβερὸν προτρέξει πρὸ προσώπου αὐτοῦ, παρατρέχων καὶ καθαρίζων τὴν γῆν ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τῶν μιανασῶν αὐτήν· ὁ ᾅδης ἀνοίγει τὰς αἰωνίας αὐτοῦ πύλας· ὁ θάνατος κατήργηται· ὁ δὲ χοῦς ὁ σαπεὶς, ἀκούσας τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, ζωοποιηθήσεται· θαῦμα γὰρ ἰδεῖν ἀληθῶς πῶς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἐν τῷ ᾅδῃ, ὥσπερ D πλῆθος ἰχθύων ἐν τῇ θαλάσσῃ στρεφομένων, οὕτως ἀναρίθμητον πλῆθος τὰ ὀστᾶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἕκαστον αὐτῶν περιέρχεται ζητοῦν τὰς ἑαυτῶν ἁρμονίας· καὶ ἐγερθέντες κράξουσιν ἅπαντες καὶ λέξουσι· Δόξα τῷ συναγαγόντι ἡμᾶς καὶ ἐγείραντι διὰ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν. Τότε οἱ δίκαιοι ἀγάλλονται, καὶ οἱ ὅσιοι εὐφραίνονται· οἱ τέλειοι ἀσκηταὶ παρακαλοῦνται ἀπὸ τοῦ μόχθου τῆς ἀσκήσεως αὐτῶν· οἱ μάρτυρες στεφανοῦνται, ἀπόστολοι, καὶ προφῆται. Μακάριος οὖν ὅστις καταξιωθῇ τὴν ὥραν ἐκείνην, πῶς ἁρπάζονται μετὰ δόξης ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ ἀθανάτου νυμφίου πάντες οἱ ἀγαπήσαντες αὐτὸν, καὶ σπουδάσαντες ἐπιτελέσαι πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ. Ὥσπερ δὲ ἐμεγάλυνεν ἕκαστος

A ἐνταῦθα τὸ ἑαυτοῦ πτερὸν, οὕτω καὶ πέταται τὰ ὑψηλά· καὶ καθὼς ἐντεῦθεν ἕκαστος ἐκάθηρε τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, οὕτως ὁρᾷ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ὥσπερ ἐπόθησεν αὐτὸν ἕκαστος, οὕτω καὶ κορέννυται τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. Θαυμάσει δὲ καὶ ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ὁρῶν μεγάλα καὶ θαυμαστά· πῶς ἀπ' αὐτοῦ καὶ τῆς ὁμοζύγου αὐτοῦ ἔθνη τηλικαῦτα καὶ πλῆθος γενεῶν προήχθη. Πλείονα δὲ θαυμάσει τὸν Δημιουργὸν Θεὸν, πῶς ἀπὸ μιᾶς φύσεως ταῦτα γενέσθαι ᾠκονόμησεν.

cordis, tanto clarius videt gloriam Dei; quanto denique ardentius Deum desideravit, tanto suavius ejus tandem possessi suavitate satiatur. Mirabitur vero primus Adam in illa hora videns magna et stupenda, quomodo ex ipso et ejus conjuge gentes tam multæ, et tanta generationum variarum profluxerit series. Magis autem mirabitur Creatorem Deum, qui ab una natura tot tantaque providerit effici.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΤΗΣ ΙΕΡΟΔΙΑΚΟΝΙΑΣ

ΗΓΟΥΝ

ΠΩΣ ΥΠΗΡΕΤΕΙ Ο ΔΙΑΚΟΝΟΣ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ, ΕΝ ΤΕ ΤΩ ΜΕΓΑΛΩ ΕΣΠΕΡΙΝΩ, ΤΩ ΟΡΘΡΩ ΤΕ ΚΑΙ ΤΗ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ,

ΣΥΝΤΕΘΕΙΣΑ ΚΑΙ ΤΥΠΩΘΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ, ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΘΕΟΥ.

ORDO SACRI MINISTERII,

QUOMODO VIDELICET

SACERDOTI DIACONUS MINISTRAT, IN CELEBRIBUS VESPERIS, MATUTINO ET MISSA.

A SANCTISSIMO ET OECUMENICO PATRIARCHA DOMINO PHILOTHEO COMPOSITUS ET ORDINATUS

B Ἰστέον, ὅτι ὁ διάκονος οὐδέποτε ἄλλοτε ἐνδύεται ἐν τῷ ἑσπερινῷ, καὶ τῷ ὄρθρῳ, εἰ μὴ ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς τῶν Σαββάτων, καὶ τοῖς ὄρθροις τῶν Κυριακῶν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. Ὁμοίως ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς καὶ τοῖς ὄρθροις τῶν Δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ Θεομητορικῶν (1). Ὡσαύτως ἐνδύεται καὶ ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς, καὶ ἐν ταῖς προηγιασμέναις τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Τεσσαρακοστῆς. Καὶ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, καὶ ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ τῶν ἁγίων παθῶν (2), καὶ ἁπαξαπλῶς, εἰς πάντας τοὺς ἑσπερινοὺς

Sciendum, diaconum nusquam alias in Vesperis aut Matutinis sacris vestibus indui, nisi in Sabbatorum Vesperis, et Dominicarum Matutinis, per totum annum. Et pariter in Vesperis et Matutinis Domini nostri et Dei Genitricis festorum. Parique modo in Vesperis, mysteriisque præsanctificatis sanctæ et magnæ Quadragesimæ induitur. Et in Annuntiationis die sacro, et in sanctarum Domini Passionum vigiliis, et ut semel dicam, in Vesperis omnibus cum introitus solemnitate persolvendis.

Jacobi Goari notæ.

(1) In tres classes festa distribuunt Græci, in Δεσποτικὰ, *quæ Christi Domini sunt:* Θεομητορικὰ, *quæ Dei Matris:* καὶ τῶν ἁγίων, *quæ sanctorum sunt* propria. Glycas sex diebus cuncta Deum condidisse contemplatus, sex etiam festis seu potius œconomiæ suæ in carne mysteriis, cuncta renovasse arbitratus est IV parte *Annal.* ubi hoc ordine leguntur enumerata: Nativitas, Baptismus, Passio, Resurrectio, Ascensio, et Pentecoste. Verum cum Transfigurationis dies solemnissimus sit Græcis, miror cur hebdomadi festorum diem unum detraxerit Glycas. Fidelius itaque Dominica festa his versibus alii recensent:

C Τὸ χαῖρε, γέννα, Συμεὼν, καὶ Ἰορδάνης,
Θαβώριον, Λάζαρος, τὰ Βαΐα, ξύλον
Ἔγερσις, ἄρσις, πνεῦμα.

Annuntiatio, Nativitas, Præsentatio Christi in Symeonis ulnis, ejus Baptismus, Transfiguratio, Lazari resurrectio, dies Palmarum, Crucifixio, Resurrectio, Ascensio et Pentecoste. Eadem porro Dei Matris festa celebrat Ecclesia Orientalis, quæ et Occidua, præterquam Visitationis, cujus est apud nos recentior institutio.

(2) Nox quæ Parasceven sequitur, solemne festum est Græcis, et, ut jam observatum est, inter festa Dominica computatur: illamque orationibus, supplicationibus publicis per vias decantatis, et vigiliis intenti transigunt, tali etiam cultus apparatu, ut ipsamet Roma suorum Græcorum nocturnam processionem magna cum admiratione suspiciat.

Nec non et in Matutinis in quibus magna glorificatio (id est, hymnus *Gloria in excelsis*) canitur. Et in Missis singulis per totum anni ambitum, siquidem in illis celebrare, hoc est, ministrare voluerit.

Vigiliarum series.

Imminente jam celebrium Vesperarum tempore, exsurgit sacerdos cum diacono, tribusque variis sacro adorationis ritu, cunctis fratribus adhuc considentibus, coram imagine Christi factis reverentiis, tribusque aliis pariter coram Deiparæ imagine, unaque pariter in medio, et una alia versus unumquemque chorum; deinceps in sacrarium ingrediuntur. Et accepta dalmatica stolaque sua diaconus, postquam ter ad Orientem adoraverit, sacerdotem adit, et ait: *Benedic, domine, dalmaticam cum stola.* Benedicitque illa sacerdos, dicens: *Benedictus Deus noster ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.* Uterque deinde propriis sibi vestibus ornatur. Istud nunc hoc pacto non observatur; solus namque sacerdos adorat, et solus stolam suam assumit et casulam, et thus adolere incipit, lectore vel cæremoniarum magistro cereum præferente, et, *Jubete*, exclamante. Eoque præcedente cum cereo, sacerdos pro more portis egressus templum universum suffumigat, et a cæremoniis, coram sacris foribus exclamante, *Jubete*, exsurgunt omnes. Sacerdos autem toto templo suffumigato, ad vestibulum etiam progreditur, thusque etiam ibi adolet, et rursum speciosis portis ingressus, suavi et modula voce exclamat, *Benedic, Domine.* Iterataque sacrarum imaginum suffu-

A τοὺς ἔχοντας εἴσοδον. Ὁμοίως καὶ τοὺς ὄρθρους καθ' οὓς ψάλλεται μεγάλη δοξολογία. Καὶ εἰς πάσας τὰς λειτουργίας τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ εἴπερ βούληται λειτουργεῖν.

Διάταξις τῆς ἀγρυπνίας.

Τοῦ καιροῦ ἐπιστάντος τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ δηλονότι ἀπέρχεται ὁ ἱερεὺς σὺν τῷ διακόνῳ, καὶ ποιοῦσι μετανοίας γ' εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, πάντων τῶν ἀδελφῶν καθημένων. Ὁμοίως ποιοῦσι καὶ εἰς τὴν τῆς Θεοτόκου εἰκόνα μετανοίας γ' (3)· εἰς τὴν μέσην μίαν, καὶ εἰς τοὺς χοροὺς, πρὸς μίαν· εἶτα εἰσέρχονται εἰς τὸ ἱερατεῖον. Καὶ λαβὼν τὸ στοιχάριον αὐτοῦ ὁ διάκονος, καὶ τὸ ὠράριον, καὶ προσκυνήσας κατὰ ἀνατολὰς γ', προσέρ- B χεται τῷ ἱερεῖ, καί φησιν· *Εὐλόγησον, δέσποτα, τὸ στοιχάριον σὺν τῷ ὠραρίῳ.* Καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ αὐτὰ λέγων· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Εἶτα ἐνδύεται ἑκάτερος τὰς οἰκείας στολάς. Τοῦτο νῦν, οὐχ οὕτω γίνεται· ἀλλ' ὁ ἱερεὺς μόνος προσκυνεῖ, καὶ μόνος ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον καὶ φελώνιον, καὶ ἄρχεται θυμιᾷν, ἀναγνώστου, ἢ εὐταξίου τὴν λαμπάδα κατέχοντός, καὶ τὸ, *Κελεύσατε*, ἐκφωνήσαντος. Καὶ προπορευομένου αὐτοῦ μετὰ λαμπάδος θυμιᾷ ὁ ἱερεὺς τὸν ναὸν ἅπαντα συνήθως ἐκ τῶν θυρῶν ἐξερχόμενος, καὶ ἐκφωνήσαντος τοῦ εὐταξίου ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν τὸ, *Κελεύσατε*, πάντες ἀνίστανται. Θυμιάσας δὲ ὁ ἱερεὺς τὸν ναὸν ἅπαντα, ἐξέρχεται καὶ εἰς τὸν νάρθηκα, C καὶ θυμιάσας κἀκεῖσε, εἰσέρχεται διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν, καὶ ἐκφωνεῖ μετὰ μέλους τὸ, *Κύριε, εὐλό-*

Jacobi Goari notæ.

(3) Monachi pœnitentium statum professi, et pœnitentiæ operibus dicati, non hujusmodi tantum opera μετανοίας, sed et cœnobia sua, eremorumque cellas, ceu pœnitentiæ officinas, ad quas convolarunt, ab antiquo vocaverunt. Hinc pœnitentiam ædificasse legitur, qui monasterium condidit, et μετάνοιαν in eo habere, etiam hodie dicunt καλόγηροι *religiosi*, qui habitationem perpetuam, per habitus monachalis susceptionem, in eodem fixerunt. At cum afflictiones laboresque corporeos, pœnitentiæque opus quodcunque potuerunt interpretari μετάνοιαν; et primarium præcipuumque pœnitentiæ argumentum fuerit olim illa corporis dejectio, humilisque animi in terram demissio, qua προσκλαίοντες pœnitentes insigniores, peccata deflebant, preces aliorum implorabant, et requirebant spem veniæ; exinde Deo cultum exhibitura, vel sacras imagines veneratura, quælibet genuflexio, vel corporis inclinatio, a monachis μετάνοια vocitari cœpit: addo, quod cum summum erga flagitiosos peccatores, vel a fide lapsos benevolentiæ indicium fuerit, pœnitentiæ locus concessus, et indulgentiæ consequendæ facta promissio; ipsi votis quibus poterant eam in Ecclesia postulabant, omnisque illorum sermo, μετάνοιαν, oris gemitus omnis et cordis suspirium vocem hanc μετάνοιαν, ingeminabat. Hanc ideo vocem cum monachi ex pœnitentiæ arrepto instituto familiarem sibi reddidissent, ad salutem quoque impertiendam et reddendam, illa eadem usi fuere. Unde tandem contigit, ut honor quicunque, reverentiaque Ecclesiæ pastoribus vel ministris exhibita, in pœnitentiæ optatæ vel professæ argumentum μετάνοια, a Græcorum vulgo sit dicta: et jam si sacerdotibus vel monachis occurrant, intra salutis oblatæ spatium, manu pectori admota, dicunt μετάνοια: tum ut illa voce honorem se illis præstare indicent, tum etiam ut eorum suffragiis pœnitentiæ tempus sibi a Deo concedi deposcant. Illi vero eadem voce, et salutem et honorem grato animo referentes, bene precantur. Hinc trita satis sententia, μετάνοιαν ποιεῖν, et μετάνοιαν βάλλειν, patet. Cæterum duplici modo fit illa: vel enim ore manibusque terræ affixis, cum genuum inflexione profundissime deorsum inclinant et procumbunt; et tunc est μετάνοια μεγάλη, quæ etiam στρωτή: si minus corpus inflectant, dicitur D μικρά: cum vero plures pro more persolvunt, ultimas semper minores et minores faciunt, simulque oratiunculam aliquam proferunt. De his Horologium, καὶ εἰ ἔστι Τεσσαρακοστὴ, ποιοῦμεν τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας, λέγοντες τὴν προγραφεῖσαν εὐχὴν, *et siquidem sit Quadragesima, tres magnas venias facimus, suprascriptam orationem dicentes.* Et est hujusmodi illa. A prosternentibus se prima vice dicitur, Κύριε καὶ δέσποτα τῆς ζωῆς μου, πνεῦμα ἀργίας, περιεργείας, φιλαρχίας, καὶ ἀργολογίας μή μοι δός. Dum secundo inclinant: Πνεῦμα δὲ ταπεινοφροσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ ὑπομονῆς, καὶ ἀγάπης, χάρισαί μοι τῷ σῷ δούλῳ. Dum tertio: Ναὶ, Κύριε βασιλεῦ, δώρησαί μοι ὁρᾷν τὰ ἐμὰ πταίσματα, καὶ μὴ κατακρίνειν τὸν ἀδελφόν μου· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἰδιώταις autem, id est, simplicioribus et illiteratis monachis, hanc solam vocem, Ἐλέησόν με, Κύριε, τὸν ἁμαρτωλὸν, recitare est imperatum.

γησον· καὶ θυμιάσας πάλιν τὰς ἁγίας εἰκόνας, εἰσ- A έρχεται διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ θυμιῶν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἐκφωνεῖ· *Δόξα τῇ ἁγίᾳ, καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ζωοποιῷ, καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι, πάντοτε νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ μετὰ τὸ *Ἀμὴν* ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ψάλλει τὸν προοιμιακόν (4)· ὁ δὲ ἱερεὺς κλείσας τὰ ἅγια θύρια, ἵσταται ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος. Ὅταν δὲ ἄρξωνται ψάλλειν τὸ, *Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα*, κ. τ. λ., ἐξέρχεται μετὰ τοῦ κανονάρχου, καὶ ποιοῦσι μετάνοιαν εἰς τὴν μέσην μίαν, καὶ οὕτως ἀπέρχεται ὁ ἱερεὺς εἰς τὸν ἴδιον τόπον· ὁ δὲ κανονάρχης λέγει τοὺς στίχους ἱστάμενος ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ. Ὅταν δὲ ψάλλωσι τὸ, *Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας*, ἀπέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ λέγει τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ ἱστάμενος ἀσκεπὴς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ B μετὰ τὴν συμπλήρωσιν λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν. Ὁ δὲ διάκονος ἐνδύεται εἰς τὸ γ' Ἀντίφωνον τοῦ ψαλτηρίου, καὶ λέγει τὴν μικρὰν συναπτήν· εἰ δ' οὐκ ἔστι στιχολογία, ἐνδύεται, τοῦ προοιμιακοῦ λεγομένου, καὶ λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν.

Ταῦτα μὲν οὕτω γίνεται ἀγρυπνίας οὔσης (5), εἰ δὲ μή ἐστιν ἀγρυπνία, οὐδὲν τοιοῦτον γίνεται, οὔτε μετανοίας ποιοῦσιν, οὔτε θυμιᾷ πρῶτον ὁ ἱερεὺς, οὔτε τὰ ἅγια θύρια ἀνοίγονται, ἀλλ' ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἀσκεπὴς, ἐνδεδυμένος ἐπιτραχήλιον, ἐκφωνεῖ τὸ, *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς λέγει τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν, χύμα (6)· καὶ λέγει C

migatione, penetrat sanctas fores, et sanctam mensam incensans, voce sonora dicit: *Gloria sanctæ et consubstantiali, et vivificæ et individuæ Trinitati, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum.* Et dicto, *Amen*, superior vel præscriptus monachus procemiacum psalmum decantat; sacerdos autem clausis sanctis foribus in sancto tribunali stat. Cum vero cœperint cantare: *Aperiente te manum tuam*, etc., egreditur cum canonum præcentore, et simul reverentiam exhibent in medio: atque ita in suum locum abscedit sacerdos. Canonum vero præcentor in medio templi stans, versiculos recitat. Cantato vero: *Omnia in sapientia fecisti*, discedit sacerdos, et nudo capite stans, ante sacras fores lucernarii orationes legit. Quo peracto, etiam magnam collectam dicit. Diaconus autem circa tertium Psalterii Antiphonum induitur, et parvam collectam dicit: si vero non est versiculorum recitatio, induitur, dum procemiacus psalmus persolvitur, et magnam collectam pronuntiat.

Hæc quidem isto pacto fiunt, si vigilia peragitur; eadem vero deficiente, nihil hujusmodi observatur, neque veniæ fiunt, neque prius thus adolet sacerdos, neque sacræ fores reserantur; verum stans ille detecto capite e sacrarum forium regione, stola ornatus, exclamat: *Benedictus Deus noster, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum.* Et superior, vel ita jussus monachus psalmum procemiacum recitat currenti voce, et sine cantu: et sa-

Jacobi Goari notæ.

(4) Subintellige ψαλμόν. Is vero *procemiacus psalmus* non est qui toti psalterio præfigitur, quem ideo plerique apud Hieronymum *Spiritus sancti præfationem* vocant; sicut et Chrysologus, serm. 44, *Psalmorum præfationem*. Sed est psalmus 103 *proœmialis* ea de causa Græcis, quod ab eo Vesperas, missam aliasque preces, in hujus Euchologii decursu lustrandas, exordiuntur. Unde non inepte, me judice, Zonaras precum differentiam referens, ex iis quasdam præfationum locum tenere, alias officia terminare, cæteras in harum medium interjiciendas. Verba ejus sunt: Αἱ παρὰ τῶν ἱερέων λεγόμεναι ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν ὑμνῳδίαις διάφοροί εἰσιν· αἱ μὲν γὰρ προλέγονται, ἃς καὶ προοίμια εἶπον· αἱ δὲ ἐπιλέγονται μετὰ τὴν ὑμνῳδίαν, ἃς ὑποθέσεις ἐκάλεσαν, ὡς ὑποτιθεμένας τοῖς ὕμνοις, καὶ μετ' αὐτοὺς λεγομένας· τὰς δὲ παραθέσεις (forsan correctius legeretur παρενθέσεις) ὠνόμασαν, ὡς παρατιθεμένας τὸν λαὸν τῷ Κυρίῳ· *Variæ a sacerdotibus inter quotidiana divinæ laudis officia precationes fiunt. Præmittuntur enim quædam quas idcirco præfationes de nomine dixerunt. Sub finem sunt hypotheses, quia fini hymnorum subjectæ adduntur: commendatitiæ sunt tandem, quæ populum Domino commendant.*

(5) Solemnia festa Dominicasque productis per noctem vigiliis stationibusque præveniunt monachi Græci (de Latinis quippe nullus qui experimento asseserit, id negabit) longissimas autem sibi præfixisse monachos ἀκοιμήτους hac de causa vocatos historicorum omnium scriptis compertum habemus, inter quos præcipuus fuit Symeones ille de quo Evagrius lib. III, cap. 21. Festis itaque diebus producunt Vigilias cuncti Græci, quibus prius Latini se dederunt exemplo, de quibus Cassianus, lib. III, *De can. nocturn. diur. orat. modo*, cap. 8: *Sane vigiliæ quæ singulis hebdomadibus a Vespera illucescente Sabbato celebrantur idcirco leviores, hyemali tempore quo noctes sunt longiores, usque ad quartum gallorum cantum, per monasteria moderantur, ut post excubias totius noctis reliquis duabus ferme horis reficientes corpora sua, nequaquam per totum diei spatium somni torpore marcescant; requie brevi hujus temporis pro totius noctis refectione contenti.* Modernorum vero Græcorum vigilandi rationem omnem Basilius hieromonachus Maleinus describit his verbis: *Statim adveniente nocte, instituenda vigilatio ad horas duas* (post solis occasum) *et audita hora octava surgendum. Hunc terminum transire* D *monacho non decet; alii usque ad tertiam, quartam et quintam, ante Matutinam synaxim, et nonnunquam per totam noctem extendunt Vigilias: præcipue quibusdam festis, aut publicis ad celebranda sacra die sequenti, futuris conventibus. Matutino autem somno post synaxim abstinent, quandoquidem ille monasticæ vitæ non est consentaneus.* Ad Matutinas porro quæ festivis diebus profunda semper nocte, cantuque solemni Ecclesia persolvuntur, plebs rudis antiqui ritus apprime tenax, nec non etiam hortatu et correctionibus sacerdotum excitata, diligentius assurgere consueta est: ab eisque frequentius obeundis nec ipsi imperatores Orientis abhorruere; solemnioresque eorum Vigilias in palatio, nocturnis officiis producendas percenset Codinus, et ejus commentator Gretserus in suis elucubrationibus.

(6) Pro familiari sibi consuetudine vocem hanc in Lexico scribit Meursius, et ut sine anima corpus, vocem pariter absque sensu ob oculos ponit. Hanc dum in *Bibliotheca PP.* interpres anonymus

cerdos lucernarii orationes persolvit. Quibus finitis, sacerdos aut diaconus suo loco stans magnam collectam pronuntiat, videlicet : *In pace Dominum precemur*, et reliqua.

Sciendum sacras fores nusquam aperiri, nisi in celebrium Vesperarum initio, cum thus solum adolet sacerdos; in quocunque solemni introitu, Vesperarum videlicet, et Missæ pro sancto Evangelio: parique modo a verbo : *Accedite*, ad finem usque sanctæ Missæ manent apertæ. Notum sit diaconum indui debere (si jam a principio Vesperarum non sit indutus), dum tertium Psalterii Antiphonum (dummodo sit psalmorum Davidicorum per versus recitatio) persolvitur; sin vero, dum cantatur prooemiacus, ut præmissum est. Hoc vero pacto induitur : Exhibita superiori reverentia, obliqua porta, quæ a latere est, ingreditur in sanctum tribunal; ubi sacerdotem stantem comperit quem proinde appellat dicens : *Benedic, domine, tunicam simul cum stola*. Sacerdos autem benedictionem impertitur, dicens : *Benedictus Deus noster, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum*. Atque ita diaconus se vestibus exornat, et psalmodia completa egressus stat in loco sibi consueto. Et parvam collectam recitat : *Adhuc et iterum in pace Dominum precemur*, et reliqua. Et exclamat sacerdos : *Quia tua est potentia, et tuum est regnum, et tua est virtus et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum*. Et tunc cantatur, *Domine clamavi* [1]. Quo finito, diaconus accepto thuribulo, et thure injecto, adit sacerdotem intra sacrum tribunal stantem, et ait : *Benedic, domine, incensum*. Et benedicit sacerdos dicens : *Benedictus Deus noster, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum*. Et suffumigat sacrarium diaconus, et templum universum, et reversus thuribulum deponit, ibidemque præstolatur. Cum vero cantatur : *Gloria, et nunc*, ingreditur sacerdos, et stola casulaque ab eo assumptis, fit solemnis introitus, accipiente primum diacono thuribulum et thus in illud immittente, benedictionemque, ut præmissum est, exposcente, eodemque cum sacerdote e boreali latere egrediente. Et apertis foribus sanctis, præcedentibus cum cereis duobus lectoribus, subsequitur sacerdos, demissam gerens casulam, et ad solitum locum procedunt. Ibi depositis a lectoribus cereis, hinc et inde in templi medio, e regione sacrarum valvarum consistit sacerdos. Stat quoque diaconus a dextris sacerdotis modice retrorsum, capite paululum inclinato, tenetque stolam tribus dextræ manus digitis, et

A ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ. Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν λέγει ὁ ἱερεὺς, ἢ ὁ διάκονος, ἱστάμενος ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, τὴν μεγάλην συναπτὴν, τὸ, *Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν*, καὶ τὰ λοιπά.

Ἰστέον ὅτι τὰ ἅγια θύρια οὐδέποτε ἀνοίγονται, εἰ μὴ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, ὅτε θυμιᾷ μόνον ὁ ἱερεὺς εἰς τὰς εἰσόδους πάσας, ἤγουν τῶν ἑσπερινῶν καὶ τῆς λειτουργίας τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. Ὡσαύτως ἀνοίγεται καὶ ἀπὸ τοῦ, *Προσέλθετε*, μέχρι συμπληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας. Ἰστέον ὅτι, εἰ μὴ φορέσῃ ὁ διάκονος εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ ἑσπερινοῦ, ἐνδύεται ψαλλομένου τοῦ γ' ἀντιφώνου τοῦ Ψαλτηρίου · εἰ ἔστι στιχολογία· εἰ δὲ μὴ, τοῦ προοιμιακοῦ ψαλλομένου, ὡς εἴρηται. Ἐνδύεται δὲ οὕ- B τως · Ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, καὶ εἰσέρχεται διὰ τῆς πλαγίας εἰς τὸ ἅγιον βῆμα · ἔνθα εὑρίσκει τὸν ἱερέα ἱστάμενον · προέρχεται γὰρ οὗτος · καὶ λαβὼν τὸ στοιχάριον αὐτοῦ ὁ διάκονος, προσέρχεται τῷ ἱερεῖ, καὶ φησιν · *Εὐλόγησον, δέσποτα, τὸ στοιχάριον σὺν τῷ ὡραρίῳ*. Ὁ δὲ ἱερεὺς εὐλογεῖ αὐτὸ, λέγων · *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Καὶ οὕτως ἐνδυσάμενος αὐτὸ ὁ διάκονος, πληρουμένης τῆς στιχολογίας ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται εἰς τὸν συνήθη τόπον. Καὶ λέγει τὴν μικρὰν συναπτὴν, τὸ, *Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν*, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς · *Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις,* C *καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Καὶ οὕτω ψάλλεται τὸ, *Κύριε, ἐκέκραξα*. Οὗ ψαλλομένου λαβὼν ὁ διάκονος τὸν θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν, πρόσεισι τῷ ἱερεῖ, ἐντὸς ὄντι καὶ αὐτῷ τοῦ ἁγίου βήματος, καί φησιν · *Εὐλόγησον, δέσποτα, τὸ θυμίαμα*. Καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ αὐτὸ λέγων · *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Καὶ θυμιᾷ ὁ διάκονος τό τε ἱερατεῖον, καὶ τὸν ναὸν ἅπαντα· καὶ ὑποστρέψας τίθησι τὸν θυμιατὸν, καὶ περιμένει ἐκεῖσε. Ὅταν δὲ ψάλλωσι τὸ, *Δόξα καὶ νῦν*, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς καὶ ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον καὶ φελώνιον, καὶ γίνεται εἴσοδος. Λαβὼν ὁ διάκονος τὸν θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βα- D λὼν καὶ αἰτήσας εὐλογίαν, ὡς εἴπομεν, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ διὰ τοῦ βορείου (7) κλίτους. Καὶ ἀνοιγομένων τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ προπορευομένων ἀναγνωστῶν δύο μετὰ λαμπάδων, καὶ μετ' αὐτοὺς τοῦ διακόνου μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, ἐξέρχεται ὄπισθεν καὶ ὁ ἱερεὺς, κεχαλασμένον ἔχων τὸ φελώνιον, καὶ ἀπέρχονται εἰς τὸν συνήθη τόπον (8). Ἔνθα οἱ μὲν

[1] Psal. CXL.

Jacobi Goari notæ.

infusionem vertit, vocabuli radicem, non mentem apprehendisse testatur : *fusa namque voce, sive cantu, modulorumque varietate* dicere debuisset, sicut et alibi Græca ipsa exprimunt, ἄνευ μέλους, *quæ vox uno tractu effluit :* opponiturque ei quod dicitur μετὰ μέλους, ubi adjuncta modulorum varietas percipitur.

(7) Alia exemplaria legunt, διὰ τῆς πλαγίας. Supplendum mente θύρας, quæ protheseos est porta, in sinistro sanctuarii sive tribunalis latere. Et in ecclesiis Orientalem plagam ubique respicientibus, stat e boreali parte, a qua βόρειον κλίτος et βόρειον μέρος, passim nuncupatur.

(8) In templi gremio.

ἀναγνῶσται τιθέασι τὰ μανουάλια (9) εἰς τὸ μέσον τοῦ ναοῦ παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη· ὁ δὲ ἱερεὺς ἵσταται καταντικρὺς τῶν ἁγίων θυρῶν. Ἵσταται δὲ καὶ ὁ διάκονος ἐκ δεξιῶν τοῦ ἱερέως μικρὸν ἐκ πλαγίου, καὶ κύψας μικρὸν, κρατῶν καὶ τὸ ὠράριον (10) αὐτοῦ τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς χειρὸς, λέγει μυστικῶς, ὅσον μόνον ἀκούειν τὸν ἱερέα· *Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν*. Ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει μυστικῶς τὴν εὐχὴν ταύτην· *Ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας*. Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἀνίστανται· καὶ λέγει ὁ διάκονος πρὸς τὸν ἱερέα, δεικνύων ἅμα καὶ πρὸς ἀνατολὰς μετὰ τοῦ ὠραρίου, κρατῶν αὐτὸ τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς χειρός· *Εὐλόγησον, δέσποτα, τὴν ἁγίαν εἴσοδον*· καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ κατὰ ἀνατολὰς, λέγων· *Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν ἁγίων σου, Κύριε*. Εἶτα ὁ διάκονος ἀπέρχεται, καὶ θυμιᾷ τὴν ἁγίαν εἰκόνα, τὴν εἰς τὸ στασίδιον τοῦ προεστῶτος, καὶ αὐτὸν τὸν προεστῶτα, καὶ πάλιν ἵσταται ἐν ᾧ τόπῳ πρότερον ἵστατο, περιμένων τὴν τοῦ στίχου ἐκπλήρωσιν. Πληρωθέντος δὲ, εἰσέρχεται ὁ διάκονος εἰς τὸ μέσον· καὶ χαράξας σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, ἐκφωνεῖ, *Σοφία, ὀρθοί*, καὶ εὐθὺς ὁ μὲν προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ψάλλει τὸ, *Φῶς ἱλαρόν*. Οἱ δὲ ἀναγνῶσται, αἴροντες πάλιν τὰς λαμπάδας, προπορεύονται μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν. Ὁ δὲ διάκονος, εἰσελθὼν ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν. Ὁ δὲ ἱερεὺς προσκυνήσας ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὰς εἰσέρχεται, καὶ κλείονται τὰ ἅγια θύρια. Μετὰ δὲ τὸ τέλος τοῦ, *Φῶς ἱλαρὸν*, λέγει ὁ διάκονος, *Πρόσχωμεν*, καὶ ὁ ἱερεὺς, *Εἰρήνη πᾶσι*, καὶ πάλιν ὁ διάκονος, *Σοφία, πρόσχωμεν*. Καὶ ψάλλεται τὸ προκείμενον τῆς ἡμέρας (11)· οὗ πληρωθέντος, ὁ διάκονος ἐξελθὼν, καὶ σταθεὶς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, λέγει· *Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας ἡμῶν· εἴπωμεν*, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν λέγει ὁ ἱερεὺς, *Εἰρήνη πᾶσι*· ὁ διάκονος, *Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν*. Καὶ λέγει τὴν εὐχὴν, *Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ κλίνας οὐρανούς*. Καὶ ἐκφωνεῖ, *Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον*. Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν ψάλλονται τὰ στιχηρὰ τῆς λιτῆς. Ὧν ψαλλομένων εἰσελθὼν ὁ διάκονος, καὶ λαβὼν τὸν θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν, καὶ αἰτήσας εὐλογίαν συνήθως, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ διὰ τοῦ βορείου μέρους, κεκλεισμένων οὐσῶν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ προπορευομένων τῶν λαμπάδων, καὶ διελθόντες διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν, καὶ μετ' αὐτοὺς πάντες οἱ ἀδελφοὶ, ἵστανται ἐν τῷ νάρθηκι. Ψαλλόντων δὲ τῶν ἀδελφῶν, ὁ διάκονος θυμιᾷ πάντας συνήθως· μετὰ δὲ

A humili voce quantum audiri possit a sacerdote, ait : *Dominum precemur*. Sacerdos autem secreto hanc orationem percurrit : *Vespere, et mane, et meridie*. Oratione terminata, erigunt capita, et diacono sacerdotem compellente, eodemque plagam orientalem, stola tribus digitis dextræ manus apprehensa, demonstrante et dicente : *Benedic, domine, sanctum introitum*, benedicit sacerdos ad Orientem, et ait : *Benedictus introitus sanctorum tuorum, Domine*. Tunc diaconus discedit, et sanctam imaginem superioris sedili superpositam, ipsumque etiam superiorem incensat, et deinde in priori loco consistit, et psalmodiæ finem præstolatur. Quo adventante, procedit in medium, et cruce per aerem thuribulo efformata, exclamat : *Sapientia, recti :* B et confestim præpositus vel præscriptus ad hoc monachus, *Lumen jucundum*, psallit. Lectores vero sublatis iterum cereis ad sacras usque fores progrediuntur, et diaconus sacrum tribunal ingressus sanctam mensam thurificat; sacerdos autem juxta sacras fores adoratione præmissa, easque deosculatus ingreditur, et obserantur illæ. Cantato, *Lumen jucundum*, dicit diaconus : *Attendamus*. Et sacerdos, *Pax omnibus*. Et iterum diaconus, *Sapientia, attendamus*. Et dici illius propositum cantant : quo completo, egreditur diaconus, et in solito loco stans, ait: *Dicamus omnes ex tota anima, et ex tota mente nostra : dicamus*, etc. Et post exclamationem dicit sacerdos : *Pax omnibus*, C et diaconus : *Capita nostra Domino inclinemus*, et sacerdos dicit orationem : *Domine Deus noster, qui cœlos inclinasti* ; et exclamat : *Benedicta sit regni tui potestas*. Et post exclamationem processionis versus cantantur : iisque finitis, ingressus diaconus, thuribulo accepto, thure injecto, et petita benedictione, sanctis foribus clausis boreali latere simul cum sacerdote egreditur; et præcedentibus cereis, speciosas portas prætergrediuntur, quos reliqui fratres secuti stant in vestibulo. Fratres autem canentes diaconus incensat de more, et versibus terminatis in solito loco stans, ait : *Salva, Domine, populum tuum, et benedic hæreditati tuæ*, ad finem usque. Et cantatur : *Domine, miserere*, quadragesies. Et rursum ait : *Adhuc rogamus pro* D *piissimis et a Deo custoditis regibus*. Et cantatur ter : *Domine, miserere*. Et iterum dicit : *Adhuc rogamus pro remissione peccatorum servi Dei N. consecrati monachi, et omni nostra in Christo fraternitate :* cum aliis petitionibus, hac maxime : *Ut sacrum hoc monasterium conservetur. Pro omni fidelium Christia-*

Jacobi Goari notæ.

(9) *Candelabra* quorum usus est in ecclesia, *ad manum*, ut Græcæ dictionis ad primitivam Latinam affinitas ostendit, gestari solita.

(10) Rem mysterio plenam et mentis attentione dignam, apprehensa tribus dextræ manus digitis stola, diaconus ubique demonstrat. Ejusmodi gestu de ingressu in sancta sacerdotem commonet, ut felix et triumphans sanctorum in cœlos introitus, ad æternæ vitæ lumen in miseræ hujus vitæ vespere, beate conspiciendum illo adumbretur. Hoc enim fine subjungit sacerdos : Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν ἁγίων σου, Κύριε.

(11) *Versiculi duo* e psalmis Davidicis excerpti dicuntur προκείμενον δίστιχον, *prævium distichum*; vel scripturæ confestim post ipsos legendæ, vel rei alterius specialis decantandæ materiam et summam complectens : qui proprii sunt illius diei, προκείμενον τῆς ἡμέρας dicuntur.

norum anima, etc. Deinde sacerdos dicit : *Pax omnibus*. Diaconus : *Capita nostra Domino inclinemus*. Et sacerdos ad occidentem conversus stante a dextris ejus diacono, et dextræ tribus digitis stolam tenente, sequentem orationem elata voce profert : *Dominator, valde misericors, Domine Jesu Christe Deus noster*. Et cantatis versibus e versiculis Davidicis compositis præcedentibus cereis in templum cuncti revertuntur. Et candelabra quidem hinc inde ad dispositæ mensæ latera deponuntur, in qua cum frumento et quinque panibus in ecclesia offerri solitis appositus est discus : ad disci vero latus utrinque statuuntur vasa duo, hoc quidem vino, aliud vero oleo plenum, et vinum quidem a sinistris, a dextris autem oleum collocatur. Interim sacerdos speciosas portas penetrat : et finitis versibus e versiculis Davidicis compositis, dicitur : *Nunc dimittis : Ter sanctus* ; et post, *Pater noster*, sacerdos exclamat : *Quia tuum est regnum*. Et diei dimissorium cantatur, si Dominica sit, et *Deipara virgo* usque tertio : si vero magni alicujus sancti fiat memoria, bis ejus modulus recitatur, et semel : *Deipara virgo*. Si vero Christi Domini aut Dei genitricis sit festum, festi illius modulus usque tertio dicitur. Cantato itaque elata et lenta voce ultimo modulo, diaconus petita primum et obtenta thuris benedictione, cruciformiter panem suffumigat, et deinde superiorem, et iterum panes, ex parte sola anteriori. Propius autem sacerdote accedente, stat a dextris ejus diaconus, sinistra thuribulum, dextræ vero tribus digitis stolam tenens, et modulo completo quinque dictos panes stola demonstrans, ait : *Dominum precemur*. Et sacerdos dicit orationem : *Domine Jesu Christe, qui quinque panes benedixisti*. Et dicto a fratribus, *Benedicam Dominum*, ingreditur sacerdos cum diacono in sanctum tribunal, psalmumque absolvunt fratres usque ad : *Non minuentur omni bono*. E tribunali autem intus sacerdos exclamat : *Benedictio Domini super nos, ejus gratia et humanitate, ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum*. Atque ita sacris vestibus exuuntur, et egrediuntur : et sacra lectione facta, dicit sacerdos : *Sanctorum Patrum nostrorum precibus*. Et siquidem nulla sit vigilia, post cantatos versus illos e Davidicis versiculis conflatos, sanctum tribunal sacerdos ingreditur, et dicto : *Ter sanctus*, exclamat, *Quia tuum est regnum, et virtus, et gloria*. Et canitur dimissorium. Foris autem diaconus stans modulo cantato, exclamat : *Benedic*. Et sacerdos intus : *Christus qui benedictus est, ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum*. Et deinceps : *Confirma, Deus, reges*, canunt. Et submissa voce sacerdos dicit : *Deipara super omnes sancta, salva nos*. Fratres cantant : *Præ angelis venerandam*. Sacerdos iterum submisse : *Gloria tibi, Deus, spes nostra, gloria tibi*.

A τὴν συμπλήρωσιν τῶν στιχηρῶν, στὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ λέγει· *Σῶσον, ὁ Θεός, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου*, ἄχρι τέλους. Καὶ ψάλλεται τό, *Κύριε, ἐλέησον*, μ'. Εἶτα πάλιν λέγει· *Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων*. Καὶ ψάλλεται τό, *Ἐλέησον*, γ'. Καὶ πάλιν λέγει· *Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ τοῦ δεῖνα ἱερομονάχου, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος*· καὶ τὰς λοιπὰς δύο αἰτήσεις, τήν, *Ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῶν ὀρθοδόξων*. Εἶθ' οὕτω λέγει ὁ ἱερεύς· *Εἰρήνη πᾶσιν*. Ὁ διάκονος· *Τὰς κεφαλὰς τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν*. Καὶ ὁ ἱερεύς, B στραφεὶς πρὸς δυσμὰς ἱσταμένου τοῦ διακόνου ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, κρατοῦντος τὸ ὠράριον τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην μεγαλοφώνως· *Δέσποτα πολυέλεε* (12), *Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν*. Καὶ ψαλλομένων τῶν ἀπὸ στίχου στιχηρῶν, προπορευομένων τῶν λαμπάδων, εἰσέρχονται πάντες ἐν τῷ ναῷ. Καὶ τὰ μὲν μανουάλια τίθενται παρ' ἑκάτερα τοῦ προευτρεπισθέντος τετραποδίου, ἐν ᾧ κεῖται μετὰ σίτου καὶ πέντε ἄρτων δίσκος, ὧν ἔχομεν ἔθος προσφέρειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· παρ' ἑκάτερα δὲ τοῦ δίσκου ἀγγεῖα δύο, μεστὰ τὸ μὲν οἴνου, τὸ δὲ ἐλαίου. Κεῖται δὲ ὁ μὲν οἶνος ἐξ ἀριστερῶν, τὸ δὲ ἔλαιον ἐκ δεξιῶν. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ ἵσταται ἔσωθεν τῶν ὡραίων πυλῶν. Πληρωθέντων τῶν ἀπὸ στίχου στιχηρῶν, λέγεται τό, *Νῦν ἀπολύεις*, καὶ τὸ C *τρισάγιον*, καὶ μετὰ τό, *Πάτερ ἡμῶν*, ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς· *Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία*. Καὶ ψάλλεται τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας, εἰ μέν ἐστι Κυριακή, τό, *Θεοτόκε Παρθένε*, ἐκ τρίτου· εἰ δὲ ἁγίου μνήμη μεγάλου, τὸ τροπάριον τοῦ ἁγίου ἐκ δευτέρου, καὶ τό, *Θεοτόκε Παρθένε*, ἅπαξ, εἰ δὲ Δεσποτικὴ ἑορτή, ἢ Θεομητορική, καὶ τὸ τῆς ἑορτῆς ἐκ τρίτου. Ψαλλομένου οὖν τοῦ τελευταίου ἀπολυτικίου μεγαλοφώνως καὶ ἀργῶς, ὁ διάκονος πρότερον εὐλογίαν αἰτήσας ἐπὶ τῷ θυμιάματι παρὰ τοῦ ἱερέως καὶ λαβών, θυμιᾷ κύκλωθεν τὸν ἄρτον σταυροειδῶς, εἶτα τὸν ἡγούμενον, καὶ πάλιν τοὺς ἄρτους ἔμπροσθεν μόνον. Πλησιάζοντος δὲ τοῦ ἱερέως ἵσταται παρὰ τὸ δεξιὸν αὐτοῦ μέρος ὁ διάκονος, κρατῶν τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ τὸν θυμιατόν, τοῖς δὲ τρισὶ δακτύλοις D τῆς δεξιᾶς τὸ ὠράριον, καὶ πληρωθέντος τοῦ τροπαρίου, δεικνύων μετὰ τοῦ ὠραρίου τοὺς πέντε ἄρτους λέγει· *Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν*, ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχήν· *Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας τοὺς πέντε ἄρτους*. Καὶ λεγομένου παρὰ τῶν ἀδελφῶν τοῦ, *Εὐλογήσω τὸν Κύριον*, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ εἰς τὸ ἅγιον βῆμα. Λέγουσι δὲ τὸν ψαλμὸν οἱ ἀδελφοὶ μέχρι τοῦ, *Οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ*. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἔνδοθεν τοῦ ἁγίου βήματος ἐκφωνεῖ, *Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Καὶ

Jacobi Goari notæ.

(12) Reperitur infra inter Vespertinas hæc oratio.

οὕτω ἐκδύονται τὰς ἱερατικὰς στολὰς, καὶ ἐξέρχονται· καὶ τιθεμένης ἀναγνώσεως, λέγει ὁ ἱερεὺς στίχον· *Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν* (13). Εἰ μέντοι οὐκ ἔχει ἀγρυπνίαν μετὰ τὴν τῶν ἀπὸ στίχου στιχηρῶν συμπλήρωσιν, ὁ μὲν ἱερεὺς εἰσέρχεται ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ μετὰ τὸ τρισάγιον ἐκφωνεῖ· *Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα.* Καὶ ψάλλεται τὸ ἀπολυτίκιον. Ὁ δὲ διάκονος ἔξωθεν ἱστάμενος μετὰ τὸ τρισάγιον ἐκφωνεῖ· ***Εὐλόγησον***, καὶ ὁ ἱερεὺς ἔνδοθεν· ***Ὁ ὢν εὐλογητὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.*** Καὶ ψάλλουσι τὸ, ***Στερεῶσαι ὁ Θεὸς τοὺς βασιλεῖς*** (14). Καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει ἡσύχῳ φωνῇ· ***Ὑπεραγία Θεοτόκε*** (15), *σῶσον ἡμᾶς*. Οἱ ἀδελφοί· ***Τὴν τιμιωτέραν*** (16). Καὶ πάλιν ὁ ἱερεὺς ἡσύχως· ***Δόξα σοι, ὁ Θεὸς, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι***, καὶ λέγουσιν οἱ ἀδελφοὶ, ***Δόξα καὶ νῦν. Κύριε, εὐλόγησον.*** Ὁ δὲ ἱερεὺς ἀνοίξας τὰ ἅγια θύρια, χαλάσας τε τὸ φελώνιον, ἱσταμένου τοῦ διακόνου ἔξωθεν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸ ὠράριον κρατοῦντος συνήθως, λέγει τὴν ἀπόλυσιν ταύτην· *Χριστὸς ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων, καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεῆσαι καὶ σῶσαι ἡμᾶς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.* Εἰ δὲ Δεσποτικὴ ἑορτή ἐστι, ποιεῖ τὴν ἀπόλυσιν καταλλήλως τῇ ἑορτῇ, εἰ δὲ μεγάλου τινὸς ἁγίου μνήμη, ἐκφωνεῖ ἐν τῇ ἀπολύσει (17) καὶ τὸ τοῦ ἁγίου ὄνομα. Εἰ μέντοι (18) ἐστὶ λιτὴ, μετὰ τὴν ἀπόλυσιν, λαβὼν ὁ διάκονος τὸν θυμιατὸν, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ, λαμπάδων προπορευομένων, καὶ γίνεται ἀπαραλλάκτως, καθὼς προεγράφη ἐν τῷ μεγάλῳ ἑσπερινῷ.

A Dicuntque fratres: *Gloria. Et nunc. Domine, benedic.* Sacerdos autem sanctis portis reseratis, et casula demissa, diacono etiam stante foris a dextris, et de more stolam apprehendente, dimissionem hanc pronuntiat: ***Christus verus Deus noster precibus illibatæ suæ matris, sanctorum gloriosorum et percelebrium apostolorum, et omnium sanctorum, misereatur, et salvet nos, ut propitius et clemens.*** Si vero Domini festus dies celebretur, dimissionem festo congruam facit; si autem præcipui sancti festum sit, in dimissione nomen illius pronuntiat. Si procedendo supplicatio habenda est, facta dimissione, diaconus simul cum sacerdote cereis præcedentibus, et assumpto thuribulo egreditur, et nihilo immutato, prout in solemnibus **B** præscriptum est vesperis, absolvitur officium.

Εἰς τὸν ὄρθρον (19), εἰ μὲν ἀγρυπνία ἐστὶ μετὰ τὸ τέλος τῆς ἀναγνώσεως, εὐθὺς ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς λέγει τὸν ἑξάψαλμον· εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀγρυπνία, ἔνι δὲ Κυριακὴ, ψάλλεται ὁ τριαδικὸς κανών· καὶ εἰς τὸ τέλος τὸ, *Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς.* Ἰστέον (20) ὅτι ἐν τῷ μεσονυκτικῷ (21) ἔξω τῶν ἁγίων θυρῶν γίνεται ἡ μεγάλη ἐκτενὴ (22), καὶ ὁ ἱερεὺς ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, ποιεῖ ἐκτενὴν-μεγάλην *ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν πό-*

In laudibus vero, si vigilia præcesserit, lectione ad finem deducta, confestim superior, aut ordinatus ad hoc monachus, sex psalmos recitat: si nulla fuerit vigilia, Dominica vero dies sit, canon in Trinitatis laudem cantatur, cujus fini additur: *Vere dignum est.* Sciendum autem in Matutinis extra sacras fores deprecationem protensam fieri: **C** eamque sacerdos coram dictis foribus stans absolvit: *Ut conservetur civitas hæc.* Et, *Domine, mise-*

Jacobi Goari notæ.

(13) Lectionis sacræ, pluriumque monasticarum exercitationum hæc est conclnsio: Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἀμήν· sicut apud Latinos: *Tu autem, Domine, miserere nostri*, pronuntiatum, lectionibus finem solet imponere.

(14) Τὸ στερεῶσαι ὁ Θεὸς τοὺς βασιλεῖς. Intellige eos cantare preces, quibus ut Deus reges confirmet, precantur. Illæ vero hujusmodi sunt: Ἐπουράνιε βασιλεῦ, τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν στερέωσον, τὴν πίστιν στήριξον, τὰ ἔθνη πράϋνον, τὸν κόσμον εἰρήνευσον, τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην καλῶς **D** διαφύλαξον, τοὺς προαπελθόντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν ἐν σκηναῖς δικαίων τάξον, καὶ ἡμᾶς ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει παράλαβε, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος: ipsique de se hujus orationis gratiam loquentes, στερεοῦμεν τοὺς βασιλεῖς, reges confirmamus id est, ut Deus eos confirmet, rogamus.

(15) Hujusmodi est hæc oratio: Ὑπεραγία Θεοτόκε, σῶσον ἡμᾶς: quam frequentius repetitam in Officio τῆς κοινῆς παρακλήσεως reperies.

(16) Ita pariter hæc alia legitur: Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφὶμ, τὴν ἀδιαφθόρως τὸν Λόγον Θεὸν τεκοῦσαν, τὴν ὄντως Θεοτόκον, σὲ μεγαλύνομεν.

(17) Ἐκφωνεῖ ἐν τῇ ἀπολύσει τοῦ ἁγίου τὸ ὄνομα. Qua ratione sanctorum nomina ἐν ἀπολύσει commemorentur, constabit in operis hujus calce pene extrema.

(18) Superflua periodus; repetit enim obscure quæ supra de supplicatione et processione scripta sunt.

(19) Hanc quoque superfluam esse, mox secutura legenti demonstrant.

(20) Incipit hinc explicatio ἱεροδιακονίας, *sacri ministerii* sacerdoti a diacono in Matutinis exhibendi.

(21) Ἐν τῷ μεσονυκτικῷ. Matutinas preces Græci vocant μεσονυκτικὸν, eo quod nunquam nisi *profunda nocte* in ecclesiis ad quas tunc etiam populus convenire cogitur, persolvantur: ὄρθρος autem a mesonyctico distinguitur, sicut a Matutinis nostris laudes: laudibus quippe nostris respondere ὄρθρον ex Græcorum Officiis compertum est, et ex Neophyti Rhodini Synopsi: Ἡ πρώτη ἀκολουθία εἶναι τὸ μεσονύκτιον ἀντάμα μὲ τὸν ὄρθρον: *primum officium* seu prima ejus pars, *est Matutinum cum laudibus*; quamvis inficiari nequeam, ὄρθρου vocabulo, sicut et Latino *Matutinarum precum*, primam horam plerisque auctoribus antiquis (qui Matutinas nobis dictas, ipsi *Vigilias, nocturnos, orationemque nocturnam* vocabant) fuisse significatam.

(22) Illa est μεγάλη συναπτὴ, vel potius ea precum concatenata series, in qua τὸ ἐκτενῶς δεηθῶμεν inclamat diaconus; cujus formam infra reperire est in Chrysostomi liturgia post Evangelii lectionem: illamque hac ratione Methodius lib. *De conversione ad fidem orthodoxam* ἐκτενῆ δέησιν, *supplicationem protensam*, esse definit.

vere, quadragies canitur, et fit dimissio, et incipit lectio. Sacerdos autem sanctum tribunal ingressus assumpta stola, solaque tribunalis porta reserata, exclamat: *Benedictus Deus noster, ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.* Et canitur: *Ter sanctus*, cum psalmis solitis, et iterum: *Ter sanctus.* Sacerdos autem porta boreali egressus, sacrarium, templumque totum, et fratres et vestibulum suffumigat: et ad utrumque, *Ter sanctus*, dicto, *Pater noster*, subdit: *Quia tuum est regnum et potestas.* Advertant porro qui canunt, et qui incensat, ut cum exclamationes habet, coram imagine Christi reperiatur. Toto vero templo suffumigato, et consuetis decantatis modulis, intus e sacro tribunali sacerdos exclamat: *Gloria sanctæ, et consubstantiali, et vivificæ, et individuæ Trinitati.* Et continuo superior, aut jussus quivis monachus sex laudum psalmos percurrit. Cum autem inceperit: *Domine, Deus salutis meæ*, secedit sacerdos, et coram sacris foribus nudo capite stat, et secreto auroræ pronuntiat orationes: et post laudum sex psalmos, magnam collectam profert, atque ita canitur: *Deus Dominus:* et reliquum de more officium. In uniuscujusque porro sessionis fine parvam collectam sacerdos recitat, et in prima quidem sessione exclamat: *Quia tua est potentia, et tuum est regnum, et tua est virtus.* In secunda vero: *Quia bonus et hominum amator Deus exsistis.* Post psalmum autem (CXXXIX), *Valde misericordem*, vel (CXVIII) dictum: *Immaculatum, Quia benedictum et glorificatum est venerandum et magnificum nomen tuum*, cantatisque gradualibus comite diacono sanctum tribunal sacerdos ingreditur, et benedicta ab eo dalmatica, consueto more diaconus induitur: pari-

A λιν ταύτην, καὶ ψάλλεται τὸ, *Κύριε, ἐλέησον* μʹ· καὶ γίνεται ἀπόλυσις· καὶ τίθεται ἀνάγνωσις. Ὁ δὲ ἱερεὺς εἰσελθὼν ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ βαλὼν ἐπιτραχήλιον, ἀνοίξας τὸ βημόθυρον (23) μόνον, ἐκφωνεῖ· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ ψάλλεται τὸ *Τρισάγιον*, καὶ οἱ συνήθεις ψαλμοὶ, καὶ πάλιν τὸ *Τρισάγιον.* Ὁ δὲ ἱερεὺς θυμιᾷ, τούτων ψαλλομένων, τό τε ἱερατεῖον καὶ τὸν ναὸν ἅπαντα, ἐξερχόμενος ἀπὸ τοῦ βορείου κλίτους, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὸν νάρθηκα, ἐκφωνεῖ τε καὶ εἰς τὰ δύο *Τρισάγια* μετὰ τὸ, *Πάτερ ἡμῶν*, τὸ, *Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις.* Ὀφείλουσι δὲ ἔχειν ἀκρίβειαν οἱ ψάλλοντες, καὶ ὁ θυμιῶν ἵνα, ὅταν λέγῃ τὰς ἐκφωνήσεις, εὑρίσκωνται ἔμπροσθεν τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ. Μετὰ
B δὲ τὸ θυμιᾶσαι ἅπαντα τὸν ναὸν, πληρωθῆναί τε καὶ τὰ συνήθως ψαλλόμενα τροπάρια ἔνδοθεν τοῦ ἁγίου βήματος, ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς τὸ, *Δόξα τῇ ἁγίᾳ, καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ζωοποιῷ, καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι.* Καὶ εὐθὺς ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς, λέγει τὸν ἑξάψαλμον (25). Ὅταν δὲ ἄρξηται τοῦ, *Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου*, ὑπέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἀσκεπής, καὶ λέγει μυστικῶς τὰς ἑωθινὰς εὐχάς· μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ἑξαψάλμου λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν· καὶ οὕτω ψάλλεται τὸ, *Θεὸς Κύριος.*, καὶ ἡ λοιπὴ ἀκολουθία ὡς συνήθως. Εἰς ἑνὸς δὲ ἑκάστου συμπλήρωσιν καθίσματος (26) ποιεῖ ὁ ἱερεὺς μικρὰν συναπτὴν, καὶ ἐκφωνεῖ εἰς μὲν τὸ πρῶτον κάθισμα, *Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία,*
C *καὶ ἡ δύναμις*· εἰς δὲ τὸ βʹ, *Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις*· μετὰ δὲ τὸν *πολυέλεον* (27), ἢ τὸν *ἄμωμον*, *Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου.*

Jacobi Goari notæ.

(23) *Adyti januæ velum*, βηλόθυρον est: quæ vox e Latina simul et Græca componitur. Codinus cap. 17, Χρυσῶν βηλοθύρων τὴν ἀναβάθραν σκεπόντων, *aureis velis suggestum* imperatorium *tegi* describit. Utitur hac voce Guillelmus Bibliothecarius de Stephano sexto scribens: *Contulit in Basilica apostolorum cortynam lineam unam, Velothyra serica tria in circuitu altaris.*

(24) Verba quibus orationes cunctæ concluduntur, et quædam, alia altiori vocis tono a sacerdote pronuntianda, ἐκφωνήσεις vocantur, quas Justinianus imperator in No. Cons. 113, μὴ κατὰ σεσιωπημένον, ἀλλὰ μετὰ φωνῆς τῷ πιστοτάτῳ λαῷ ἐξηχουσμένης, *non tacite, sed voce a fideli populo percipienda* fieri præcipit.

(25) Hujus officii interpres in *Bibl. PP.* ut in multis errat, prave vocem ἑξάψαλμον *sextum psalmum* vertit: quæ germane *psalmos sex, vel senario numero comprehensos*, 3 videlicet, 37, 42, 87, 102, et 142 significat.

(26) Rarissime, et fere nunquam in ecclesia sedent Græci: et in mentem Tertulliani, lib. *De Orat.* conspirasse videntur, dum ait, *Irreverens esse assidere sub conspectu, contraque conspectum ejus quem maxime reverearis ac revereris, quanto magis sub conspectu Dei vivi, angelo adhuc orationis astante, factum istud religiosum est? nisi exprobremus Deo quod nos oratio fatigaverit.* Raro etiam genuflectunt. Quamvis enim fateantur profestis, atque etiam aliis certis diebus in genua procumbendum, ut late ex PP. demonstrat Neophytus Rhodinus in vulgari sua synopsi cap. ult., unde et Evangelium audituris pronuntiatur Σοφία, ὀρθοί· Ἤγουν ὀρθῶς ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἐπὶ τὸ ὁποῖον φαίνεται ὅτι γονατισταὶ ἀκούουσιν τὴν λειτουργίαν οἱ παλαιοί. *Sapientia, recti. Corpore nimirum erecto stemus, et audiamus sanctum Evangelium. Unde conjicimus antiquos missæ interfuisse genuflexos.* Tamen quia festivis tantum diebus in ecclesiam conveniunt, adgeniculationibus ferialibus
D omnino sunt desueti. Habent nihilominus tempus aliquod sedendo permissum, καθίσματος verbo significatum: quo, ubi de Psalmis, intelligitur ea Psalterii pars quæ sedendo dicitur; ubi de Canticis illud etiam est, quod ut cantoribus levamen concedatur, sedendo persolvitur.

(27) Psalmus 135, a laudata et frequentius memorata *plurima Dei misericordia*, πολυελέου nomen accepit: sicut et Psalmus CXVIII, μακάριοι ἄμωμοι, a voce secunda qua incipit, vulgo ἄμωμος vocatur. Atque insuper cum tunc plurimas e ramosa machina in medio chori appensas lampades accendant: machinam eamdem Cedreno πολυκάνδηλα, Codino πολύφωτον λυχνίαν, Symeoni Thessalonicensi πολύφωτα, antiquis πολυλύχνιον, *a luminum lampadumque numero copioso*, dictam; ipsi πολυέλεον a *repetita* tunc *misericordiæ* voce, vel a *plurimo oleo* abundantis misericordiæ divinæ argumento vocare jam sunt assueti.

A Τῶν δὲ ἀναβαθμῶν ψαλλομένων, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως τὸ στοιχάριον, ἐνδύεται τοῦτο ὁ διάκονος συνήθως· ὁμοίως καὶ ὁ ἱερεὺς ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον καὶ φελώνιον· καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν ἀντιφώνων ψάλλεται τὸ προκείμενον τῆς ἑορτῆς, ἢ τῆς Κυριακῆς· καὶ μετὰ τοῦτο λέγει ὁ διάκονος, *Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν*. Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς, *Ὅτι ἅγιος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις ἐπαναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν*. Καὶ ψάλλεται τὸ, *Πᾶσα πνοή*. Ἔπειτα ὁ διάκονος, *Σοφία. Ὀρθοὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου*. Ὁ ἱερεύς, *Εἰρήνη πᾶσι*. Καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει, *Ἐκ τοῦ κατὰ τόνδε ἁγίου Εὐαγγελίου τὸ ἀνάγνωσμα*. Καὶ ὁ λαός, *Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι*. Ὁ διάκονος, B *Πρόσσχωμεν*. Καὶ ἀναγινώσκει ὁ ἱερεὺς τὸ Εὐαγγέλιον. Οὗ πληρωθέντος ψάλλουσιν οἱ ἀδελφοί, *Ἀνάστασιν Χριστοῦ θεασάμενοι* (εἰ ἔστιν Κυριακὴ δηλονότι), καὶ τὸν πεντηκοστὸν μετὰ μέλους. Ὁ δὲ ἱερεὺς χαλάσας τὸ φελώνιον καὶ βαστάζων τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ἔμπροσθεν τοῦ στήθους, ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται εἰς τὴν μέσην τοῦ ναοῦ, καὶ ὁ ἀναγνώστης ἢ ὁ εὐταξίας ἵσταται δεξιόθεν αὐτοῦ, κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης, καὶ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς (28) τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου παρὰ τῶν ἀδελφῶν συνήθως. Ἐν ἄλλῃ δὲ ἑορτῇ οὐ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς εἰ μὴ μόνον ἐν Κυριακῇ· οὗ πληρωθέντος, ψάλλεται τὰ συνήθη τροπάρια. Καὶ ἐξερχόμενος ὁ διάκονος, ἵσταται ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, καὶ λέγει μεγαλοφώνως, *Σῶσον, ὁ Θεός, τὸν λαόν* C *σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια, πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῇ δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, προστασίαις τῶν τιμίων ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων*. Καὶ ψάλλεται τὸ, *Κύριε, ἐλέησον*, ιβ', καὶ οὕτως ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς, *Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ*. Τῶν δὲ κανόνων ψαλλομένων, ὁ μὲν ἱερεὺς ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται ἐν τῷ δεξιῷ χορῷ, εἰς τὸν συνήθη τόπον. Ὁ δὲ διάκονος λαβὼν πρότερον εὐλογίαν ἐπὶ τῷ θυμιάματι, θυμιᾷ πρῶτον τὸ ἱερατεῖον ἅπαν, εἶτα ἐξέρχεται διὰ τοῦ βορείου κλί- D τους, καὶ χαράττει σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ θυμιᾷ πρῶτον τὰς εἰκόνας τὰς ἐν τῷ δεξιῷ μέρει ἱσταμένας πάσας, καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸ σίγνον τῆς μονῆς (29), καὶ χαράξας ἐν αὐτῷ σταυρὸν, στρέφεται πρὸς δυσμάς· καὶ στὰς ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, χαράττει σταυρὸν, καὶ ἀπέρχεται, καὶ θυμιᾷ πρῶτον τὴν εἰκόνα τὴν εἰς τὸ στασίδιον τοῦ προεστῶτος ἱσταμένην, εἶτα τὸν προεστῶτα, καὶ καθεξῆς τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ δεξιοῦ χοροῦ· μετὰ

A que ratione stola et casula ornat se sacerdos: terminatisque antiphonis, festi vel Dominicæ propositum canitur. Post hæc dicit diaconus: *Dominum precemur*. Exclamatque sacerdos: *Quia sanctus es Deus noster, et in sanctis requiescis, et tibi gloriam referimus*. Et cantatur: *Omnis spiritus*. Et deinde diaconus: *Sapientia, recti. Audiamus sanctum Evangelium*. Sacerdos: *Pax omnibus*. Et statim subinfert: *Evangelii secundum talem lectio*. Et populus: *Gloria tibi, Domine, gloria tibi*. Diaconus: *Attendamus*. Et decurrit sacerdos Evangelium. Eoque lecto cantant fratres, *Resurrectionem Christi contemplati* (si videlicet Dominica fuerit), et voce suavi psalmum quinquagesimum. B Sacerdos vero casula demissa sanctum Evangelium in pectore deferens egreditur, et in medio templi stat; et ab ejus dextris lector, aut a cæremoniis, candelabrum cum cereo accenso tenet, et pro more fit sancti Evangelii salutatio. In alio porro festo omittitur, nisi forte in Dominica. Hoc peracto consueti moduli cantantur. Et egressus diaconus in proprio sibi loco consistit, et elata voce ait: *Salva, Deus, populum tuum, et benedic hæreditati tuæ. Visita orbem tuum in misericordia et miserationibus, fidelium Christianorum cornu exalta, et abundantes tuas misericordias ad nos mitte; precibus illibatæ dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ, virtute pretiosæ et vivificæ crucis, protectione venerandarum, cœlestium, incorporearum virtutum*. Et C cantatur, *Domine, miserere*, duodecim vicibus, et exclamat sacerdos: *Misericordia, et miserationibus, et humanitate*. Canonibus porro cantatis egressus sacerdos, in dextro choro stat loco sibi proprio; diaconus thuris prius accepta benedictione, sacrarium totum thurificat et porta boreali progressus, coram sacris foribus thuribulo crucem efformat; et suffumigatis primo cunctis a dextris pictis imaginibus ad signum monasterii patronum vadit, versusque illud cruce efformata, ad occidentem conversus, et in medio templo stans ibi rursum cruciformiter incensat: et ultra progressus prius suffumigat imaginem superioris sedili appensam, mox superiorem ipsum, deinceps chori dextri fratres. Utroque autem choro incensato, in medio stans, D et ad meridiem conversus, crucem efformat. Dum vero suffumigat, reverentiam exhibent suffumigati, et vicissim paululum inclinatus honorem rependit. Facta autem ultima hac cruce, ad dextrum chorum secedit, et imaginibus ibi positis thure honoratis, eodem etiam, a sanctis imaginibus facto initio, fratres lustrat, ad speciosas usque portas digressus, cunctique illum venerantur, et ipse vicissim aliquali veneratione alios excipit. Peracto ritu circa hunc chorum, rursum in medio consistit respiciens

Jacobi Goari notæ.

(28) Vertit interpres in *Biblioth. PP*. *Salutatio*. Bene quidem, ad communem et usitatum sensum; at non simplex salutatio est ἀσπασμὸς, sed quæ osculo fixo perficitur.

(29) Sanctus cui monasterium vel ecclesia dedicata est, imaginem in tabulato seu cancellis habet; et illa est, quæ hic suffumigari præcipitur, et ἅγιος τῆς μονῆς vocatur.

ad boream, et cruce efformata, ad vestibulum progreditur, et omnibus ibidem suffumigatis, iterum speciosis portis introgressus, cruce ad orientem expressa, superiorem incensat, et iterum cruce in medio efformata, et sacris imaginibus thure exceptis, intrat in sacrarium, et thuribulo deposito, foras egressus superiorem a longe veneratur, et consueto stat loco. Completo autem tertio cantico, dicit diaconus: *Adhuc et iterum in pace Dominum precemur. Suscipe, salva, miserere. Sanctissimæ illibatæ, super omnes benedictæ!* Et exclamat sacerdos: *Quia tu es Deus noster, et tibi gloriam rependimus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.* Et sexto cantico terminato protensam orationem minorem habet sacerdos, stans nudo capite e regione sacrarum valvarum, et exclamat: *Tu enim es rex pacis, et tibi gloriam referimus.* In noni autem fine, sacerdos cum diacono facta superiori venia, sanctum tribunal subintrat, et consueto more induitur. Octavo autem ad finem deducto, sonora voce cantat diaconus: *Deiparam et lucis matrem in hymnis celebremus.* Et per versus recitatur: *Præ angelis veneranda.* Sin vero, initium tractus noni cantici diei festi occinit: atque ita egressus solito sibi loco consistit, et thure, ut moris est cunctos excipit; diaconus autem reversus proprium tenet locum. Post nonum autem canticum prolata a diacono parva collecta, sacerdos exclamat: *Quia te laudant omnes cœlorum virtutes, et tibi gloriam referunt.* Et hymno, *Gloria in excelsis*, incepto sacerdos sacrum tribunal subit; eo vero finito diaconus dicit: *Matutinam nostram supplicationem Domino terminemus*, et reliqua. Et confestim sacerdos dicit: *Pax omnibus.* Diaconus: *Capita nostra Domino inclinemus.* Et sacerdos secreto orationem subjungit: *Domine, qui in excelsis habitas*, et exclamat: *Tuum est enim misereri et salvare.* Diaconus: *Sapientia.* Sacerdos: *Qui est benedictus Christus Deus noster, ubique.* Et canitur: *Confirma, Deus, reges.* Sacerdos: *Deipara super omnes sancta, salva nos.* Et canitur: *Præ cunctis veneranda.* Deinde iterum dicit: *Gloria tibi, Christe Deus, spes nostra, gloria tibi.* Et fit dimissio: si Dominica fuerit, his verbis: *Qui surrexit a mortuis, precibus illibatæ suæ matris, sanctorum gloriosorum et percelebrium apostolorum, et omnium sanctorum misereatur, et salvet nos, ut benignus et clemens.* Si Christi Domini festum fuerit, aut celebris alicujus sancti, sanctum oleum datur, hoc pacto: omnibus juxta sancti imaginem quæ exponitur adoranda, convenientibus et canentibus, diaconus in circuitu suffumigat, imagini sancti et deinde superiori prius hoc honore delato: sacerdos autem e latere imaginis stans unctorium tenet, et accedentes in fronte unctos benedicit: cumque cuncti

A δὲ τὸ θυμιᾶσαι πάντας τοὺς χορούς, ἵσταται εἰς τὸ μέσον τοῦ χοροῦ, καὶ βλέπων πρὸς νότον, ποιεῖ σταυρόν. Θυμιῶν δὲ, καὶ προσκυνεῖται παρ' ὧν θυμιᾷ, καὶ ἀντιπροσκυνεῖ μικρόν· μετὰ δὲ τὸ ποιῆσαι τὸν σταυρὸν, ἀπέρχεται εἰς τὸν δεξιὸν χορόν· καὶ θυμιάσας ἐκεῖ τὰς ἁγίας εἰκόνας, θυμιᾷ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, ἄνωθεν ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν εἰκόνων, καὶ ἀπερχόμενος ὡς πρὸς τὰς ὡραίας πύλας, προσκυνούμενος ὁμοίως καὶ ἀντιπροσκυνῶν μικρόν. Πληρώσας δὲ κἀκεῖνον τὸν χορὸν, πάλιν ἵσταται εἰς τὸ μέσον, βλέπων πρὸς ἄρκτον, καὶ ποιῶν σταυρὸν, ἐξέρχεται εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ θυμιάσας κἀκεῖσε πάντας, εἰσέρχεται διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν, καὶ χαράξας σταυρὸν κατὰ ἀνατολὰς, θυμιᾷ τὸν προεστῶτα· καὶ πάλιν εἰς τὸ μέσον χαράττει σταυρὸν, B καὶ θυμιάσας τὰς ἁγίας εἰκόνας, εἰσέρχεται καὶ ἀποτίθησι τὸν θυμιατόν· ἐξερχόμενος προσκυνεῖ καὶ μικρὸν τὸν προεστῶτα μακρόθεν, καὶ ἵσταται εἰς τὸν συνήθη τόπον. Μετὰ δὲ τὸ τέλος τῆς γ' ᾠδῆς λέγει ὁ διάκονος, *Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν, ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον. Τῆς παναγίας ἀχράντου ὑπερευλογημένης!* Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς, *Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ μετὰ τὴν ἕκτην ποιεῖ ὁ ἱερεὺς ἐκτενῆν μικρὰν, ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἀσκεπὴς, καὶ ἐκφωνεῖ, *Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, καὶ σοὶ τὴν δόξαν* C *ἀναπέμπομεν.* Εἰς δὲ τὴν ὀγδόην ποιεῖ μετάνοιαν ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ προεστῶτι, καὶ εἰσέρχονται ἐντὸς τοῦ βήματος, καὶ ἐνδύεται συνήθως. Τῆς δὲ ὀγδόης πληρωθείσης, ψάλλει ὁ διάκονος μεγαλοφώνως, *Τὴν Θεοτόκον καὶ μητέρα τοῦ φωτὸς ἐν ὕμνοις μεγαλύνωμεν.* Καὶ στιχολογεῖται, *ἡ τιμιωτέρα*, εἰ δὲ μὴ, ψάλλει τὴν ἀρχὴν τοῦ εἱρμοῦ τῆς ἐννάτης τῆς ἑορτῆς· καὶ οὕτως ἐξερχόμενος ἵσταται ἐν τῷ συνήθει τόπῳ. Ὁ δὲ διάκονος θυμιᾷ πάντας συνήθως, καὶ ὑποστρέψας ἵσταται ἐν τῷ τεταγμένῳ τόπῳ. Μετὰ δὲ τὴν θ' ποιεῖ ὁ διάκονος μικρὰν συναπτὴν, καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς, *Ὅτι σὲ αἰνοῦσι πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπουσι.* Τῆς δὲ δοξολογίας (30) ἀρχομένης εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος· D ὁ δὲ διάκονος, ταύτης πληρωθείσης, λέγει, *Πληρώσωμεν τὴν ἑωθινὴν δέησιν ἡμῶν τῷ Κυρίῳ*, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ εὐθὺς λέγει ὁ ἱερεὺς, *Εἰρήνη πᾶσιν.* Ὁ διάκονος, *Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν.* Καὶ ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν μυστικῶς, *Κύριε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν*, καὶ ἐκφωνεῖ, *Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν, Χριστὲ ὁ Θεός.* Ὁ διάκονος, *Σοφία.* Ὁ ἱερεὺς, *Ὁ ὢν εὐλογητὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε*, καὶ ψάλλεται τὸ, *Στερεώσαι ὁ Θεὸς τοὺς βασιλεῖς.* Ὁ ἱερεὺς, *Ὑπεραγία Θεοτόκε, σῶσον ἡμᾶς·* καὶ ψάλλεται,

Jacobi Goari notæ.

(30) Duplex est δοξολογία, μεγάλη et μικρά. Illa est hymnus angelicus, *Gloria in excelsis Deo.* Hæc repetita sæpius in psalmorum fine Trinitatis glorificatio: *Gloria Patri et Filio*, etc.

Ἡ τιμιωτέρα. Εἶτα πάλιν λέγει, *Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεός, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι.* Καὶ γίνεται ἀπόλυσις, εἰ μέν ἐστι Κυριακή· *Ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν* (31) *ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρός, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεῆσαι καὶ σῶσαι ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.* Εἰ μὲν ἐστι δεσποτικὴ ἑορτή, ἢ μεγάλου ἁγίου μνήμη δίδοται καὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον (32) οὕτως· πάντων συναγομένων πλησίον τῆς εἰκόνος τοῦ προσκυνήματος καὶ ψαλλόντων, ὁ μὲν διάκονος θυμιᾷ κύκλῳ, ἀπὸ τοῦ προεστῶτος ἀρξάμενος, πρῶτον θυμιάσας τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου· ὁ δὲ ἱερεὺς ἱστάμενος πλαγίως τῆς εἰκόνος, κατέχων ἀλειπτρον χρίει τοὺς προσιόντας ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ εὐλογεῖ. Ὅταν δὲ χρισθῶσι πάντες, ἐκφωνεῖ, *Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν· καὶ ἵλεως γενοῦ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς.* Καὶ ἐκφωνεῖ· *Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Εἰρήνη πᾶσι.* Ὁ διάκονος, *Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν.* Καὶ κρατοῦντος τοῦ διακόνου τὸ ὠράριον, ὡς ἔθος, λέγει ὁ ἱερεὺς, χαλάσας τὸ φελώνιον, τὴν εὐχὴν ταύτην. Ζήτει ταῦτα εἰς τὴν λιτήν. *Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν διὰ πρεσβειῶν τῆς πανυπερευλογημένης ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.* Κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, τῶν Βαΐων καὶ τῆς λαμπρᾶς Κυριακῆς τοῦ Πάσχα γίνονται ἔξω τῆς μονῆς, καὶ γίνονται ἐν αὐταῖς ὁμοίως τῇ προγραφείσῃ λιτῇ. Γίνονται καὶ ἁγιασμοὶ τῶν φώτων καὶ ἀφ' ἑσπέρας καὶ πρωΐ, καὶ κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Αὐγούστου, ἔνθα ὁ διάκονος βαστάζων τὸν σταυρὸν ἐξέρχεται, τοῦ ἱερέως ἑπομένου· καὶ θυμιᾷ ὁ διάκονος. Λέγει δὲ μόνον ἐν ταῖς εὐχαῖς· *Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.* Ὁ ἱερεὺς ποιεῖ πάντα καθὼς ἔστιν ἔθος, καὶ ἐν τοῖς τυπικοῖς εἰσι γεγραμμένα.

fuerint uncti, exclamat: *Exaudi nos Salvator noster, spes omnium finium terræ, et eorum qui sunt in mari longe, et propitius esto peccatis nostris, et miserere propitius nostri.* Et exclamat: *Misericors enim et hominum amator exsistis, et tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui: nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Pax omnibus.* Diaconus: *Capita nostra Domino inclinemus.* Et diacono pro more sibi consueto stolam suam apprehendente, sacerdos demissa casula dicit orationem, in supplicationibus quærendam: *Dominator, Domine Jesu Christe, Deus noster, precibus super omnes benedictæ gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ.* Festis vero diebus Annuntiationis, in Ramis Palmarum, splendidæ Paschatis Dominicæ fiunt hæc extra monasterii claustra, et peraguntur cuncta juxta seriem in præscripta supplicatione positam, consecratur et aqua benedicta die Epiphaniæ, et vespere, et mane: idemque prima Augusti celebratur, qua diaconus subsequente sacerdote crucem deferens procedit, et thus adolet ipse: et in orationibus dicit solummodo: *Dominum precemur.* Et sacerdos cuncta de more peragit, prout in rubricis præscriptum legimus.

Jacobi Goari notæ.

(31) Dies Dominica perpetuam Resurrectionis memoriam renovat. Hinc Dominicarum dierum ἀπόλυσις eadem est, quæ et in Resurrectionis festo. Consule ἀπολύσεις circa hujusce Euchologii calcem.

(32) Oleo lampadis coram imagine sancti, cujus devotione moventur accensæ, inungere se solent orientales Christiani, Græci pariter ac Latini; nec non et in occiduis regionibus, applaudente toto orbe, copiam non modicam olei coram imagine miraculorum operatrice sancti Dominici in pago Soriano ardentis, ad sanitatem recuperandam, divinamque virtutem comprobandam, in remotissimas usque regiones Dominicani transmittunt et distribuunt. Floribus etiam, vel aliis quæ miraculosas thaumaturgasque imagines attigerunt (et ἁγίου ἐλαίου nomen accipiunt), quasi inde contracta vel asportata divina virtute se inungunt Græci, et spem salutis plurimam in talibus reponunt, velut et majores nostri in *brandeis* quibus principum apostolorum sepulcra Romæ operiebantur: de quibus ample Joannes diaconus in vita Gregorii Magni, lib. II, cap. 42, deque aliis plurimis protomartyris Stephani reliquiis admotis (quæ non pauca miracula patrasse refert) Augustinus, *De civitate Dei*, lib. XXII, cap. 8. Ac ut ad Græcos redeamus, ad sancti cujus festum agitur, imaginem, in medio chori positam, ex oleo coram ardente sacerdotis manu inunguntur; nec sine divinæ virtutis experimento frequenter inde recedunt.

ΦΙΛΟΘΕΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΜΕΓΑΛΟΥΣ ΙΕΡΑΡΧΑΣ, ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΥΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥΣ, ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ, ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΛΟΓΟΝ, ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ.

—

PHILOTHEI PATRIARCHÆ

IN EXIMIOS PONTIFICES ET ORBIS TERRARUM DOCTORES, BASILIUM MAGNUM, GREGORIUM THEOLOGUM, ET JOANNEM CHRYSOSTOMUM, LAUDATIO.

(Ex Ducæi Supplemento.)

—

Magistros nostros discipuli laudibus efferamus, parentes liberi pro eo ac decet honoremus. Tres philosophos et Ecclesiæ sapientes atque oratores, Ecclesiæ filii, augustæque Trinitatis adoratores pro virili concelebremus. Orationem citra controversiam eloquentibus, et divinum simul humanumque λόγον spirantibus, eorum auditores, et per eos cœlestibus imbuti mysteriis pro munere consecremus: orationem, non qualem ipsi repudiarunt ac rejecerunt, sed qualem se dilexisse iidem testificati sunt. Neque enim quia virorum istorum excellentium præstantia, et cogitationes nostras et dicendi copiam tantopere vincit, ut ne medium quidem magnitudinis ejus possimus attingere, idcirco etiam silendum, illorumque prædicatio penitus recusanda est: quin toto pectore annitendum, ut potius quem debemus, hinc Patribus nostris amorem pro virili persolvamus. Inde siquidem apertum fiet, nec nos ingenii excelsitate, nec eloquentiæ viribus confisos, verum fide tantummodo et charitate atque, ut ita dicam, ipso debito compulsos, vel majus quoddam onus, quam pro humeris sustulisse: quando et Deum ipsum, quanquam natura imperatores ac principes universos infinitis partibus excedentem, ut possumus, veneramur, et quæ suppetunt, seu obolos duos, seu frustum panis, seu calicem aquæ frigidæ, seu longe minimum, quidpiam eidem pie offerimus ac libamus. Nec usque in hunc diem, aut sordium aut torporis postulatus est quisquam, quia non aliquid pro dignitate, sed pro recula sua obtulerit. Illi magis in reprehensionem incurrunt, qui quod poterant, sponte neglexerunt: quandoquidem et illustrium istorum præclarum illud consilium est: *In conspectu Dei* (juxta ejus oraculum videlicet) *non apparere vacuum* [1]; nec, quoniam quis ab omnibus relinquitur, ideo omnia relinquere, sed hoc offerre, ad hoc offerendum animo ac voluntate

[1] Exod. xxiii, 15.

A Το῀ς διδασκάλους ἡμῶν ἐπαινέσωμεν· τοὺς πατέρας οἱ παῖδες κατὰ χρέος τιμήσωμεν. Τοὺς τρεῖς φιλοσόφους καὶ σοφοὺς τῆς Ἐκκλησίας ῥήτορας, τὰ τέκνα τῆς Ἐκκλησίας, οἱ προσκυνηταὶ τῆς μεγάλης Τριάδος, κατὰ δύναμιν εὐφημήσωμεν. Τοὺς λόγοις τοῖς ὄντως λογίοις, καὶ λόγον ὁμοῦ πνεύσασι τόν τε θεῖον ἅμα καὶ τὸν ἀνθρώπινον, οἱ τούτων ἀκροαταὶ καὶ μύσται δῶρον προσάξωμεν· λόγους, οὐχ οὓς ἔῤῥιψαν, ἀλλ' οὕσπερ ἠγάπησαν, ὡς αὐτοί φασιν. Οὐδὲ γὰρ ὅτι τοσοῦτον ἡ τῶν μεγάλων ἀξία τὸν ἡμέτερον ὑπερβαίνει καὶ νοῦν καὶ λόγον, ὡς μηδὲ μετρεῖν δι' ὑπερβολὴν ἐξεῖναι τὸ μέσον, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἡμῖν λόγον, καὶ τὴν εὐφημίαν παραιτητέον καθάπαξ· οὐδὲ γὰρ ὅσιον· ἀλλὰ τοῖς κατὰ δύναμιν μᾶλλον ἐγχειρητέον, ἵνα καὶ μᾶλλον τὸ φίλτρον ἐντεῦθεν, B καὶ τὸ χρέος ἐκ τῶν ἐνόντων, τοῖς Πατράσιν ἐκτίσωμεν. Δείξομεν ἐκ τούτου καὶ γὰρ, ὡς οὐ διανοίας ὕψει καὶ λόγου ῥώμῃ τεθαῤῥηκότες, ἀλλὰ πίστει μόνῃ, καὶ πόθῳ, καὶ τῷ τοῦ χρέους, ὡς εἰπεῖν, ἠναγκάσθαι, καὶ τοῖς τὴν δύναμιν ὑπερβαίνουσιν ἐπεβάλομεν· ἐπεὶ καὶ Θεὸν αὐτὸν, καίτοι γε τὸ πάντων κράτος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὑπερφυῶς κατὰ φύσιν ἀνῃρμένον, ἐκ τῶν ἐνόντων τιμῶμεν, καὶ ὧν εὐποροῦμεν εὐσεβῶς ἀπαρχόμεθα, κἂν ὀβολοὶ δύο, κἂν ἄρτου τρύφος, κἂν ποτήριον ὕδατος τὸ προσφερόμενον ἦν, κἂν τὸ πάνυ σμικρότατον. Καὶ οὐδεὶς ἐς δεῦρο μικρολογίας ἢ ῥαθυμίας ἑάλω, ὅτι μὴ τὸ πρὸς ἀξίαν, ἀλλὰ τὸ πρὸς δύναμιν δήπου προσήνεγκεν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μᾶλλον ὑπὸ μέμψιν δικαίαν, ὅσοι γε τοῦ κατὰ δύναμιν ἑκόντες ἠμέλησαν. Ἐπεὶ καὶ τῶν C μεγάλων τούτων ἐκεῖνο θαυμαστὴ συμβουλὴ καὶ παραίνεσις, τὸ μὴ *κενὸν ἐναντίον ὁρᾶσθαι Θεοῦ*, κατὰ τοὺς ἐκείνου δηλονότι χρησμούς· μηδὲ ὅτι τοῦ παντὸς λείπεταί τις, τὸ πᾶν ἐλλείπειν, ἀλλὰ τὸ μὲν εἰσφέρειν, τὸ δὲ προθυμεῖσθαι, ὑπὲρ δὲ τοῦ συγγνώμην δεῖσθαι δοθῆναι τῇ ἀσθενείᾳ, ἕκαστον ἐκ τῶν παρόντων καρποφοροῦντα Θεῷ καὶ τῶν οἰκείων.

paratum esse : pro hoc imbecillitati veniam rogitare, et unumquemque ex his quæ propria possidet, fructum Deo dedicare.

A Ἀλλὰ δεῦρό μοι, τῶν Πατέρων ἡ θαυμαστὴ τῷ ὄντι τριὰς, οἱ τῆς μεγάλης Τριάδος καὶ μύσται, καὶ φίλοι, καὶ ὑπηρέται· μετὰ τοὺς πρώτους, φημὶ, μαθητὰς, καὶ ὑπηρέτας, καὶ φίλους τοῦ Λόγου· οἱ νυμφαγωγοὶ καὶ νυμφίοι, καὶ παῖδες ὁμοῦ τῆς ἀληθινῆς καὶ πρώτης σοφίας, ἣν καὶ αὐτοὶ ἐφιλήσατε, κατὰ τὸν σοφὸν ἐκεῖνον, καὶ ἣν ἐκ νεότητος ἐκζητήσαντες, ὑπὲρ ἐκεῖνον ταύτῃ καλῶς καὶ συνήφθητε καὶ ἡρμόσθητε. Δεῦρο τοιγαροῦν ἡ τῆς πίστεως καὶ τοῦ λόγου βάσις, ὁ τὸν θεῖον λόγον, καὶ τὴν πυρίνην αὐχῶν γλῶτταν, ὁ καὶ ψυχὴν, καὶ γλῶτταν, καὶ τἄλλα πάντα χρυσοῦς. Εἰ καὶ μὴ συμφυΐα, καὶ ὁμοτιμία, καὶ ἕνωσις, συνεργάσασθέ μοι τὴν κοινὴν ὑμῶν εὐφημίαν, εἰ καὶ ὑπὲρ ὑμᾶς, ὅπερ εἶπον, ὁ πρὸς τοὺς μεγάλους ὑμᾶς κατὰ πολὺ λόγος, καὶ B λόγον διδόντες, καὶ διανοίας ἁπτόμενοι, καὶ τὴν γλῶτταν ἀοράτως ὑποκινοῦντες, καὶ χειραγωγοῦντες, τῇ δυνάμει τοῦ ἐν ὑμῖν πνεύματος. Ἔδει μὲν οὖν κατά γε τὸν ὑμέτερον (ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν φημι) μέγαν καὶ σοφώτατον λόγον ἐκεῖνον τὰς ὑμῶν παρεῖναι φωνὰς τοῖς ἐπαινεῖν ἐπιχειροῦσιν ὑμᾶς· ἐκεῖναι καὶ γὰρ ἂν μόναι τὸ πρὸς ἀξίαν εἰργάσαντο. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, Πέτρον ἂν εἶπον ἐγὼ, καὶ Ἰωάννην καὶ Παῦλον, τὴν τριάδα τῶν κορυφαίων, τῶν πρώτων μαθητῶν τε καὶ ἀποστόλων τοῦ Λόγου, τὰ τοῦ Πνεύματος πρῶτα καὶ δοχεῖα, καὶ ὄργανα, τοῦτον ὑπεισελθεῖν ἀξίους εἶναι τὸν ἆθλον, καὶ τοῖς ὁμοτίμοις, καὶ φίλοις, καὶ σπουδασταῖς, καὶ συναγωνισταῖς τῶν αὐτῶν κατάλληλον καὶ προσφυᾶ τινα πλέξαι τὸν ἔπαινον. Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν ἀδυνάτων ἐκεῖνα καὶ ὑμεῖς C ἐρεῖτε καθάπαξ, μετριάσετε οἶδ' ὅτι καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἐντελῆ καὶ σμικρὰ ταῦτα, οἱ συμπαθεῖς τε καὶ φιλάνθρωποι, καὶ πανταχοῦ τὸ μέτριον ἐπαινέσαντες ὄντως, καὶ Χριστὸν, εἴπερ τινὲς ἄλλοι, κἂν τούτῳ θαυμαστῶς μιμησάμενοι. Ἄλλως τε καὶ ὅτι μὴ τοῖς παρ' ὑμῶν αὐτῶν τεθαῤῥηκότες ἡμεῖς, τίσι καὶ γὰρ καὶ ὁποίοις ἐκείνοις; ἀλλὰ τοῖς ὑμετέροις μᾶλλον, καὶ οἷσπερ αὐτοὶ Θεόν τε καὶ ἀλλήλους προσείπετε, τὰ ὑμῶν ὑμῖν αὖθις εἰσφέρομεν ὡς ἡ δύναμις. Δηλώσει δὲ καὶ ὁ λόγος.

Adesdum igitur, admiranda sane Patrum trinitas, magnæ illius Trinitatis mysteriorum conscii, et amici, et ministri : post primos, inquam, discipulos, et ministros, et amicos Verbi : deductores sponsæ, et ipsimet sponsi, et simul filii veræ ac principis sapientiæ, quam et vos juxta sapientem illum amavistis, et a juventute vestra exquisivistis : et cum qua supra quam ille præclare conjuncti et copulati estis. Adesdum ergo, fidei et doctrinæ sacræ stabilimentum, cujus divina est oratio, et lingua ignea, qui et anima, et lingua, et cætera omnia es aureus. Et quanquam nullum mihi vinculum vobiscum, nec honos par, nec ulla conjunctio ; et quanquam de vobis tam excellentibus viris habenda oratio vires meas, ut dixi, multum superat, tamen ad commune vestrum encomium mihi opitulamini, et ingenium excitate, verba subministrate, linguamque inaspectabili modo dirigite, et me manuducite, virtute spiritus illius qui in vobis habitavit. Oportebat nimirum de vestris laudibus dicturum, vestram quoque insignem illam, ac sapientia refertam eloquentiam, vestrasque voces habere; solæ enim illæ rem pro dignitate conficerent. Alioqui, Petrum ego et Joannem, et Paulum, coryphæorum ac primorum discipulorum apostolorumque verbi triadem, Spiritus sancti præcipua domicilia et instrumenta affirmarem ego dignos esse qui hoc negotii susciperent, et æque honoratis, amicis, ac studiosis sui, et certaminum sociis congruentem atque accommodatam laudationem contexerent. Verum quoniam id vobis quoque assentientibus fieri prorsus nequit, tenuitatem nostram moderate feretis, sat scio, vos, qui aliena sentitis incommoda : vos humani, et qui modestiam locis omnibus revera commendastis, Christumque in hoc etiam, ut si qui alii, mirandum in modum imitati estis. Præsertim cum haud a nobis excogitatis et inventis, sed vestris potius de Deo, et inter vos sermonibus confidentes, vestra vobis quantum possumus retribuamus; id quod deinceps oratio declarabit.

Νόμους μὲν οὖν ἐγκωμίων τῶν ἔξω, οἳ πατρίδα, καὶ γένος, καὶ πλοῦτον, καὶ δὴ καὶ σώματος ῥώμην, καὶ κάλλος, καὶ τὰ τοιαῦτα περιεργάζεσθαι πρὸ D τῶν ἄλλων καὶ πολυπραγμονεῖν ἀξιοῦσι, παραιτητέον ἡμῖν ἐνταῦθα, οὐ μόνον ὅτι καταφρονηταὶ πάντων ἐκείνων, καὶ ὑπὲρ τὰ κάτω καὶ τὸν κόσμον οἱ ὑπερκόσμιοι οὗτοι· ἀλλ' ὅτι μηδὲ ταῖς μὲν μορφαῖς καὶ ταῖς χρόαις δοκιμάζεσθαι, κατὰ τῶν ἵππων τοὺς εὐγενεστάτους ἢ ἀτιμοτάτους, ἡμῶν δὲ ζωγραφεῖσθαι τοῖς ἔξωθεν, δίκαιόν τε καὶ εὐπρεπὲς εἶναι οἱ αὐτοὶ μάλα καλῶς εἶπον. Ἐκείνοις δὲ μόνοις πρὸς τὴν εὐφημίαν τῶν μεγάλων ἀπὸ μέρους χρηστέον, τοῖς οἰκειοτάτοις, καὶ γνησίοις αὐτῶν τούτων, καὶ οἷς αὐτοὶ τοὺς αὐτῶν ὁμοτρόπους καὶ Θεοῦ φίλους, μάρτυράς φημι, καὶ Πατέρας, καὶ διδασκάλους,

Leges itaque et locos encomiorum, a profanis dicendi magistris præscriptos, qui patriam, genus, divitias, corporis item robur, speciem liberalem, et similia curiose in primis inquirenda et scrutanda censent, in hoc argumento præteribimus, non solum quod hi viri omnia illa despexerunt, seseque supra res infimas et supra mundum ipsum extulerunt : sed quod ipsimet, quemadmodum equos generosissimos aut abjectissimos, non ex forma aut colore probari; ita nec hominem extremis depingi ac describi justum et decorum percommode scripserunt, et iis duntaxat ad eorum præconii partem aliquam utemur, quæ ipsorum in primis propria et germana sunt, et quibus sui similes, ac Dei amicos, martyres, inquam, P..

tres ac doctores suos in scriptis suis admirabiliter collaudarunt. Spero igitur neminem alienarum orationum censorem ac judicem, alicujus ineptiæ aut furti nos damnaturum, si eorum verbis, divinisque dictis ac sententiis uberius adhibitis, cum ipsos, tum orationem nostram cohonestaverimus, idque remote fortassis ab oratorum consuetudine, ut nonnulli existimabunt. Primum enim non solum a justitia ac pietate abhorrens, sed rapinæ et avaritiæ quoque affine arbitror, ubi ipsimet sua proferre in medium possunt, nos illis sermonem non cedere, locumque dare, et cum silentio (sicut in mysteriorum ritibus) auscultare, verum impudenter et confidenter agere, et propria audere contra obtrudere. Deinde istud nec inusitatum est, nec a more sanctorum optimorumque virorum alienum. Constat enim non modo majores nostros, homines sapientes et integros istam rationem perstudiose tenuisse in orationibus, quas de clarissimis hisce viris contexuerunt, sed insuper hos ipsos sapientiæ doctores inclytos in suis ipsorum voluminibus id factitasse comperimus, ut sua a semetipsis velut mutuarentur, et cum sacra mysteria tractarent, et cum vicissim sese et amicos sanctis laudibus prosequerentur: qua quidem ratione hujus rei quasi typum et exemplar imitatoribus suis præmonstrarunt. Jam si tertiam responsionem requiris, est in promptu etiam tertia, ardor et amor incredibilis, et, ut ita vocemus, malacia quædam erga scripta, et tonitrua illa divina, et sine dubio sacrum nectar, quo nos illa sive audiendo, sive legendo, sive scribendo, sive ut usus postulavit, adhibendo satiari et expleri nunquam potuimus. Quamobrem ad eos eorumque laudes deprædicandas aliquando accedamus.

Hi secundum altissimam vereque inexplicabilem ac divinam providentiam, quæ multo ante (ut ipsi quoque docent) magnarum rerum principia et fundamenta ponere solet, in medio Christi Ecclesiæ nati sunt, sive terrenam et corpoream generationem, sive supernam, sublimem ac divinam, quam sanctus David diei generationem, et nocturnæ generationi contrariam dixit[1], sive ambas spectare voluerimus. Et cum hanc solam (spiritualem generationem) sibi et matrem, et nutricem, et patriam, et genus, et quidquid est hujusmodi, statuissent, primum ab ea aliti sunt, fideique ac pietatis purum, ac sine dolo lac, introductorios et initiatorios sermones ejus hauserunt, et cum illis, ac post illos orbem disciplinarum liberalium excoluerunt. Ubi vero perfectioribus illis doctrinis, externaque sapientia opus fuit (requiritur enim, inquiunt ipsimet, etiam vis dicendi ad animi sensa explicanda: intelligentia siquidem, quæ explicare se nescit, motus torpentium est), suis telis rectæ doctrinæ fidei adversantes, et apud semetipsos sapientes ac scientes feriendos, et supercilium,

[1] Psal. xviii, 1 seqq.

A θαυμαστῶς τοῖς ἑαυτῶν λόγοις προσεῖπον. Οὐκ ἂν δέ τις τῶν λόγους ἐξεταζόντων, ἀπειροκαλίας τινὸς ἢ καὶ κλοπῆς ἡμᾶς ἑλεῖν ἐθελήσῃ, ὥς γε ἐγὼ νομίζω, εἰ τοῖς τούτων ἐπὶ μακρὸν χρησόμεθα λόγοις, καὶ ταῖς αὐτῶν θεολογίαις καὶ γνώμαις αὐτούς τε καὶ τὸν ἡμέτερον κοσμήσαιμεν λόγον, ἴσως καὶ πόῤῥω τῆς ἐν τοῖς λόγοις συνηθείας, ὡς ἄν τισι δόξῃ. Πρῶτον μὲν, ὅτι μὴ μόνον οὐχ ὅσιον, οὐδ' εὐλαβὲς ἐκεῖνο νομίζω, ἀλλὰ καὶ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας οὐ πόῤῥω, τὸ ἐν οἷς ἔξεστι τούτους τὰ ἑαυτῶν λέγειν, μὴ παραχωρεῖν ἡμᾶς ἐκείνοις τοῦ λόγου, μηδ' ὑπεξίστασθαι, σιγῇ τὴν ἀκοὴν ὑπέχοντας μόνην, ὡς ἐν τελετῇ μυστηρίων, ἀλλ' ἀναισχυντεῖν, καὶ θρασύνεσθαι, καὶ τὰ ἑαυτῶν τολμᾷν ἀντεισάγειν· δεύτερον δ' ὅτι μηδὲ τῆς συνηθείας, μηδὲ τῶν ἱερῶν τοῦτο πόῤῥω B καὶ τῶν ἀρίστων. Οὐ μόνον γὰρ τοὺς πρὸ ἡμῶν σοφούς τε καὶ ἀγαθοὺς εὑρίσκομεν ἄνδρας τούτῳ χρησαμένους τῷ τρόπῳ μετὰ πολλῆς τῆς φιλοτιμίας ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν μεγάλων τούτων, φημὶ, λόγοις, ἀλλ' ἔτι καὶ τούτους αὐτοὺς τοὺς τῆς σοφίας θαυμαστοὺς διδασκάλους ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτῶν λόγοις τοῦτο πολλάκις ποιοῦντας ὁρῶμεν, τὰ αὐτῶν παρ' ἑαυτῶν ὥσπερ δανειζομένους ἔν τε τοῖς ὑπὲρ τῶν ἱερῶν μυστηρίων, ἔν τε τοῖς ἀλλήλων καὶ τοῖς τῶν φίλων ἱεροῖς ἐγκωμίοις, τύπους ὡσανεὶ καὶ παράδειγμα γιγνομένους καὶ τούτου τοῖς τὰ ἐκείνων ἐζηλωκόσιν. Εἰ δὲ καὶ τρίτον ζητοίης, πρόσεστι καὶ τρίτον, τὸ τοῦ φίλτρου καὶ τοῦ ἔρωτος, καὶ τῆς μαλακίας, ἵν' οὕτως εἴπω, τῆς πρὸς τοὺς λόγους, καὶ τὰς C βροντὰς ἐκείνας θεσπεσίας, καὶ τὸ ἱερὸν ὄντως νέκταρ, οὗ μηδὲ κόρον ἡμεῖς ἔχομέν ποτε, καὶ ἀκούοντες, καὶ ἀναγινώσκοντες, καὶ γράφοντες καὶ χρώμενοι τούτοις, ἔν γε τῷ ἱσταμένῳ τῆς χρείας. Καὶ δὴ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους καὶ τὴν εὐφημίαν ἤδη χωρῶμεν.

Οὗτοι κατὰ πρόνοιαν ὑψηλοτάτην, καὶ ἀπόῤῥητον ὄντως καὶ θείαν, ἣ πόῤῥωθεν οἶδεν (ὥς αὐτοὶ καὶ τοῦτό φασι) τὰς τῶν μεγάλων πραγμάτων ἀρχὰς καταβάλλεσθαι, γεννῶνται μέσον τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, εἴτε τὴν κάτω καὶ σωματικὴν βούλει γέννησιν λέγειν, εἴτε τὴν ἄνω, καὶ ὑψηλὴν, καὶ θείαν, ἣν ἡμερινὴν ὁ θεῖος εἶπε Δαυῒδ, καὶ τῆς νυκτερινῆς ἀντίθετον, εἴτε καὶ ἀμφοτέρας. Καὶ ταύτην καὶ D μητέρα, καὶ τροφὸν, καὶ πατρίδα, καὶ γένος, καὶ πᾶν εἴ τι τοιοῦτον, ποιησάμενοι μόνην, τρέφονται μὲν τὰ πρῶτα παρ' αὐτῇ, καὶ ποτίζονται τὸ τῆς πίστεως καθαρόν τε καὶ ἄδολον γάλα, διὰ τῶν εἰσαγωγικῶν καὶ προτελείων αὐτῆς λόγων· καὶ τὰ τῶν ἐγκυκλίων σὺν ἐκείνοις καὶ μετ' ἐκεῖνα φιλοσοφοῦσιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ λόγων αὐτοῖς ἔδει τελεωτέρων, καὶ σοφίας τῆς ἔξω (δεῖ γὰρ, φασὶν οἱ αὐτοὶ, καὶ τῆς ἐν λόγοις δυνάμεως πρὸς τὴν τῶν νοουμένων δήλωσιν· κίνημα γὰρ ναρκώντων ἐστὶ νοῦς ἀνεκλάλητος), ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας τῷ τῆς πίστεως ὀρθῷ λόγῳ, καὶ παρ' ἑαυτοῖς εἶναι δοκοῦντας σοφοὺς, καὶ καθ' ἑαυτῶν ἐπιστήμονας δέον ἔκριναν εἶναι τοῖς ἐκείνων βέλεσι βάλλειν, καὶ τὴν ὀφρὺν κατασπᾶν, καὶ τὸ κενὸν φύση-

A μα. Καὶ ἵνα μὴ τὸ τῶν λόγων ἐκείνων ἀνάσκητον ἀσθένεια τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ νομίζηται λόγου παρὰ τοῖς ἀνοήτοις, ἀσκοῦσι κἀκεῖνα, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ παρέργως, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀλλ' οὕτω φιλοτίμως καὶ λαμπρῶς ἄγαν, ὡς μηδεμίαν ὑπερβολὴν καταλιπεῖν. Φύσεσι γὰρ δεξιαῖς καὶ σπουδὴν τὴν κατάλληλον συνεισενεγκόντες, ἐξ ὧν, φησὶν, ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι τὸ κράτος ἔχουσι, τὸ κράτος ἐν βραχεῖ κατὰ πάντων ἐκτήσαντο τῶν ἐκεῖνα φιλοσοφούντων. Ῥητορικὴν μὲν οὖν καὶ φιλοσοφίαν, μᾶλλον δὲ καὶ μέρος ἅπαν φιλοσοφίας, οὕτως εἰς ἄκρον, εἴπερ τινὲς, κατορθοῦσιν· ἀστρονομίας δὲ, φησὶ, καὶ γεωμετρίας, καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίας τοσοῦτον λαβόντες, ὅσον μὴ κλονεῖσθαι τοῖς περὶ ταῦτα κομψοῖς· ὃ καὶ αὐτὸς ἔφθην εἰπὼν ἤδη, τὸ περιττὸν (ὡς ὁ μέγας καὶ B αὖθίς φησι) διέπτυσαν, ὡς ἄχρηστον τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν· ὥστε μᾶλλον μὲν τὸ αἱρεθὲν τοῦ παρεθέντος ἐξεῖναι θαυμάζειν· μᾶλλον δὲ τοῦ αἱρεθέντος τὸ παρεθέν. Οὕτω κατὰ σκοπὸν οἱ γεννάδαι, καὶ ὥσπερ ἔδει γε τοὺς τοιούτους, τὰ ἑαυτῶν κἀν τούτοις οἰκονομήσαντες, μικρά τε τῷ κόσμῳ, καὶ τῇ σκηνῇ, φησὶ, χαρισάμενοι, καὶ ὅσον τὸν τῶν πολλῶν πόθον ἀφοσιώσασθαι. Οὐ γὰρ αὐτοί γε εἶχον θεατρικῶς ἢ ἐπιδεικτικῶς· μᾶλλον δὲ κἀνταῦθα Θεῷ καὶ ἀρετῇ δεδωκότες τὸ πλεῖστον, διὰ τῆς ἐν δικαστηρίοις συνηγορίας τῷ καταπονουμένῳ προστιθέμενοι μέρει καὶ φύσει καὶ τέχνῃ, καὶ τοῖς κειμένοις νόμοις προϊστάμενοι τοῦ δικαίου, καὶ τὸ κράτος οἷς εἶχον τούτῳ διδόντες, τάχιστα ἑαυτῶν γίνονται καὶ Θεοῦ· καὶ κόσμον ὅλον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα καταλιπόντες, C πρὸς τὸν μοναδικὸν, εἴτ' οὖν ἀγγελικὸν ἀποκλίνουσι βίον. Καὶ πᾶσαν μὲν, φησὶ, παλαιὰν βίβλον ἐκμελετήσαντες, πᾶσαν δὲ νέαν, ὡς οὐδεμίαν ἕτερος, πλουτοῦσι μὲν θεωρίαν, πλουτοῦσι δὲ βίου λαμπρότητα, καὶ πλέκουσι θαυμασίως ἀμφότερα, τὴν χρυσῆν ὄντως σειρὰν, καὶ τοῖς πολλοῖς ἄπλοκον· βίῳ μὲν ὁδηγῷ θεωρίας, θεωρίᾳ δὲ σφραγῖδι βίου χρησάμενοι· μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἀκριβέστερον, οὐ κατορθοῦσι ταυτὶ μόνον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους, καὶ σὺν ἀλλήλοις κάλλιστα πλέκουσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕξιν ἀκροτάτην καὶ ἐπιστήμην θαυμαστὴν ἔρχονται τούτων· καὶ νομοθέται καὶ διδάσκαλοι τοῖς μετ' αὐτοὺς τῶν τοιούτων χρηματίζουσι πᾶσιν, ἱερωσύνης καὶ μοναδικῆς πολιτείας, καὶ εἰπεῖν συνελόντα, πράξεως καὶ θεωρίας ὁμοῦ κανόνας καὶ τύπους καὶ νόμους τὰ ἑαυτῶν καταλι- D πόντες ἱερὰ ταῦτα συγγράμματα καὶ πυκτία, μηδὲ θαυμάζεσθαι πρὸς ἀξίαν διὰ μέγεθος καὶ περιουσίαν δυνάμενα χάριτος. Ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἡ πρὸς Θεὸν ἀνάβασίς τε καὶ θεωρία καὶ ὑπερφυὴς ἕνωσίς τε καὶ ἔλλαμψις· καὶ τὸ ἀκρότατον τῶν ἐφετῶν, ἡ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν ἕξις, καὶ οὗ γενομένοις, φησὶ, πάσης θεωρίας ἀνάπαυσις. Οὐδὲ γὰρ ἔχει τι, φησὶν, ὑψηλότερον ἢ ὅλως ἕξις, οὐδὲ ὁ θεωρητικώτατος νοῦς καὶ διαβατικώτατος.

inanemque inflationem, ac spiritus illis detrahendos existimarunt; neve in ipsorum disciplinis ruditas et imperitia, sacræ rationis nostræ imbecillitas ab insipientibus existimaretur, etiam in illis, non leviter, nec molli brachio, ut quispiam dixerit, verum adeo sedulo et insigniter se exercuerunt, ut supra fieri nihil posset. Cumque felicitatem ingeniorum pari diligentia cumulassent, quibus duobus scientiarum artiumque robur continetur, ut ait [Nazianzenus], brevi spatio omnes earum candidatos superarunt. Sic igitur oratoriam facultatem et philosophiam, imo omnes philosophiæ partes non infelici successu percipiunt. De astronomia vero et geometria, deque numerorum proportione, cum tantum didicissent, inquit (puta Nazianzenus), ut ab iis exagitari non possent, qui his rebus inflantur, id quod jam dixi, supervacanea et curiosa (quod iterum magnus ille scribit), ut pietatem sectantibus inutilia, contempserunt. Quanquam et ea sic callerent ut nescires hæcne an illa magis in illis admirarere. Ita secundum scopum suum generosi isti, et quemadmodum tales oportebat, cum res suas in his quoque instituissent, modicum mundo et scenæ gratificati sunt, multitudinisque desiderio quoquo modo servierunt. Nec enim tanquam in theatro histriones plausum captarunt, aut se magnifice ostentarunt: sed hic item Deo virtutique potissimas partes tribuerunt, et in judiciis oppressorum causam, quantum ingenio et arte valebant, agentes, sanctisque justitiæ legibus patrocinantes, et eam pro virili sua corroborantes, brevi admodum sui ipsorum et Dei evaserunt; totoque mundo, et omnibus quæ in eo sunt relictis, ad vitam solitariam, sive potius angelicam conversi, omnes tum Veteris tum Novi Testamenti libros, ut inquit, meditando sic perscrutati sunt, quomodo ne unum quidem alius: et ditati sunt contemplatione, ditati quoque morum ac vitæ splendore, utrumque mirabiliter connectentes, catenam vere auream, et quæ a plerisque haud connectatur; vita quidem ad contemplationem duce utentes, contemplatione autem vitam ipsam obsignantes. Quin ut accuratius quod res est dicam, non solum his recte supra alios funguntur, et hanc catenam mutuo præclarissime connectunt, verum etiam horum habitum longe præstantissimum, et scientiam in admiratione ponendam consequuntur, eorumque magistri a posteris suis omnibus, sacerdotii, vitæ solitariæ et, ut paucis complectar, actionis et contemplationis canonibus, formulis, præceptis, sacris videlicet commentariis et opusculis relictis, appellantur: quæ quidem propter magnitudinem et abundantiam gratiæ, quantum debemus suscipere non possumus. Hinc illis ad Deum ascensus, et speculatio, excellentissimaque unio, et illuminatio; quodque desiderabilium supremum est, secundum similitudinem habitus. Quo qui pervenerunt, inquit, eorum contemplatio omnis quiescit, quando nec in amplitudine sua habitus, nec mens quamvis contemplandi ac penetrandi summa vi prædita, quidquam sublimius reperit.

Μᾶλλον δ' αὐτοῖς ἐκείνοις καὶ τῶν ἑξῆς ὡσαύτως

At enim illis ipsis potius etiam deinceps oratio-

nem concedamus. Iidem namque simul agendi illa et explicandi exquisiti præceptores et artifices sunt; nec erit unquam, qui cum ipsis de hac palma contendat. Cuicunque igitur contigit, per rationem et contemplationem, terrena mole, et hac carnea nube, sive tegumento perruptis, cum Deo versari, purissimæque luci, pro captu humanæ naturæ, commisceri, hic beatus est; et quia hinc sursum ascendit, et quia inde deificationem nactus est, quam sincerum philosophiæ studium conciliat, mentisque supra terrenum binarium evectio, propter eam, quam in Trinitate unitatem intelligimus. Qui autem ob animæ cum corpore conjunctionem factus deterior, lutoque tantopere implicitus hæret, ut nec veritatis lumen intueri, nec supra hæc infima se attollere valeat, quanquam desuper oriundus, et ad superna vocatus, hic mihi ob cæcitatem videtur miser, tametsi caducis circumfluxerit: tantoque miserior, quanto magis rebus ad voluntatem fluentibus delusus, et aliud bonum vero bono præstantius credere in animum induxerit; malum utique malæ opinionis fructum carpens, ut aut tenebris damnetur, aut ut ignem videat, quem ut lucem non agnovit. Hæc non multis, inquit, tam nostræ ætatis quam veteris memoriæ hominibus studio fuerunt (pauci quippe sunt Dei, licet omnes ipsius figmenta sint) legislatoribus, belli ducibus, sacerdotibus, prophetis, evangelistis, apostolis, pastoribus, toti spirituali cœtui; inter omnes vero his etiam, ut nemini magis, de quorum laudibus nunc disseremus.

A τοῦ λόγου παραχωρήσωμεν. Οἱ αὐτοὶ γὰρ καὶ τοῦ πράττειν ὁμοῦ, καὶ τοῦ λέγειν ἐκεῖνα καθηγεμόνες ἀκριβεῖς καὶ τεχνῖται, καὶ οὐδεὶς οὐκ ἂν ποτε τούτοις περὶ τούτων ἀμφισβητήσειεν. Ὥτινι μὲν οὖν ἐξεγένετο διὰ λόγου καὶ θεωρίας διασχόντι τὴν ὕλην, καὶ τὸ σαρκικὸν τοῦτο, εἴτε νέφος χρὴ λέγειν, εἴτε προκάλυμμα, Θεῷ συγγενέσθαι, καὶ τῷ ἀκραιφνεστάτῳ φωτὶ κραθῆναι, καθόσον ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, μακάριος οὗτος τῆς τε ἐντεῦθεν ἀναβάσεως, καὶ τῆς ἐκεῖθεν θεώσεως ἣν τῷ γνησίως φιλοσοφῆσαι χαρίζεται, καὶ τὸ ὑπὲρ τὴν ὑλικὴν γενέσθαι δυάδα, διὰ τὴν ἐν Τριάδι νοουμένην ἑνότητα. Ὅστις δὲ ὑπὸ τῆς συζυγίας χείρων ἐγένετο, καὶ τοσοῦτον τῷ πηλῷ συνεσχέθη, ὡς μὴ δυνηθῆναι ἐμβλέψαι πρὸς τὰς τῆς ἀληθείας αὐγὰς, μηδὲ ὑπὲρ τὰ κάτω γενέσθαι, γεγονὼς ἄνωθεν, καὶ B πρὸς τὰ ἄνω καλούμενος, ἄθλιος οὗτος ἐμοὶ τῆς τυφλώσεως, κἂν εὐροῇ τοῖς ἐνταῦθα· καὶ τοσούτῳ πλέον, ὅσῳπερ ἂν μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐροίας παίζηται, καὶ πείθηταί τι ἄλλο καλὸν εἶναι πρὸ τοῦ ὄντως καλοῦ, πονηρὸν πονηρᾶς δόξης καρπὸν δρεπόμενος, ἢ ζόφον κατακριθῆναι, ἢ ὡς πῦρ ἰδεῖν, ὃν ὡς φῶς οὐκ ἐγνώρισε. Ταῦτα ὀλίγοις μὲν, φησὶν, ἐφιλοσοφήθη καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πάλαι (ὀλίγοι γὰρ οἱ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰ πάντες πλάσματα) νομοθέταις, στρατηγοῖς, ἱερεῦσι, προφήταις, εὐαγγελισταῖς, ἀποστόλοις, ποιμέσι, καὶ διδασκάλοις, παντὶ πνευματικῷ πληρώματι· ἐν δὲ τοῖς πᾶσι καὶ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις εἴπερ τισί.

Hæc mea est theologorum trinitas, Basilius, Joannes et Gregorius. Haud enim timebimus vel eos qui ante, vel eos qui post hos numerantur: qui ita inter se hærent, tam sunt unanimes, claritateque et virtutis honore pares. Quæ cum aliis certavit, cum aliis eodem numero habita est, alios superavit, nemini, ut ego sentio, primas concessit. Et aliorum quidem sermonem et doctrinam, aliorum actionem perfecte expresserunt: illorum item mansuetudinem, horum zelum, aliorum discrimina, quorumdam plura, nonnullorum omnia imitati sunt. Et aliud ab alio bonum sumentes, sicut qui formas scitissime pingunt, dicendi peritos, actione, rursum in agendo exercitatos, eloquentia et doctrina post se reliquerunt. Aut si mavis, ab eloquentia celebratos, eloquentia, actione autem in agendo excellentes antegressi sunt, et in utroque mediocres, alterius præstantia superarunt: in altero autem eminentes, hoc ipso præcurrerunt, quod ambobus singulari modo usi sunt. Et sane novum miraculum, omnique oratione superius eos nominandos arbitror, quod mirifice omnium aures atque animi obstupescant. Propter hæc nempe, Petro et Paulo, et filiis tonitrui eorumque sociis illos adnumerari æquius fuerit, quam alios quoscunque Christi discipulos; ac propter hos ante alios quoscunque, Christum, post reditum ab inferis in cœlum proficiscentem dixisse existimandum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus*, usque ad con-

C Τούτων ἡ ἐμὴ τῶν θεολόγων τριὰς, Βασίλειός τε καὶ Ἰωάννης, καὶ Γρηγόριος ἅμα· οὐδὲ γὰρ τὴν προαρίθμησιν καὶ τὴν ὑπαρίθμησιν δείσομεν ἐν τοῖς συμφυέσι καὶ ὁμοψύχοις, καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμοις· τοῖς μὲν ἡμιλλήθη, τοῖς δὲ συνηριθμήθη, τοὺς δὲ καὶ ὑπερέσχεν· ἀπελείφθη δὲ οὐδενὸς, ὡς ἐγώ φημι, τῶν μὲν τὸν λόγον, τῶν δὲ τὴν πρᾶξιν εἰς ἄκρον κατωρθωκότες· τῶν δὲ τὸ πρᾶον, τῶν δὲ τὸν ζῆλον, τῶν δὲ τοὺς κινδύνους, τῶν δὲ τὰ πλείω, τῶν δὲ ἅπαντα. Καὶ ἄλλο ἀπ' ἄλλου κάλλος λαβόντες, ὥσπερ οἱ τὰς μορφὰς μεθ' ὑπερβολῆς γράφοντες, καὶ τοὺς μὲν ἐν λόγῳ δεινοὺς τῇ πράξει, τοὺς δὲ πρακτικοὺς τῷ λόγῳ νικήσαντες· εἰ βούλει δὲ, λόγῳ μὲν τοὺς εὐδοκίμους ἐν λόγῳ, πράξει δὲ τοὺς πρακτικωτάτους ὑπερβάλλοντες· καὶ τοὺς μὲν κατ' ἀμ- D φότερα μέσως ἔχοντας τῷ περὶ τὸ ἕτερον ὑπερβάλλοντες, τοὺς δὲ καθ' ἕτερον ἄκρους τοῖς ἀμφοτέροις παραδραμόντες τῷ μεθ' ὑπερβολῆς ἀμφοτέροις χρήσασθαι. Καὶ θαῦμα καινόν τι, καὶ ὑπὲρ λόγον τὸ κατ' αὐτούς φημι χρηματίσαι, πᾶσαν ὑπερφυῶς καταπλῆττον καὶ ἀκοὴν ὁμοῦ καὶ διάνοιαν. Διὰ ταῦτά τοι καὶ Πέτρῳ καὶ Παύλῳ καὶ τοῖς υἱοῖς τῆς βροντῆς, καὶ δὴ καὶ τῇ περὶ αὐτοὺς ἑταιρείᾳ συναριθμεῖσθαι δίκαιοι μᾶλλον ἂν εἶεν ὑπὲρ οὕστινασοῦν ἄλλους τῶν Χριστοῦ φίλων· καὶ διὰ τούτους γε πρὸ τῶν ἄλλων μᾶλλον πρὸς τοὺς μαθητὰς τὸν Χριστὸν εἰπεῖν, εἰς οὐρανοὺς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνιόντα τὸ, *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*, τὴν λαμ-

πρὶν διαδοχήν, καὶ τὸ κοινὸν τῆς τούτων πρὸς ἐκείνους ἀποστολῆς καὶ ὑπηρεσίας, καὶ τὸ ὁμότιμον αἰνιττόμενον.

Καὶ ὡς ἀληθῆ δίκαια λέγω, μηδὲν τοῖς Πατράσιν, ὡς ἂν οἰηθείη τις, διὰ τὸ φίλτρον χαριζόμενος, τῶν μὴ προσηκόντων ἐκείνοις, δῆλον ἐκεῖθεν. Καὶ τούτους Χριστὸς μαθητὰς καὶ ἀποστόλους ἀναδείκνυσι Πνεύματι θείῳ, καθάπερ κἀκείνους, καὶ τούτοις τὸ Εὐαγγέλιον ἐγχειρίσαι, καὶ τὸ κήρυγμα, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων κοινὴν σωτηρίαν. Καὶ οὗτοι τὰς πυρίνας κατ' ἐκείνους δέχονται γλώσσας, ἄνωθεν ἐκ τοῦ Πνεύματος κατιούσας, καὶ τὸν μερισμόν, καὶ τὴν διανομὴν τῶν ἐκείνου δέχονται χαρισμάτων, καὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἐνεργείας· καὶ γλώσσαις λαλοῦσιν οὐκ ἀνθρωπίναις τε καὶ βαρβάροις, ἀλλὰ γλώσσαις ἀγγέλων, καὶ φωναῖς ἀποῤῥήτοις τισὶ καὶ οὐρανίαις, καὶ διερμηνεύουσι τὰ ὑψηλὰ καὶ ἀπόῤῥητα τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν Πνεύματι θείῳ, καὶ προφητεύουσι, καὶ ὁρῶσιν ὑπερφυῶς τὸν ἀόρατον σὺν ἐκείνοις, καὶ ἀποκαλύψεων ὑπερφυῶν ἀξιοῦνται καὶ μυστηρίων ἀῤῥήτων. Καὶ θαυματουργοῦσι, καὶ νόσους ἀνιάτους ἰῶνται κατ' ἐκείνους ἐπικλήσει Χριστοῦ μόνῃ· οὐ σωμάτων, φημί, μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῶν· μᾶλλον δὲ καὶ νεκρωθείσας διὰ τῆς ἁμαρτίας, πρὸς ζωὴν ἐπανάγουσιν αὖθις, ὃ δὴ καὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως πολλῷ μεῖζον. Καὶ δαίμονας ἐξ ἀνθρώπων δραπετεύειν ποιοῦσι, θεοὶ κατὰ χάριν ὑπὸ τοῦ μόνου κατὰ φύσιν Θεοῦ χειροτονηθέντες παθῶν καὶ δαιμόνων· ὡς καὶ πρὸς Μωσέα πάλαι τὸν μέγαν, *Ἰδοὺ δέδωκά σε θεὸν Φαραώ*, ἔλεγε· τὸ κατὰ τῆς Αἰγύπτου πάθος, καὶ τὰς πληγάς, καὶ τὴν ἐν βυθῷ καὶ θαλάσσῃ πανωλεθρίαν τῶν ἐκγόνων αὐτῆς αἰνιττόμενος, ἅπερ ὁ νομοθέτης καὶ στρατηγὸς διὰ τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνου δυνάμεως εἴργασται.

Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι μαθηταὶ καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου παρ' αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν ἐθνῶν ἀποστελλόμενοι κλῆσιν, ταύτην ὑπ' αὐτοῦ τὴν πνευματικὴν σκευὴν ἐνδύονται, καὶ τὴν πανοπλίαν, ὑπὲρ τῶν σωζομένων ἀνθρώπων, κατὰ τῆς κατεχούσης δαιμονικῆς τυραννίδος. Καὶ γάρ, *Ἀπελθόντες*, φησί, *κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει· Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς· ὄφεις ἀροῦσι· κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ· ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν.* Ἃ δήπου καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη κατὰ τὰς ἀψευδεῖς τοῦ Δεσπότου ἐπαγγελίας, ὀλίγα μὲν δεηθέντων λόγου τῶν ἀποστόλων πρὸς τοὺς τοῦ Ἑλληνισμοῦ καὶ τῆς εἰδωλολατρείας ἀντεχομένους· τὸ δὲ πλεῖστον, ἢ καὶ τὸ πᾶν σχεδόν, τοῖς ὑπερφυέσι σημείοις καὶ τοῖς θαύμασι καταπραξαμένων, καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν ταύτην ἐκκλησίαν νύμφην ἄσπιλον παραστησάντων αὐτῷ κατὰ Παῦλον.

Οὐδ' Ἑλληνισμοῦ, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων κτισμάτων λατρείας, καὶ δὴ καὶ τῆς δαιμονικῆς κατὰ τῶν

A *summationem sæculi* [a], illustrem successionem, et communem horum cum ipsis apostolatum ministeriumque honoris item æqualitatem insinuantem.

Vera autem et justa me dicere, nec ob singularem quo eos diligo amorem quidquam (ut alicui videri possim) non conveniens, ad gratiam de his Patribus affirmare, inde constabit. Etiam hos Christus discipulos et apostolos divino Spiritu, quemadmodum illos instituit, et Evangelium, et prædicationem, et communem hominum salutem perinde illis commisit: etiam hi linguas igneas desuper a Spiritu descendentes, divisionemque et distributionem gratiarum, et insignium operationum, ut illi suscipiunt; nec humanis ac barbaris, sed angelorum linguis, et vocibus arcanis cœlestibusque B loquuntur; divinoque Spiritu imbuti, a Deo inspiratarum Scripturarum sublimia et recondita interpretantur et prophetant, et cum prophetis miro quodam modo non aspectabilem aspiciunt, revelationibusque et mysteriis inexplicabilibus digni habentur. Et miranda opera efficiunt, et morbos desperatos, ut illi, sola Christi imploratione curant; nec corporum tantummodo, sed animarum quoque; imo vero per peccatum jam mortuas in vitam restituunt, quod majus est quam corporibus spiritum reddere. Præterea dæmones a membris humanis fugant, vitiosarum affectionum dæmonumque dii, per gratiam, ab eo, qui solus per naturam Deus est, creati, ut olim ad magnum illum Mosen: C *Ecce*, inquit, *constitui te Deum Pharaonis* [b], quibus verbis Ægypti cladem et plagas, atque in profundo mari extremam Ægyptiorum perniciem obscurius significavit, quas legislator et ductor admirabili illius potentia invexit.

Primum igitur discipuli et ministri Verbi, ab eo ad gentium vocationem missi, hoc habitu spirituali, et omni armorum genere propter salvandos homines, adversus diabolicam in eos dominationem induuntur. Ait enim: *Euntes prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient; linguis loquentur novis; serpentes tollent; et si mortiferum* D *quid biberint, non eis nocebit; super ægros manus imponent, et bene habebunt* [c]. Quæ omnia nimirum juxta Domini promissa, a mendacio aliena, eventus comprobavit, quando apostoli adversum gentiles, idolorumque cultores sibi astantes sermone parum eguerunt: maximamque partem, vel potius pene totum signis inusitatis et prodigiis confecerunt: et hanc ex ethnicis congregatam Ecclesiam, sponsam ei immaculatam, secundum Paulum [d], exhibuerunt.

Græcorum porro superstitione, falsorum deorum et creaturarum adoratione, et dæmoniaca in hu-

[a] Matth. XXVIII, 20. [b] Exod. VII, 1. [c] Marc. XVI, 15-18. [d] Ephes. V, 27.

mines tyrannide, Christi virtute per sanctos apostolos pulcherrime de medio sublatis, aliam viam tentat persecutor, non jam palam et aperte (haud enim istiusmodi certaminum, ut undique expulso ac devicto, locus ei de integro dabatur), sed dolo complurium deorum cultum, et ἀθεΐαν rursus inducens: quam cum a principio quondam contra protoplastos in paradiso fraudulenter peperisset, multisque sæculis naturam nostram ea tyrannide oppressam tenuisset, ad se denuo divinum cultum honoremque revocare impudens laboravit, nec crucem, nec Dei sanguinem reveritus, per quæ crudele ejus imperium destructum est; sed post destructionem adhuc cauda palpitans draco, et ad ultionem luctamque amens, et impius seipsum turpissime exsuscitans. Hoc autem nihil aliud est quam improbissimarum hæresum contra Christi Ecclesiam nova tyrannis, et inanis fidei persecutio; post Nerones, inquam, Trajanos, Decios, Diocletianos, Maximianos et Maximinos, et quotquot primæ impietatis et ἀθεΐας præsides ac duces exstiterunt, Sabellios, Arios, Apollinarios, secundæ ἀθεΐας defensores nobis excitans, et Ecclesiæ Christi persecutores, non minus quam illos, nisi etiam acerbiores: quod cum Christi nomen ferrent, inquit (magistrorum enim meorum verba iterum usurpabo), pseudochristi et Christianorum opprobria erant; quibus et facere impietas, et pati dedecus videbatur; quod non putarent nos affici injuria neque in nos magnificum martyrii nomen convenire, sed nos etiam hic furari quodammodo veritatem, et pati ut Christianos, cum interim ut impii pœnas exsolveremus. Atque idcirco excitatum est nobis, inquit, cornu salutis, et lapis angularis, sibi nos et nosmet mutuo eadem compage conjungens. Immissa est suo tempore admiranda hæc theologorum trinitas; aut ignis purgans fæces ac sordes, aut ventilabrum rusticum, quo levitas et gravitas dogmatum secernitur; aut ferrum, nequitiam radicitus exscindens. Et Verbum suos sibi adjutores invenit; et Spiritus qui pro ipso spirare velint, nanciscitur. Hinc secunda vocatio et apostolatus, et Evangelii nova prædicatio, chori Patrum theologorum, inquam, contra secundam impietatem et ἀθεΐαν, apostolorum scilicet post apostolos, et evangelistarum post evangelistas, et theologorum post theologos; et Petrus, et Joannes, qui videntur et sunt columnæ Ecclesiæ Christi: et post illos tertius illis conglutinatus, et æque honorandus Paulus, tametsi tempore paulo posterior; zelo tamen, studio, arte, et evangelicis certaminibus par, eisdemque et confœderatus; ipsi vertices et præsides chori hujus, sicut ante memini.

Verum enimvero primorum discipulorum et apostolorum robur in signis ac portentis, in linguis, revelationibus, vaticiniis consistebat, per quæ universum sub sole mundum vivificarunt, et ad ea verbis non multis opus habuerunt, id quod

A ἀνθρώπων τυραννίδος καὶ βίας, δυνάμει Χριστοῦ κάλλιστα γεγονότων ἐκ μέσου διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, ἄλλην ἔρχεται πείρας ὁδὸν ὁ διώκτης· οὐχ ἔτι μὲν παῤῥησίᾳ (οὐδὲ γὰρ ἦν αὐτῷ χώρα τῶν τοιούτων αὖθις ἀγώνων, πανταχόθεν ἐξεληλαμένῳ καὶ ἡττημένῳ), δόλῳ δὲ τὴν φίλην πολυθεΐαν, καὶ ἀθεΐαν καὶ πάλιν εἰσάγων, ἥνπερ ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν ἐν παραδείσῳ δολίως ὠδινήσας κατὰ τῶν πρωτοπλάστων, καὶ ταύτῃ τυραννήσας ἐπὶ μακρὸν τὴν ἡμῶν φύσιν, εἰς ἑαυτὸν πάλιν τὸ πρὸς Θεὸν σέβας καὶ τὴν τιμὴν ἐσπούδασεν ἕλκειν, μηδὲ τὸν σταυρὸν, καὶ τὸ Θεοῦ φρίττων ὁ ἀναιδὴς αἷμα, δι' ὧν ἡ τυραννὶς αὐτοῦ κατελύθη· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν ἔτι τῷ οὐραίῳ σπαίρων ὁ δράκων, καὶ πρὸς ἄμυναν δῆθεν καὶ πάλην ὁ ἄνους καὶ ἄθεος ἑαυτὸν αἴσχιστα

B διεγείρων. Καὶ τοῦτο καὶ τῶν κακίστων αἱρέσεων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ τυραννὶς αὖθις, καὶ ὁ κενὸς τῆς πίστεως διωγμὸς, μετὰ Νέρωνάς φημι, καὶ Τραϊανοὺς, καὶ Δεκίους, ἢ Διοκλητιανοὺς, καὶ Μαξιμιανούς τε καὶ Μαξιμίνους· καὶ ὅσοι τῆς πρώτης ἀσεβείας καὶ ἀθεΐας προστάται, Σαβελλίους τε, καὶ Ἀρείους, καὶ Μακεδονίους, καὶ Ἀπολλιναρίους ἡμῖν ἐξεγείρας, τοὺς τῆς δευτέρας ἀθεΐας προμάχους, καὶ διώκτας τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον· ὅσῳ τοῦ Χριστοῦ, φησὶ, φέροντες ὄνομα (τὰ γὰρ τῶν ἐμῶν διδασκάλων καὶ πάλιν φθέγξομαι) ψευδόχριστοι καὶ Χριστιανοῖς ὄνειδος ἦσαν· οἷς καὶ τὸ ποιεῖν ἄθεον, καὶ τὸ πάσχειν ἄδοξον, τῷ μηδὲ ἀδικεῖσθαι δοκεῖν, μηδὲ

C τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα προσεῖναι τὴν μαρτυρίαν, ἀλλὰ κἀνταῦθα κλέπτεσθαι τὴν ἀλήθειαν, πάσχοντας ὡς Χριστιανοὺς ὡς ἀσεβεῖς κολάζεσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο ἠγέρθη, φησὶ, κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἠδικημένοις, καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος, συνδέων ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις ἡμᾶς. Ἐνεβλήθη κατὰ καιρὸν ἡ θαυμαστὴ, φημὶ, τῶν θεολόγων αὕτη τριάς· ἢ πῦρ καθαρτήριον τῆς φαύλης ὕλης καὶ μοχθηρᾶς· ἢ πτύον γεωργικὸν, ᾧ τὸ κοῦφον τῶν δογμάτων, καὶ τὸ βαρὺ διακρίνεται· ἢ μάχαιρα τὰς τῆς κακίας ῥίζας ἐκτέμνουσα. Καὶ ὁ Λόγος εὑρίσκει τοὺς ἰδίους συμμάχους, καὶ τὸ Πνεῦμα παραλαμβάνει τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πνεύσοντας. Διὰ ταῦτα ἡ δευτέρα κλῆσις, καὶ ἀποστολὴ, καὶ τὸ εὐαγγελικὸν αὖθις κήρυγμα, τοῦ χοροῦ, φημὶ, τῶν θεολόγων Πατέρων, κατὰ τῆς δευτέρας ἀσεβείας καὶ

D ἀθεΐας, τῶν μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν μετὰ τοὺς εὐαγγελιστὰς, καὶ θεολόγων μετὰ τοὺς θεολόγους, καὶ Πέτρος, καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες καὶ ὄντες στῦλοι τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, καὶ τρίτος μετ' ἐκείνους ὁ συμφυὴς καὶ ὁμότιμος Παῦλος, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ βραχὺ μετ' ἐκείνους, ἀλλὰ τῷ ζήλῳ, καὶ τῇ σπουδῇ, καὶ τῇ τέχνῃ, καὶ τοῖς ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου ἀγῶσιν ἴσος καὶ ὁμοταγὴς ἐκείνοις, καὶ σύμπνους· οἱ κορυφαῖοι καὶ προκαθήμενοι τοῦ χοροῦ τούτου, καθὰ δὴ καὶ προὔφην.

Ἀλλὰ τοῖς μὲν πρώτοις μαθηταῖς τε καὶ ἀποστόλοις ἐν σημείοις τε καὶ θαύμασι, καὶ γλώσσαις, καὶ ἀποκαλύψεσι, καὶ προφητείαις τὸ κράτος ἦν, δι' αὐτῶν ζωγρήσασι τὴν ὑφ' ἥλιον πᾶσαν· καὶ βραχέα τινὰ πρὸς ἐκεῖνα δεηθεῖσι τοῦ λόγου, καθάπερ

εἰπὼν ἔφθην· τοῖς δέ γε κορυφαίοις τούτοις, τοῖς μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἀποστόλοις καὶ θεολόγοις, μηδὲ τούτων ἐνδεῶς μηδοπωστιοῦν ἐσχηκόσιν, ἐν λόγοις καὶ περὶ λόγους ἦν ὁ ἀγὼν καὶ τὸ κράτος. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ πρὸς εἴδωλα καὶ φανερὰν κτισμάτων λατρείαν, ἀλλὰ πρὸς ὕφαλόν τινα καὶ κεκρυμμένην ἀθεΐαν καὶ δουλείαν αὖθις κτισμάτων ὁ ἀγὼν ἦν τοῖς κυβερνήταις τούτοις τοῦ παγκοσμίου σκάφους τῆς Ἐκκλησίας. Τί γὰρ καὶ ἐβούλετο τοῖς διώκταις τὸ Θεὸν μὲν ὁμωνύμως καλεῖν τὸν μονογενῆ, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμότιμον τοῦ Θεοῦ Λόγον, εἰς κτίσμα δὲ τοῦτον κατάγειν· τὸ δὲ συμφυές τε καὶ σύνθρονον αὐτοῦ Πνεῦμα μήτε Θεὸν ὀνομάζειν, καὶ εἰς κτίσιν κατασπᾷν ὁμοίως καὶ τοῦτο; ἡ πονηρὰ, φημὶ, διαίρεσις Ἀρείου καὶ ἀθεΐα. Τί δὲ ἡ Σαβέλλειος συναλοιφὴ καὶ σύγχυσις τῶν τριῶν εἰς τὸ ἕν; ὡς μήτε τρία, μήτε ἓν κατ' ἐκείνους τὸ προσκυνούμενον εἶναι, ἡ καινὴ καὶ ἀλλόκοτος ἀθεΐα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ Χριστοῦ φέροντες ὄνομα, οἱ πολέμιοι Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας, ἀμφίβολόν πως Χριστιανοῖς, ἢ Χριστιανῶν τοῖς ἁπλουστέροις τε καὶ ἀτέχνοις τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀνεύρεσιν ἐνεποίουν. Διὰ τοῦτο τοῖς κορυφαίοις τῶν διδασκάλων περὶ τὸν λόγον πᾶς ὁ ἀγὼν ἦν, ὅπερ ἔφην, καὶ τὸν αὐτὸν ἔδει καὶ τὸ οἰκεῖον παιδεύειν, καὶ πείθειν, καὶ πρὸς εὐσεβείας καταρτίζειν, καὶ τὸ ἀλλότριον ἀποσκευάζεσθαι· μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς τῆς κακοδοξίας ἐξελέγχειν προστάτας, βλασφημίας εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντας. *Ἔθεντο γὰρ καὶ εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα*, κατὰ τὸν μακάριον φάναι Δαβὶδ, *καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς*, τὸν οὐρανὸν κλινόντων εἰς γῆν, καὶ μετὰ τῆς κτίσεως ἀριθμούντων φύσιν τὴν ὑπερκόσμιον· ἣν οὐδὲ χωρεῖν ἡ κτίσις δύναται, κἂν μεθ' ἡμῶν τι γένηται λόγῳ φιλανθρωπίας, ἵν' ἡμᾶς ἑλκύσῃ πρὸς ἑαυτὴν χαμαὶ κειμένους. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τοιοῦτοι, καὶ οὕτως ἔχοντες, ἄλλοι Σεναχηρεὶμ τινες, καὶ Ναβουχοδονόσοροι κατὰ Ἱερουσαλὴμ τε καὶ Ἰουδαίας, ἢ Δαρεῖοι, καὶ Ξέρξαι, καὶ ἡ πολυθρύλλητος Περσικὴ στρατιὰ, καὶ ἀριθμοῦ κρείττων, ὥς φασι, κατὰ τῆς Ἑλλάδος.

Μᾶλλον δὲ τοῖς διδασκάλοις τούτοις καὶ αὖθις δεῖ παραχωρῆσαι τοῦ λόγου, τὰ ἑαυτῶν ὑπὲρ πᾶσαν καὶ γλῶτταν, φημὶ, καὶ διάνοιαν ἄριστα διδάσκουσι, καὶ ὡς οὐδείς πω τῶν πάντων. Ἦν ὅτε ἤκμαζε τὰ ἡμέτερα, φησὶ, καὶ καλῶς εἶχεν, ἡνίκα τὸ μὲν περιττὸν τοῦτο, καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον οὐδὲ πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλὰς, τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ εὐγενὲς τοῦ λόγου εὐσεβεῖν ἐνομίζετο. Ἀφ' οὗ δὲ Σέξτοι, καὶ Πύῤῥωνες, καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα, ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες τὰς ἐκκλησίας ἡμῶν εἰσέφθειρε καὶ ἡ φλυαρία παίδευσις ἔδοξε, καὶ ὅ φησι περὶ Ἀθηναίων ἡ βίβλος τῶν Πράξεων, εἰς οὐδὲν ἄλλο εὐκαιροῦμεν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον· ταύτης τῆς λύσσης ἤρξατο μὲν Ἄρειος ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, ὃς καὶ δίκην ἔδωκεν ἀκολάστου γλώσσης· τὴν ἐν βεβήλοις τόποις κατάλυσιν, εὐχῆς ἔργον οὐ νόσου

A supra tetigi. At istis principibus, apostolorum successoribus ac theologis, ne hic quidem ulla ratione pauperibus, in sermone, et circa sermones atque doctrinam omne certamen ac robur fuit. Quoniam non adversus idola, manifestumque creaturarum cultum, sed contra subdolam quamdam, et occultam in Deum impietatem, et novam erga creaturas servitutem conflictus a gubernatoribus istis navis Ecclesiæ totius mundi suscipiebatur. Quid enim sibi volebant persecutores, cum unigenitum, et consubstantiale, et honore æquale Dei Verbum communi nomine Deum appellarent, et idem nihilominus ad creaturam usque deprimerent; connaturalem porro, et ejusdem throni socium spiritum
B nec Dei vocabulo nominarent, et ad creaturarum ordinem similiter detraherent? perversa, inquam, divisio et ἀθεΐα Arii. Quid Sabelliana commistio, et trium in unum confusio? ut secundum illos neque tria neque unum esset, quod adoratur nova et absurda ἀθεΐα. Quin etiam Christi nomen gerentes, dubium Christianis, sive Christianorum simplicioribus et rudibus certamen et veritatis inventionem faciebant. Quocirca ab ipsis magistrorum coryphæis opera omnis in sermonem et doctrinam collata est, ut dixi, eumdemque et domesticos erudire, suadendoque ad pietatis numeros componere, et alienos amoliri oportebat; imo vero improbarum opinionum patronos redarguere, blasphemias in altum loquentes: *Posuerunt quippe*
C *in cœlum os suum*, ut beatus David ait [7], *et lingua eorum transivit in terram*, dum cœlum in terram inclinant, et cum creatura naturam supermundanam numerant, quam neque comprehendere creata res potest; etsi ex benignitate quidpiam nobiscum factus est, ut nos humi jacentes ad se attraheret. Cæterum illi quidem tales sunt, et ita se habent. Alii Senacheribi et Nabuchodonosores contra Jerusalem, et Judæam inveniuntur; aut Darii et Xerxes, et ille fama notissimus et innumerabilis adversus Græciam Persarum exercitus.

At enim præstat magistris hisce rursum auscultare, sua ita docentibus, ut melius nulla lingua, nullum ingenium possit. Erat, inquit, cum vige-
D rent res nostræ, et bono loco essent; quando scilicet ista supervacanea, verborumque fucis et arte instructa tradenda theologiæ ratio ad divinas caulas accessum neutiquam reperiebat: contra simplex et ingenua oratio pietas ducebatur. Sed postquam Sexti et Pyrrhones, et contradicendi studiosa lingua, haud secus quam gravis quidam morbus, et prava consuetudo ecclesias nostras corrupit, et nugacitas visa est eruditio; et quod Actorum liber de Atheniensibus refert [8], ad nihil aliud vacamus, quam ad dicendum audiendumve aliquid novi; hunc furorem Arius ille, a furore (a Marte) nomen sortitus, inchoavit; qui etiam petulantis linguæ supplicium pertulit, in locis sor-

[7] Psalm. LXXII, 9. [8] Act. XVII, 22 seq.

A didis anima exspirata, quod illi piorum votis et precibus, non morbi alicujus violentia contigit; atque instar Judæ, propter similem Verbi proditionem disruptus est. Alii in morbum succedentes, artem impietatis fabricati sunt, qui divinitatem ingenito definientes, genitum et procedentem simul Deitatis finibus excluserunt, nominis duntaxat communione Trinitatem venerantes; quin ne istud quidem ei relinquentes.

At nos, scientes in unum tria contrahere impietatis esse, et novitatis introductæ a Sabellio, qui primus contractionem divinitatis commentus est, et tria dividere naturis, divinitatis peregrinam et inusitatam sectionem esse, et unum pulchre conservamus (deitati videlicet), et tria (quod ad proprietates attinet) pie docemus; B nec per unum deitatem confundimus; nec per tria distrahimus, sed intra metas pietatis manentes, immoderatam in utramque partem inclinationem reprehensionemque devitamus. Quamobrem mediam ac regiam viam secantes (in quo et virtutis laus sita est, ut moralium rerum peritis placet), credimus in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, consubstantialitatem, unam eamdemque gloriam, quibus et baptismi perfectio nititur, et nominibus et rebus ipsis; nosti enim, initiate, illum esse negationem ἀθεΐας, et confessionem Deitatis: atque ita consummamur, unum quidem in essentia cognoscentes, et adoratione communi atque indivisa affirmantes; tria C autem in hypostasibus, sive (quod quidam malunt) in personis; ne inepti sint, qui de his litigant, quasi in verbis potius quam in rebus pietatem nostram constituamus. Sed times, ne τριθεΐα, id est triplex divinitas, tibi exprobretur. Tu quod habes bonum tibi retine, in tribus scilicet unionem: mihi pugnam sine. Patiare me navim compingere, tu navi utere. Etiamsi alius sit, qui naves fabricetur, tamen tu me tuam sine fabricari. Tu hanc securus habita; et licet ejus causa nihil laboraris, nihilominus cursu prospero navigabis. Aut incole domum meam, qui hæc construxi et paravi, quamvis ad ea studium operamque nullam impenderis. In nubem ingrediamur. Da mihi tabulas cordis tui. Sum tibi Moses, etsi hoc dictu est audacius. Inscribo digito Dei novum decalogum: inscribo compendio salutis. Quod si quæ bestia hæretica et rationis expers est, intra maneat: aut periculum erit, ne sermone veritatis lapidetur.

γενόμενος, καὶ τὴν Ἰούδα ῥῆξιν ὑποστὰς ἐπ' ἴσῃ προδοσίᾳ τοῦ λόγου· διαδεξάμενοι δὲ ἄλλοι τὴν νόσον, τέχνην ἀσεβείας ἐδημιούργησαν, οἱ τῷ ἀγεννήτῳ τὴν θεότητα περιγράψαντες, τὸ γεννητὸν, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκπορευτὸν, ἐξώρισαν τῆς θεότητος, ὀνόματος κοινωνίᾳ μόνον τὴν Τριάδα τιμήσαντες· ἣν μηδὲ τοῦτο αὐτῇ τηρήσαντες.

Ἀλλ' ἡμεῖς, εἰδότες τὸ μὲν εἰς ἀριθμὸν ἕνα τὰ τρία συστέλλειν ἀθεότητος ὂν, καὶ τῆς Σαβελλίου καινοτομίας, ὃς πρῶτος συστολὴν θεότητος ἐπενόησε· τὸ δὲ τὰ τρία διαιρεῖν φύσεσι κατατομὴν θεότητος ἔκφυλον· καὶ τὸ ἓν καλῶς ἐτηρήσαμεν, θεότητι γάρ· καὶ τὰ τρία εὐσεβῶς ἐκηρύξαμεν, ἰδιότησι γάρ· οὔτε τῷ ἑνὶ συγχέαντες, οὔτε τοῖς τρισὶ διαστήσαντες, ἀλλ' ἐν ὅροις μείναντες τῆς εὐσεβείας, τῷ φυγεῖν τὴν ἄμετρον ἐπὶ θάτερα κλῆσίν τε καὶ ἀντίθεσιν. Διὰ τὴν μέσην βαδίζοντες, φησὶ, καὶ βασιλικὴν (ἐν ᾧ καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν ἕστηκεν, ὡς δοκεῖ τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς), πιστεύομεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα, ἐν οἷς καὶ τὴν τελείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν τὸ βάπτισμα (οἶδας ὁ μυηθεὶς) ἄρνησις ὂν ἀθεΐας, καὶ ὁμολογία θεότητος· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως, τὰ δὲ τρία ταῖς ὑποστάσεσιν, εἴτ' οὖν προσώποις, ὅ τισι φίλον. Μηδὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀσχημονείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, οὐκ ἐν πράγμασιν. Ἀλλὰ δέδοικας μὴ τριθεΐαν ὀνειδισθῇς. Ἔχε σὺ τὸ ἀγαθὸν, τὴν ἐν τοῖς τρισὶν ἕνωσιν· ἐμοὶ τὴν μάχην παράπεμψον. Ἔασον ἐμὲ ναυπηγὸν εἶναι, σὺ χρῶ τῇ νηΐ. Καὶ εἰ ναυπηγός ἐστιν ἕτερος, ἐμὲ λάβε τῆς οἰκείας ἀρχιτέκτονα. Σὺ ταύτην οἴκει μετὰ ἀσφαλείας· καὶ εἰ μηδὲν ἐμόχθησας, οὐχ ἧττον εὐπλοήσεις. Ἢ οἴκει τὴν οἰκίαν ἐμοῦ τοῦ ταῦτα κατασκευάσαντος, καὶ εἰ μηδὲν περὶ ταῦτα πεφιλοπόνηκας. Εἴσω τῆς νεφέλης χωρήσωμεν. Δός μοι τὰς πλάκας τῆς σῆς καρδίας. Γίνομαί σοι Μωϋσῆς, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, ἐγγράφω δακτύλῳ Θεοῦ νέον δεκάλογον· ἐγγράφω σύντομον σωτηρίαν. Εἰ δέ τι θηρίον αἱρετικὸν καὶ ἀλόγιστον, κάτω μενέτω· ἢ κινδυνεύσει λιθοβολούμενον τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας.

D Non temere igitur, neque a scopo aberrans ego illa de istis, qui sunt æquales apostolis, et apostoli, et theologorum antesignani, antea protuli, etiam hos cum Petro et Paulo, et filius tonitrui, primi illius chori capitibus in mundum a Christo missos, qui secundam ἀθεΐαν, et creaturarum cultum post illos, et cum illis, virtute Verbi, veræque ac primæ sapientiæ igne spiritus penitus exurerent, et Ecclesiam ejus, defectionis discrimini proximam, propter hiemem, ventos contrarios, et procellas dæmonum artificio concitatas calefacerent, ardoremque pristinum redaccenderent. Per quos videlicet consequimur, ut sancte vivamus, ut sacerdo-

Οὐ μάτην ἄρα, οὐδ' ἔξω τοῦ σκοποῦ βάλλων ἐγὼ ἐκεῖνα περὶ τῶν ἰσαποστόλων, καὶ ἀποστόλων τούτων, καὶ κορυφαίων θεολόγων φθάσας ἔλεγον, ὅτι καὶ τούτους μετὰ Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ τῶν υἱῶν τῆς βροντῆς, τῶν τοῦ πρώτου χοροῦ, φημὶ, κορυφαίων, εἰς τὸν κόσμον Χριστὸς ἐξαπέστειλε, τὴν δευτέραν ἀθεΐαν, καὶ τὴν λατρείαν τῶν κτισμάτων, μετ' ἐκείνους καὶ σὺν ἐκείνοις δυνάμει λόγου καὶ τῆς ἀληθινῆς καὶ πρώτης σοφίας τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος καταφλέξοντας, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐκείνου κινδυνεύουσαν ἐκλιπεῖν ἤδη τῷ χειμῶνι, καὶ ταῖς δαιμονικαῖς ἀντιπνοίαις θερμανοῦντας καὶ ἀναζωπυρήσοντας, δι' ὧν δήπου καὶ τὸ καλῶς ζῆν ἡμῖν, καὶ ἱεράσθαι, καὶ διδάσκειν, καὶ

ἀκροᾶσθαι, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐπιγινώσκειν πίστιν, καὶ πολιτείαν ἀπταίστως καὶ καθαρῶς τῇ ἐκείνου σοφῇ προνοίᾳ περίεστι. Ἠκούσατε γὰρ τῶν θείων ἐκείνων φωνῶν, ἃς δι' αὐτῶν ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον θεοπρεπῶς ἀπεφθέγξατο. *Ἐβρόντησε καὶ γὰρ ὄντως ἐξ οὐρανοῦ ὁ Κύριος, καὶ ὁ Ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ*, καὶ διὰ τουτωνὶ τῶν μεγάλων· *καὶ ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ ἐσαλεύθη, καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐσαλεύθησαν ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ*· Ἅτινα δὴ ταῦτα, καὶ ὅντινα τὸν σάλον αὐτῶν ὑποληπτέον; Οἶμαι δὲ τοὺς ἀπὸ γῆς καὶ κοιλίας φωνοῦντας, καὶ τὰ τοῦ πνεύματος λαλεῖν ἐπιχειροῦντας χωρὶς πνεύματος. *Οὓς οὐκ ἀπέστειλα*, φησὶν ὁ Θεὸς, *καὶ αὐτοὶ προεφήτευον*. Ἔτι δὲ καὶ τὸν αὐτοὺς ὑποκινοῦντα, καὶ λαλεῖν τὰ τοιαῦτα διδάσκοντα, τὸν προστάτην καὶ ἀρχηγόν φημι τῆς κακίας ἄνωθεν, ὃν δήπου καὶ ὄρος μέγα, καὶ Λευϊαθὰν τῇ θείᾳ Γραφῇ καλεῖν ἔθος, τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου Κυρίου σαλευόμενόν τε, καὶ κλονούμενον, καὶ ἰλιγγιῶντα. *Ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου*, φησὶν ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας, *καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ*. Καὶ ἵνα πάλιν πρὸς τὸν σοφώτατον ἐπανέλθω Δαβὶδ, *εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν*. Ὃ καὶ Παῦλος ὁ μέγας περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν συναποστόλων ἐκεῖθεν ἐξείληφε. Καὶ, *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*, φησί· *ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Καὶ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν*. Οὐδὲν γὰρ τὸ κωλύον καὶ ἡμέραν τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπικαλεῖν χάριν διὰ τὴν τοῦ φωτὸς αἴγλην καὶ τὴν λαμπρότητα, καὶ νύκτα τὴν αὐτὴν αὖθις διὰ τὸ βαθύ τε καὶ δυσθεώρητον. *Ἔθετο γὰρ*, φησὶ, *σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ*, τὸν θεῖον αὐτοῦ λόγον, καὶ τὸ βάθος τῆς γνώσεως, καὶ τῆς σοφίας, τοὺς τοῦ φωτὸς καὶ τῆς ἡμέρας υἱοὺς τούτους διδασκούσης οὓς καὶ νύκτα τις εἰπὼν, οὐκ ἂν ἁμάρτῃ τοῦ προσήκοντος, οἶμαι, διὰ τὸν ἐπιπροσθοῦντα δηλαδὴ τοῦ σαρκίου ζόφον, καὶ τὴν ἀχλὺν, τῷ φωτὶ τῆς δόξης Κυρίου διακοπτόμενα· κατὰ τὸν αὐτὸν αὖθις εἰπεῖν προφήτην, *Ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου*, λέγοντα. Καὶ, *Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου*. Καὶ, *Ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς*. Καὶ ὁ αὐτὸς αὖθις· *Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούωνται αἱ φωναὶ αὐτῶν*· τοὺς λόγους ἐκείνους, καὶ τὰς ἄνωθεν φερομένας τούτων φωνὰς ἢ βροντὰς προαναφωνῶν· πᾶσαν ἀκοήν τε καὶ γλῶσσαν, ἀπ' ἄκρων γῆς εἰς ἄκρα διαλαβούσας, καὶ πάντα κατασχούσας τῇ μεγαλοφωνίᾳ τὰ πέρατα. Περὶ ὧν δήπου καὶ τὸν θαυμαστὸν οἶμαι προειπεῖν Ἡσαΐαν, *Ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιὼν* (τὴν

A tio bene fungamur et doceamus, et audiamus, et evangelicam atque apostolicam fidem agnoscamus. Et quo vitam sine offensione ac pariter degamus, ab ipsorum sapienti providentia accipimus. Audistis enim cœlestes ipsorum voces, quas nobis per eos Spiritus sanctus divinius est locutus : *Intonuit enim revera de cœlo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam* [9], etiam per hosce magnos ; *et illuxerunt coruscationes ejus orbi terrarum ; et commota est, et contremuit terra* [10] ; *et fundamenta montium conturbata sunt* [11], *a facie Domini, et a facie Dei Jacob* [12]. Quæ porro ista, et quam ab eis Ecclesiæ jactationem tempestatemque importari judicabimus ? Hos esse opinor, qui a terra, e cerebro suo clamant, et quæ spiritus sunt, citra spiritum loqui

B non reformidant. *Quos ego non misi*, ait Dominus, *et ipsi prophetabant* [13]. Præterea instigantem illos, et docentem loqui talia, ducem auctoremque scelerum ab initio: quem divina Scriptura [14] montem magnum, et Leviathan nuncupare consuevit, lumine faciei Domini agitatum, et quassatum, et vertigine correptum : *A facie formidinis Domini*, inquit magniloquentissimus Isaias, *et a gloria fortitudinis ejus* [15]. Atque, ut ad sapientissimum Davidem revertar : *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* [16]. Unde et insignis ille Paulus de se et coapostolis illud interpretatus est [17]. Et : *Cœli enarrant gloriam Dei*, inquit, *et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Et dies*

C *diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam* [18]. Nihil enim prohibet etiam diem vocare spiritus gratiam, propter luminis splendorem et claritatem ; et eamdem rursus noctem, propter profunditatem nempe et difficultatem quam habet contemplatio : *Posuit enim tenebras latibulum suum* [19], divinum puta verbum suum, et profundum cognitionis ac sapientiæ, hosce lucis ac diei filios docentis : quos si quis etiam noctem nominaverit, mea sententia, ab eo quod decet nihil faciet alienum, propter incurrentem carunculæ hujus caliginem et tenebras, quæ lumen gloriæ Dei intercidunt ; ut cum eodem Propheta iterum dicam : *Deus meus, illuminabis tenebras* [20]. Et, *Signatum est super nos lumen vultus tui* [21]. Et : *Sit splendor*

D *Domini Dei super nos* [22]. Idem rursus: *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum* [23]; horum sermones illos, et de cœlo delatas voces, sive tonitrua prænuntians : quæ omnium aures atque linguas ab extremis terrarum usque ad extrema comprehenderunt, omnesque mundi fines magniloquentia sua occuparunt. De quibus sane inclytum quoque Isaiam vaticinatum reor : *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion*, Ecclesiam Christi, inquam. *Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem*,

[9] Psal. XVII, 14. [10] Psal. LXXVI, 19. [11] Psal. XVII, 8. [12] Psal. CXIII, 7. [13] Jerem. XIV et XXIII. [14] Job. II et XL. [15] Isa. II 19, 21. [16] Psal. XVIII, 5. [17] Rom. X, 18. [18] Psal. XVIII, 1, 2. [19] Psal. XVII, 12. [20] ibid. 29. [21] Psal. XLIX, 7. [22] Psal. LXXXIX, 17. [23] Psal. XVIII, 4.

Exaltate, nolite timere. Sacerdotes loquimini ad cor Jerusalem. Dimissa est enim iniquitas illius [24]. Et hæc quidem hactenus.

Sed quoniam et speculatoris Dei, et legislatoris Mosis, similiter ejusdem spectatores, et legislatores, de Deo philosophantes et docentes hi paulo ante meminerunt: ait enim, in nubem ingrediamur, da mihi tabulas cordis tui: sum tibi Moses (quamvis hoc dictu audax sit), inscribo digito Dei decalogum; inscribo compendium salutis: ne hoc quidem transeundum opinor, quin pro viribus consideremus: præsertim cum ab ipsis adeo sublimiter et magnifice prolatum sit. Quid igitur? Quæ est oratio mea? Hi quoque, ut Moses ille clarissimus, pastorali virga ab eo qui est, sibi tradita, diique Pharaonis et hostilis exercitus ejus appellati, in tenebrosam et persecutricem Ægyptum, in perversam, inquam, et ratione carentem ἀθεΐαν descenderunt, divinoque verbo, et digito Dei, sicut ille, plagis sævissimis eam flagellarunt. Deinde etiam populum Domini inde educentes, *in manu potenti et brachio excelso* [25], profundum falsæ infidelitatis, ligno crucis, atque in eo suffixi admiranda imitatione, et communi salute, quam in medio terræ ipse solus operatus est, post illum, et cum illo pertransierunt, Ægyptiumque, et superbam mentem, Pharaonem dico, qui animo cernitur, cum omnibus copiis submerserunt, equos, et ascensores, et duces ibidem marinis aquis obruerunt; et victoriale carmen cum ipsi cecinerunt, tum populum Domini similiter canere docuerunt. Iidem cum Mose montem conscenderunt, Amelec improbum pravarum motionum architectum extensione manuum, et figura novi mysterii, ineffabilibus intelligentiæ efficacitatibus prostraverunt; qui post primam illam illustremque victoriam Dei populum impudenter iterum invaserat. In columna lucis et nubis per solitudinem iis præiverunt. Manna quod sub rationem cadit, Christum, inquam, in alimoniam immortalitatis affatim his præbuerunt. De petra percussa, lateris Domini videlicet melle, novo quodam modo eos saturarunt: idque tanto excellentius, quanto hæc typis illis et adumbrationibus excelsiora, majestatisque pleniora sunt. Quid amplius? Dei jussu Sinai monte conscenso, sine fulguribus, tonitruis, procella et caligine (quibus initiati exterrentur) et ignem perrumpunt, et cum Mose nubem ingrediuntur, et in tabulis non lapideis, sed in cordibus carnalibus, digito Dei (ut cum ipsis rursus dicam) novum decalogum et compendium salutis inscribunt: et hic quidem sacrosanctæ Trinitatis, et divinum Christi œconomiæ mysterium, illic Evangelio affinem vivendi modum, mandatorumque implendorum viam insculpunt (*fides* siquidem *sine operibus mortua est* [26], ut opera sine fide: quod etiam ipsi docuerunt), inde non jam cum Mose, sed plus quam Moses

A Χριστοῦ Ἐκκλησίαν φημί). *Ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. Λέλυται γὰρ ἡ ἀδικία αὐτῆς.* Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦ θεόπτου καὶ νομοθέτου Μωσέως οἱ θεόπται καὶ νομοθέται θεολογοῦντες καὶ διδάσκοντες οὗτοι πρὸ βραχέος ἐμνήσθησαν· εἴσω καὶ γάρ, φησί, τῆς νεφέλης χωρήσωμεν· δός μοι τὰς πλάκας τῆς σῆς καρδίας· γίνομαί σοι Μωϋσῆς (εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν)· ἐγγράφω δακτύλῳ Θεοῦ νέον δεκάλογον· ἐγγράφω σύντομον σωτηρίας· οὐδὲ τοῦτο δεῖν, οἶμαι, παραδραμεῖν ἀθεώρητον κατὰ δύναμιν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν ἐκείνων οὕτω ῥηθὲν ὑψηλῶς τε καὶ μεγαλοπρεπῶς. Τί οὖν φημι; Καὶ τίς ὁ ἐμὸς λόγος; Καὶ οὗτοι, κατὰ Μωσέα τὸν B μέγαν τὴν ποιμαντικὴν ῥάβδον ἐγχειρισθέντες παρὰ τοῦ ὄντος, καὶ θεοὶ Φαραὼ χρισθέντες, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἀντικειμένης δυνάμεως, εἴς τε τὴν σκοτεινὴν καὶ διώκτριαν Αἴγυπτον, τὴν πονηράν φημι καὶ ἀλόγιστον ἀθεΐαν, κατῆλθον, καὶ λόγῳ θείῳ, καὶ δακτύλῳ Θεοῦ, κατ' ἐκεῖνον, πληγαῖς βαρυτάταις ταύτην ἐμάστιξαν. Εἶτα καὶ τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν ἐκεῖθεν ἐξαγαγόντες, *ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ*, τόν τε βυθὸν τῆς ἁλμυρᾶς ἀπιστίας ξύλῳ σταυροῦ, καὶ τῇ τοῦ ἐν αὐτῷ παγέντος θαυμαστῇ ἐκμιμήσει καὶ κοινῇ σωτηρίᾳ, ἣν ἐν μέσῳ τῆς γῆς αὐτὸς μόνος εἰργάσατο, μετ' ἐκεῖνον, καὶ σὺν ἐκείνῳ διέῤῥηξαν, καὶ τὸν Ἀσσύριον, καὶ ὑπερήφανον νοῦν, τὸν νοητὸν Φαραὼ λέγω, πανστρατὶ κατεβάπτισαν, ἵππους, καὶ ἀναβάτας, τρι- C στάτας αὐτόθι καταποντίσαντες, καὶ τὸν ἐπινίκιον αὐτοί τε μεγαλοπρεπῶς ᾄσαντες, καὶ τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν ᾄδειν ὡσαύτως διδάξαντες. Ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀνῆλθον μετὰ Μωσέως, καὶ οὗτοι τὸν Ἀμαλὴκ, τὸν πονηρὸν τῶν παθῶν προστάτην, ἐκτάσει χειρῶν καὶ τύπῳ καινοῦ μυστηρίου ταῖς ἀλαλήτοις ἐνεργείαις τοῦ νοῦ καθεῖλον· μετὰ τὴν πρώτην καὶ μεγάλην ἐκείνην νίκην ἰταμῶς τῷ λαῷ Κυρίου καὶ πάλιν ἐπιτιθέμενον. Στύλῳ φωτὸς καὶ νεφέλης ἐν ἐρήμῳ τούτους ὡδήγησαν. Τὸ μάννα τὸ νοητὸν, Χριστὸν, εἰς τροφὴν ἀμβροσίαν ἀφθόνως τούτοις δεδώκασιν· ἐξ ἀκροτόμου πέτρας, τῆς δεσποτικῆς δηλαδὴ πλευρᾶς, μέλι καινῶς τούτους ἐχόρτασαν, ὅσῳ ταῦτα τῶν τύπων ἐκείνων ὑψηλότερά τε καὶ μεγαλοπρεπέστερα. Εἶτα τί; Τὸ Σίναιον ἀναβάντες D λόγῳ Θεοῦ, ἀστραπῶν καὶ βροντῶν δίχα, καὶ θυέλλης, καὶ γνόφου (τοὺς ὑπ' αὐτοῦ μυσταγωγουμένους ἐκδειματούντων), τό τε πῦρ διακόπτουσι, καὶ μετὰ Μωσέως τῆς νεφέλης εἴσω χωροῦσι, καὶ πλαξὶν οὐ λιθίναις, ἀλλὰ καρδίαις σαρκίναις, δακτύλῳ Θεοῦ, κατ' αὐτοὺς ἐκείνους αὖθις εἰπεῖν, ἐγγράφουσι νέον δεκάλογον, ἐγγράφουσι σύντομον σωτηρίας, ἔνθεν μὲν τὸ τῆς μεγάλης Τριάδος, καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς Χριστοῦ οἰκονομίας, θεῖον μυστήριον, ἐκεῖθεν δὲ τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν, καὶ τὴν τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσιν ἐγχαράττοντες (ἐπειδὴ *πίστις χωρὶς ἔργων νεκρὰ*, ὡς ἔργα δίχα πίστεως, αὐτοὶ φθάσαντες ἔφησαν), εἶτ' ἐκεῖθεν οὐχ ἔτι μετὰ Μωσέως,

[24] Isa. xl, 9 10. [25] Psal. cxxxv, 21. [26] Jac. ii, 20.

A κόσμου τοὺς αὐτῆς χορευτὰς ὑπὸ Χριστοῦ προσειρῆσθαι, υἱοὺς Θεοῦ καὶ Θεοὺς χρηματίζοντας κατὰ χάριν, τῇ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου κατὰ φύσιν Θεοῦ δι' αὐτῆς ἐκμιμήσει. Ταπεινοφροσύνης δὲ καὶ ἀγάπης τῶν ὄντως ὑψηλῶν καὶ τελειοποιῶν ἀρετῆς πάσης τίνες μετὰ Χριστὸν, καὶ τοὺς πρώτους μαθητὰς, καὶ ἀθληταὶ, καὶ τεχνῖται, καὶ ῥήτορες ὤφθησαν ἄκροι πλὴν τούτων τῶν μακαρίων; Τίνες οὕτω καὶ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, καὶ τὴν καρδίαν συντετριμμένοι, καὶ πρᾶοι, καὶ ταπεινοὶ γεγόνασιν ὄντως, ὡς αὐτοὶ μὲν εἰκόνες τινὲς καὶ ἐκμαγεῖα χρηματίσαι καὶ κατ' αὐτὰ ταῦτα Χριστοῦ, κατὰ τὸν αὐτοῦ, φημὶ, λόγον (*Μάθετε* καὶ γὰρ, φησὶν, *ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ*), τοῖς δ' ἀνθρώποις οἱ αὐτοὶ πάλιν καὶ ὁδηγοὶ, καὶ ἀρχηγοὶ, καὶ θαυμαστοὶ διδάσκαλοι, καὶ θεῖα γενέσθαι πρωτότυπα, καὶ πράττοντες, καὶ λέγοντες, καὶ λογογραφοῦντες τά γε τοιαῦτα;

B Quod si etiam charitatis in proximum ille secundum divina oracula supremus omnium terminus est, eum non modo diligere ut seipsum, sed necessitate postulante, animam quoque ejus causa, vitamque contemnere: (*Majorem enim charitatem nemo habet*, inquit, *quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis* [24]; quod quidem Christus cum dixisset, mox opere ipso implevit, cum semet pro nobis in mortem tradidit; Paulus autem discipulus post illum solus est ausus pro Judæorum salute talia sibi imprecari: *Optabam*, inquit, *anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ;*) annon similiter isti ad supremam lineam processerunt mandatorum extremæ perfectissimæque charitatis, idem C cum beato Paulo non dubitantes dicere? Quid enim de semetipsis hac in re scribunt? Audeo, inquit Chrysostomus, majus quiddam de nobis, quam Apostolus, affirmare. Adeo vos complector, adeoque revereor hanc decentem stolam, et colorem continentiæ, et sacros hosce conventus, et augustam virginitatem, et puritatem et nocturnam psalmodiam, et amorem in pauperes, et hospites, ut etiam anathema a Christo esse, et pati instar damnati velim, tantum ut staretis nobiscum et communiter Trinitatem celebraremus.

Εἰ δὲ καὶ τῆς θείας ἀγάπης ἀκρότατος ὅρος ἐκεῖνός ἐστι κατὰ τοὺς θείους δηλονότι χρησμοὺς, τὸ μὴ μόνον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπᾷν τὸν πλησίον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ παραιτεῖσθαι ἐν τῷ τῆς χρείας καλοῦντι (*Μείζονα γὰρ ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει*, φησὶν, *ἵνα θῇ τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ* · ὅπερ ὁ μὲν Χριστὸς εἰπὼν καὶ ἔργοις αὐτίκα πεπλήρωκεν, ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς θάνατον δεδωκώς· Παῦλος δ' ὁ μαθητὴς μετ' ἐκεῖνον ἐτόλμησε μόνος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἰουδαίων σωτηρίας ἑαυτοῦ τὰ τοιαῦτα κατεύξασθαι· *Εὐχόμην* καὶ γὰρ, φησὶν, *ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου τῶν κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται*)· ἆρ' οὐχὶ καὶ οὗτοι πρὸς τὸν ἀκρότατον ἤλασαν ὅρον τῆς τῶν ἐντολῶν κορυφαίας ἀγάπης, ἐκεῖνα μετὰ Παύλου τοῦ μακαρίου τετολμηκότες ὡσαύτως; Τί γὰρ περὶ ἑαυτῶν αὐτοὶ περὶ τούτων φασὶ γράφοντες; Τολμῶ τι καὶ μεῖζον ὑπὲρ ἡμῶν, φησὶ, τοῦ Ἀποστόλου φθέγξασθαι· τοσοῦτον ὑμῶν περιέχομαι, καὶ τοσοῦτον ὑμῶν αἰδοῦμαι τὴν εὔκοσμον ταύτην στολὴν, καὶ τὸ χρῶμα τῆς ἐγκρατείας καὶ τὰ ἱερὰ ταῦτα συστήματα, καὶ τὴν σεμνὴν παρθενίαν καὶ κάθαρσιν, καὶ τὴν πάννυχον ψαλμῳδίαν, καὶ τὸ φιλόπτωχον, καὶ φιλάδελφον, καὶ φιλόξενον, ὥστε καὶ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ, καὶ παθεῖν τι ὡς κατάκριτος δέχομαι, μόνον εἰ σταίητε μεθ' ἡμῶν, καὶ κοινὴν τὴν Τριάδα δοξάσαιμεν.

Sed hæc quidem propter illos, qui ab Ecclesia D Christi extranei sunt videlicet, adeo mirabilia et Dei imitatione referta, sicut dixi. Videamus nihilominus quæ propter internos, et legitimos, divinitatemque Spiritus confitentes et adorantes dixerit. Vellem, inquit, si possem, ante oculos vobis constituere, quam erga vos gero charitatem. Nihil quippe mihi vobis est amabilius, ne ipsa quidem lux ista. Millies enim optarem ipse orbari luminibus, si ita animas vestras convertere possem: adeo mihi salus vestra hujus lucis aspectu jucundior est. Nam quid juvant radii solis, quando oborta

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑπὲρ ἐκείνων τῶν ἔξω τῆς Ἐκκλησίας δηλονότι Χριστοῦ, οὕτω θαυμαστά τε καὶ θεομίμητα, καθάπερ ἔφθην εἰπών. Ἴδωμεν δ' ὡσαύτως καὶ τὰ ὑπὲρ τῶν ἔνδον καὶ γνησίων αὐτῆς, καὶ ὑγιῶς τὴν θεότητα τοῦ Πνεύματος ὁμολογούντων, καὶ προσκυνούντων. Ἐβουλόμην, εἰ οἷόν τε, φησὶν, ὄψει αὐτῇ τὴν ἀγάπην ἣν περὶ ὑμᾶς ἔχω, ἐνδείξασθαι. Οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ ποθεινότερον ὑμῶν, οὐδὲ τοῦτο τὸ φῶς. Μυριάκις γὰρ εὐξαίμην ἂν αὐτὸς πηρωθῆναι, εἴ γε ἐνῆν διὰ τούτου τὰς ὑμετέρας ἐπιστρέψαι ψυχάς· οὕτως αὐτοῦ τοῦ φωτὸς γλυκίων ἐμοὶ ἡ σωτηρία ἡ ὑμετέρα. Τί γὰρ ὄφελός μοι τῶν

[23] Matth. XI, 29. [24] Joan. XV, 13.

A ἀκτίνων τῶν ἡλιακῶν, ὅταν ἡ δι' ὑμᾶς ἀθυμία πολὺ κατασκεδάζῃ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ σκότος; Τὸ γὰρ φῶς τότε καλὸν, ὅταν ἐν εὐφροσύνῃ φαίνῃ. ἐπεὶ τῇ λυπουμένῃ ψυχῇ καὶ παρενοχλεῖν δοκεῖ. Ὅτι δὲ οὐ ψεύδομαι, μὴ γένοιτο μέν ποτε πεῖραν λαβεῖν· πλὴν εἴ ποτε συμβαίνῃ τινὰ ὑμῶν ἁμαρτεῖν, καθεύδοντί μοι παράστητε. Εἰ μὴ τοῖς παραλύτοις ἔοικα, εἰ μὴ τοῖς ἐξεστηκόσι, καὶ κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον, *Καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου καὶ αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ*, καὶ εἰ μή μέ τις ἔκρινε φιλοτιμίας περιττῆς, εἶδες ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέραν πηγὰς δακρύων ἀφιέντα. Ταῦτα δέ μοι σύνοιδεν ὁ οἰκίσκος καὶ ἡ ἐρημία. Πιστεύσατε γάρ μοι· τῆς μὲν ἐμαυτοῦ σωτηρίας ἀπέγνων· τὰ γὰρ ὑμέτερα θρηνῶν, οὐδὲ σχολὴν ἔχω τὰ ἐμαυτοῦ κακὰ πενθεῖν. Οὕτω μοι πάντα ὑμεῖς B ἐστε· κἂν αἴσθωμαι ἐπιδιδόντας ὑμᾶς, οὐκ αἰσθάνομαι τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Κἂν ἴδω μὴ ἐπιδιδόντας, ὑπὸ τῆς ἀθυμίας πάλιν παραπέμπομαι τὰ ἐμὰ, φαιδρὸς μὲν ὢν ἐπὶ τοῖς ὑμετέροις ἀγαθοῖς, κἂν μυρία ἔχω δεινά· σκυθρωπὸς δὲ ἐπὶ τοῖς ὑμετέροις λυπηροῖς, κἂν μυρία κατορθώματα ᾖ. Τίς γὰρ ἡμῖν ἐλπὶς, ὑμῶν μὴ προκοπτόντων; Τίς δὲ ἀθυμία, ὑμῶν εὐδοκιμούντων; Πτεροῦσθαι δοκῶ, ὅταν τι περὶ ὑμῶν ἀκούσω χρηστόν. Πληρώσατέ μου τὴν χαράν. Γένοιτο σωθῆναι ὑμᾶς, καὶ δοῦναι λόγον ἐμὲ δι' ὑμᾶς· ὑμᾶς σωθῆναι, καὶ ἐμὲ ἐγκαλεῖσθαι, ὡς μὴ πληρώσαντα τὰ παρ' ἐμαυτοῦ. Οὐ γὰρ τοῦ δι' ἐμοῦ σωθῆναι ὑμᾶς φροντίζω, ἀλλὰ τοῦ σωθῆναι μόνον δι' ὁτουδήποτε. Τοσοῦτον μόνον εἰσήνεγκα εἰς τὴν εὐχὴν, ὅτι ἐπιθυμῶ ὑμῶν τὴν C προκοπὴν, ὅτι φιλῶ, ὅτι συμπέπλεγμαι, ὅτι πάντα μοι ὑμεῖς ἐστε, καὶ πατὴρ καὶ μήτηρ, καὶ ἀδελφοὶ, καὶ καὶ παιδία· καὶ εἴ γε ἐνῆν τὴν καρδίαν ἡμῶν ἀναῤῥῆξαι, ἐπιδεῖξαι, πάντας ὑμᾶς εἴδετε ἂν μετὰ πολλῆς ἔνδον ὄντας τῆς εὐρυχωρίας, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, καὶ ἄνδρας. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἀγάπης δύναμις, καὶ τοῦ οὐρανοῦ εὐρυχωροτέραν ποιεῖ τὴν ψυχήν.

Τοιαῦτα τὰ τῶν ἱερῶν καὶ τρισολβίων τούτων Πατέρων καὶ διδασκάλων καὶ τὰ περὶ ἀγάπης, καὶ ὑπὲρ ἀγάπης Θεοῦ, τά τε πράγματα καὶ οἱ λόγοι, φημὶ, ὡς καὶ περὶ τούτων ἡμᾶς ἀπὸ μέρους ἐνταῦθα δεῖξαι· οὕτω θαυμαστὰ καὶ ὑπερφυᾶ, καὶ ὑπὲρ τὸν κάτω τουτονὶ λόγον, καὶ τὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἄξια μόνου Θεοῦ, καὶ τῆς αὐτῶν ψυχῆς, καὶ τῆς D ἀρετῆς, καὶ οὐδὲ τὸ θαυμάζεσθαι πρὸς ἀξίαν διὰ τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὸ μέγεθος ἔχοντα. Μᾶλλον δ' ἵνα καὶ πάλιν τοῖς θαυμαστοῖς αὐτῶν λόγοις ὑπὲρ τούτων αὐτῶν καὶ ἐν τούτοις χρήσωμαι· τοῦτο καὶ γὰρ κατὰ πολὺ βέλτιον· τοῦτο τῶν μακρῶν πόνων καὶ λόγων λυσιτελέστερον, οὓς πάντες ἤδη λογογραφοῦσιν, οἷς τι καὶ φιλοτιμίας συνέζευκται· καὶ διὰ τοῦτο ἴσως τι καὶ καινοτομεῖται περὶ τὸν λόγον. Τοῦτο τῶν πολλῶν ἀγρυπνιῶν καὶ χαμευνιῶν προτιμότερον, τῶν μέχρι τῶν κατορθούντων τὸ κέρδος· τοῦτο τῶν ἀοιδίμων ἐξοριῶν, καὶ φυγῶν, καὶ λιθασμῶν, καὶ λοιδοριῶν, καὶ ὕβρεων ἐπικερδέστερόν τε καὶ χαριέστερον. Ὑπὲρ γὰρ ἐκείνου καὶ ταῦτα παθεῖν εἵλοντο. Διὸ

vestri causa ægritudo, oculis magnas offundit tenebras? Tunc enim lux bona et grata est, quando hilaritate hauritur: animæ enim mœrenti etiam molestiam videtur apportare. Hujus veritatis absit ut unquam periculum faciatis. Verumtamen, si quando contigerit ex vobis peccare quempiam, me dormientem convenite. Si non sum similis paralyticis, si non amentibus, et, ut loquar cum Propheta: *Et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum* [22], et nisi quis judicet me supra modum ambitiosum, videres me quotidie fontes lacrymarum emittentem. Harum mihi conscia est domuncula et solitudo. Credite mihi, spem salutis meæ pene abjicio: dum enim vestra defleo, nunquam mea mala lugendi otium mihi est; ita mihi omnia vos estis. Si sensero vos proficere, præ gaudio mala mea non sentio. Si videro non proficere, præ animi dolore rursum mea dimitto, ut qui exsultem vestris bonis, etsi mala habeam innumera: contristor autem vestris malis, etiamsi innumerabilia adsint mihi recte facta. Quid enim sperem ego, si vos non proficiatis? Cur autem me quidquam tristem reddat, si vos recte geratis? In sublime videor evolare, cum boni quippiam de vobis audio. Implete gaudium meum; liceat vobis salutem assequi, me autem propter vos reddere rationem, vobis dari salutem, me accusari, quod muneri meo non satisfecerim. Non enim curo, ut per me salvi sitis, sed solum, ut salvi sitis, quacunque ratione. Hoc tantum est votum meum, quod progressus vestros desidero, quod vos amo, quod vos complector, quod vos mihi estis omnia, et pater, et mater, et fratres, et filii, et, si liceret cor nostrum rumpere, et vobis omnibus exhibere, videretis in magna latitudine intus esse et uxores, et filios, et maritos. Ejusmodi enim est virtus charitatis, animamque vel cœlo ipso capaciorem facit.

Talia sunt sanctorum et ter beatorum istorum Patrum, talia, inquam, de charitate, et pro charitate Dei et facta, et dicta, qualium nos hic partem aliquam ostendimus, adeo admiranda, et ultra modum egregia, et terrenis istis humanisque verbis superiora, soloque Deo ipsorumque anima et virtute digna, et quæ ne admirari quidem pro dignitate ob excellentiam magnitudinemque possis. Quin imo, ut denuo singularibus eorum verbis pro his ipsis etiam in his utar, hoc longe præstat, hoc diuturnis illis laboribus ac sermonibus multo est conducibilius, quos nunc omnes scriptitant, qui ambitione quadam tenentur, atque ideo fortasse circa fidei doctrinam quædam immutantur. Hoc multis vigiliis et chameuniis est præclarius, quarum commodis fruuntur, qui eas obeunt. Hoc fama celebratis exsiliis, fugis, lapidationibus, contumeliis, injuriis multo est lucrosius et gratiosius. Pro illo enim hæc etiam perpeti voluerunt. Quamobrem et illud: *Si diligis me, Petre, pasce oves*

[22] Psal. xxxvii, 11

meas [26], ad nobilem illum coryphæum, tertium a Christo prolatum, ad se nihilominus plane prolatum rati, etiam sic eum amare, ut ipse amari volebat, verbis et operibus cum Petro studentes, animam quoque, ut ille, pro grege dederunt, et mercedem sacræ functionis in Evangelio prædicando, divinum et inæstimabile præmium a Christo retulerunt. Quid enim deinceps beato discipulo ait? *Amen amen dico tibi: quando eras junior, cingebas te; et ambulabas ubi volebas: quando autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet, quo tu non vis. Hoc autem dixit*, inquit, *significans qua morte esset clarificaturus Deum* [27], perinde ac si diceret, Postquam munus pastorale meum, et gregem meum suscepisti, ut ego volo, et ita me diligere confessus es, hoc præmium dignissimum a me reportabis, ut per mortem et crucem me sequaris, itaque glorifices Deum, et glorificeris a Deo.

Hæc et vos, o generosi, æmulantes, et loquentes, operibusque aperte et insigniter demonstrantes, et Petro illo admirando etiam hac in parte nihilo inferiores, similibus item præmiis et appellatione honestati, et cum illo a Christo facti estis *lux mundi, sal terræ, civitas supra montem, et lucerna supra candelabrum posita* [28], quæ in totius mundi domo luceat. Neque ista tantum, sed etiam claves regni cœlorum ideo vobis creditæ sunt. Nec quantum est spatii ab Jerusalem usque in Illyricum, sed orbem majorem Evangelio obivistis, et filii tonitrui non quidem nuncupamini, sed revera estis, et super pectus Jesu recumbentes, inde sermonis efficacitatem profunditatemque intelligentiarum trahitis.

Pœnas autem protomartyris Stephani illustres isti experiri permissi non sunt, lapidantium et occultorum illorum mactatorum quosdam Deo cœlitus cohibente, ob salutem eorum, quibus ipsi salutem pepererunt, ut et ante diximus; aliis pudore et reverentia erga illos captis, succensentibus animis, lapidesque manibus portantibus. Quare et ego supra, ordine, honore, certaminibus per omnia apostolorum Christi principibus pares eos esse confirmavi, et cum Mose collocavi, quin supra Mosen, et Veteris Testamenti prophetas, et legislatores perfectos, et Dei spectatores: utpote qui divinam illam legem sacraque vaticinia scriptis suis illustrarint, et illorum transitum a littera ad spiritum omnes mortales docuerint.

Quod si Moses pro Israele Deo irato dixit: *Si dimittis illis peccatum, dimitte; sin autem, dele me de libro, quem scripsisti* [29], ob ardentem gregis sui amorem cum eo perire non recusans, sane etiam hic, si inquisieris, apud pastores et legislatores

καὶ τὸ, *Εἰ φιλεῖς με, Πέτρε, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου*, πρὸς τὸν μέγαν τουτονὶ κορυφαῖον τρισσῶς εἰρημένον παρὰ Χριστοῦ, καὶ πρὸς αὐτοὺς ὡσαύτως εἰρῆσθαι νομίσαντες ἄντικρυς, καὶ οὕτω φιλεῖν ἐκεῖνον, ὡς ἐκεῖνος ἐβούλετο, καὶ λόγοις καὶ ἔργοις μετὰ Πέτρου σπουδάσαντες, καὶ τὴν ψυχὴν κατ' ἐκεῖνον ὑπὲρ τοῦ ποιμνίου δεδώκασι, καὶ μισθὸν τῆς ἱερουργίας τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ θεοπρεπὲς καὶ ὑπέρτιμον τοῦτο γέρας παρὰ Χριστοῦ ἐκομίσαντο. Τί γάρ φησιν αὐτὸ; μετ' ἐκεῖνα πρὸς τὸν μακάριον μαθητήν; *Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου καὶ ἄλλος σε ζώσει καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις. Τοῦτο δὲ φησιν*, εἶπε, *σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν*· μονονουχὶ τοῦτο λέγων, ὅτι Ἐπειδὴ ἡμετέραν ποιμαντικὴν, καὶ τὸ ἐμὸν ἀνεδέξω ποίμνιον, ὡς ἐγὼ βούλομαι, καὶ οὕτω με φιλεῖν ὡμολόγησας, τοῦτο μισθὸν ἀξιώτατον κομιεῖ παρ' ἐμοῦ, τὸ διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου ἀκολουθῆσαί μοι, καὶ οὕτω δοξάσαι Θεὸν, καὶ δοξασθῆναι θεοπρεπῶς παρ' αὐτοῦ.

Ταῦτα καὶ ὑμεῖς, ὦ γενναῖοι, ζηλώσαντες καὶ εἰπόντες, καὶ λαμπρῶς διὰ τῶν ἔργων ἐπιδειξάμενοι, καὶ τοῦ θαυμαστοῦ Πέτρου μηδὲν ἀπολειφθέντες, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τῶν ὁμοίων γερῶν ὡσαύτως, καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως ἠξιώθητε, καὶ *φῶς τοῦ κόσμου καὶ ἅλας τῆς γῆς, καὶ πόλις ἐπάνω ὄρους κειμένη, καὶ λύχνος ἐπὶ λυχνίου τεθειμένος*, καὶ λάμπων ἐν τῇ παγκοσμίῳ οἰκίᾳ ταύτῃ παρὰ Χριστοῦ, σὺν ἐκείνῳ γεγόνατε. Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ κλεῖς οὐρανῶν σὺν ἐκείνῳ δι' ἐκεῖνα πιστεύεσθε. Καὶ οὐχ ὅσον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, μείζονα δὲ κύκλον τῷ Εὐαγγελίῳ περιλαμβάνετε· καὶ υἱοὶ βροντῆς οὐκ ὀνομάζεσθε μὲν, γίνεσθε δὲ, καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος Ἰησοῦ κείμενοι, ἐκεῖθεν ἕλκετε τοῦ λόγου τὴν δύναμιν καὶ τὸ βάθος τῶν νοημάτων.

Τὰ δὲ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου παθεῖν οἱ γενναῖοι κεκώλυνται· τοὺς μὲν λιθαζόντων, καὶ τῶν κρυπτῶν ἐκείνων σφαγέων ἄνωθεν ἐπισχόντος Θεοῦ διὰ τὴν τῶν σωζομένων ὑπ' αὐτῶν σωτηρίαν, καθὰ δὴ καὶ φθάσαντες ἔφημεν· τοὺς δὲ τῇ πρὸς αὐτοὺς ἐπισχόντας αἰδοῖ, σφαδάζοντας τοῖς θυμοῖς, καὶ τοὺς λίθους φέροντας ἐν χερσί· δι' ἃ δήπου καὶ φθάσας ἐγὼ, καὶ ὁμοταγεῖς, καὶ ὁμοτίμους, καὶ ἐφαμίλλους ἐν ἅπασιν εἶπον τοῖς κορυφαίοις τῶν ἀποστόλων Χριστοῦ, καὶ μετὰ Μωσέως, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ Μωσέα, καὶ τοὺς τῆς Παλαιᾶς πάντας προφήτας καὶ νομοθέτας ἀκριβεῖς καὶ θεόπτας, ἅτε καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖνον νόμον, καὶ τὰς ἱερὰς προφητείας τοῖς ἑαυτῶν λόγοις πρὸς φῶς ἀγαγόντας, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ γράμματος πρὸς τὸ πνεῦμα μετάθεσιν ἐκείνων πάντας διδάξαντας.

Εἰ δὲ καὶ Μωσῆς ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ πρὸς τὸν Θεὸν ὀργιζόμενον ἔλεγεν· *Ἂν μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας*, συναπολέσθαι διὰ τὸ φίλτρον τοῖς ποιμαινομένοις ἑλόμενος, ἀλλὰ κἀνταῦθα τὸ

[26] Joan. xxi, 17. [27] ibid. 18, 19. [28] Matth. v, passim. [29] Exod. xxxii, 10.

A πλέον ἐξετάζων εὑρήσεις παρὰ τοῖς ἐμοῖς ποιμέσι καὶ νομοθέταις. Οὐδὲ γὰρ συναπολέσθαι τοῖς φίλοις καὶ οὗτοι, καθὰ δὴ καὶ Μωϋσῆς, ηὔχοντο, ἀλλὰ προκινδυνεῦσαι μᾶλλον ἐκείνων οὗτοι, καὶ θεῖναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν φίλων μετὰ Χριστοῦ, ἵν' ἐκείνοις τὸ σώζεσθαι περιγένηται. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνο μετὰ Μωσέως πρὸς Θεὸν εἶπον καὶ οὗτοι, κατὰ τῶν ἀπειθῶν δυσχεραίνοντες· *Ἵνα τί ἐκάκωσας τὸν θεράποντά σου; καὶ διὰ τί οὐχ εὕρηκα χάριν ἐναντίον σου, ἐπιθεῖναί μοι τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ τούτου ἐπ' ἐμέ; Μὴ ἐγὼ ἐν γαστρὶ ἔλαβον τὸν πάντα λαὸν τοῦτον; ἢ ἐγὼ ἔτεκον αὐτούς, ὅτι λέγεις μοι, Λάβε αὐτὸν εἰς τὸν κόλπον σου, ὡσεὶ ἄραι τιθηνὸς τὸν θηλάζοντα, εἰς τὴν γῆν ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν;* Οὐχ οὕτω πρὸς Θεὸν περὶ τῶν ποιμαινομένων καὶ οἱ μακάριοι οὗτοι ἔλεγον· B ἀλλ' ἐκεῖνα δήπου τὰ ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑψηλότατα, ἃ δὴ καὶ φθάσαντες αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν ἀξίως ἡμᾶς ἐδίδαξαν.

Μεγάλα μὲν οὖν ταῦτα καὶ ὑψηλά, μᾶλλον δὲ, εἰ οὕτω χρὴ λέγειν, καὶ μεγάλων μείζονα, καὶ ὑψηλῶν ὑψηλότερα, καὶ τῆς τῶν ἀνδρῶν ἀρετῆς, καὶ τοῦ ἤθους ἄξια, καὶ τοῦ διδασκαλίας κράτους, οἰκειουμένου τὰ πέρατα. Οἶμαι γὰρ (ἵν' ἐκ τῶν αὐτῶν πάλιν περὶ αὐτῶν φθέγξωμαι), εἴ τις ἐγένετο ἢ γενήσεται σάλπιγξ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος φθάνουσα, ἢ Θεοῦ φωνὴ τὸν κόσμον περιλαμβάνουσα, ἢ σεισμὸς οἰκουμένης ἔκ τινος καινοτομίας καὶ θαύματος, ταῦτα εἶναι τὴν ἐκείνων φωνὴν καὶ διάνοιαν, τοσοῦτον ἀπολείπουσαν πάντας, καὶ κάτω τιθεῖσαν, ὅσον τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ἡμεῖς.

C Κἀκεῖνοι μὲν οὕτως, καὶ τοιοῦτοι τὰ πρὸς ἡμᾶς εἰσι, καὶ τὴν Χριστοῦ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ὁμοῦ, ὡς μηδὲ παραβάλλεσθαι μηδ' ἁμιλλᾶσθαι περὶ τῶν τοιούτων πρὸς τούτους μηδένας τῶν πάντων ἔχειν μηδοτιοῦν. Ἡμῖν δὲ, φησί, τίς μὲν ἄλλη συλλόγου σήμερον χάρις; τίς δὲ συμποσίων ἡδονή; τίς δὲ ἀγορῶν; τίς δὲ ἐκκλησιῶν; τίς τῶν ἐν τέλει καὶ τῶν μετ' ἐκείνων τρυφή; τίς μοναστῶν, ἢ μιγάδων; τίς τῶν ἀπραγμόνων, ἢ τῶν ἐν πράγμασι; τίς τῶν τὰ ἔξω φιλοσοφούντων, ἢ τὰ ἡμέτερα; Μία, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἡ μεγίστη, τὰ ἐκείνων συγγράμματα καὶ πονήματα. Οὐδὲ γράφουσιν εὐπορία τις ἄλλη μετ' ἐκείνους ἢ τὰ ἐκείνων συγγράμματα. Σιωπᾶται τὰ παλαιά, καὶ ὅσα τινὲς τοῖς θείοις λόγοις ἐνίδρωσαν· βοᾶται τὰ νέα, καὶ οὗτος ἄριστος ἐν λόγοις, ὃς ἂν τὰ ἐκείνων μάλιστα τυγχάνῃ γινώσκων, D καὶ διὰ γλώσσης φέρων, καὶ συνετίζων τὰς ἀκοάς. Ἤρκεσαν γὰρ οἱ τρεῖς ἀντὶ πάντων τοῖς σπουδαιοτέροις εἰς μίμησιν· οἳ δὴ καὶ τὸ καινότατον τοῦτο καὶ θαύματος πλῆρες ἐπὶ πᾶσιν ἔσχον τοῖς προῤῥηθεῖσι, τὸ πρῶτοι καὶ μόνοι παρ' ἑαυτῶν τε καὶ τῶν οἰκείων λόγων, καὶ συγγραμμάτων τὰ ἐγκώμια δέξασθαι, πάσης ἐπιστήμης τε, καὶ λόγων ἰδέας, καὶ τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν· ἐξισταμένων ὁμοῦ πάντων καὶ παραχωρούντων τοῖς μεγάλοις τοῦ λόγου· ὃ δὴ καὶ ἀρχόμενος ἔφην τοῦ λόγου.

meos amplius quiddam invenies Non enim hi cum sibi charis etiam interire Mosis exemplo optabant, sed pro ipsis potius subire discrimina, et cum Christo pro amicis animam ponere, quo illi salute potirentur. Sed neque illud cum Mose hi Deo objecerunt, inobedientibus irati videlicet : *Cur afflixisti famulum tuum, et quare non inveni gratiam coram te, ut imponas pondus universi populi hujus super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, ut dicas mihi, Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, et defer in terram, pro qua juravi patribus eorum* [30]? Non sic super his quos pascebant etiam beati hi locuti sunt : sed illa nimirum, quæ et altissima sunt, et satis prædicari nequeunt, quæ ipsi per se ipsos digne nos docuerunt.

Magna igitur hæc et excelsa, imo, si ita dicere fas est, et magnis majora, et excelsis excelsiora, virorumque tantorum virtuti et moribus respondentia, et potentiæ cujusdam, quæ omnem doctrinæ amplitudinem sibi vendicarit. Sic enim statuo (ut ex ipsorum scriptis de ipsis rursum loquar), si qua fuit, aut erit tuba, late per aerem resonans, aut Dei vox mundum implens, aut terræ universæ tremor, ex novitate aliqua miraculoque, hæc esse illorum voces et sensa, quibus omnes alios antecellunt, et infra se relinquunt, quanto nos bestiarum naturæ antecellimus.

Ac illi quidem ita se habent, talesque sunt, quod ad nos et totam simul Christi Ecclesiam attinet, ut nemo ex omnibus in his cum ipsis conferri, aut contendere ullo modo possit. Nobis autem, inquit, quænam alia hodierni conventus gratia? quæ compotationum jucunditas? quæ fori? quæ principum et familiarium ipsorum voluptas? quæ monachorum, aut conjugatorum? quæ otiosorum, aut occupatorum? quæ externæ, aut Christianæ philosophiæ sectatoribus? Una et per omnia maxima, illorum scripta et labores. Neque enim scriptores posteri aliunde quam ex ipsorum libris copiam suam petunt. Prætereuntur et tacentur vetera, et quæ nonnulli divinæ doctrinæ insudantes laborarunt, nova clamantur et prædicantur, censeturque is doctissimus, qui in ipsorum monumentis quam accuratissime volutatus fuerit, et verbis ea commode efferre, audientesque erudire potuerit. Etenim hi tres studiosioribus ad imitationem præ omnibus sufficiunt; qui id, quod in primis novum et admiratione plenum est, in omnibus prædictis habuerunt, ut primi et soli a seipsis, propriisque sermonibus et scriptis laudari possent, de omni genere scientiæ scriptionumque forma et vi singulari : obstupescentibus simul omnibus, et magnis istis oratione cedentibus : quod principio asserui.

[30] Num. XI, 11, 12.

A Itaque in aliis hominibus diligentibus et socordibus, sapientibus et indoctis, Græcis et Barbaris, et cujusque demum generis illos videas diligere et diligi inter se, quibus eadem studia sunt in amoribus, quique eodem semper curriculo, pari alacritate decurrunt (quandoquidem, ut proverbio fertur, simili similis gaudet); ast quos nunc laudamus, tam incenso tamque inflammato amore simul omnes quasi ex composito prosequuntur, quam nec verbis dici, nec animo capi queat: et Christi quidem discipulos atque imitatores omnes, apostolos, inquam, et martyres, et pastores, et doctores, sanctorumque et justorum totam multitudinem, propter eorum erga communem Dominum charitatem, et ejus imitationem, pro viribus excellenter honorant diliguntque: B verumtamen studio et præcipuo quodam amore non æque, nec secundum omnia singuli in omnes effunduntur; sed hi istos, alii illos, et alius alium vehementius diligunt, et in iis colendis sunt assidui, et pro decoro facultatibus donariis afficiunt: at tres istos omnes diligunt, commendant, suspiciunt, plausibus tollunt, in ore semper habent, exsilientes, cantantes, collaudantes, et quid non præclarissimum de iis claris etiam vocibus prædicantes? eos Patres, magistros, bene meritos, secundum Deum salvatores, gubernatores, theologos, fidei columnas, orthodoxæ fidei propugnatores, hæresum eversores, sanctarum Scripturarum explanatores, sapientes, et Ecclesiæ philosophos atque oratores, C omnia nobis simul post Deum et cum Deo factos pronuntiantes: imo vero, qui omnia nobis fiunt, et fient, neque unquam fieri desinent. Ista istorumque non dissimilia nemo non de hisce magnis admirabundus exclamat. Jam qui in eorum sacrum munus, et humanarum animarum procurationem, Ecclesiarumque gubernationem successerunt, quid opus est dicere? quomodo a divina ipsorum theologia, linguaque pendeant, et quomodo ipsos quæque ipsorum sunt, magis quam hunc aerem spirent, tanquam sacrorum dogmatum magistros, Evangelicæ vitæ duces, et canonas sacerdotum; et omnis boni archetypos, et charitatis, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ simul et justitiæ, et D omnis sapientiæ ac eloquentiæ, omnis divinarum humanarumque rerum scientiæ formas et regulas tutissimas illos habeant: ac neque dicere, neque facere, neque docere, neque adversum sanæ fidei nostræ oppugnatores, sine ipsorum decretis atque consultis, disputandi forma ac methodo, et a Deo inspirata doctrina disputare audeant? Siquidem et cum illis versari familiariter videntur, et quæ illorum sunt, ab ipsis illis intellectuali ac sensibili modo simul, sancta quadam ratione audire: illud propter illorum e superis obumbrationem amoremque quem gerunt nostri singularem, hoc propter sacra eorum volumina. Nec enim nos ita deseruerunt, ut omnino deseruerint.

Quid plura? Si isti usque ad consummationem

Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, σπουδαίων τέ φημι καὶ ῥᾳθύμων, σοφῶν τε καὶ ἀμαθῶν, Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, καὶ πάντων ὁμοῦ, ἐκείνους ἂν ἴδοις φιλοῦντας ἀλλήλους καὶ φιλουμένους τοὺς τῶν αὐτῶν ἐραστάς τε καὶ σπουδαστὰς, καὶ τὴν αὐτὴν μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας ἑκάστοτε τρέχοντας (ἐπειδὴ καὶ φίλον, φασὶ, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον)· τοὺς δὲ νῦν ἐπαινουμένους οὕτω σφοδρῶς τε καὶ μεθ' ὑπερβολῆς καὶ ὁμοῦ καὶ πάντες φιλοῦσιν, ὡς ἀπὸ συνθήματος, ὡς μηδὲ λέγειν ἐξεῖναι, μηδὲ μετρεῖν. Καὶ τοὺς μὲν Χριστοῦ μαθητὰς πάντας καὶ μιμητὰς, ἀποστόλους λέγω καὶ μάρτυρας, καὶ ποιμένας, καὶ διδασκάλους, καὶ τὴν τῶν ὁσίων καὶ δικαίων ἅμα πληθὺν, εἰ καὶ πάντας ὁμοῦ πάντες διὰ τὸ πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην φίλτρον καὶ τὴν κατὰ δύναμιν μίμησιν διαφερόντως τιμῶσί τε καὶ φιλοῦσιν, ἀλλὰ τὴν σπουδὴν, καὶ τὸ φίλτρον οὐχ ὁμοίως, οὐδὲ κατὰ ταυτὰ πάντες πρὸς πάντας ἔχουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν τούτους, οἱ δὲ ἐκείνους, καὶ ἄλλος ἄλλον καὶ φιλοῦσι μᾶλλον, καὶ προσεδρεύουσι, καὶ δωροφοροῦσί γε τὰ εἰκότα καθόσον ἔξεστι· πάντες δ' ὁμοῦ τοὺς τρεῖς τούτους καὶ φιλοῦσι, καὶ ἐπαινοῦσι, καὶ θαυμάζουσι, καὶ κροτοῦσι, καὶ διὰ γλώττης ἀεὶ δήποτε φέρουσι, σκιρτῶντες, βοῶντες, ἀνευφημοῦντες, καὶ τί τῶν καλλίστων οὐ κατ' αὐτῶν κεκραγότες; τοὺς πατέρας, τοὺς διδασκάλους, τοὺς εὐεργέτας, τοὺς σωτῆρας μετὰ Θεὸν, τοὺς κυβερνήτας, τοὺς θεολόγους, τοὺς τῆς πίστεως στύλους, τοὺς προμάχους τῆς ὀρθῆς δόξης, τοὺς τῶν αἱρέσεων καταλυτὰς, τοὺς τῶν θείων Γραφῶν ἑρμηνέας, τοὺς σοφοὺς καὶ φιλοσόφους τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ῥήτορας, τοὺς πάντα ἡμῖν ὁμοῦ μετὰ Θεὸν καὶ μετὰ Θεοῦ γεγονότας· μᾶλλον δὲ καὶ γινομένους, καὶ γενησομένους, καὶ μηδὲ λήξοντας. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κατ' αὐτῶν μετὰ μεγάλου πάντες ἀναβοῶσι τοῦ θαύματος. Οἱ δέ γε τὴν ἐκείνων ἱερὰν λειτουργίαν, καὶ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων οἰκονομίαν ψυχῶν, καὶ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν προστασίαν διαδεξάμενοι μετ' ἐκείνους, τί χρὴ καὶ λέγειν ὅπως τῆς θεσπεσίας αὐτῶν ἐξήρτηνται θεολογίας καὶ γλώττης, καὶ ὅπως αὐτούς τε καὶ τὰ αὐτῶν ὑπὲρ τοῦτον πνέουσι τὸν ἀέρα, καὶ δογμάτων ἱερῶν διδασκάλους καὶ ὁδηγοὺς εὐαγγελικῆς πολιτείας, καὶ κανόνας ἱερωσύνης, καὶ ἀρχετύπους παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ ἀγάπης, καὶ φρονήσεως, καὶ ἀνδρίας, καὶ σωφροσύνης ὁμοῦ, καὶ δικαιοσύνης, καὶ σοφίας παντοίας, καὶ λόγων, καὶ παντοδαπῆς ἐπιστήμης θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τύπους, καὶ κανόνας ἀσφαλεῖς ἔχοντες τούτους· καὶ μηδὲ λέγειν, μηδὲ πράττειν, μηδὲ διδάσκειν, μηδὲ διαλέγεσθαι πρὸς τοὺς ἀντικαθισταμένους τῷ καθ' ἡμᾶς ὑγιεῖ τῆς πίστεως ἀνεχόμενοι λόγῳ τῆς αὐτῶν διαγνώμης δίχα, καὶ τοῦ κανόνος, καὶ τοῦ τύπου τῶν λόγων, καὶ τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας; Ἐπεὶ καὶ συνεῖναι δοκοῦσι τούτοις, καὶ τὰ αὐτῶν παρ' αὐτῶν ἐκείνων νοητῶς ὁμοῦ τε καὶ αἰσθητῶς, τὸ μὲν διὰ τὴν ἐκείνων ἄνωθεν ἐπισκίασιν καὶ τὸ φίλτρον, τὸ δὲ διὰ τῶν ἱερῶν τούτων πυκτίων ἱερῶς ἀκροᾶσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἀπολιπόντες ἡμᾶς παντάπασιν ἀπολείπουσι.

Καὶ τί δεῖ πλείω καὶ μακρότερα λέγειν; Οὗτοι εἰ

μὲν καὶ μέχρι συντελείας ἐν σαρκὶ τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνῆσαν, τῷ παντὶ τῷδε καὶ τῆς αὐτῶν ζωῆς εἰς κοινὸν ὄφελος καὶ θαῦμα καινὸν ὑπερφυῶς συνεκτεινομένης, ὥσπερ οὐρανός τε καὶ ἥλιος, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν ἀστέρων ἐκεῖνος χορὸς, ἢ τῶν μεγάλων τούτων στοιχείων ἡ τετρακτὺς, δι' ὧν ἡ αἰσθητικὴ καὶ ὁρωμένη κτίσις αὕτη τῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος συνέχεται, καὶ πρὸς τὸ ἀδιάλυτον συντηρεῖται· ἢ ψυχή τις κοινὴ καὶ ζωτικὴ τοῦ παντὸς δύναμις· τοῦτο καὶ πρὸς ὑμῶν ἂν ἦν, εἴπερ τι τῶν πάντων, καὶ τοῦ παντὸς ὑπὲρ πάντα τιμώμενον, καί γε τῆς μεγάλης προνοίας καὶ τῆς παντοδυνάμου δυνάμεως ἄξιον· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τούτους ἀνθρώπους ὄντας οὐκ ἦν μὴ τοῖς νόμοις δουλεῦσαι τῆς φύσεως, μηδὲ τὸν χοῦν ἀποδοῦναι τῇ γῇ, γίνεται μὲν κατὰ φύσιν καὶ τοῦτο, ἵνα μὴ καὶ δόξωσιν οὐσία τις ἄλλος εἶναι, καὶ ξένη τὸ καθ' ἡμᾶς ὑποκριναμένη, καὶ τὰ καινὰ, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐκεῖνα τελέσασα· καὶ ἀποδίδοται μὲν κατὰ καιρὸν ὁ χοῦς τῷ χοΐ, ἵνα καὶ τῶν μακρῶν τέως ἀγώνων, καὶ πόνων, καὶ ἱδρώτων, καὶ τῶν παντοδαπῶν ἀναπνεύσῃ κινδύνων· ἀποδίδοται δὲ καὶ τῇ εἰκόνι τὸ κατ' εἰκόνα τρανότερόν τε καὶ τελεώτερον· τὸ δὲ κατ' αὐτοὺς θαῦμα πολλῷ μᾶλλον, καὶ καθ' ὑπερβολὴν νῦν ὑψηλότερόν τε καὶ ὑπερφυέστερον· ὅτι καὶ μεταστάντες, ἡμῶν οὐκ ἀπέστησαν· καὶ τῇ σαρκὶ χωρισθέντες, τῷ πνεύματι μᾶλλον συνήφθησαν, καὶ σύνεισιν ἀχωρίστως τῇ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ, τῆς μεγάλης ἐκείνης προστασίας, καὶ τῆς ποιμαντικῆς κραταιότερον ἀντεχόμενοι, καὶ προπολεμοῦντες τῆς ποίμνης, καὶ τοὺς λύκους ἀναιροῦντες τελείως, οὓς τῇ καλαύροπι, καὶ τῇ τοῦ λόγου σφενδόνῃ παρόντες ἀπήλαυνον πρότερον, ὅσῳ καὶ φθόνου, καὶ βασκανίας, καὶ λιθασμῶν, καὶ διωγμῶν, καὶ ὑπερορίας, καὶ θανάτων παντοδαπῶν νῦν ἀνώτεροι χρηματίζουσι, καὶ δρῶσι, μὴ πάσχοντες, καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν μᾶλλον νῦν γεγονότες ἐξανύουσι κάλλιστα διὰ τῆς αὐτῶν ὑψηλοτάτης διδασκαλίας καὶ τῶν κοινῶν παραινέσεων. Καὶ ἡ μὲν γλῶττα σιγᾷ, καὶ τὰ χρυσᾶ κατὰ φύσιν μέμυκε χείλη· τὰ δ' ἱερὰ πυκτία, καὶ οἱ θεόπνευστοι λόγοι, καὶ τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων οἱ ζῶντες καὶ ἔμψυχοι θησαυροὶ, καὶ τὸ γινώσκειν ὀρθοδόξως αὐτοῦ τὴν θεότητα, ἅπερ ἡμῖν ὡς κλῆρός τις πατρικὸς καὶ ὑπέρτιμος ὑπ' αὐτῶν κατελείφθη, ὡς ἐκ μυρίων βοᾷ γλωσσῶν τε καὶ στομάτων ἀκαταπαύστως. Καὶ ζῶσι μὲν ἐν Χριστῷ τὴν μακαρίαν ἐκείνην ζωὴν καὶ ἀνώλεθρον· ζῶσι δὲ καὶ παρ' ἡμῖν ἐντεῦθεν λαλοῦντες, καθάπερ εἶπον, καὶ τὸν κόσμον μετὰ Χριστοῦ σώζοντες.

Δεῦρο δὴ, περιστάντες με πᾶς ὁ περὶ ἐκείνους φίλος χόρος, συνεργάσασθέ μοι τὴν εὐφημίαν· οἱ ποιμένες τοὺς ποιμένας ἐπαινοῦντες καὶ διδασκάλους· οἱ περὶ τὸ βῆμα, καὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν, καὶ τὴν λειτουργίαν, τοὺς τῆς τάξεως ταύτης, καὶ τῶν ἱερῶν εὐχῶν ἀρχηγούς τε καὶ νομοθέτας· οἱ φιλόσοφοι, καὶ σοφοὶ, καὶ διαλεκτικοὶ, καὶ λογογράφοι, καὶ ῥήτορες, τήν τε πρώτην καὶ ἀνωτάτην σοφίαν, καὶ δὴ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, καὶ κάτω ἀσκοῦντες τοὺς τούτων ἀσκητὰς, καὶ τεχνίτας, καὶ καθηγε-

A sæculi in carne, in mundo, atque inter homines mansissent, et novo portento vita illorum ad communem fructum cum universitate hac supra naturæ cursum duravisset, quemadmodum cœlum et sol, et reliquus ille siderum chorus, aut magnorum horum corporum quaternarius, per quæ creatura hæc sub sensum et aspectum cadens potentia conditoris cohæret, et citra solutionem custoditur: aut anima quædam communis, et vitalis universi virtus; hoc et nobis conduceret, si quid aliud ex omnibus, quavis æstimatione majus, et magnæ providentiæ ac virtuti omnipotenti consentaneum. Sed quoniam et hi homines nati erant, nec poterant naturæ legem effugere, nec pulverem terræ non reddere, debitum persolvunt, ne substantia B quædam a materiæ concretione libera, ac peregrina, nobis tantum assimilata videantur, quæ nova illa et hominis captum excedentia præstet, redditurque suo tempore pulvis pulveri, ut tandem a diuturnis agonibus, laboribus, sudoribus, et omne genus periculis respiret, et imagini quod fuit secundum imaginem purius perfectiusque restituitur. Cæterum admirabilitas ipsorum nunc longe major et nimium miris modis sublimior atque excellentior est. Nam quamvis hinc demigraverint, non tamen a nobis discesserunt, corporibusque separati, spiritu arctius nobiscum conjunguntur, Ecclesiæque Christi inseparabiliter adsunt, magnam illam et pastoralem provinciam C validius complectentes, et pro grege dimicantes, et lupos perfecte occidentes (quos prius, dum hic viverent, pastorali baculo et funda sermonis abigebant), quando et invidia, et malignitate, et lapidationibus, et persecutionibus, et exsilio, et mortibus omnigenis modo superiores dicuntur, et faciunt, nec patiuntur, et quæ supra naturam sunt, res præclarissimas, ipsi naturam transgressi, per sublimissimam doctrinam suam et admonitiones communes nunc magis efficiunt. Ac lingua quidem silet, et aurea labia natura clausit: sacri autem commentarii, et orationes e divino instinctu profectæ, dogmatumque de Deo vivi et animati thesauri, et orthodoxa divinitatis ejus cognitio, quæ ut pretiosissimum patrimonium nobis reliquerunt, innumerabilium linguis et ore D decantantur. Vivunt quidem illi in Christo vitam illam beatam, ab omni interitu semotam: vivunt nihilominus apud nos quoque hic loquentes, ut dixi, et mundum cum Christo salvum præstantes.

Agedum, totus illorum amans chorus me circumsistat, detque mecum illorum laudibus operam. Qui pastores estis, pastores et magistros celebrantes; qui in sacrario versamini, et in sacra mensa operamini; hujus ordinis sacrarumque precationum principes ac præceptores: philosophi et sapientes, dialectici et scriptores, et oratores, quique primam et altissimam, quique humanam et inferiorem sapientiam colitis; horum exercitatores et artifices, et duces, et excelsos magistros,

et oratores. Et ut paucis comprehendam, monachi, A et conjugio copulati, solitariam vitam agentes, et in mediis hominum cœtibus degentes, simplicitate quadam contenti, et morum exactiorum cupidi, qui vel contemplationi, vel rebus agendis sunt deditі : ego vero etiam apostolos invito, et prophetas, quotquot ante et post Christum exstiterunt, et legislatores, et duces, et sacerdotes : siquidem et illi plenius hoc cognoscunt et amant, eorumque omnigenis virtutibus atque scriptis exornantur, et encomiis, verbisque et operibus quasi coronis revinciuntur.

Verum, o pastores sapientes, et magistri, et parentes, et duces, et defensores post primum et solum pastorem, magistrum, defensorem, ac Dominum Ecclesiæ suæ : o servatores post primum B Servatorem, et benefactores post primum benefactorem, et dispensatores fideles ac prudentes, *quos constituit Dominus super familiam suam* [31], hanc dico Ecclesiam ipsius; qui dedistis, et datis, juxta verbum ipsius, conservis *tritici mensuram in tempore;* quos idcirco, ut sequitur, *super omnia sua constituit* [32] : o prophetarum, apostolorum, martyrumque consortes, certaminumque socii, et adjutores, et commilitones : o anima, et lingua, et os, et mens, et sapientia, et virtus, et corona gloriæ, et celebritas, et honos omni honore præstantior, et claritas, et fama, et gloriatio, et basis, et firmamentum Christi Ecclesiæ : habetote etiam a nobis hanc inelegantem et brevem orationem, C seu magnam et sublimem potius : illud propter seipsam imbecillitatemque propriam : hoc propter vos et verba vestra, quibus ipsa tota innititur, et simul contexitur : quod vestra erga humiles et abjectos humanitas et summissio non refugit. Respicite nos de cœlo propitii, et hunc Christi juxta ac vestrum gregem invisite, quem sudoribus et longis laboribus collegistis, olim parvum et imperfectum, juxta verbum vestrum, neque liberis fruentem pascuis, neque ovile implentem, jamque nihilominus vestra inspectione, sedulitate, providentia indigentem, incultum et horridum, ac silvescentem post illam multiplicem diligentiam vestram, uti vineam illam, *quæ facta est dilecto in cornu, in loco pingui* [33], ut apud Isaiam legimus, D parco enim quæ sequuntur dicere, ne panegyrim contaminem. Quoniam nunc magis in Christo vivitis, et res nostras majore miseratione clariusque intuemini, purius et altius in lumine magnæ Trinitatis, et inde sine medio, absque speculis et repræsentationibus illustrationem capessentes; quam decet omnis gloria, honos, adoratio, imperium, majestas et magnificentia, nunc et in omnium sæculorum æternitatem. Amen.

μόνας, καὶ ὑψηλοὺς διδασκάλους, καὶ ῥήτορας· καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, οἱ μονασταὶ καὶ μιγάδες, οἱ τῆς ἐρημίας τε καὶ τῆς πολιτείας, οἱ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἀκριβείας, ὅσοι τῆς θεωρίας, καὶ ὅσοι τῆς πράξεως. Ἐγὼ δὲ καὶ ἀποστόλους καλῶ, καὶ προφήτας, ὅσοι πρό τε Χριστοῦ καὶ μετὰ Χριστὸν, καὶ νομοθέτας, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ἱερέας· ἐπεὶ μᾶλλον ἐκεῖνοι τούτους γινώσκουσι καὶ φιλοῦσι, καὶ τοῖς αὐτῶν ἐγκαλλωπίζονται παντοδαποῖς κατορθώμασι καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν ἀναδοῦνται στεφάνοις τε καὶ τοῖς ἐγκωμίοις, καὶ λόγοις ἅμα καὶ πράγμασιν.

Ἀλλ', ὦ ποιμένες σοφοὶ, καὶ διδάσκαλοι, καὶ πατέρες, καὶ ὁδηγοὶ, καὶ προστάται, μετὰ τὸν πρῶτον καὶ μόνον ποιμένα, καὶ διδάσκαλον, καὶ προστάτην, καὶ Δεσπότην τῆς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίας· ὦ σωτῆρες μετὰ τὸν πρῶτον Σωτῆρα, καὶ εὐεργέται μετὰ τὸν εὐεργέτην, καὶ οἰκονόμοι πιστοὶ καὶ φρόνιμοι, *οὓς κατέστησεν ὁ Κύριος ἐπὶ τῆς οἰκίας*, ταύτης, λέγω, τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας· οἱ δεδωκότες καὶ διδόντες κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον τοῖς ὁμοδούλοις *τὸ σιτομέτριον ἐν καιρῷ*· οὓς, κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον, *καθίστησιν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ* δι' ἐκεῖνα· ὦ προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ μαρτύρων κοινωνοὶ, καὶ σύναθλοι, καὶ συνεργάται, καὶ συναγωνισταί· ὦ ψυχὴ, καὶ γλῶττα, καὶ στόμα, καὶ νοῦ, καὶ λόγε, καὶ σοφία, καὶ ἀρετὴ, καὶ καυχήσεως στέφανος, καὶ κλέος, καὶ ὑπέρτιμος τιμὴ, καὶ λαμπρότης, καὶ δόξα, καὶ καύχημα, καὶ βάσις, καὶ ἔρεισμα τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας (ὡς γὰρ ἕνα τοὺς τρεῖς κατασπάζομαι διὰ τὸ τῆς ἑνώσεως καὶ τῆς συμφυΐας καινὸν, καὶ ὁμότιμον)· ἔχετε καὶ παρ' ἡμῶν τὸν εὐτελῆ καὶ βραχὺν τουτονὶ λόγον, μᾶλλον δὲ καὶ μέγαν καὶ ὑψηλὸν τὸν αὐτόν· τὸ μὲν δι' ὑμᾶς καὶ τοὺς ὑμετέρους λόγους, οἷς αὐτὸς ὅλος ἐρείδεται, καὶ συνεξυφαίνεται διὰ τὴν ὑμῶν πρὸς τὸ ταπεινὸν φιλανθρωπίαν καὶ συγκατάβασιν. Ὑμεῖς δ' ἐποπτεύοιτε ἡμᾶς ἄνωθεν ἵλεῳ, καὶ τὸ Χριστοῦ τοῦτο καὶ ὑμέτερον φιλανθρώπως ἐπισκέπτοισθε ποίμνιον, ὅπερ ἱδρῶσι καὶ πόνοις μακροῖς συνεστήσασθε, μικρόν τε καὶ ἀτελὲς ὂν πάλαι, κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, καὶ μήτε νομὴν ἐλευθέραν ἔχον, μήτε μάνδρᾳ περιεχόμενον· καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον τῆς ὑμῶν ἐπισκοπῆς, καὶ τῆς ἐπιμελείας καὶ προνοίας δεόμενον, χερσομανοῦν, καὶ ὑλομανοῦν, καὶ μετὰ τὴν πολυειδῆ καὶ θαυμαστὴν ἐκείνην ὑμῶν ἐπιμέλειαν, κατὰ τὸν ἀμπελῶνα ἐκεῖνόν φημι, *ὃς ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι*, καθά φησιν Ἡσαΐας. Φείδομαι γάρ τι πλέον εἰπεῖν, αἰδούμενος τὴν πανήγυριν. Ἐπεὶ καὶ ζῆτε μᾶλλον νῦν ἐν Χριστῷ, καὶ συμπαθέστερον καὶ τρανότερον ἐποπτεύετε τὰ ἡμέτερα, καθαρώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον ἐνατενίζοντες τῷ φωτὶ τῆς μεγάλης Τριάδος, καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἐλλάμψεις ἀμέσως δεχόμενοι, τῶν ἐσόπτρων λυθέντων καὶ τῶν ἐμφάσεων· ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[31] Matth. XXIV, 45. [32] Luc. XII, 42. [33] Isa. V, 10.

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΘΕΟΥ

ΑΝΑΤΡΟΠΗ ΤΩΝ ΑΝΑΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΡΜΕΝΟΠΟΥΛΩ ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΜΩΝ.

—

SANCTISSIMI PATRIARCHÆ

DOMINI PHILOTHEI

REFUTATIO SCRIPTORUM APUD HARMENOPULUM ANATHEMATISMORUM.

(Ex *Jure Græco-Romano.* Prologum primi ediderunt Rallis et Potli in Syntagmate, tom. V. Athenis 1851.)

—

A Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου τόμος ἐξεφωνήθη, συμπράξαντος καὶ τοῦ τότε πατριάρχου Ἀλεξίου καὶ τῆς συνόδου, ἀναθεματίζων τοὺς ἐπιχειροῦντας ἀποστασίαν ἢ τυραννίδα κατὰ βασιλέων ποιῆσαι, ὡς ἐντεῦθεν τοὺς ὑπηκόους τῶν οἰκείων δεσποτῶν παρασκευάζοντας ἐπανίστασθαι· ἔχει δὲ οὕτως· « Τοῖς μέλλουσιν ἐπιβουλαῖς ἢ μούλτοις ἀπό γε τοῦ νῦν ἐπιχειρεῖν, ἀνάθεμα. Τοῖς συμπράττουσιν αὐτοῖς, καὶ τοῖς συγκοινωνοῦσιν ἐν τῇ ἀποστασίᾳ, ἀνάθεμα. Τοῖς συμβουλεύουσι, καὶ τοῖς παρορμῶσιν εἰς τὰ τοιαῦτα, ἀνάθεμα Τοῖς συνεκστρατεύουσι τούτοις, ἀνάθεμα. Τοῖς δεχομένοις αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν μὴ μεταμελομένους ἀπὸ τῆς ἀποστασίας καὶ καταλιμπάνοντας αὐτὴν, ἀνάθεμα. »

B Ὅμοιος ἐπὶ τῆς βασιλείας Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, ὃς μετὰ τῶν ἐν τέλει καὶ τοῦ τηνικαῦτα πατριάρχου καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν συνόδου ἐγένετο, ἀναθεματίζων τοὺς ἐπιβουλὴν ἢ ἐπανάστασιν κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀλεξίου βουληθέντας ἐπιχειρῆσαι, καὶ τοὺς αὐτοῖς συναιρομένους.

Ἕτερον παραπλήσιον ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος προβαίνειν παρεσκεύασεν ἐπὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἀνδρονίκῳ, τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ· ἔνθα δὴ παρῆσαν, ὡς εἰκὸς, οἱ ἐν τέλει καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωσήφ, ὅστις ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τὸν τῆς ὁμολογίας ἀνεδήσατο στέφανον, ἔτι δὲ καὶ ἡ ὑπ' αὐτὸν ἱερὰ σύνοδος, οἳ καὶ ἀναθέματι ὑπέβαλον καὶ ἀραῖς φρικωδεστάταις τοὺς ἐπιβουλὴν ἢ ἐπανάστασιν μέλλοντας σκαιωρήσειν εἰς τὸ ἐξῶσαι τῆς βασιλείας τὸν τῆς εὐσεβείας στῦλον, τὸν βασιλέα θεῖον Ἀνδρόνικον. C

Ὁ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς, σεβαστὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ Ἀρμενόπουλε, πῶς οὐ κἀκεῖνο τοῖς γεγραμμένοις προσέθηκας, ὅτι διὰ τοὺς χρυσοῦς καὶ ἁγίους νόμους τοῦ μεγάλου τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρος Ἰωάννου, τοῦ τὴν γλῶτταν χρυσοῦ, περὶ τοῦ μὴ δεῖν Χριστιανοὺς ἀναθεματίζεσθαι, ἕως ἂν δηλονότι τῆς ὀρθῆς ἔχωνται περὶ Θεοῦ δόξης, ἠπράκτησαν οἱ τόμοι, οἱ τοὺς ἀποστατοῦντας καὶ ἐπανισταμένους

Sub regno Constantini Porphyrogeniti, consentientibus Alexio patriarcha et sacra synodo, edictum fuit promulgatum, anathematizans eos qui seditionem movere aut usurpare regnum et cives subjectos a dominis suis alienare ausi fuerint. Ita autem habet: « Anathema ab hocce abhinc die, in eos qui insidias ac tumultum cient. Anathema contra eos qui causam cum istis communem faciunt. Anathema contra eos qui consiliis ac vi ad seditionem excitant. Anathema in eos qui sumptis armis illis obsecundant. Anathema in eos qui hospitio excipiunt apostatas contumaces ac impœnitentes. »

Simile edictum in lucem exiit regnante Manuele Comneno, consentientibus ibidem patriarcha ac synodo, eos qui insidias ac tumultum contra Alexium ejus filium cierent, et ejusmodi tentaminis consortes anathematizans.

Accedit recens edictum, quod imperator Michael Palæologus filii sui Andronici, pii imperatoris causa promulgavit. Interfuerunt autem, ut decebat, clerici et Josephus patriarcha, qui sinceræ pietati confessionis coronam adjunxit, ut et sacra synodus ei subjecta; qui omnes anathemati ac dirissimis exsecrationibus devoverunt quicunque insidias ac seditionem conflare ad expellendum de regno pietatis columnam, imperatorem divum Andronicum ausus fuerit.

Cum peritus sis hujusmodi rerum, venerabilis nomophylax et judex generalis Harmenopule, cur non hoc quoque scriptis adjecisti, quod videlicet propter aureas et sanctas leges illius magni luminis Ecclesiæ Joannis, ab aurea lingua dicti Chrysostomi, quibus prohibentur anathemati subjici Christiani, quam diu rectæ de Deo sententiæ adhærent, esse desierint in usu illi tomi qui

defectionum auctores, et imperatoribus perduelles anathemati devovent? Hoc enim tradit eruditus ille nomophylax, et consimilium tuis studiorum particeps Balsamo, tam in legibus quam canonibus maximam adeptus scientiam atque doctrinam, qui et magnæ illius Antiochiæ patriarcha tandem designatus fuit : id quod ne te quidem ignorare dixerim, virum doctum et hujusmodi rerum in primis studiosum. Aut igitur et illa ascribenda erant iis, quis hisce abs te dicta sunt : aut hæc pulcherrimis et accuratis illis scriptis tuis nequaquam inferenda. Verum ego jam complere volo, quod amici scripto deest : meque minime onerosum, nec superfluum fore arbitror, dum necessaria et æqua, sic ipsa poscente necessitate, suscipio.

Prædictus igitur Antiochenus patriarcha, sapiens ille Balsamo, dum sacros exponit canones, hæc in præfatione expositione canonum synodi Gangrensis dicit :

Præsens ista synodus pro occasione illatorum ab Eustathio malorum, ratione quadam contraria recte statutis ab Ecclesia catholica, cum Eustathio sentientes anathemate feriendos decernit.

Et paulo post :

At aurea præditus ille lingua, orbisque terrarum doctor, dum anathemate percuti vetat hominem fidelem, verbis disertis hæc ait : « Quid igitur est illud, quod dicis anathema? Nimirum ut devoveatur iste diabolo, nec salutis amplius sit particeps, fiat alienus a Christo denique. Et quisnam, quæso, tu es? Majestatis hæc scilicet magnaque potestatis sunt. Quippe tunc considebit rex, et statuet oves a dextris, hædos a sinistris. Cur tantam ipse tibi dignitatem usurpas? » Et paucis interjectis, idem ille Chrysostomus inquit : « Enimvero duobus duntaxat in locis Apostolus hanc vocem necessario videtur expressisse, nec tamen modo quodam definitivo eam produxisse, dum in epistola ad Corinthios ait : Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit : et, Si quis Evangelium vobis tradat præter id, quod accepistis, anathema sit. Quid ergo? quæ illorum nemo fecit, qui potestatem sunt adepti, nisi duntaxat is, qui eam accepit, illa tu audes facere contra mandatum Domini, et ipsius regis judicium anticipas? Nimirum hoc anathema hominem a Christo abscindit. Doceto in mansuetudine, » et quæ sequuntur.

Atque hæc quidem verba sunt Patris Chrysostomi. Subjicit autem Balsamo : Propterea, ceu credi par est, desiit esse in usu tomus ille synodalis, factus sub imperio domini Constantini in Porphyra nati, tum esset patriarcha dominus Alexius, de feriendis anathemate defectionum ac tumultuum auctoribus et adversus imperatores arma suscitantibus ac tyrannidem molientibus. An vero potiora debeant esse, quæ ab hoc magno Patre doctoreque nostro

τοῖς βασιλεῦσιν ἀναθεματίζοντες; Τοῦτο γάρ φησιν ὁ σοφὸς νομοφύλαξ καὶ τῶν ὁμοίων σοι σπουδαστὴς Βαλσαμὼν, ὁ ἐν νόμοις τε καὶ κανόσι μάλιστα πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος, ὁ καὶ πατριάρχης Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἀναδειχθεὶς ὕστερον, ὅπερ οὐδὲ σὲ διαλανθάνειν εἴποιμι ἂν ἔγωγέ ποτε, σοφόν τε ὄντα καὶ σπουδαῖον τὰ τοιαῦτα, εἴπερ τινά· ἢ γοῦν κἀκεῖνα προσγράψαι σε τοῖς ῥηθεῖσι ἐκείνοις περὶ τῶν τόμων ἐχρῆν, ἢ μηδὲ ταῦτα τοῖς καλλίστοις σου καὶ σπουδαίοις ἐντάξαι συγγράμμασιν. Ἀλλ' ἐγὼ τὸ ἐλλεῖπον τῷ τοῦ φίλου συγγράμματι προσαναπληρῶ ἤδη· καὶ οἶμαι, ὡς οὐ φορτικὸς, ἀλλ' οὐδὲ περιττός τις δόξω, τἀναγκαῖα καὶ δίκαια κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ποιῶν.

Ὁ τοίνυν προῤῥηθεὶς πατριάρχης Ἀντιοχείας, ὁ σοφὸς Βαλσαμὼν, τοὺς ἱεροὺς ἐξηγούμενος κανόνας, τάδε φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν κανόνων τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου·

Ἡ μὲν παροῦσα σύνοδος, προφάσει τῶν γενομένων παρὰ τοῦ Εὐσταθίου κακῶν, ὑπεναντίως τοῖς δογματισθεῖσιν ὀρθῶς παρὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ὁμόφρονας ἐκείνῳ διορίζεται.

Καὶ μετά τινα·

Ὁ δὲ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, παρακελευόμενος μὴ ἀναθεματίζεσθαι ἄνθρωπον πιστὸν, φησὶ ταῦτα ῥητῶς· « Τί οὖν ἐστι τοῦτο, ὃ λέγεις, τὸ ἀνάθεμα, ἀλλ' ὅτι ἀνατιθέσθω οὗτος τῷ διαβόλῳ, καὶ μηκέτι σωτηρίας χώραν ἐχέτω, γενέσθω ἀλλότριος τοῦ Χριστοῦ; Καὶ τίς εἶ σύ; Ταῦτα τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς μεγάλης δυνάμεως. Τότε γὰρ καθίσει ὁ βασιλεὺς, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. Τί οὖν τῆς τοσαύτης ἐπελάβου ἀξίας; » Καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν ὁ αὐτὸς Χρυσόστομος· « Τοιγαροῦν ὁ Ἀπόστολος ἐν δυσὶ μόνοις τόποις ἐξ ἀνάγκης τὴν φωνὴν ταύτην φαίνεται εἰπών· οὐχ ὁριστικῷ δὲ τρόπῳ ταύτην προήγαγεν, ἐν μὲν τῇ πρὸς Κορινθίους εἰπών· Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα· καὶ, Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Τί οὖν; ἃ μηδεὶς τῶν εἰληφότων ἐξουσίαν πεποίηκεν, εἰ μὴ μόνος ὃς ἔλαβε, σὺ τολμᾷς ταῦτα ποιεῖν ἐναντίως τῷ δεσποτικῷ παραγγέλματι, καὶ προλαμβάνεις τὴν κρίσιν τοῦ βασιλέως; Τὸ ἀνάθεμα τοῦτο τοῦ Χριστοῦ ἀποκόπτει. Δίδαξον ἐν πραότητι, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ Χρυσοστόμου Πατρός. Ὁ δὲ Βαλσαμὼν ἐπιφέρει· Διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἀπρακτεῖ καὶ ὁ γεγονὼς συνοδικὸς τόμος ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Πορφυρογεννήτου κυροῦ Κωνσταντίνου, καὶ τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀλεξίου, χάριν τοῦ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἀποστάτας, καὶ μουλταρίους, καὶ κατὰ τῶν βασιλέων ὅπλα ἐγείροντας, καὶ τυραννίδα μελετῶντας. Εἰ δὲ τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου Πατρὸς καὶ διδασκάλου ἡμῶν τοῦ Χρυσοστόμου γραφέντα ὑπερ-

τερεῖν ὀφείλουσι καὶ τῶν διορισθέντων παρὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τῆς ἐν Γάγγρᾳ, ἐροῦσι πάντως οἱ τὰ τοιαῦτα διευθετεῖν ἐξουσίαν ἔχοντες.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ πατριάρχης Βαλσαμών. Δείκνυσι γοῦν ἐκ τῶν εἰρημένων, προηγουμένως μὲν ἐξ ἐκείνου, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῶν ἑαυτοῦ ἡμερῶν ἄπρακτον τὸν προῤῥηθέντα ἐπὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου, καὶ τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀλεξίου τόμον· ἠπράκτησε γάρ, φησίν. Ἐκείνου δὲ, καθάπερ τινὸς ἐρείσματος, ἢ θεμελίου, ὑποσπασθέντος, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες δύο, ὅ τε ἐπὶ τοῦ Κομνηνοῦ, φημὶ, κυροῦ Μανουὴλ, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ Παλαιολόγου, συγκαταπίπτουσιν ἐξ ἀνάγκης. Ἔπειτα σὺν τούτῳ δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ οἱ ἀναθεματισμοὶ τῶν συνόδων ἐκείνων B ἔχουσι τὸ ἀσφαλὲς, εἰ καὶ ἐπὶ μεγάλοις καὶ ἀναγκαίοις τισὶν ἐγένοντο πράγμασιν, εἴπερ τῷ κοινῷ Πατρὶ Χρυσοστόμῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἁγίοις διδασκάλοις πείθεσθαι δεῖ, τὰ αὐτὰ καὶ φρονοῦσιν ἐκείνῳ καὶ διδάσκουσι, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ μεγίστῃ φιλανθρωπίᾳ μᾶλλον συνηγοροῦσιν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων, οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δ' ἀλλοῖα τυχὸν ἐροῦσι, ταῖς συνόδοις ἐκείναις συνιστάμενοι. Ἐγὼ δ' ἐκείνων ἀφέμενος (οὐδὲ γὰρ ἐρίζειν ἐπὶ τοῦ παρόντος βούλομαι), ἐκεῖνό φημι, ὅτι τέως λαμπρῶς καὶ ἀναμφιβόλως ἀπεδείχθη ἐκ περιουσίας, ὅτι ὁ πρῶτος ἐκεῖνος τόμος, ὡς μὴ συνᾴδων τῷ σκοπῷ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα τῷ κοινῷ διδασκάλῳ, τῷ Χρυσοστόμῳ, φημὶ, ἀργὸς καὶ ἄπρακτος μεμένηκε, κατὰ τὸν σοφὸν Βαλσαμών· ὅπερ καὶ ἡμῖν ὁ σκοπὸς ἦν C δεῖξαι· ἐκείνου δ' ἀπρακτοῦντος, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἐξ ἀνάγκης ὡσαύτως τὸ ἀνενέργητον καὶ ἄπρακτον ἔχουσι, καθὰ δὴ καὶ φθάσαντες εἴπομεν.

A Chrysostomo scripta sunt, tam decretis Chalcedonensi, quam Gaugrensi concilio, dicendum illis omnino relinquimus, qui talia recte disponendi potestatem habent.

Et hæc quidem patriarchæ Balsamonis verba sunt. Ostendit autem per ea, quæ dicit, primum quidem ab illo tempore, vel potius etiam ante suam ætatem esse in usu desiisse prædictum illum tomum, sub Porphyrogenneta et Alexio patriarcha factum. Dicit enim : Desiit esse in usu. Eo vero ceu fulcro vel fundamento quodam subruto, etiam alii duo tomi postea facti, tum domini Manuelis Comneni, tum Palæologi tempore, necessario cum eis corruunt. Deinde præter hoc etiam illud innuit; quod videlicet ne illarum quidem synodorum anathematismi valeant, licet magnis et necessariis quibusdam in negotiis promulgati sint, siquidem communi Patri Chrysostomo et aliis sanctis doctoribus obsequendum sit, qui eadem cum illo sentiunt ac docent, maximæque Christi clementiæ potius patrocinantur. Sed enim de his quidam hæc, alii fortasse diversa prolaturi sunt, conciliis illis semet adjungentes. Ego vero ea missa faciens (non enim in præsentia altercari volo), saltem hoc aio, clare ac dubio procul hactenus esse demonstratum, et copiose quidem, quod primus ille tomus, tanquam non consentiens cum Ecclesiæ scopo, maximeque cum illo communi doctore Chrysostomo, inquam, et cessaverit et in usu esse desierit, secundum sapientem illum Balsamonem : quod nobis etiam propositum erat ostendere. Illius autem usu exspirante, cæteri quoque deinceps facti necessario robur suum consimili modo emittent et exspirabunt, uti jam antea diximus.

ANNO DOMINI MCCCLXXXIV.

DEMETRIUS CYDONIUS

NOTITIA

(Fabric. *Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. XI, p. 398.)

Demetrius ὁ Κυδώνη, ut in codicibus mss. Cæsareis, regis Christianissimi et Coisliniano et apud Cantacuzenum IV, 16, Δημήτριος ὁ Κυδώνη, et IV, 39, παρόντος τοῦ Κυδώνη, videtur ita cognomine potius appellatus, quam Cydonius a Cydonia Cretæ, in qua commoratus sit, ut visum Lambecio lib. v, p. 185 [p. 387 sqq. Koll, ubi multus is est de hoc Demetrio]. Ob similem causam ab aliis dictus Thessalonicensis (a) vel Byzantinus : corrupte Verderio *Sydon*, et Jo. Jacobo Frisio atque Possevino *Sidonius* (b).

(a) Ὁ ἀπὸ Θεσσαλονίκης, in codice mss. epistolar. Cæsareo apud Lambecium, lib. v, p. 184. [P. 385 sqq. ed. Kollar.] Sic et Volaterranus lib. xv, Commentar. Urbanor. : *Demetrius Cydonius Thessalonicensis, vir doctus æque ac sanctus, Græca Latinaque facundia præditus*. Sed Allatio, p. 856, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, est Byzantinus.

(b) [De lib. Demetrii Cyd. *De processione Spiritus sancti*, *vide* Lambecium, lib. I, p. 145. [P. 264. Koll. it. p. 272 de Augustini *Enchiridio*, quod Demetr. Gr. vertit. Harl.]

Joannem Cantacuzenum, cui, imperium gerenti, charus ac familiaris fuerat, ann. 1355, una cum Nicolao Cabasila comitatus est, cum ille purpuram monastico habitu permutaret. Postea *Mediolanum venit*, Volaterrano teste, *ubi litteris Latinis pariter et theologiæ operam dedit. Postremo revertens in Creta substitit, ubi, erogatis in pauperes bonis, in quodam ibi cœnobio persancte, citra tamen professionem vixit.* Superfuit adhuc ann. 1384, cum Manuel Palæologus habenas capessivit imperii, et ad illum imperatorem litteras dedit. Nicephonem, hieromonachum, eumdem esse cum hoc Demetrio, notavit Caveus parte secunda *Histor. litterariæ scriptorum eccles.* ad ann. 1357. (Fabr.) In Cavei *Hist. litt. SS. eccl.* tom. II, p. 56, in Appendice, ed. Basil. ad ann. 1357, Henr. Wharton paucis recensuit vitam et quædam scripta Dem. Cydon.; et ibid. p. 59, Robert Gerius Whartoni narrationem partim correxit, partim supplevit. Atqui Gerius scripsit, Demetrium Cydon. etiam dici Niphonem Hieromonachum. Præterea de nostro, diligenti Græcorum veterum, in primis Platonis imitatore egerunt Du Pin in *Hist. eccles.* vol. XII, p. 91. Casim. Oudin. in Comment. de SS. eccles. ad ann. 1350, tom. III, col. 996-1005. — Jo. Fabric., in *Hist. bibl. Fabric.* part. II, p. 227, Saxius, in *Onom. litter.*, part. II, p. 373, et in *Analect.* p. 570. Citat præterea Laur. Mehum in Vita Ambrosii Camaldulensis, p. CCCLVI, seq. Add. quæ scripsi in Introd. in *Hist. L. G.* II, part. I, p. 536 seq. (Harl.)

Ex ejus scriptis exstant : 1) *Epistolæ*, ex quibus una ad Nicephorum Gregoram, et altera ad Philotheum, patriarcham (qui ab ann. 1362 ad 1376 fuit) CPolitanum edita est Græce et Latine a Joanne Boivino ante tomum primum *Historiæ Nicephori Gregoræ*. Paris. 1702 fol. Duas ad Philotheum mss. in codice regio 1334, memorat Labbeus, p. 99, bibl. novæ mss. Alias 30 servat biblioth. Coisliniana p. 428 seq., decem ad Manuelem imperatorem, tres ad Cabasilam, tres ad Georgium philosophum, duas ad Caloferum, singulasque ad despotam, protosebastum, magnum domesticum, OEneotem, et scribas imperatoris, præterea singulas ad Isidorum Glabam episc. Thessalonicensem, Alexium Casandrenum, Prochorum fratrem, Phacrasam magnum primicerium, Astram et Asanam, unam denique sine inscriptione. Est etiam in bibl. regis Galliæ, teste Labbeo, p. 296 Bibl. novæ mss., epistola pro Caucadeno Theodoro, ad quemdam, qui plurimum poterat apud imperatorem. Alias tredecim ms. servat bibliotheca Cæsarea [in cod. 261, n. 4] dignas supplemento corporis *Historiæ Byz.* inseri judice Lambecio V, p. 184 [p. 385, not. 3, ed. Kollar. cujus not. conf.], ex quibus novem sunt datæ ad Manuelem Palæologum imp. (qui fuit ab ann. 1384 ad 1419) cæteræ singulæ ad Chium medicum, ad magnum chartophylacem, Joannem Tarchaniotam et despotam Theodorum. Illæ novem ad Manuelem imp. habentur etiam in codice Barocciano 90. [Una ep. ad Cabal. est quoque in cod. Cæs. 267, 32. V. Lamb. V, p. 441.] Nescio, nosterne Cydo sive Cydones intelligatur, ubi inter mss. Isaaci Vossii memorari videas Gabrilopuli ad Cydonem et Cydonis ad Gabrilopulum epistolam, cum canonibus ad captandas umbras æquales et inæquales : in catalogo bibl. Leidensis, p. 397, n. 45. (Fabric.) In Nicephori Gregoræ historia Byzant. excerpta ex scriptis Demetrii Cydonii et in elogiis, ab editore præmissis, Dem. Cyd. Epistolæ *ad Philotheum*. V. supra, vol. VII, p. 655. — Binæ epp. nunc primum editæ, altera Nili Cabasilæ, altera Demetrii Cydonii, progr. auctore Chr. Frid. Matthæi. Dresdæ 1789, 4. — Item vir doct. ex cod. Mosq. typogr. synod. XIII, edidit octo epistolas Dem. Cydone ad Manuel. Palæologum, imper. in libr. inscripto : *Isocratis, Demetrii Cydone et Michaelis Glycæ aliquot epistolæ.* — Ex codd. edidit, et animadverss. adjecit C. F. Matthæi Mosquæ, 1776. mai. 8. In animadverss. p. 172, ipsi videntur Demetrii Cyd. epistolæ illæ multis multorum præferendæ, « cum propter elegantiam et puritatem sermonis Græci, tum quia multum est in eis τὸ μετὰ τῆς χάριτος καὶ τοῦ ἤθικοῦ ἀνθηρόν τε καὶ ἀφελές. » Idem V. C. mentionem facit illius cod. et codd. 323, n. 14, atque 324, in quibus exstat una Demetrii epistola in Notit. codd. Gr. Mosquens. p. 310, n. 7, et p. 212. — In cod. Coislin. 315, sunt 56 epistolæ, a Fabricio partim memoratæ, et alia Demetrii Cydonii Opp. V. Montfauc., *Bibl. Coisl.* p. 428 sq.; et p. 455, quatuor epistolæ anonymi ad Cydon. in cod. 341.— Paris. in bibl. publ. cod. 1213, n. 30, 36, 37 et 39, variæ epp. — In cod. 1310, n. 4 et 5, duæ ad Philotheum epp. — In cod. 2671, n. 11, epistola ad Theodoritum, monachum, et n. 12, alia ad quemdam, non nominatum. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 509 epistola ad Josephum Bryennium: inc. Τῶν μὲν σῶν. Sequitur epigramma in sepulcrum Demetrii Cydonii : inc. Κόσμος, ὃς ἦν φύσεως, p. Cat. codd. Gr. Marc. p. 273. — Taurini in bibl. reg. cod. 194, epistolæ septemdecim : tres ad Joasaph, tres ad Manuel. imper., una ad Cabasilam, una ad magnum chartophylacem, una ad Nilum patriarcham, una ad medicum, una ad Purophilum, sex, nominibus non additis. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 266 sq. — *Romæ*, in bibl. Vatic. *Dem. Cydon. ad Nicephorum Gregoram.* V. Montfauc. *Bibl. bibl. mss.* p. 146. A. Florentiæ, in bibl. Laurent. cod. 12, n. 24, plut. 57, quatuor ejusdem epp. uti suspicatur Bandin. in Cat. codd. Gr. Laurent II, p. 350. — Ib. in cod. 24, n. 9, plut. 59, epistolæ XXII, quas recenset Bandin. l. c. p. 542 sq. — Ib. in cod. 13, n. 25 et 27, duæ ep. Nic. Cabasilæ ad Cydonem, et n. 26 hujus epistola ad Cabasilam. V. Bandin. l. c. p. 107, et, hoc adnotante, eædem in cod. Vindobon. 262 n. 31 et 32 sec. Nesselii Cat. bibl. Cæs. Vindob. part. I, p. 368 et 369. (Harl.)

2. *Monodia*, sive comploratio ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεσοῦσι, de civibus, qui dissidio, seditione ac

tumultu intestino Thessalonicæ A. C. 1343. sub imperio Joannis Cantacuzeni perierunt. Græce et Latine exstat inter scriptores post Theophanem in corpore historiæ Byzantinæ, p. 385-392 [p. 317, sec. cat. bibl. Leid. p. 221, n. 56], edente Francisco Combefisio, Paris. 1685 fol. (Fabr.) Conf. supra, vol. VII, p. 683, n. 8, ibique not. h. — *Monodia* in cod. Paris. 1213, n. 38, bibl. publ. — Eadem in cod. Coislin. 315, fol. 770. V. Mantfauc. *Bibl. Coisl.* p. 429. (Harl.)

3. Συμβουλευτικός· *Oratio ad Græcos deliberativa* de periculo, quod a Turcorum potentia et odio illis tunc imminebat, et de modis hoc avertendi illique occurrendi per concordiam cum Latinis, eorumque subsidium, nec non per fortem constantiam et cautam virtutem. Scripta hæc oratio, profecto Romam imperatore, est Joanne Palæologo, non Manuelis F. ut visum Combefisio, p. 1281, quem sequuntur. *Bibliothecæ Patrum Lugd.* editores, t. XXVI, p. 551 D, sed filio Andronici Palæologi, Joann. Cantacuzeni genero, cujus professionem fidei, ann. Chr. 1369 Romæ editam, ad Urbanum V exhibet Allatius libro II, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, c. 17, p. 843 sq. Græce et Latine. Demetrii vero illam, quam dixi, orationem utraque lingua edidit Combefisius tom. II *Auctarii novi*, p. 1221-1281. Incipit : Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες. Latine ex Combefisii versione exstat tom. XXV *Bibl. Patrum Lugd.* p. 515. (Fabr.) In cod. Coislin. 315, fol. 650, orat. a Fabricio citata, et fol. 679, Συμβουλευτικὸς β'. Inc. Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μὴ περὶ τοιούτων. V. *Montfauc.* l. c. p. 428. — Florent. in cod. bibl. Laurent. cod. 34, n. 3. Inc. Πρῶτον μέν. V. Bandin. Cat. cod. Gr. Laur. II, p. 542. — Paris. in bibl. cod. 1213, n. 32 et 33, hæc ac sequens orat. (Harl.)

4. *De Callipoli*, claustro Chersonesi et Thraciæ (quam, ann. 1357, jam a Turcis captam (*c*) non diu post virtute aliorum Græci receperant), *non tradenda Murati*, eam pro pace petenti. Incipit : Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, Græce et Latine in tom. II *Auctarii novi* Combefisiani, p. 1284-1318. Et Latine tom. XXVI *Bibl. Patrum*, p. 523. (Fabr.) Ms. in codd Coislin. Paris. et Laurent., ad n. 3 citatis. (Harl.)

5. Περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον (*d*), *De morte contemnenda* oratio, quam Latine vertit Raphael Seilerus Augustanus, et ex Jo. Jac. Fuggeri bibliotheca cum Hermiæ irrisione primum edidit Græce et Latine Basil 1553, 8. Incipit : Τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμόν. Hieronymus Wolfius, qui ann. 1577 notas addidit, testatur in cod. bibl. Fuggerianæ exstitisse libellum ejusdem argumenti auctore Nemesio, Νεμεσίου λόγος, ὡς ἄλογός ἐστιν ὁ θανάτου φόβος, e quo magna pars hujus orationis sit transcripta usque ad verba p. 485, τοσαῦτα ἡμῖν εἰρήσθω. Continet autem præter hoc, quod promittit titulus, insignia argumenta pro confirmanda animorum immortalitate, et egregias adhortationes ad vitam ita instituendam, ut ne, bestiarum more si vixerimus, non communem cum bestiis interitum in morte, sed graviora post mortem supplicia horrere cogamur. Utor editione, quæ lucem vidit Basileæ 1577, 8, in fasciculo scriptorum (*e*), cui titulus est : *Doctrina recte vivendi ac moriendi*, et qui prelo iterum subjectus fuit ibidem 1586, 8. Cum Æenea Gazæo olim editam elegantem et philosophice Christianam diatriben vocat Barthius, p. 3000 *Adversar.* Respicit autem editionem Tigurinam ann. 1559, fol., ubi inter theologorum Græcorum veterum orthodoxorum scripta, Conrado Gesnero curante edita, occurrit post Canones apostolorum, Ignatii Epistolas, Athenagoræ Apologiam et librum *De resurrectione* atque Theophrastum Æneæ Gazæi Græce et Latine cum Seileri versione, subjunctam habens Hermiæ irrisionem et Agapeti paræneticum. (Fabr.) Novissima, eaque emendatior et docta novaque recensio est curata a *Kuinœlio*, quæ inscripta est : Demetrii Cydonii opuscul. *De contemnenda morte*, Græce et Lat. recensuit, emendavit, explicavit Christ. Theoph. Kuinœl, S. S. Theol. cultor. Lipsiæ 1786, 8. Ms. in cod. Monac. Bavar., 58 fin. qui cod. olim in bibl. Jo. Jac. Fuggeri adservabatur. V. Hardt. in *Aretini Beyträgen*, a. 1804, part. I, p. 38. — In bib. August. Vindelic. V. Reiser. Indic. Mss. illius bibl. p. 82, n. 15. — Paris. in bibl. publ. cod. 1213, nr. 26. — In cod. Coislin. 315. V. Montfauc. *Bib. Coisl.* p. 428, Add. ad not. (Harl.)

6. *Homilia in S. Laurentium.* Incipit : Οἱ σώφρονες τῶν ἐραστῶν. Ms. in codice Barocciano 90. [V. supra vol. X, p. 267.]

7. *Homilia alia*, cujus initium : Τοῖς ὑπὲρ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. Ms. in eodem codice Barocciano 90. [V. supra, vol. X, p. 281.]

8. *Solutio argumentorum quorundam circa incarnationem Christi.* Ms. in eodem codice. Incipit : Τὰ δὲ ἀνωτέρω πρὸς τοῦτο.

9. *In Pentecosten de Spiritu sancto.* Incipit : Οἱ μετὰ τοὺς γενναίους ἀγωνιστὰς εἰσιόντες. Meminit

(*c*) Vide Jo. Leunclavii *Pandectas turcicas*, ad illum annum.

(*d*) In codice Cæsareo inscribitur : Δημητρίου τοῦ Κυδώνης λόγος, ὅπως ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος ἀποδεικνύων. Lambec. V, p. 210. (Fabr.) Sive p. 436. ed. Kollar. n. 16. cod. 267. — Flor. in cod. Medic. Laur 24 n. 4, inscr. Ὅτι ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος. V. Bandin. Cat. codd. Græc. Laurent. 2, p. 542. (Harl.)

(*e*) Scripta cætera sunt : Pars Theæteti Platonis cum Adolfi Occonis versione Latina. 2) Libellus Aristoteli tributus *De virtutibus*, cum versione Justi Velsii. 3) Georgii Gemisti Plethonis liber *De virtutibus quatuor*, cum versione Adolfi Occonis et Commentario Anonymi, quem Hieron. Wolfium esse constat, nec non virtutum exactiore divisione per Simonem Grynæum. 4) Ex Nemesii libro *De natura hominis* capita *De voluptate et ægritudine*, cum versione Nicasii Ellebodii. 5) Platonis Axiochus cum ejusdem Hieron. Wolfii versione et notis, qui non dubitavit, post quinque alios interpretes hunc libellum de integro transferre.

Allatius de consensu utriusque Ecclesiæ p. 857. Sermones in Pentecosten Gesnerus memorat p. 195 bibliothecæ. (Fabr.) Conf. supra, vol. X, p. 308. (Harl.)

10 *In Adnuntiationem B. Virginis* homilia, quæ incipit : Ὅσαι τῶν πόλεων βούλονται τοῖς βασιλεῦσιν. Ms. in codice Barocciano Oxoniæ in bibl. Bodleiana et in bibl. Cæsarea (f), nec non in regis Galliæ et codice Coisliniano 315, fol. 591, ubi notatur, eam non legi in ecclesia, sed ab ea improbari : Οὐ μὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος διὰ τὸ τῇ καθολικῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι.

11. *Proœmium*, cujus initium : Ὅσοις ὁ Θεὸς ἄρχειν ἑτέρων καὶ βασιλεύειν. Ms. in bibl. Coislinianæ eodem codice p. 701. Proœmia duo in Chrysobullum monasterii in Didymoteicho ms. regis Galliæ cod. 1759, teste Labbeo, p. 835 *Bibl. novæ Mss.* et 296.

12. *Ad Barlaamum*, Hieracensem, ab ann. 1342 episcopum (non ab ann. 1303, ut Canisius), *de processione Spiritus sancti*, cum Barlaami responsione, ex Ms. codice Bavarico edidit Latine H. Canisius, tom. VI *Lection. antiquar.* Ingolstad. 1604, 4. [p. 4 f. in ed. Basnag. tom. IV, p. 369. Harl.], unde recusa est tom. XXVI *Bibl. Patrum Lugd.* 1677, p. 10. Incipit : *Cum olim tu partibus nostris dimissis.* Confer Bzovium ad ann. 1352, num. 5.

13. *Liber contra Gregorium Palamam*, in quo illius errores ex commentariis illius excerptos digerit refellitque. Edidit Græce cum versione sua et notis Petrus Arcudius in Opusculis Aureis Græcorum, Rom. 1630, 4, recusis ibidem 1671, 4 [al. 1670, 4]. Etiam Joannis Cyparissiotæ libri octo *Contra Palamam*, in codicibus quibusdam, tribui solent Demetrio Cydonio. [Conf. Oudin. l. c. col. 1005.]

14. *Liber de processione Spiritus sancti* adversus Maximum Planudem in capita duodecim distributas, prodiit Græce et Latine in eadem Arcudii collectione, una cum aliis scriptis quibusdam Jo. Vecci, Bessarionis cardinalis, et Maximi Planudæ (h). (Fabr.)

15. *Alius liber ejusdem argumenti*, divisus in capita 41, et rogatu amici cujusdam compositus. Incipit : Ἐπὶ πολλῶν τῆς σῆς φιλομαθίας. Ms. in bibl. Cæsarea. Vide Lambecium, V. p. 183 (Fabr.), sive p. 384 ed. Kollar. n. 1, cod. 261, add. Lambec. vol. I, p. 264 sq. — Mosquæ in bib. synod. cod. 302, n. 61. Is habet capita 42, teste Matthæi in not. cod. Gr. Mosq. p. 197. — Venet. in bibl. Marc. codd. 156 et 157. V. Catt. codd. Græc. Marc. p. 89, et cl. Morell. in bibl. Ms. Gr. et Lat. V. Plüer, *Itinerar. per Hispan.* p. 165. (Harl.)

16. *Alius liber ejusdem argumenti* pro S. Thoma Aquinate adversus clenchos Nicolai Cabasilæ. Meminit Allatius lib. II *De consensu*, cap. 18, § 5, qui etiam observat, laudari a Gennadio resp. ad VI syllogismum Marci Ephesii contra Latinos. Incipit : Ἡ μὲν κατὰ Λατίνων προθυμία τοῦ ἀνδρός. Occurrit etiam Ms. in codice Barocciano 90, et in bib. Cæsarea, una cum epistola Demetrii Cydonii ad amicum, communicari sibi illud opusculum petentem, quæ incipit : Τὴν μὲν οὐδαν αἰτίαν εἰ βούλει μαθεῖν, ut testatur Lambecius loco laudato (Fabric.) in vol. V, p. 384 sq. ed. Kollar, n. 2 et 3, cod. 26, add. Montfauc. *Bib. biblioth. mss.* p. 519 E. — Tum Ven. in bibl. Marc. cod. 157 V. Cat. cit. p. 89. — Mosquæ in bibl. synod. cod. 391, n. 19. V. Matthæi Not. codd. Gr. Mosq. p. 252. — Florent. in bibl. Laurent cod. 17, n. 15, plut. 59. Dem. Cyd. *Oratio pro Latinis*, solvens Græcorum objectiones; quam profert contra syllogismos Thomæ Cabasilas (Nicolaus) in suo libello *Adversus Latinos*. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 532; et Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 234 *D*. (Harl.)

17. Nescio præterea, ubi exstent Demetrii Cydones *Dialogi*, Possevino memorati tom. I *Apparat. sacri*, p 419 (Fabr.). An Demetrii Chrysoloræ? Florent. in bibl. Laurent. cod. 72, plut. 5, exstat *dialogus* (Demetrii Chrysoloræ cum Demetrio Cydon. de angelis, de processione Spir. sancti, etc.) *destruens Orationem a Demetrio Cydones scriptam contra Nilum Cabasilam.* Conf. plura, a Bandin. l. c. I, p. 32, prolata, et nos in Demetrio Chrysolora. (Harl.)

18. *Contra Eunomium, de divinitate Filii*, quod laudat Volaterranus. lib. xv Commentar. Urban. et fuit in bibl. Scorialensi.

19. *Liber de vita, doctrina et miraculis Thomæ Aquinatis.*

20. *Chronographiæ sacræ compendium et genealogia Christi*, Servatoris nostri, ab Adam usque ad ejus ascensionem, arbore successionum expressa, quæ memoratur in Alexandri Baruoëtii catalogo

(f) In cod. 267, n. 17, notatur quoque : Οὐ μὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος, etc. V. Lambec. V, p. 434 sq. — Paris in bibl. publ. cod. 1213, n. 31. — De cod. Coislin. V. Montfauc. in *Bibl. Coisl.* p 428. — Ead. in cod. bibl. Escorial V. Plüer, *Itinerar. per Hispan.* p. 163. (Harl.)

(g) In cod. illo Coislin. sunt duo proœmia in Chrysobullum; prius, fol. 699, incipit : Πάντα μὲν ἁπλῶς ἄνθρωπον ὁ ἱερὸς λόγος; posterius, fol. 701, inc. Ὅσοις ὁ Θεὸς ἄρχειν. V. Montfauc. l. c. p. 428. — Proœmia Par. in bibl. publ. cod. 1213, n. 34, Præfatio in auream bullam, concessam monasterio Servatoris; inc. Ἐν τῷ Διδυμοτείχῳ. n. 35. Alia Præfatio, in qua loquitur Joannes Palæologus. (Harl.)

(h) *Paris.* in bibl. publ. cod. 828, n. 2. Maximi Planudæ capita quatuor *De process. Spiritus sancti* e Patre solo : subjunctæ sunt capitibus singulis Bessarionis et Demetrii Cydonii Responsiones. Sequuntur alia quædam, ad concilium Florentinum pertinentia. Vid. Cat. codd. Mss. bibl. Regiæ, vol. II, p. 161 et 270.—*Ibid.* In cod. 1267, n. 20. Demetr. Cyd. *De processione Spiritus sancti.* — Monac. in cod. Bavar. 27, sunt Planudis quatuor Argumentationes de process. Spir. sancti et totidem Bessarionis Responsiones; his accedit Demetrii Cydonii testimonium de his capp. in margine positum. *Vid.* Hardt. in Aretini *Beyträgen*, etc. ann. 1803, part iv, p. 8. (Harl.)

Mss. bibl. Scorialensis, et incendio illius bibliothecæ ann. 1671 periit. (Fabr.) *Genealogia Christi* in cod. Escorial. teste Plüero in *Itinerar. per Hispan.* p. 165. In Montfauc. *Bibl. biblioth. Mss.* p. 618 B, sic indicatur : *Cydonii genealogia Christi et Mariæ ab Adam per arborem et globulos genealogicos distincta.* (Harl.)

Florentiæ in bibl. Laurent. cod 21, n. 6, 7, 8, plut. 59, tres Demetrii Cydon. *Orationes* exstant, a Fabricio non memoratæ. V. Bandin. Cat. cit. II, p. 542, scil.

Orat. ad imperatorem Cantacuzenum. Incip. Ἀνηνέγκαμεν, ὦ βασιλεῦ, τῶν συνεχῶν.

Orat. ad eumdem. Incipit : Ὅτι μὲν τὰ παρόντα χρὴ προσειπεῖν.

Orat. ad imper. Joannem Palæologum. Incip. Ἄριστε βασιλεῦ, πολλῶν ἀγαθῶν πολλάκις. (*Harl.*)

Græce vertit e Latino.

21. Richardi Florentini, monachi Dominicani, clari circa ann. Chr. 1300, *Confutatio Alcorani Muhamedici*, quam cum Latina versione Bartholomæi Piceni edidit Theodorus Bibliander in Syntagmate scriptorum anti-Muhamedanorum, Basil. 1543, fol. pag. 83. Recusa Rom. 1606, 8, memoratur in catalogo bibliothecæ Barberinæ, p. 322. Vide, si placet, quæ de hoc opere dixi volum. VI, hujus bibl. p. 691 (Fabr.) f. vol. VIII, p. 86 sq. ibique v. not. *oo*, add. Fabric. nostrum in *Delectu argumentorum et syllab. scriptorum, qui veritatem religionis Christ. asseruerunt*, p. 123 not.—Oudin. Comm. l. c. col. 1000 sqq. — Edit. Alcoran. cum confutationibus ex edit. Theodori Bibliandri, Basil. 1543. Uberius recenset Jo. Fabr. in *Historia bibl. Fabric.* part. II, p. 223 sqq. Ms. quoque exstat in cod. bibl. Vaticanæ. V. Montfauc. *Bib. biblioth. Mss.* p. 12 *D.* (Harl.)

22. Etiam *Alcoranum* ipsum in Græcam linguam transtulisse fertur Demetrius apud Gesnerum in appendice Bibliothecæ, edita Tiguri a. 1555, fol.

23. Ex Augustini Sermonibus capita quædam transtulisse, Gesnerus et alii memorant. (Fabr.) Ms. Romæ in bibl. Vatic. V. Montfauc. l. c. p. 12 *C.* — et p. 708 *D.* de cod. bibl. Sfortianæ, in quo sunt Augustini Orat. sive Precationes 37, conversæ ex Latino in Græc. serm. a Demetrio Cydonio. — Augustini Enchiridion Gr. versum a Demetrio Cyd. V. Lambec. I, p. 272 *C.* Conf. tamen Schœnemann, *Biblioth. histor. litterar. Patrum Latinor.* tom. II, p. 300. (Harl.)

24. S. Thomæ Aquinatis *Summam adversus gentes.* (Fabr.) Conf. Lambec. I, p. 266 sqq.; et V, p. 364, 4; cod. 257 ex Th. Aquinatis lib. IV, *De veritate catholicæ fidei contra gentiles*, et ex ejusd. *Summa theologiæ* capp. miscellanea 43, Gr. versa. — Romæ in cod. Vatic. V. Montfauc. l. c. p. 12 *C* et *D.* — Th. Aquinatis, primæ partis *Summæ* Quæstiones 49 priores versæ, in cod. Barocc. 65. Auctor Cat. Mss. Angliæ, etc. I, p. 7, Liber, ait, ipse ἀνεπίγραφος. Planudi tamen tribuitur in Cat. impresso, nescio, quo auctore. Nam Demetrium Cydon. vertisse librum Aquinatis, testatur Possevinus. — Florentiæ in cod. Laurent 12, n. 11, *Expositio articulorum fidei*, edita a Thoma Aquinate, et n. 12, ex ejusdem libro III, *contra Græcos*, cap. 122, quod matrimonium inseparabile esse debeat, Gr. vers. V. Bandini Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 534 sq. — Paris. in bibl. publ. cod. 1235 et 1237, *Thomæ Aquin. Summæ Theologicæ* pars secunda, Gr. versa a Demetrio Cyd. unde suppleri potest Fabr. *Bibl. med. et inf. Latin.* tom. VI, p. 238, ed. Mansi. (Harl.)

25. Ejusdem *Summæ theologicæ*, partem I et II Mss. in bibl. Vaticana et Cæsarea. [V. ad n. anteced.]

26. Librum *De contemptu mundi.*

27. *Anselmi* Cantuariensis librum *De processione Spiritus sancti* contra Græcos. Incipit : Οἱ μετὰ τοὺς γενναίους ἀγωνιστὰς εἰσιόντες. Meminit Allatius, p. 857 De consensu. [In cod. Vatic. V. Montfauc. Bibl. biblioth. Mss. p. 12 C. Add. supra n. 9.]

28. Ejusdem Anselmi Epistolam de tribus quæstionibus ac præsertim de fermento et azymo, ad Valerianum sive Walerannum, Numburgensem episcopum. Incipit : Εἰδότι βραχέα λέγω. Meminit Allatius loco laudato. (Fabr.)

Liturgiæ s. Missæ sec. ritum Romanum partem Græce versam esse a Demetrio Cyd. docet cel. Morell, in Biblioth. Mss. Gr. et Lat. tom. I, p. 50 et 52 de cod. Mart. 38 et addit, aliam missæ in nativitate Domini sec. ritum Ambrosianum Demetrii Gr. interpretationem vulgatam esse ab Antonio Fumagallio, monacho Cisterciensi, in collectione inscripta : *Raccolta Milanese*, Mediolani 1757. (Harl.)

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΗ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΒΛΑΣΦΗΜΩΝ ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ

ΚΑΙ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

—

DOCTISSIMI

DEMETRII CYDONIS

CONSTANTINOPOLITANI

ADVERSUS

EXSECRANDA DOGMATA GREGORII PALAMÆ

ET

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI

PETRO ARCUDIO CORCYRÆO INTERPRETE.

(Opuscula aurea theologica... circa processionem Spiritus sancti, Romæ 1670.)

—

Epistola Pauli patriarchæ Constantinopolitani ad beatissimum papam et ejus cardinales (1).

Nos Paulus miseratione divina patriarcha Constantinopolitanus, notum facimus omnibus in Christo fidelibus. Quandoquidem scire veritatem nihil est illustrius, nihil jucundius, nihil suavius; quippe veritas interiora mentis illustrat, lætitia afficit, et jucunditate replet, ignorantia, contra, obscurat, contristat, indurat : hac de causa, ne posteros veritas rerum prætereat, oportere censui, quæ inter imperatorem Cantacuzenum, et me disputari contigit, scripturæ tradere. Quoniam enim ad Dominum papam Urbanum Quintum, et ejus cardinales

A

Ἐπιστολὴ Παύλου, πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐπὶ τὸν μακαριώτατον πάπαν, καὶ τοὺς αὐτοῦ καρδιναλίους.

Ἡμεῖς Παῦλος, ἐλέῳ Θεοῦ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, γνώριμον ποιοῦμαι πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ πιστοῖς. Ἐπειδήπερ τοῦ γνῶναι τὴν ἀλήθειαν οὐδὲν λαμπρότερον, οὐδὲν ἥδιον, οὐδὲν προσηνέστερον· ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια τὰ ἔνδον τῆς διανοίας λαμπρύνει, καὶ εὐφροσύνης πληροῖ, καὶ θυμηδίας ἐμπίπλησιν, ἡ δὲ ἄγνοια τὸ ἀνάπαλιν σκοτίζει, λυπεῖ, σκληρύνει· τούτου χάριν ἵνα μὴ τοὺς ὕστερον ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια παρατρέχῃ, δεῖν ἔκρινα τὰ μεταξὺ τοῦ τε βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ καὶ ἐμοῦ τετυχηκότα διαλέξεως γραφῇ παραδοῦναι. Ἐπεὶ γὰρ

(1) Paulus hic patriarcha Constantinopolitanus, ut apparet, titularis fuit Latinus, quales sunt hodie, quos Romana Ecclesia ob memoriam principis apostolorum illarum dignitatum fundatoris, hoc splendido titulo decorat. (Quamvis Constantinopolitanus non fuerit ab Apost. institutus, sed longe postea paulatim in eorum numerum irrepserit, ac tandem partim connivente Rom. pontifice, partim permittente, eo quod illa urbs sedes imperii esset, et amplissimo senatu nobilitaretur, cæteris patriarchis se prætulerit.) Is ergo titularis patriarcha cum fungeretur legatione nomine pontificis apud imperat. Græcorum, scripsit epistolam ad Urbanum V, Latino sermone, sed quidam nostri Græci catholici eam ἑλληνίδα reddiderunt, ad ostendendum impium dogmatum sensum, cum illius imperatoris, tum Gregorii Palamæ, qui ejusmodi pseudotheologiæ auctor fuit. Nos eam e Græco iterum Latinam fecimus, cum autographum illius forte perierit.

ἔμπροσθεν τοῦ δεσπότου τοῦ πάπα τοῦ ε' Οὐρβανοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ καρδιναλίων παρά τινων Γραικῶν ἀνηνέχθη, ὡς ὁ εἴρη. ἑνὸς βασιλεὺς ὁ Κανταχουζηνὸς καὶ ἡ τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία πολλὰς δογματίζει θεότητας ὑπερκειμένας καὶ ὑποβεβηκυίας, διὰ τὸ τὰ προσόντα τῷ Θεῷ διαφέρειν λέγειν πραγματικῶς, καὶ τούτων ἕκαστον θεότητα λέγειν διακεκριμμένην ἐπ' ἄπειρον τῆς θείας οὐσίας διεστῶσας· ἐπιθυμήσας τὴν ἀλήθειαν γνῶναι ταύτης τῆς διδασκαλίας ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβων, ὅτε πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Παλαιολόγον παρὰ τοῦ εἰρημένου ἄκρου ἀρχιερέως ἀπεστάλην, ἐζητήσαμεν τοῦτο μαθεῖν, οὐκ ἐδυνήθημεν δὲ λόγῳ ἢ πράγματι βέβαιόν τι καταλαβεῖν περὶ τῆς δόξης ταύτης καὶ ἀνόμου διδασκαλίας· ὅθεν καὶ ἠναγκάσθην λόγοις σκληροῖς ἐπιτίθεσθαι, καὶ ὥσπερ ἐλέγχοις τισὶ προκαλεῖσθαι. Τέλος ὁ εἰρημένος βασιλεὺς ὁ Κανταχουζηνὸς ἦλθεν εἰς ὁμιλίαν ἐμοὶ περὶ τῆς προκειμένης δόξης. Εἰ καὶ τοίνυν ἐν ἀρχαῖς ἐδόκει μοι μὴ ὀρθῶς φρονεῖν πραγματικὴν διάκρισιν ὑφορωμένῳ λέγειν αὐτὸν ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ· ὅμως μετά τινας ἡμέρας τῆς ὁμιλίας παρατεινομένης, εἶπε μὴ φρονεῖν πραγματικὴν διάκρισιν τῶν προσόντων τῷ Θεῷ, ἀλλὰ μόνον λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ. Τότε ὥσπερ ἡσθεὶς ἐγὼ εἶπον αὐτὸν καλῶς λέγειν, καὶ τῷ μακαρίῳ συμφωνεῖν Ἀμβροσίῳ. Μετὰ ταῦτα τὰς εἰρημένας ἐν γράμμασιν ἔθηκεν ὁμιλίας, ἐν οἷς παρενεῖραι δοκεῖ τινα ἀμφιβολίαν γεννῶντα, πότερον λόγου μόνον ἢ καὶ πραγμάτων εἶναι διαφορὰν ἰσχυρίζεται. Ἃ δὴ γράμματα τῷ εἰρημένῳ δεσπότῃ τῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ ὑποδείξω, ὥστε ταῦτα ἢ ἀποδοκιμάσαι, ἢ βεβαιῶσαι. Μετὰ ταῦτα γέγραφε περὶ τοῦ ἐν τῷ Θαβωρίῳ φανέντος φωτὸς, λέγων ἐκεῖνο ἄκτιστον εἶναι, καὶ οὐκ οὐσίαν Θεοῦ, ἀλλά τινα θείαν ἐνέργειαν. Ὅπερ ἡμῖν δοκεῖ μηδ' ἀκοῆς ἄξιον. Οὐδὲν γὰρ ἄκτιστον πλὴν τῆς θείας οὐσίας· καὶ πᾶν ἄκτιστον ἀΐδιον εἶναι, μηδὲν δὲ ἀΐδιον ὁρατόν· τὰ γὰρ ὁρώμενα πρόσκαιρα. Ὅθεν εἰ ἔλεγεν ἐκεῖνο τὸ ὀρ.θὲν φῶς σύμβολον γενέσθαι τοῦ ἀοράτου καὶ ἀκτίστου φωτὸς, ὀρθῶς ἂν ἐφρόνει. Λέγειν δὲ τὸ τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁραθὲν φῶς ἄκτιστον εἶναι παντάπασιν ἔξω τῶν τε τῆς πίστεως ὅρων, καὶ παρὰ πάντα λόγον· ταῦτα τοίνυν βουλόμεθα τῷ παρόντι γράμματι εἶναι δῆλα, ἵν' ἡ τοῦ πράγματος ἀλήθεια εἰσέπειτα τηρῆται.

A nonnulli Græci retulerunt, commemoratum imperatorem Cantacuzenum, et Ecclesiam Græcorum multas suo dogmate divinitates inducere supereminentes ac remissas, eo quod asserant, quæ Deo insunt, realiter inter se differre, et unum quodque horum deitatem distinctam in infinitum a divina substantia distare. Cum nosse verum hujus doctrinæ cuperem, Constantinopoli degens, quando ad imperatorem Palæologum a commemorato summo pontifice missus fui, quæsivimus istud scire, non autem potuimus verbo vel re aliquid certi de hac opinione et impia doctrina comprehendere. Quapropter et coactus sum verbis asperis eos insectari, et veluti quibusdam argumentis provocare. Tandem imperator ipse Cantacuzenus de hac opinione B mecum verba fecit. Quamvis autem a principio videretur mihi non recte sentire, qui ex ejus verbis eum distinctionem realem ponere suspicabar; tamen post aliquot dies, sermone protracto, dixit se non sentire realem distinctionem inter ea, quæ Deo insunt, sed tantum ratione et conceptu mentis. Tunc veluti gavisus dixi, bene eum dicere et cum B. Ambrosio convenire. Postea dicta colloquia scriptis mandavit, quibus nonnulla inseruit, quæ dubitationem pariunt, utrum rationis tantum, an etiam realem distinctionem esse contendat. Quæ profecto scripta summo pontifici ostendam, ut ea vel improbet, vel confirmet. Deinde scripsit de lumine, quod apparuit in monte Thabor, asserens C illud esse increatum, et non esse Dei essentiam, sed quamdam divinam operationem, quod ne auditu quidem ferendum est. Nihil enim est increatum præter divinam essentiam, et omne increatum, sempiternum est. Nullum porro sempiternum visibile est: quæ enim cernuntur temporanea sunt. Quare si diceret, illud visibile lumen symbolum fuisse invisibilis et increati luminis, utique recte saperet. Dicere autem lumen, quod corporalibus oculis visum est, esse increatum, omnino extra terminos fidei est, et contra omnem rationem. Hæc igitur volumus præsenti scripto esse manifesta, ut rei veritas in posterum conservetur.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΗ

ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ.

DEMETRII CYDONIS

ADVERSUS GREGORIUM PALAMAM.

Ἵνα ὡς ἐν κεφαλαίῳ τὰ τοῦ Παλαμᾶ ἄνωθεν ἀρξάμενοι, δείξωμεν συντόμως, ὅτι τὴν μὲν ὕλην τῆς

D Ut summatim res Palamæ notæ fiant, ab antiqua origine sumpto initio breviter ostendemus, mate-

riam hujus hæreseos non Palamam primum excogitasse, sed multis abhinc annis apud eos, qui appellantur Hesychastæ (1), velut in mysterio clam de hac hæresi insusurrabatur. Ut manifestum ex his, quæ quidam Simeon edidit præfectus monasterii Xerocerci (2) nuncupati, cui etiam titulum novi theologi talium rerum mystæ, et sacrorum principes inscripserunt. Is cum in aliis suis operibus plurima profana et blasphema composuit, tum vero peculiari ratione in libro de sobrietate et consideratione ita disserit : Attende ut facias, quod tibi dico, clausis foribus sedeas in uno aliquo angulo si orsum, mentemque tuam abstrahas ab omni vanitate, re fragili et caduca. Deinde mentum tuum pectori innixum inhæreat, moveasque sensibilem oculum cum tota mente tua in medio ventris juxta umbilicum, quin etiam constringe fauces, et attractionem spiritus narium, ut non facile spires, et inquire intus in visceribus, ut reperias locum cordis, ubi animi facultates morari solent. Et primum quidem invenies tenebras et crassitudinem minime cedentem; ubi vero perstiteris, ac dies noctesque in hoc opere consumpseris, o rem admirandam! percipies lætitiam, quæ nullo puncto temporis intermittit. Quamprimum enim mens locum cordis repererit, statim aspicit, quæ nunquam sciebat. Siquidem viso aere, qui inter spatium cordis exstat, seipsam totam lucidam et discernendam præbet.

Ipse quoque Palamas in secunda oratione earum, quas inscribit priores, hæc ait, quoniam, ut quidam testatur, qui circa hæc inter valde peritos enumeratur, si figuras internas externis assimilare post transgressionem datur, quomodo is qui mentem strenue vult colligere, a motu recto ad circularem declinans, oculos ab omnibus cæteris aversos non pectore aut potius umbilico fixos teneat? Quippe movere se motu externo circulari, quantum fieri potest, instar motus est mentis, quo studiose mens se ipsam exercet, et suscipiendo exterius per oculos virtutem mentis mittet in cor per hanc figuram corporis

Hujuscemodi igitur perennem lætitiam, et lumina, totamque de his rebus scenam per traditionem acceptam, veluti quamdam informem materiam Palamas informavit, atque deificavit; et primum quidem in epistola ad Menam hæc ait : Si quis non acceptat salutaris Jesu jubilum, quod etiam exsultationem Patres passim appellant, nimirum spirantem vim, et cordis vivi motionem, iste talis, puto, nondum sentit suavitatem illius. Et rursus : Divinus vero Isaias quem spiritum nos accepisse et peperisse fatetur? Nonne Domini Jesu, qui operatur igne in animis fidelium, et salutem perficit? Qualis autem ignis dæmones flagellat, eosque fugat, ut dicit divinus Pater Joannes? Nonne Domini Jesu, qui in ejus memoria intus

(1) Hoc est, qui silentium et quietem profitentur.

A αἱρέσεως οὐκ ἐπενόησε πρῶτος Παλαμᾶς, ἀλλὰ πρὸ πολλῶν χρόνων παρὰ τοῖς λεγομένοις Ἡσυχασταῖς ὡς ἐν μυστηρίῳ τὰ τῆς αἱρεσέως ταύτης ὑπεψιθυρίζετο. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν Σιμεών τις, τῆς Ξηροκέρκου ἐπιλεγομένης ἡγούμενος, ὃν καὶ θεολόγον νέον ἐπέγραψαν οἱ τῶν τοιούτων μύσται καὶ μυσταγωγοί, ἐν ἄλλοις μὲν αὐτοῦ συγγράμμασι πολλὰ βέβηλα καὶ βλάσφημα συνεγράψατο· ἰδίᾳ δὲ ἐν τῷ περὶ νήψεως καὶ προσοχῆς τοιαῦτα διέξεισι. Καθίσας ἐν μιᾷ γωνίᾳ κατὰ μόνας, πρόσεξαι ποιῆσαι ὃ λέγω σοι. Κλεῖσον τὴν θύραν, καὶ ἔπαρον τὸν νοῦν σου ἀπὸ παντὸς ματαίου, ἤγουν προσκαίρου. Εἶτα ἐρείσας τῷ στήθει σὸν πώγωνα, κινῶν τὸν αἰσθητὸν ὀφθαλμὸν σὺν ὅλῳ νοῒ ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας, ἤγουν κατὰ τὸν ὀμφαλὸν, ἄγξον καὶ τὴν τῆς ῥινὸς τοῦ πνεύματος ὁλκὴν
B τοῦ μὴ ἀδεῶς πνεῖν. Ἐρεύνησον ἔνδον ἐν τοῖς ἐγκάτοις εὑρεῖν τὸν τόπον τῆς καρδίας, ἔνθα ἐμφιλοχωρεῖν πεφύκασι πᾶσαι αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις. Καὶ πρῶτον μὲν σκότος εὑρήσεις καὶ πάχος ἀνένδοτον· ἐπιμένοντος δέ σου, καὶ τούτου τοῦ ἔργου νυκτὸς καὶ ἡμέρας ποιουμένου, εὑρήσεις, ὢ τοῦ θαύματος! ἄληκτον εὐφροσύνην. Ἅμα γὰρ εὕρῃ ὁ νοῦς τὸν τόπον τῆς καρδίας, βλέπει παρευθὺς ἃ οὐδέποτε ἠπίστατο. Βλέπει γὰρ τὸν μεταξὺ τῆς καρδίας ἀέρα, καὶ ἑαυτὸν φωτεινὸν ὅλον καὶ διακρίσεως ἔμπλεων.

Καὶ αὐτὸ δ' ὁ Παλαμᾶς ἐν β' λόγῳ, οὓς ἐπιγράφει προτέρους, τάδε φησίν. Ἐπεὶ καθάπερ τις τῶν
C μεγάλων περὶ ταῦτα λέγει· Τοῖς ἔξω σχήμασι ἐξομοιοῦσθαι μετὰ τὴν παράβασιν, πῶς οὐκ ἂν συντελέσειέ τι μέγα τῷ σπεύδοντι συστρέφειν τὸν νοῦν εἰς ἑαυτὸν, ὡς μὴ τὴν κατ' εὐθεῖαν, ἀλλὰ τὴν κυκλικὴν καὶ ἀπλανῆ κινεῖσθαι κίνησιν, τὸ μὴ τὸν ὀφθαλμὸν ὧδε κἀκεῖσε περιάγειν, ἀλλ' οἷον ἐρείσματί τινι τοῦτον προσερείδειν τῷ οἰκείῳ στήθει, ἢ τῷ ὀμφαλῷ; Πρὸς γὰρ τῷ εἰς κύκλον ὥσπερ ἔξωθεν ἐφόσον ἐφικτὸν συνελίττειν ἑαυτὸν παραπλησίως τῇ σπουδαζόμενῃ ἐν ἑαυτῷ τοῦ νοῦ κινήσει, καὶ τὴν δι' ὄψεως ἔξω δεχομένου δύναμιν τοῦ νοῦ, τῆς καρδίας εἴσω πέμψει διὰ τοῦ τοιούτου σχήματος τοῦ σώματος.

Τὰς γοῦν τοιαύτας ἀλήκτους εὐφροσύνας, καὶ τὰ φῶτα καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα σκηνὴν ἐκ διαδοχῆς
D παραλαβὼν Παλαμᾶς οἱονεί τινα ὕλην ἀνείδεον μορφώσας ἐθεοποίησε. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ πρὸς Μηνᾶν ἐπιστολῇ ταυτά φησιν· Εἴ τις οὐ παραδέχεται τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου τοῦ Ἰησοῦ, ὅπερ καὶ σκίρτημα πολλαχοῦ οἱ Πατέρες ἐκάλεσαν, πνέουσαν δύναμιν, καὶ καρδίας ζώσης κίνημα, ὁ τοιοῦτος, οἶμαι, ἀκμὴν οὐκ ᾐσθάνθη αὐτῆς. Καὶ πάλιν, Ἡσαΐας δὲ ὁ θεῖος ποῖον πνεῦμα λαβεῖν ἡμᾶς καὶ τεκεῖν φάσκει; Οὐχὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν πυρὶ τοῖς πιστοῖς καὶ σωτηρίαν πληροῦντος; Ποῖον δὲ πῦρ μαστίζει τοὺς δαίμονας, καὶ φυγαδεύει αὐτοὺς, ὥς φησιν Ἰωάννης ὁ θεῖος Πατήρ; Οὐ τὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ τὸ ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ ἐξάπτον ἔνδον;

(2) Hoc est, siccæ caudæ.

A 'Οσμὴ δὲ Ὑψίστου ποία ἑτέρα εἰ μὴ ἡ θέρμη τοῦ πνεύματος, ἥτις ποτὲ καὶ ἐκ τῆς ῥινὸς ἀῤῥήτως ἐξέρχεται;

Ἐν δὲ τοῖς λόγοις, οὓς ἐπιγράφει προτέρους καὶ δευτέρους, τάδε φησίν· « Ὁ μέντοι φῶς ἐν ὑποστάσει φασὶ πνευματικῶς ὁρᾷν, ὃν μὲν καὶ μὴ συμβολικὸν, ἀεὶ δὲ ὂν, ἄϋλόν τε καὶ νῷ θεωρητὸν, τοῦτο διὰ τῆς πείρας ἴσασι. » Καὶ πάλιν ἀφ' ἑτέρου τῶν αὐτῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ὑποψιθυρίσας*, τάδε φασί· « Τοιγαροῦν τὸ φῶς ἐκεῖνο σύμβολόν τέ ἐστι καὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ οὐχ ἀληθινὸν ἁπλῶς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν ὑπῆρχε φῶς. » Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ· « Εἰ γὰρ καὶ φῶς ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλὰ καὶ φῶς ἀληθινὸν καλεῖται, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν φῶς, ὃ ὡς ἱμάτιον ὁ Θεὸς ἀναβάλλεται. » Τοῦτον τὸν τρόπον ἔχειν τὸ φῶς τοῦτο κατασκευάσας, διὰ πολλῶν ἀποδεικνύει B καὶ ὁρατὸν εἶναι, προστιθεὶς καὶ ἀνακράσεις τινὰς καὶ μίξεις τοῦ τοιούτου φωτὸς μετὰ τῶν ὁρώντων ἀποτελεῖσθαι, καί φησιν ἔν τινι τῶν εἰρημένων περὶ τοῦ φωτὸς λόγων· « Ἓν ἐστιν ὅταν μετὰ τοῦ ὁρῶντος γίνηται, ἕτερον ἄλλοτε ὁρᾶται. Ποτὲ μὲν τοῦ σώματος ἐπανιστᾷ, καὶ εἰς ὕψος ἀναφέρει ἄῤῥητον, ἄλλοτ' αὖθις καὶ τὸ σῶμα μεθαρμοσάμενον, καὶ τῆς οἰκείας μεταδεδωκὼς λαμπρότητος, καὶ εἰρήνης, καὶ ἀγάπης, θεοειδοῦς τε ἡδονῆς καὶ ἀπαθείας ἔμπλεων ποιῆσαν, ὀφθαλμοῖς σωματικοῖς, ὢ τοῦ θαύματος! γίνεται ληπτόν. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Εὐλόγως μὲν οὖν ὁ λόγος*, τάδε φησίν· « Ἓν ἐν θεωρίᾳ πνεῦμα τὸ φῶς μετὰ τῶν διὰ καθαρᾶς προσευχῆς ἐντυγχανόντων γίνεται ὁριώμενον καὶ μὴ διαιρούμενον αὐτῶν· » καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ· « Ἴσασιν οἱ μεμυημένοι, C καὶ λέγουσιν οὐ συζυγίαν ὀλίγοις τισὶ μέρεσι καὶ δυνάμεσι τὴν ἀλληλουχίαν παρεχομένην, ἀλλ' οἷον ἀνάκρασιν εἶναι πρὸς ψυχὴν τοῦ φωτὸς τῆς χάριτος τὴν ἐνοίκησιν, θαυμαστὴν οἷον ἄῤῥητον· ἡ δὲ τοῦ γαμηλίου συναλλάγματός τι δοκεῖ τῶν ἄλλων πλέον. Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνο σύμφυσις, οὐδ' ἀνάκρασίς ἐστιν, ἀλλ' ὁμιλίᾳ τινὶ, καὶ οἷον προσκολλήσει, ἓν τὰ πλείω γίνονται. « *Ἔσονται γὰρ*, φησὶν, *οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν*, » καὶ σάρκα μόνην, ἀλλ' οὐχὶ καὶ πνεῦμα. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἠξιωμένους ἕνωσις, γνώσεως πάντα τρόπον ὑπερβάλλουσα τῷ παντελὴς ὑπάρχειν καὶ τοῦ χωροῦντος κρεῖττον ἢ λόγος, δι' ὅλων τῶν καθαρῶν πνευμάτων Πνεύματος.

exardescit? halitus autem naribus attractus, quisnam alius est excelsi, quam fervor spiritus, qui quandoque etiam e naribus arcano modo exit?

In orationibus vero, quas priores et posteriores inscribit, hæc ait: « Porro lumen quod subsistens spiritaliter se videre aiunt, exsistit quidem, et non imaginarie, semper vero exsistit, immateriale ac intelligibile hoc lumen per experientiam norunt. » Et rursus in alia earumdem orationum, cujus initium, *Cum submurmurasset*, hæc ait, « Igitur lumen illud et symbolum est, et lumen verum, et non simpliciter verum, sed ipsum verum erat lumen. » Rursus in eadem oratione: « Etsi enim lumen appellatur, sed et verum lumen nuncupatur, imo vero ipsum est verum lumen, quod ut vestimentum induit Deus. » Hunc in modum habere se lumen cum astruxisset, multis probat, etiam visibile esse, addens insuper temperationes quasdam effici ac permistiones hujus luminis cum illis, qui illud vident, ac loquens de hoc lumine in una ex prædictis orationibus, ait: « Unum est, quando cum vidente fit, aliud quandoque videtur, aliquando in corpus impetum facit, et illud in altitudinem ineffabilem attollit. Rursus alias corpori se adaptans et accommodans, ac proprio splendore communicato, ubi pacis, charitatis divinæque voluptatis et impassibilitatis plenum effecerit, oculis corporeis, o rem miram! percipitur. » Et in oratione, cujus initium, *Merito igitur oratio*, hæc ait: « Lumen unus fit Spiritus in speculatione cum illis, qui per sinceram precationem illud nanciscuntur, cum videatur, et ab ipsis non dividatur. » Rursus in eadem: « Sciunt initiati, et asserunt compagem mutuam, non tantum conjunctionem paucis quibusdam partibus et potentiis præbere, sed inhabitationem luminis gratiæ, veluti permistionem esse cum anima miram et ineffabilem. Porro conjunctio nuptialis commercii aliis quidem major videtur, sed neque ipsa est concretio et permistio, sed congressu quodam, ac velut agglutinatione plurima unum fiunt: *Erunt enim*, inquit, *duo in carnem unam*, et carnem quidem solam, non autem et spiritum. Dei vero conjunctio cum iis, qui digni facti sunt, omnem modum cognitionis superat, eo quod perfecta exsistat: nimirum Spiritu, cunctos spiritus puros præstantius penetrante, quam ut dici possit. »

D Ἐπὶ τούτοις ἐλεγχόμενος ὑπὸ τοῦ Βαρλαὰμ ἐκείνου, τοῦ καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν φωράσαντος, σαφῶς τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὁρατὴν καὶ πνευστὴν κατασκευάζων, ἐκφεύγων δῆθεν τὸ ἄτοπον, χείρονι κακῷ θεραπεύειν τὴν αἵρεσιν ἐπεχείρησε, καὶ τολμᾷ τὴν ὑπερούσιον ὕπαρξιν τοῦ Θεοῦ πραγματικῇ διακρίσει εἰς οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν, μᾶλλον δὲ ἐνεργείας διελέσθαι. Καί φησιν ἔν τινι τῶν εἰρημένων λόγων, ὅτι τοῦτο τὸ φῶς οὐσίᾳ μὲν Θεοῦ οὐκ ἔστι· καὶ γὰρ ἀνέπαφος ἐκείνη· ἄγγελος οὐκ ἔστι· δεσποτικοὺς γὰρ φέρει χαρακτῆρας. Καὶ πάλιν, Τὸ φῶς τοῦτο θεωρία ἦν οὐ τῆς θείας φύσεως, ἀλλὰ τῆς δόξης τῆς φύσεως αὐτοῦ, ἣν καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος, καὶ δι' αὐτῶν

De his ergo reprehensus ab illo Barlaam, qui etiam ab initio eum detexit, cum manifeste substantiam Dei visibilem et spirabilem constitueret, devitans nimirum absurdum, pejori malo hæresim curare aggressus est, atque audet supersubstantialem exsistentiam Dei reali distinctione in essentiam et operationem, quin potius operationes multas dividere. Atque ait in quadam prædictarum orationum, hoc lumen substantiam Dei non esse, etenim intactilem illam esse, angelum non esse, quod heriles characteres gerat. » Et rursus: « Lumen hoc intuitum esse, non divinæ naturæ, sed gloriæ naturæ ejus, quem etiam dedit Domi-

-nus discipulis, ac per ipsos dedit omnibus in eum credentibus. » Et post pauca: « Itaque etiam humanæ naturæ gloriam dedit deitatis, naturam vero minime: aliud ergo natura Dei, et gloria ejus (naturæ) aliud. Sed quamvis a divina natura aliud sit, non tamen inter entia connumeranda. » Et ad confirmationem suorum sermonum utitur lumine, quod fuit in transfiguratione Domini.

Atque de hoc eodem lumine similia narrat in diversis suis orationibus. Hæc autem postea sectatores ejus tomo edito secuti, de distinctione substantiæ Dei et operatione hæc aiunt.

Hoc recitato honorandissimus chartophylax, ac supremus philosophorum, ut moris est ecclesiastici, cœpit interrogare unumquemque, quam habeat sententiam de his dogmaticis capitibus, quæ per singula membra dicta sunt atque discussa: et omnes uno ore, tanquam uno spiritu incitati, Deo convenientem una cum conjunctione distinctionem divinæ substantiæ atque operationis, clare fassi sunt, theologos secuti, increatamque divinam operationem, quemadmodum sane et substantiam amplexati sunt. Et rursus in eodem tomo: Nos a sacris Scripturis edocti sumus, et substantiam habere Deum, et potentiam atque operationem a divina substantia differentem; imo vero potentias et operationes. De lumine vero transfigurationis postea quæsitum est. Dixerunt, ostensum esse a sanctis increatum esse lumen transfigurationis Domini, et illud non esse substantiam ejus: et omnes ferme dixerunt, demonstratum esse. Et in anathematismis, quos ediderunt contra eos, qui non adducuntur, ut credant eorum blasphemias, ubi seipsos præconio celebrant, hæc aiunt: Iis, qui dicunt divinam operationem provenire quidem ex divina substantia, provenire vero inseparabiliter, cum per illud (provenire) ineffabilem distinctionem significent, per illam vero particulam (inseparabiliter) admirandam conjunctionem ostendant, æterna sit memoria.

Et de lumine iis, aiunt, qui confitentur lumen, quod resplenduit ineffabiliter in monte transfigurationis Domini, lumen esse inaccessibile, lumen immensum, et effusionem incircumscriptam divini splendoris, et gloria ineffabilem, ac divinitatis claritatem plus quam perfectam, filiis gloriam, et Dei regnum, pulchritudinemque veram, atque in sui amorem allicientem, circa divinam et beatam illam naturam, et naturalem gloriam Dei, ac deitatis Patris, et Spiritus in Unigenito coruscantem, et propterea existimant, increatum hujusmodi lumen, non tamen asserunt esse supersubstantialem Dei substantiam, tanquam illa penitus sit invisibilis et imparticipabilis, dicunt vero potius hoc lumen esse gloriam supersubstantialis substantiæ, ab ea proficiscentem inseparabiliter, atque se ostendentem mente purgatis pro sua benignitate, cum qua gloria Dominus noster et Deus venturus est secundo suo atque tremendo adventu, judicare vivos et mortuos, æterna sit memoria.

A πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ὥστε καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὴν δόξαν ἔδωκε τῆς θεότητος, τὴν φύσιν δὲ οὔ. Ἄλλο ἄρα φύσις Θεοῦ, καὶ ἡ δόξα ταύτης ἕτερον. Ἀλλ' εἰ καὶ τῆς θείας φύσεως ἑτερόν ἐστι, τοῖς οὖσιν οὐκ ἂν εἴη ἐναρίθμητος. Καὶ εἰς παράστασιν τῶν τοιούτων αὐτοῦ λόγων, τῷ ἐπὶ τῆς τοῦ Κυρίου μεταμορφώσεως χρῆται φωτί.

Καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ φωτὸς τὰ ὅμοια διέξεισιν ἐν διαφόροις λόγοις αὐτοῦ. Ταῦτα δ' ὕστερον οἱ αἱρεσιῶται αὐτοῦ διὰ τόμου. Περὶ μὲν διακρίσεως οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργείας τάδε φασίν.

Ἀναγνωσθέντος τοῦδε, ἤρξατο ὁ τιμιώτατος χαρτοφύλαξ καὶ ὕπατος τῶν φιλοσόφων κατὰ τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἔθος ἐρωτᾷν ἕκαστον, ὅπως ἔχει B γνώμης περὶ τῶν κατὰ μέρος λαληθέντων καὶ ἐξετασθέντων δογματικῶν κεφαλαίων. Καὶ πάντες ἑνὶ στόματι ὡς ἐξ ἑνὸς κινούμενοι πνεύματος μετὰ τοῦ ἡνωμένου καὶ θεοπρεπῆ διάκρισιν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας φανερῶς ὡμολόγησαν τοῖς θεολόγοις ἑπόμενοι ἄκτιστόν τε τὴν θείαν ἐνέργειαν, καθὰ δῆτα καὶ τὴν οὐσίαν ἔστερξαν. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ· Ἡμεῖς δὲ παρὰ τῶν ἁγίων ἐδιδάχθημεν Γραφῶν καὶ οὐσίαν ἔχειν τὸν Θεὸν, καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν τῆς θείας οὐσίας διαφέρουσαν· μᾶλλον δὲ καὶ δυνάμεις καὶ ἐνεργείας. Περὶ δὲ τοῦ φωτὸς τῆς μεταμορφώσεως μετὰ τοῦτο ἐζητήθη. Φασὶ δειχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ὅτι ἄκτιστόν ἐστι τὸ τῆς τοῦ Κυρίου μεταμορφώσεως φῶς, καὶ ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ· καὶ πάντες σχεδὸν εἶπον, ὅτι ἀπεδείχθη, C καὶ ἐν τοῖς ἀναθεματισμοῖς οἷς ἐξέθεντο κατὰ τῶν μὴ πειθομένων ταῖς βλασφημίαις αὐτῶν, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοὺς ἀνακηρύττουσι, τάδε φασί· Τῶν λεγόντων προϊέναι μὲν τὴν θείαν ἐνέργειαν ἐκ τῆς θείας οὐσίας, προϊέναι δὲ ἀδιαιρέτως, διὰ μὲν τοῦ προϊέναι τὴν ἀπόῤῥητον διάκρισιν παριστώντων, διὰ δὲ τοῦ ἀδιαιρέτως ὑπερφυᾶ δεικνύντων τὴν ἕνωσιν, αἰωνία ἡ μνήμη.

Καὶ περὶ τοῦ φωτὸς, τῶν ὁμολογούντων, φασὶ, τὸ ἐκλάμψαν ἀποῤῥήτως φῶς ἐπὶ τοῦ ὄρους τῆς τοῦ Κυρίου μεταμορφώσεως, φῶς ἀπρόσιτον εἶναι, καὶ φῶς ἄπλετον, καὶ χύσιν ἀπεριόριστον θείας αἴγλης, καὶ δόξαν ἀπόῤῥητον, καὶ θεότητος δόξαν ὑπερτελῆ, D Υἱοῦ δόξαν καὶ βασιλείαν Θεοῦ, καὶ κάλλος ἀληθινὸν καὶ ἐράσμιον περὶ τὴν θείαν καὶ μακαρίαν φύσιν, καὶ φυσικὴν δόξαν Θεοῦ, καὶ θεότητος Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἐν Υἱῷ μονογενεῖ ἀποστράπτουσαν, καὶ διὰ ταῦτα ἄκτιστον δοξαζόντων τὸ τοιοῦτον φῶς, μὴ μέντοι γε αὐτὸ εἶναι λεγόντων τὴν ὑπερούσιον τοῦ Θεοῦ οὐσίαν, ὡς ἐκείνης ἀοράτου παντάπασι, καὶ ἀμεθέκτου μενούσης, δόξαν δὲ μᾶλλον λεγόντων τοῦτο φυσικὴν τῆς ὑπερουσίου οὐσίας, ἐξ ἐκείνης προϊοῦσαν ἀδιαιρέτως, καὶ ἐπιφαινομένην διὰ φιλανθρωπίαν Θεοῦ τοῖς κεκαθαρμένοις τὸν νοῦν, μεθ' ἧς δόξης ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς ἥξει κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ φρικτὴν παρουσίαν κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς, αἰωνία ἡ μνήμη.

Καὶ πάλιν, τοῖς μὴ ὁμολογοῦσι κατὰ τὰς τῶν ἁγίων θεοπνεύστους θεολογίας, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας εὐσεβὲς φρόνημα μήτε κτίσμα εἶναι τὸ θειότατον ἐκεῖνο φῶς, μήτε οὐσίαν Θεοῦ, ἀλλ' ἄκτιστον καὶ φυσικὴν χάριν, καὶ ἔλλαμψιν καὶ ἐνέργειαν, ἐξ αὐτῆς τῆς θείας οὐσίας ἀχωρίστως ἀεὶ προϊοῦσαν, ἀνάθεμα.

Καθολικῷ μὲν οὖν λόγῳ περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἀκτίστου Θεοῦ, ἣν καὶ φῶς καὶ δόξαν καὶ χάριν, καὶ ἔλλαμψιν καὶ θεότητα ὑφειμένην, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πλεῖστα ἐπωνόμασαν, τάδ' ἀπεφήναντο, κατὰ μέρος δὲ καὶ πολλοῖς τρόποις ἐχρήσαντο διακρίσεως.

Καὶ πρῶτος μὲν τρόπος ἐστὶν, ὅτι φασὶ, Τὸ μὲν ἐστὶν οὐσία καὶ ὑπόστασις· τὸ δὲ οὔτε οὐσία, οὔτε ὑπόστασις. Καί φησιν ὁ μὲν Παλαμᾶς ἐν διαλόγῳ, ᾧ ἐπιγράφει *Θεοφάνην καὶ Θεότιμον*· Εἰ γὰρ μήθ' ὑπόστασις, μήτ' οὐσία ἡ θεότης πέφυκεν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἄκτιστος καὶ ἀΐδιος· ὁ δ' ἐκ Θεσσαλονίκης Νεῖλος ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Κανών ἐστι θεολογικός*· « Ἑκάστη μὲν, φησὶν, ὑπόστασις ὑφέστηκε καθ' ἑαυτήν· ἐνέργεια οὐ καθ' ἑαυτὴν ὑφέστηκεν. » Ἐν δὲ τῷ τόμῳ πάντες ὁμοῦ, « Ἡμῖν δὲ, φασὶν, ἀρτίως ὁ λόγος οὐ περὶ ταύτης τῆς ἐνεργείας καὶ δυνάμεως, ἀλλὰ περὶ τῆς κοινῆς τῆς τρισυποστάτου θεότητος, ἥτις οὐχ ὑπόστασίς ἐστιν, ἀλλὰ φύσει καὶ ὑπερφυῶς πρόσεστιν ἑκάστῃ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων. »

Δεύτερος δὲ, ὅτι φασὶν, Ἡ μὲν οὐσία τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ ἔχον, ἡ δὲ ἐνέργεια τὸ ἐχόμενον. Ἀποφαίνονται δὴ ἐν τῷ αὐτῷ τόμῳ λέγοντες, ὅτι Τὸ ἔχον, τοῦ ἐχομένου κατά τι διαφέρει πάντως. Εἰ οὖν οὐκ ἔστι διαφορὰ τῆς θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας, οὐκ ἔστιν ἔχειν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἐνέργειαν. Τὸ δὲ μὴ ἔχον ἐνέργειαν ἀνενέργητόν ἐστι. Τὸ δὲ ἀνενέργητον καὶ ἀνύπαρκτον.

Τρίτος τρόπος, ὅτι ἡ μὲν οὐσία τοῦ Θεοῦ μοναδικῶς ἀεὶ λέγεται, ἡ δὲ ἐνέργεια καὶ μοναδικῶς καὶ πληθυντικῶς. Καί φασιν ἐν τῷ τόμῳ· « Πληθυντικῶς μὲν ὁ θεῖος Διονύσιος τὰς ἐλλάμψεις προενεγκὼν, ἔδειξεν οὐκ οὐσίαν οὔσας Θεοῦ· ἐκείνη γὰρ οὐδέποτε πληθυντικῶς προάγεται· ἐλλάμψεις δὲ αὐτὰς καλέσας, καὶ ἀνάρχους καὶ ἀτελευτήτους προσειπὼν, θείας καὶ ἀκτίστους ἐνεργείας ταύτας ἔδειξεν. » Ὁ δ' ἐκ Θεσσαλονίκης Νεῖλός φησιν ἐν τῷ προειρημένῳ λόγῳ· « Μία μὲν ἡ οὐσία, ταῦτα δὲ πολλὰ, ἓν δὲ καὶ πλῆθος ἕτερα. »

Τέταρτος τρόπος, ὅτι Ἡ μὲν οὐσία ἡ θεία αἰτία ἐστίν· ἡ δὲ αἱ ἐνέργεια, μᾶλλον δὲ ἐνέργειαι αἰτιαταὶ μὲν παρὰ τῆς οὐσίας εἰσὶν, ἀπεργαστικαὶ δὲ τῆς κτίσεως. Καί φησιν ὁ μὲν Παλαμᾶς ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ὑποψιθυρίσας τοίνυν*, « Ἡ γὰρ θελητικὴ καὶ ἐνεργητικὴ δύναμις φυσικόν ἐστιν, ἀλλ' οὐχὶ φύσις. » Καὶ ἐν τῷ κατὰ Θεοφάνην καὶ Θεότιμον διαλόγῳ, « Τῆς τρισυποστάτου φύσεως θεία δύναμις καὶ ἐνέργεια ἀπεργαστική ἐστι τῶν ἐκτὸς, καὶ εἰς μυρία μερίζεται. » Καὶ ἐν τῷ τόμῳ κοινῇ πάντες·

A Et rursus iis qui non confitentur juxta sanctorum a Deo inspiratas theologias, et pium Ecclesiæ sensum, divinissimum illud lumen, neque creatum esse, neque substantiam Dei, sed increatam et naturalem gratiam, et illustrationem, atque operationem ex ipsa divina substantia inseparabiliter perpetuo provenientem, anathema.

Igitur universe loquendo de substantia et operatione increata Dei (quam etiam lumen, et gloriam, et gratiam, atque illustrationem, Deitatemque demissam, aliis multis hujusmodi nominibus nuncuparunt), hæc affirmarunt, singillatim vero multis etiam modis distinctionis usi sunt.

Primus modus : Alterum aiunt esse substantiam et hypostasim, alterum vero neque substantiam
B neque hypostasim. Et quidem Palamas in Dialogo, quem inscribit *Theophanem ac Theotimum*, asserit : Etsi enim neque hypostasis, neque substantia Deitas est, nihilominus increata et æterna est. Nilus vero Thessalonicensis in oratione, cujus initium, *Canon est theologicus*. « Unaquæque, inquit, hypostasis per se subsistit, operatio non per se subsistit. » In tomo autem simul omnes, « Nobis vero, inquiunt, nunc non est sermo de hac operatione ac virtute, sed de communi trium personarum deitate, quæ non est hypostasis, sed naturaliter et admirabiliter adest unicuique divinarum hypostaseon.

Secundus modus : Substantia, inquiunt, Dei est
C quod habet, operatio vero est quod habetur. Censent igitur in eodem tomo, illud quod habet secundum quid omnino ab eo quod habetur differre. Si igitur non est aliqua differentia inter divinam substantiam et operationem, non potest substantia Dei operationem habere; quod vero non habet operationem, nihil agit; quod vero nihil agit, non exsistit.

Tertius modus : Quod substantia quidem Dei singulariter semper dicitur, operatio vero et singulariter et pluraliter. Atque in tomo aiunt : « Cum divinus Dionysius pluraliter illustrationes protulerit, ostendit eas non esse substantiam Dei. Quippe illa nunquam multitudinis numero profertur. Cum autem eas illustrationes appellaverit, et
D carere principio et fine dixerit, divinas operationes et increatas eas ostendit. » Nilus vero Thessalonicensis in prædicto sermone, « Una quidem, inquit, est substantia, hæc autem multa sunt; unum autem et multitudo diversa sunt. »

Quartus modus : Quod substantia quidem divina causa est, operatio vero, seu potius operationes causatæ sunt a substantia, efficientes vero sunt creationis. Et Palamas quidem in sermone, cujus initium : *Susurrans igitur*, ait : « Volitiva enim atque operatoria vis, naturale quid est, non autem natura. » Et in Dialogo secundum Theophanem et Theotimum, « Unius trium personarum naturæ divina potentia et operatio efficiens est eorum quæ sunt ad extra, et in infinita dividitur. » Et in

tomo communiter omnes aiunt, « Unam igitur hanc et præcipuam proprie dixerit aliquis inter divinam substantiam et divinam operationem distinctionis speciem, nimirum secundum causam et causatum. »

Quintus modus : Aiunt substantiam quidem proprie non dici Deitatem, sed etiam si diceretur Deitas, supereminens dicitur, operatio vero proprie est Deitas, et infinite infinities remissa Deitas (id est inferior). Unde cum multæ sint atque innumeræ operationes Dei increatæ, multæ quoque deitates sunt atque innumeræ. Et Palamas quidem in epistola ad Acindynum, « Est igitur, inquit, deitas remissa donum exsistens deitatis supereminentis, nec tantum deitas, sed increata deitas, et ultra hanc deitatem est Deus. » In sermone vero ad Nomophylacem Simeonem, « Si enim, inquit, remissa, vel inferior, aut minor, vel quidpiam simile divina operatio non dicatur, non vere sanctus Dionysius, et quotquot sunt illi æquales et similes, supereminentem esse substantiam Dei docent. Fieri enim non potest, ut quid supereminieat, non exsistente, quod infra sit. » Et in oratione, cujus initium : *A spiritu excitatis Patribus* : « Quoniam enim, inquit, et Dei natura deitas appellatur, magis autem proprie operatio. » Et in Dialogo, cujus inscriptio *Barlamites et Orthodoxus*, « Una est, inquit, trium hypostaseon deitas, seu natura et substantia supersubstantialis, simplex, invisibilis, inintelligibilis, prorsus imparticipabilis. » Reliquæ vero, quæ a sanctis dicuntur deitates, sive una, sive duæ, sive plures sunt. Nam illud, ubique esse ἀπὸ τοῦ θεῖν, a currendo, et quasi ubique pertingendo; item nullibi esse decurrendo, et quasi ubique fugiendo deitas cognominatur. Splendor item Dei, quem et apostoli in monte conspexeruht, deitas dicitur ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ab eo quod est ardere, hoc est comburere, atque omnem malitiam consumere. Item scire omnia ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, ab aspicere, quod Deus cuncta conspiciat, antequam fiant, et providere ἀπὸ τοῦ ἐφορᾶν, ab eo quod inspiciat, ad hæc et deificare (deitas dicitur). » Et post nonnulla : « Videsne evidenter, quod non tantum quæ prorsus est invisibilis, et inintelligibilis, et imparticipabilis deitas, sed etiam, quæ ineffabiliter sanctis est aspectabilis, et intelligibilis, et participabilis deitas Dei est? » Et in alia oratione : « Sed ego omnes bonos, inquam, unius Dei processus esse substantialia hæc et naturalia Dei, quæ dicuntur remissa respectu divinæ substantiæ, quæ et ab ipsa, et inter se distinguuntur (nimirum) sapientiam, potentiam, operationem, vitam, et bonitatem, ac sanctitatem, et omnia quotquot et est, et dicitur numen divinum. » Rursus in eadem oratione : « Sed si non esset alia deitas præter divinam naturam, ingenita, ipsi coæterna, tanquam ipsius operatio. » Et post nonnulla : « Sed et illud infinities infinite in omnibus hujusmodi divinæ attribuerunt eminentiæ. » Et in Apo-

A « Ἓν μὲν δὴ τοῦτο καὶ πρῶτον κυρίως ἄν τις φαίη τῆς τε θείας οὐσίας καὶ θείας ἐνεργείας διακρίσεως εἶδος, τὸ κατ' αἴτιον δηλαδὴ καὶ αἰτιατόν. »

Πέμπτος τρόπος, ὅτι φασὶ τὴν μὲν οὐσίαν μὴ κυρίως λέγεσθαι θεότητα, ἀλλ' εἰ καὶ λέγοιτο θεότης, ὑπερκειμένη λέγεται· ἡ δὲ ἐνέργεια κυρίως τέ ἐστι θεότης, καὶ ὑφειμένη ἀπείρως ἀπειράκις ἐστὶν, ὅθεν καὶ ἐπεὶ πολλαὶ καὶ ἀναρίθμητοι ἐνέργειαί εἰσι τοῦ Θεοῦ ἄκτιστοι, καὶ πολλαὶ θεότητές εἰσι καὶ ἀναρίθμητοι. Καὶ ὁ μὲν Παλαμᾶς ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀκίνδυνον ἐπιστολῇ, « Ἔστιν ἄρα, φησὶ, θεότης ὑφειμένη, δῶρον οὖσα τῆς ὑπερκειμένης, καὶ οὐ θεότης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄκτιστος θεότης, καὶ
B ὑπὲρ ταύτην τὴν θεότητά ἐστιν ὁ Θεός. » Ἐν δὲ τῷ πρὸς τὸν νομοφύλακα Συμεώνην· « Εἰ μὴ γὰρ ὑφειμένη, φησὶν, ἢ ὑπερεχομένη, ἢ ὑποδεδηκυῖα, ἤ τι τοιοῦτον ἡ θεία ἐνέργεια λεχθείη, οὐκ ἀληθῶς ὁ ἅγιος Διονύσιος, καὶ ὅσοι κατ' αὐτὸν ὑπερκειμένην εἶναι διδάσκουσι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. Οὐ γάρ ἐστιν ὑπερκεῖσθαι μὴ ὄντος τοῦ ὑποδεδηκότος. » Καὶ ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, *Τοῖς πνευματοκινήτοις τῶν Πατέρων*, « Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ φύσις θεότης ὀνομάζεται· κυριώτερον δὲ ἡ ἐνέργεια. » Καὶ ἐν τῷ διαλόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, *Βαρλαμίτης καὶ ὀρθόδοξος*, « Μία ἐστὶ τῶν τριῶν, φησὶν, ὑποστάσεων θεότης, ἤτοι φύσις καὶ οὐσία ὑπερούσιος, ἁπλῆ, ἀόρατος, ἀπερινόητος, ἀμέθεκτος παντάπασιν.
C Αἱ δὲ ἄλλαι παρὰ τῶν ἁγίων λεγόμεναι θεότητες, εἴτε μία, εἴτε δύο, εἴτε πλείους. Καὶ γὰρ τὸ πανταχοῦ εἶναι, ἀπὸ τοῦ θεῖν καὶ οἱονεὶ φθάνειν πανταχόσε, θεότητα ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν· καὶ τὸ μηδαμοῦ εἶναι ἀποθέοντα, ὥσπερ διαφεύγοντα πανταχόθεν. Ἥ τε τοῦ Θεοῦ λαμπρότης, ἣν καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐπὶ τοῦ ὄρους εἶδον, θεότης λέγεται, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, τουτέστι καίειν τε καὶ ἀναλίσκειν πᾶσαν μοχθηρίαν· τό τε γινώσκειν ἅπαντα παρὰ τὸ θεᾶσθαι πάντα τὸν Θεὸν πρὶν γενέσθαι αὐτὰ, καὶ τὸ προνοεῖν ἀπὸ τοῦ ἐφορᾷν, καὶ πρὸς τούτοις τὸ θεοποιεῖν. Καὶ μετά τινα· « Ὁρᾷς σαφῶς, ὅτι οὐ μόνον ἡ παντάπασιν ἀόρατος καὶ ἀπερινόητος καὶ ἀμέθεκτος θεότης, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῖς ἁγίοις μόνοις ἀποῤῥήτως ὁρατὴ καὶ νοητὴ καὶ μεθεκτὴ θεότης τοῦ Θεοῦ ἐστι. »
D Καὶ ἐν ἑτέρῳ· « Ἀλλ' ἐγὼ τὰς ὅλας ἀγαθάς φημι τοῦ ἑνὸς Θεοῦ προόδους εἶναι τὰ οὐσιώδη ταῦτα καὶ φυσικὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ὑφειμένα τῆς θείας οὐσίας, καὶ ἕτερα ταύτης τε καὶ ἀλλήλων, τὴν σοφίαν, τὴν δύναμιν, τὴν ἐνέργειαν, τὴν ζωὴν, καὶ ἀγαθότητα, καὶ ἁγιότητα, καὶ πάνθ' ὅσα καὶ ἔστι τὸ Θεῖον καὶ λέγεται. » Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ· « Ἀλλ' εἰ μὴ ἄλλη θεότης εἴη παρὰ τὴν θείαν φύσιν ἀγέννητος, καὶ αὐτῇ συναΐδιος ὡς ἐνέργεια αὐτῆς. » Καὶ μετά τινα· « Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπειράκις ἀπείρως ἐπὶ τῶν τοιούτων πάντων τῇ θείᾳ προσέθηκαν ὑπεροχῇ. » Καὶ ἐν τῇ οὕτω καλουμένῃ διεξοδικωτέρᾳ ἀπολογίᾳ· « Καὶ γὰρ κατηξιώθημεν εἰδέναι τὴν μὲν οὐσίαν μίαν καὶ ἁπλῆν καὶ ἀδιαίρετον καθ' ἑαυτὴν, ἐκείνας δὲ οὐ πολλὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαινούσας. »

A Καὶ ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Φιλονεικοῦσι μὲν ἀλλήλους ὑπερβαλέσθαι*, « Σὺ πόθεν ἡμᾶς, φησὶν, ἐφώρασας, καὶ διὰ τίνων διθεΐτας ἀποδεικνύεις, ὅτι τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ καὶ ὁρατὴν, μᾶλλον δὲ καὶ νοητὴν λέγομεν θεότητα, καθάπερ οἱ θεόληπτοι διδάσκουσι θεολόγοι; Καὶ ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Τριῶν ὄντων ἐν κεφαλαίῳ*, « Ἀλλ' ἐπειδήπερ, φησὶν, ἡμεῖς κατὰ τὴν πατρικὴν ὑφήγησιν καὶ τὴν θεοποιὸν καὶ τὴν καθαρτικὴν καὶ τὴν θεατικὴν δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν, πρὸς δὲ ταύταις καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀνυμνοῦμεν τῇ τῆς θεότητος ἐπωνυμίᾳ, καὶ ἀπὸ τούτων χρώμεθα καὶ ἐπὶ τῆς πηγαζούσης αὐτὰς οὐσίας τῷ προσρήματι, πῶς σὺ δύο καὶ μὴ πλείους ἡμᾶς ἰσχυρίζῃ λέγειν θεότητας; » Καὶ ἐν τῷ λόγῳ, ᾧ ὀνομάζει *Ἐλέγχους καὶ ἄτοπα*, « Ἔστιν ἄρα θεότης, φησὶν, ἄλλη παρὰ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὑπάρχουσα συναΐδιος B αὐτῇ. Ἀεὶ δὲ τὸ ἐνεργοῦν τῶν ἐνεργουμένων ὑπερέχει, καὶ τῶν ἀνουσίων ἡ οὐσία, καὶ τῶν ὀνομαζομένων τὸ ὑπερώνυμον. » Καὶ ὁ εἰς πατριάρχην πρῶτον χρηματίσας Ἰσίδωρος ἔν τινι ᾄσματι· « Φαμὲν σου θεότητα κυρίως τὴν ἐνέργειαν, πόθῳ δὲ πολλάκις καὶ τὴν φύσιν. » Ταῦτα δὲ πάντα συμπεραίνοντες ἐν τόμῳ φασί. Μετὰ τοῦτο ἐζητήθη, εἴ γε ἡ θεία ἄκτιστος ἐνέργεια θεότης παρὰ τῶν ἁγίων προσαγορεύεται, καὶ ἀνεφάνη καὶ τοῦτο παρὰ τῶν θεολόγων κηρυττόμενον· καὶ πρὸς τούτῳ αὖθις ἐν τῷ τόμῳ, « Ἐζητήσαμεν, φασὶν, ἀποδειχθῆναι παρὰ τῶν θεολόγων, εἰ ὑπέρκειται ταύτης κατ' οὐσίαν ὁ Θεός· καὶ ἀνεφάνη καὶ τοῦτο παρὰ πάντων κηρυττόμενον. »

logia, quam vocant prolixiorem: « Etenim digni facti sumus, qui sciamus substantiam quidem, unam, ac simplicem, atque indivisibilem per se, illas vero non tantum plures, sed et numerum excedentes. » Et in oratione, cujus initium: *Contendunt quidem se invicem superare*, « Tu, inquit, unde nos deprehendisti, et quibusnam ostendis esse ditheitas, duos deos sentientes? quod ejusdem Dei, et visibilem, quin potius et intelligibilem dicimus deitatem, quemadmodum docent sacri theologi. » Et in alia oratione, cujus initium: *Tria cum sint in summa*, « Sed quandoquidem nos, inquit, secundam paternam expositionem, etiam deificantem, et purgativam, et aspectivam potentiam et operationem, multas alias prælerea celebramus hac appellatione deitatis: et ex his utimur etiam hac appellatione in substantia, a qua veluti fonte eæ scaturiunt, quomodo tu duas, et non plures contendis nos asserere deitates? » Et in oratione, quam nominat, *Refutationes et absurda*, « Est ergo deitas, inquit, alia præter substantiam Dei, ipsi exsistens coæterna. Semper autem operans operatis superior est, et substantia, non substantiis, et quod omnem appellationem excedit iis quæ nomen habent. » Item Isidorus ille, qui primo exstitit patriarcha, in quodam Cantico, « Dicimus, inquit, tuam operationem proprie deitatem, affectu autem sæpe et naturam. » Hæc autem omnia in tomo concludentes, aiunt. Postea quæsitum est an divina increata operatio a sanctis nuncupatur deitas, et constitit etiam hoc a theologis prædicatum. « Ad hoc rursus in tomo quæsivimus, aiunt, ostendi a theologis an superior sit huic secundum substantiam Deus? et patuit etiam ab omnibus prædicatum. »

C Ἕκτος τρόπος, ὅτι φασὶ τὴν μὲν οὐσίαν ἀόρατον καὶ ἀπερινόητον εἶναι, τὴν δὲ ἐνέργειαν ὁρατήν. Καί φησι διαβάλλων τὸν μέγαν Βασίλειον ἐν τῷ διαλόγῳ τοῦ *Βαρλααμίτου καὶ Ὀρθοδόξου*· « Ὁρᾷς ὅτι καὶ οὗτος οὐ μόνον ἀόρατον οἶδε τοῦ Θεοῦ τὴν θεότητα, ἀλλὰ καὶ ὁρατήν· ἐπειδήπερ καὶ τὸ κατ' αὐτὴν φῶς. » Καὶ ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ὑποψιθυρίσας*, « Καὶ γὰρ ἀνθρωπίνοις, φησὶν, ὀφθαλμοῖς ὤφθη, καὶ διανοίᾳ ἐνήστραψε· διὸ καὶ ὁρατὴ καὶ νοητὴ κέκληται θεότης. »

Sextus modus: Substantiam quidem aiunt invisibilem et incomprehensibilem, operationem vero visibilem; et ait Palamas calumniando magnum Basilium in dialogo *Barlamitæ atque Orthodoxi*: « Videsne quod is quoque non tantum Deitatem novit invisibilem, sed etiam visibilem? Quandoquidem visibile est ejus lumen. » Et in oratione, cujus initium, *Cum insusurrasset*: « Etenim humanis oculis visa est, atque interno splendore mentem fulguravit. Quocirca et visibilis et intelligibilis appellata est Deitas.

Ὁ ἕβδομος τρόπος, τὸ τὴν μὲν οὐσίαν ἀκίνητον εἶναι παντελῶς, τὴν δ' ἐνέργειαν κινουμένην, καὶ κίνησιν. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν λόγῳ, ᾧ ἐπιγράφει, *Ἐλέγχους καὶ ἄτοπα*· « Καὶ ὡς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ ἀκινήτου μενούσης ἡ θεότης αὕτη κινεῖσθαι D καὶ μεταδίδοσθαι πέφυκε. » Κοινῇ δὲ ἀποφαίνονται ἐν τῷ τόμῳ τὴν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν ταύτην, τοῦ Θεοῦ κίνησιν οὖσαν εἰδότες, ὡς ἐκ πηγῆς ἀενάου τῆς θείας οὐσίας προέρχεσθαί τε καὶ πηγάζειν.

Septimus modus: substantiam quidem esse omnino immobilem, operationem vero esse mobilem, et motum. Et Palamas in dialogo, quem inscribit *Refutationes et absurda*, asserit, quod « Cum substantia Dei immota maneat, deitas hæc movetur, et communicari apta est. » Communiter vero in tomo affirmant, substantialem ac naturalem hunc Dei motum exsistere, scientes quod tanquam ex fonte perenni, e divina scilicet substantia proficiscitur et manat.

Ὁ ὄγδοος τρόπος, τὸ τὴν μὲν οὐσίαν ἀκατάληπτον εἶναι, τὴν δὲ ἐνέργειαν γνώριμον καὶ καταληπτήν. Καί φησιν ἐν τῷ ῥηθέντι λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ὑποψιθυρίσας τοίνυν*, « Διενήνοχε τῆς θείας οὐσίας ἡ θεία ἐνέργεια κατὰ πολλοὺς τρόπους, καθάπερ ἐν πολλοῖς

Octavus modus, quod substantia sit incomprehensibilis, operatio vero nota, et comprehensibilis: et in prædicta oratione, cujus initium: *Cum igitur insusurrasset*: « Differt a divina substantia divina operatio multis modis; ut multis et per

plura demonstravimus; ex his autem modis unus est, quod divina substantia sit omnino imperceptibilis, notæ vero sint divinæ operationes. »

Nonus modus et decimus, quod substantia penitus sit imparticipabilis, et impartibilis, et imperceptibilis, et inintelligibilis, operatio vero sit participabilis, et partibilis, et perceptibilis, et intelligibilis. In eadem oratione hæc sunt verba Palamæ; « Quod autem ita partitur, operatio est divina, cum substantia sit prorsus impartibilis. » Et in Apologia prolixiori sic habet Palamas: « Secundum substantiam quidem Deus est imparticipabilis; secundum vero deificantem gratiam et operationem, quæ et gloria Dei nominatur, et participatur, et a dignis videtur. » Et rursus in eadem: « Quid igitur, naturam Dei et substantiam hæreditabunt? Nequaquam, sed deificantem gratiam, et regnum, quod regnum quamvis non sit natura Dei, illa quippe imparticipabilis est, sed naturalis est operatio Dei, quæ naturaliter sequitur Deum, et inseparabiliter circa eum semper consideratur; idcirco et hujus hæres Dei dicitur hæres. » Et in quarta oratione ad Acindynum, sic habet: « Quod adversarii dum nos monent, ut fugiamus eos, qui dicunt Numen divinum secundum substantiam imperceptibile, tanquam quod supereemineat, perceptibilia vero substantialia ejus, et corporalibus oculis visibilia, cum sint alia, et ejus submissa, monent fugiendos esse sanctos. » Et in dialogo quem inscribit *Theophanes et Theotimus*; « Quonam modo una quidem intelligibilis, altera vero inintelligibilis litteris proditur ejusdem Dei deitas, visibilisque dignis in virtute Spiritus sancti, et prorsus omnibus invisibilis, participabilisque, et imparticipabilis secundum normam pietatis dicimus? »

A καὶ διὰ πλειόνων ἀπεδείξαμεν. Τούτων δὲ τῶν τρόπων εἷς ἐστι, καὶ τὸ τὴν μὲν θείαν οὐσίαν ἄληπτον εἶναι παντελῶς, γνωρίμους δὲ τὰς θείας ἐνεργείας. »

Ὁ θʹ καὶ ιʹ τρόπος ἐστὶ, τὸ τὴν μὲν οὐσίαν ἀμέθεκτον καὶ ἀμέριστον, καὶ ἄληπτον καὶ ἀπερινόητον εἶναι παντελῶς, τὴν δ' ἐνέργειαν μεθεκτὴν καὶ μεριστὴν καὶ ληπτὴν καὶ νοητήν. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· « Τὸ δ' οὕτως μεριζόμενον ἐνέργειά ἐστι θεία, τῆς οὐσίας οὔσης ἀμερίστου παντάπασι. » Καὶ ἐν τῇ διεξοδικωτέρᾳ ἀπολογίᾳ· « Κατ' οὐσίαν μὲν ὁ Θεὸς ἀμέθεκτός ἐστι· κατὰ δὲ τὴν θεοποιὸν χάριν, καὶ ἐνέργειαν, ἥτις καὶ δόξα Θεοῦ καλεῖται, καὶ μετέχεται, καὶ ὁρᾶται τοῖς ἀξίοις. » Καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ· « Τί οὖν τὴν τοῦ B Θεοῦ φύσιν καὶ οὐσίαν κληρονομήσουσιν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ τὴν θεοποιὸν χάριν τε καὶ βασιλείαν, ἥτις εἰ καὶ μὴ φύσις ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ γὰρ ἀμέθεκτος ἐκείνη, ἀλλὰ φυσικὴ ἐστιν ἐνέργεια Θεοῦ, φυσικῶς ἑπομένη τῷ Θεῷ, καὶ ἀχωρίστως περὶ αὐτὸν ἀεὶ θεωρουμένη. Διὸ καὶ ὁ ταύτης κληρονόμος κληρονόμος λέγεται Θεοῦ. » Καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ πρὸς Ἀκίνδυνον λόγῳ· « Ὅτι φεύγειν παραινοῦντες οἱ ἐναντίοι ἡμῖν τοὺς λέγοντας ἄληπτον μὲν κατ' οὐσίαν τὸ Θεῖον, ἅτε καὶ ὑπερκείμενον, ληπτὰ δὲ τὰ οὐσιώδη αὐτοῦ, καὶ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρατὰ, ἕτερα ὄντα καὶ ὑφειμένα αὐτοῦ, φεύγειν παραινοῦσι τοὺς ἁγίους. » Καὶ ἐν τῷ διαλόγῳ, ὃν *Θεοφάνης καὶ Θεότιμος* ἐπιγράφει· « Πῶς δὲ ἡ μὲν νοητὴ, ἡ δὲ ἀπερινόητος ἀναγέγραπται τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ θεότης, C ὁρατή τε τοῖς ἀξίοις ἐν δυνάμει Πνεύματος, καὶ πᾶσι παντάπασιν ἀόρατος, μεθεκτή τε καὶ ἀμέθεκτος κατὰ τὸν γνώμονα τῆς εὐσεβείας λέγομεν; »

Hæc autem omnia colligentes in tomo communiter sanxerunt. differunt autem, inquiunt, inter se hujusmodi deitates, eo scilicet, quod divina operatio participatur, et partitur impartibiliter, et nominatur, et quodammodo, quamvis subobscure ex suis effectis intelligitur. Substantia vero est imparticipabilis, et impartibilis, et innominata, tanquam omnem nominationem excedens videlicet, atque omnino inintelligibilis.

Πάντα δὲ ταῦτα συναγαγόντες ἐν τῷ τόμῳ κοινῇ ἐπεκύρωσαν, Διενηνόχασι δ' ἀλλήλων, φάμενοι, αἱ τοιαῦται θεότητες, δηλαδὴ τῷ τὴν μὲν θείαν ἐνέργειαν μετέχεσθαι καὶ μερίζεσθαι ἀμερίστως καὶ ὀνομάζεσθαι καὶ νοεῖσθαί πως, εἰ καὶ ἀμυδρῶς ἐκ τῶν αὐτῆς ἀποτελεσμάτων· τὴν γε μὴν οὐσίαν ἀμέθεκτον καὶ ἀμέριστον καὶ ἀνώνυμον, ὡς ὑπερώνυμον δηλονότι καὶ ἀπερινόητον παντελῶς.

D

Decimus quintus modus, quod substantia quidem nullam habeat in se differentiam, operationes vero cum inter se, tum a substantia differentes sint. Atque Palamas in commemorata oratione, cujus initium: *Cum igitur insusurrasset*, ait, « Volentes pietatem colere, et sobrie sapere, fateantur differre quidem ejusmodi cuncta inter se, causam autem illorum hoc esse, in quo, et ex quo sunt, cum illud sit supra hæc. »

Δέκατος πέμπτος τρόπος, τὸ τὴν μὲν οὐσίαν μὴ διάφορον εἶναι καθ' ἑαυτὴν, τὰς δ' ἐνεργείας καὶ πρὸς ἀλλήλας, καὶ πρὸς τὴν οὐσίαν διαφόρους. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ διαληφθέντι λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ὑποψιθυρίσας*, « Θέλοντες εὐσεβεῖν καὶ σωφρονεῖν, ὁμολογείτωσαν διαφέρειν μὲν τὰ τοιαῦτα πάντα ἀλλήλων· αἴτιον δὲ ἐκείνων τοῦτο ἐν ᾧπερ καὶ ἐξ οὗ ἐστιν αὐτοῦ ὄντος ὑπὲρ ταῦτα. »

Et in alia oratione, cujus initium: *A spiritu excitatis*, « Sed quis enumeret omnes voces sanctorum, quibus et substantiam Dei, et potentias Dei esse increatas testantur, atque inter se differre ostendunt, et hæc omnia unam esse dei-

Καὶ ἐν ἑτέρῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, *Τοῖς πνευματοκινήτοις*, « Ἀλλὰ τίς ἂν ἀπαριθμήσαιτο πάσας τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς, δι' ὧν καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ δυνάμεσι τὸ ἄκτιστον προσμαρτυρεῖται, καὶ τὸ διαφέρειν πρὸς ἀλλήλας δείκνυται, καὶ

μίαν εἶναι ταῦτα πάντα θεότητα συνιέντα εἰς ἕν, ὡς ἄκτιστα; »

Καὶ ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Φιλονεικοῦσι μὲν*, « Οὐ πολλαὶ δὲ μόνον αἱ θεῖαι ἐνέργειαι, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων διαφέρουσαι, καὶ τῆς μιᾶς οὐσίας ἐξ ἀνάγκης διενηνόχασιν. »

ιη' τρόπος, τὸ τὴν μὲν οὐσίαν ὑπὲρ τὸ καθ' ὑπεροχὴν ὂν λέγεσθαι, τὴν δ' ἐνέργειαν καθ' ὑπεροχὴν μὴ ὄν. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἔν τινι τῶν προτέρων λόγων· « Καὶ ὑπὲρ τὸ καθ' ὑπεροχὴν μὴ ὄν, διὰ νοερᾶς αἰσθήσεως πνευματικῶς ὁρώμενον, ὃ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἥκιστά ἐστι. »

ιθ' τρόπος ἐστὶ τὸ τὴν οὐσίαν ἄσχετον εἶναι καὶ ἀμίμητον, τὴν δὲ ἐνέργειαν σχέσιν τε εἶναι καὶ μίμησιν, καὶ μίμημα· καὶ ἀποφαίνονται ἐν τῷ τόμῳ, ὥστε οὐδὲ ἡ θεοποιὸς δωρεὰ τοῦ Πνεύματος αὐτὴ ἡ θέωσίς ἐστι κτιστὴ, διότι σχέσις ἐστὶ πρὸς τὰ θεούμενα. » Καὶ πάλιν, « Ὥστε τὸ μίμημα λέγεσθαι οὐκ ἐμποδίζει πρὸς τὸ ἄκτιστον εἶναι τὴν θέωσιν. »

κ' τρόπος ἐστὶ, τὸ τὴν οὐσίαν ἀθάνατον εἶναι δι' ἑαυτὴν, τὴν δ' ἐνέργειαν διὰ μὲν τὴν οὐσίαν ἀθάνατον, δι' αὐτὴν δὲ νέκρωσιν. Καί φησι Παλαμᾶς ἐν τῷ περὶ θείας καὶ θεοποιοῦ μεθέξεως· « Εἰ δ' ἐκεῖνοι τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ζῶσιν ἀθάνατα, καὶ τεθνήκασι, καὶ πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα ζώντων νεκροὶ, καθάπερ ὁ ζωῆς καὶ θανάτου Χριστὸς ἔδειξεν. Ἔστιν ἄρα καὶ θεότης νέκρωσις, ἀθανάτου κατὰ φύσιν μενούσης. »

Καὶ ἄλλοι δὲ τρόποι πλεῖστοι ἐν τοῖς αὐτῶν ἐγκείμενοι δόγμασιν ἐλάθησαν παρ' ἡμῶν, τοὺς καθολικωτέρους ἐκλεξαμένων. Ἐπεὶ δ' ὡσαύτως εὕρηνται παρ' αὐτοῖς καὶ ἕτερα λίαν ἀσεβῆ δόγματα, μὴ ὑποπίπτοντα τοῖς τῶν διακρίσεων τρόποις, ἀναγκαῖον καὶ ἀπὸ τούτων ἐκθῆναί τινα ἐνταυθοῖ. Τὰς θεότητας οὖν, ἃς ἐκ νέου συνεστήσαντο, ἔστιν ὅπου καὶ θεοὺς φασι. Λέγει τοίνυν Παλαμᾶς ἔν τινι τῶν περὶ φωτὸς λόγων αὐτοῦ· « Διττὸν εἶναι τὸ Θεῖον βουλόμενος δεῖξαι, φησὶν, οὐ μόνον Θεός ἐστιν ὑπὲρ τὰ ὄντα ὤν, δηλαδὴ ἡ ἐνέργεια, περὶ ἧς αὐτῷ ἦν ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ ὑπέρθεος· καὶ οὐ μόνον ὑπὲρ πᾶσαν θέσιν ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀφαίρεσιν, ἡ ὑπεροχὴ τοῦ πάντων ἐπέκεινα· καὶ πᾶσαν ὑπεροχὴν ὁπωσοῦν γενομένην ὑπερβέβηκεν. » Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ· « Καὶ οὐδ' ἐκεῖνο παρὰ τῆς θεολογίας ἤκουσεν, ὡς ἀντὶ πάντων τόθ' ἡμῖν ἡ θεία γενήσεται φύσις· ἵν' ἐντεῦθεν γοῦν Θεὸν εἶναι τουτὶ τὸ φῶς πιστεύσῃ. » Καὶ ἐν τῷ β', τῷ κατὰ τῶν δευτέρων τοῦ Βαρλαὰμ, ὃν ἐπιγράφει *Κατάλογος τῶν ἐκβαινόντων ἀτόπων*· « Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ εἰσὶ τὰ μετέχοντα τοῦ Θεοῦ, ἡ δὲ ὑπερούσιος οὐσία τοῦ Θεοῦ παντάπασιν ἀμέθεκτος· ἔστιν ἄρα τι μεταξὺ τῆς ἀμεθέκτου οὐσίας καὶ τῶν μετεχόντων δι' οὗ ταῦτα τοῦ Θεοῦ μετέχουσι. « Καὶ μετ' ὀλίγα· » Δεῖ δὴ ζητεῖν ἡμᾶς Θεὸν ἕτερον οὐχ ὄντα μόνον αὐτοτελῆ, αὐτενέργητον, αὐτὸν ἑαυτὸν δι' ἑαυτοῦ θεώμενον, ἀλλὰ καὶ ἀγαθόν. » Καὶ πάλιν, « Καὶ ἁπλῶς δι' ἡμᾶς ζητεῖν Θεὸν οὕτω πως μεθεκτὸν, οὗ μετέχον-

A talem in unum convenientia, quippe increata? »

Et in alia oratione, cujus initium, *Contendunt quidem* : « Non solum autem multæ sunt divinæ operationes, sed et inter se differentes, et ab una substantia necessario differunt. »

Decimus octavus modus, quod substantia quidem dicatur non ens supra omnem eminentiam, operatio vero non ens per eminentiam. Et ait Palamas in quadam oratione ex prioribus orationibus : « Et supra id quod est non ens per eminentiam, quod per sensum intellectualem spiritualiter videtur, quod substantia Dei minime est. »

Decimus nonus modus, quod substantia quidem careat habitudine, et inimitabilis sit, operatio B vero habitudo sit, et imitatio, atque imitamentum, et in tomo sententiam ferunt : « Itaque neque deificatrix largitio Spiritus ipsa deificatio est creata, quoniam habitudo est ad ea, quæ deificantur. » Et rursus : « Quare quod dicatur imitamentum, non obstat, quin deificatio sit increata. »

Vicesimus modus, quod substantia quidem sit immortalis per se, operatio vero propter substantiam quidem immortalis, per se vero mortificatio; et ait Palamas in libro *De divina deificante participatione* : « Quod si illi hunc in modum et vivunt immortaliter et mortui sunt, et plurimi ex his qui vivunt, mortui sunt, ut vitæ mortisque ostendit Dominus. Est ergo etiam deitas mortificatio, cum C immortalis secundum naturam permaneat. »

Porro alii quoque plurimi modi in suis dogmatibus inserti a nobis prætermissi sunt, qui universaliores elegimus. Quoniam vero similiter apud ipsos reperiuntur et alia valde impia dogmata, quæ non cadunt in distinctionis modos, opus est ex ipsis hoc loco aliquot exponere. Deitates igitur, quas de novo constituunt, alicubi etiam deos appellant. Dicit ergo Palamas, in quadam sua oratione, earum quæ sunt de lumine, volens divinum numen probare duplex esse : « Non solum Deus est supra entia exsistens, scilicet operatio, de qua ipsi erat sermo, sed et superdeus, neque tantum supra omnem positionem est, sed et supra omnem abstractionem, eminentia rei excedentis omnia, et D omnem eminentiam quomodocunque factam excepit. » Et rursus in eadem oratione : « Neque illuc ex theologia audivit, quod pro omnibus tunc nobis divina fiet natura, ut hinc saltem hoc lumen Deum esse credat. » Et in secunda oratione adversus ea quæ secundo scripsit Barlaam, quam inscripsit : *Catalogus eorum quæ sequuntur absurda* : « Verum enim vero quando quidem sunt, quæ Deum participant, substantia vero Dei, quæ est supra omnem substantiam, penitus imparticipabilis est, datur ergo inter imparticipatam substantiam, et ea quæ participant, quiddam medium per quod ea Deum participant. » Et paulo post : « Opus est igitur nos alium Deum quærere, non tantum exsistentem per se perfectum, per se operativum,

qui seipsum per se speculetur, sed etiam bonum. » Et rursus ; « Simpliciter oportet nos quærere Deum, ita quodammodo participabilem, cujus participes singuli facti, ipsius familiares simus, vivamus, et secundum analogiam participationis divini evadamus. Est ergo inter genita, et imparticipabilem illam supersubstantialitatem, non unum tantum, sed et plurima, atque tot quot sane sunt ea quæ participant. Hæc non per se, illa scilicet media; virtutes enim sunt supersubstantialitatis illius, quæ unice ac singulariter præhabet, et continet totam participabilium multitudinem. » Et in oratione, cujus initium : *Heus tu, non est nobis :* « Et hunc igitur divinum splendorem, et gratiam, et operationem, atque donationem sanctissimi Spiritus, Spiritum sanctum sacræ Scripturæ nuncupant, atque etiam deitatem, et Deum, et deificum donum. » Et rursus : « Quod auten deitatem, et Deum, et deificantem, et ipsam bonitatem, et bonum facientem, et conditorem universi sacræ Scripturæ nominent hanc divinam gratiam, et operationem, et donationem, quæ a supersubstantiali Trinitate provenit, testis est Dionysius Areopagita. » Et Isidorus ille, qui fuit patriarcha in suo quodam Cantico : « Esse vero hoc quidem te, non autem quid sis exprimere intelligimus. Deum autem operationem esse dogmatizant, non hypostasim sancti Spiritus adesse et sanctificare creaturam, sed quamdam gratiam increatam, neque subsistentem ; et quod etiam alii spiritus sancti sint increati, alii præter Spiritum sanctum, unum ex tribus personis Deitatis. » Atque ait Palamas in quinta oratione ad Acindynum : « Satis igitur hæc sunt ad persuadendum, neque creatam esse gratiam, et operationem Spiritus, quæ datur et accipitur ab iis quos gratia sua dignatur Deus, neque substantiam esse Spiritus sancti, quippe ipsa Spiritus sanctus est. Etenim nemini Deus dat substantiam suam, neque cum imperceptibilis sit, fieri potest, ut a quoquam percipiatur. » Et Coccinus ille, qui fuit patriarcha, in oratione, cujus inscriptio : *Nulla divinarum operationum creata,* sic ait : « Quis invidus ac malignus dæmon in Ecclesiam Dei audacter intulit, quod ipsa substantia Dei habitans in hominibus, eos qui purgantur purgat, et qui illuminantur, illuminat, atque illustrat ; et eos qui a recto tramite quadam nequitiæ procella abrepti sunt, reducit, et creaturis inhabitans hæc operatur ?» Ac rursus Palamas in quodam dialogo : « Verum si non esset altera deitas præter divinam naturam, ingenita, ipsique coæterna, tanquam ejus operatio, et Spiritus sanctus alius a divina natura Spiritu sancto inferior tanquam ejus operatio, quomodo impleta est Spiritu sancto Elisabeth ? Et quonam isto ? Non enim impleta est substantia Spiritus. Hæc enim immobilis est, atque intransitiva, et intacta, atque immensa, inalterabilisque. » Et in epistola ad Cyzicensem episcopum, cujus initium : *Scire te volo :* « Quem-

A τες ἕκαστοι, οἰκείως ἑαυτοῦ κατὰ τὴν τῆς μεθέξεως ἀναλογίαν ὄντες καὶ ζῶντες καὶ ἔνθεοι ἐσόμεθα. Ἔστιν ἄρα τι μεταξὺ τῶν γεννητῶν καὶ τῆς ἀμεθέκτου ὑπερουσιότητος ἐκείνης, οὐχ ἓν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλά, καὶ τοσαῦτα, ὁπόσα δὴ καὶ τὰ μετέχοντα. Ταῦτα οὐ καθ' ἑαυτὰ τὰ μέσα δηλαδὴ ἐκεῖνα, δυνάμεις γάρ εἰσι τῆς ὑπερουσιότητος ἐκείνης, μοναχῶς καὶ ἑνιαίως προειληφυίας, καὶ συνειληφυίας τὴν τῶν μεθεκτῶν ἅπασαν πληθύν. » Καὶ ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή, *Οὐκ ἔστιν, ὦ οὗτος, ἡμῖν·* « Καὶ ταύτην τοίνυν τὴν θείαν αἴγλην, καὶ χάριν, καὶ ἐνέργειάν τε καὶ δωρεὰν τοῦ παναγίου Πνεύματος, Πνεῦμα ἅγιον αἱ θεῖαι Γραφαὶ κατονομάζουσιν· ἀλλὰ δὴ καὶ θεότητα, καὶ Θεόν, καὶ θεοποιὸν δῶρον. » Καὶ B πάλιν, « Ὅτι δὲ θεότητα, καὶ Θεόν, καὶ θεοποιὸν καὶ αὐτοαγαθότητα καὶ ἀγαθοποιόν, καὶ δημιουργὸν τοῦ παντός φασιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ τὴν θείαν ταύτην χάριν, ἐνέργειάν τε καὶ δωρεὰν τὴν ἐκ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος προερχομένην, μάρτυς ὁ Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος. » Καὶ ὁ χρηματίσας δὲ εἰς πατριάρχην Ἰσίδωρος ἔν τινι τῶν ᾀσμάτων αὐτοῦ· « Εἶναι δὲ τὸ μὲν σέ, οὐ τί δὲ εἶναι δηλοῦν νοοῦμεν. Θεὸν δ' ἐνέργειαν δογματίζουσιν οὐ τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρεῖναι καὶ ἁγιάζειν τὴν κτίσιν, ἀλλά τινα χάριν ἄκτιστον καὶ ἀνυπόστατον, καὶ ὅτι καὶ ἄλλα πνεύματα ἅγιά εἰσιν ἄκτιστα, ἄλλα παρὰ τὸ ἓν τῆς τρισυποστάτου θεότητος ἅγιον Πνεῦμα. » Καὶ φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῷ πρὸς Ἀκίνδυνον· « Ἱκανὰ μὲν οὖν τὰ τοι- C αῦτα πεῖσαι μήτε κτιστὴν ὑπάρχειν τὴν διδομένην καὶ λαμβανομένην τοῖς κεχαριτωμένοις τοῦ Πνεύματος χάριν τε καὶ ἐνέργειαν. Αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μήτε τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ Πνεύματος. Οὐδενὶ γὰρ ὁ Θεὸς τὴν οὐσίαν δίδωσιν, οὐδ' ἔνι μὴ ληπτὴν αὐτὴν γενέσθαι ληπτήν. » Καὶ ὁ χρηματίσας εἰς πατριάρχην Κόκκινος ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή, *Οὐδεμία τῶν θείων ἐνεργειῶν κτιστή,* οὕτω φησί· « Ποῖος βάσκανος δαίμων τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τολμηρῶς ἐπήγαγεν, ὅτι αὐτὴ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ κατοικοῦσα ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τοὺς καθαιρομένους καθαίρει, καὶ τοὺς φωτιζομένους φωτίζει καὶ λαμπρύνει, καὶ τοὺς κατά τινα σάλον ἀνίερον τοῦ καλοῦ παρατραπέντας ἐπανάγει καὶ τοῖς κτίσμασιν ἐνοικοῦσα ταῦτα ἐργάζεται ; » Καὶ αὖθις ὁ D Παλαμᾶς ἔν τινι διαλόγῳ· « Ἀλλ' εἰ μὴ ἄλλη θεότης εἴη παρὰ τὴν θείαν φύσιν ἀγένητος, καὶ αὐτῇ συναΐδιος, ὡς ἐνέργεια αὐτῆς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἕτερον παρὰ τὴν θείαν φύσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατώτερον ὡς αὐτοῦ ἐνέργεια, πῶς ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ ; καὶ τίνος τούτου ; οὐ γὰρ δὴ τῆς οὐσίας ἐπλήσθη τοῦ Πνεύματος. Ἀκίνητος γὰρ αὕτη καὶ ἀμετάβατος καὶ ἀναφὴς καὶ ἀχώρητος καὶ ἀναλλοίωτος. » Καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν Κυζίκου ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή, *Εἰδέναι σε βούλομαι·* « Καθάπερ οὖν τὰ πολλὰ πνεύματα τὸ μοναδικὸν καὶ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον τοῦ Πνεύματος οὐκ ἀναιρεῖ· καὶ γὰρ ἐνέργειαί εἰσιν αὐτοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον, κἂν πολλὰς εἴπῃ τις θεότητας, τὰς ἐνεργείας λέγων τῆς μιᾶς θεότητος, τὸ μοναδικὸν καὶ ἁπλοῦν αὐτῆς οὐκ ἀναιρεῖ. » Καὶ

ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀκίνδυνον ἐπιστολῇ, «Καὶ τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος πνεύματα φίλον τῷ Ἡσαΐᾳ καλεῖν· δηλαδὴ τὰ δῶρα τοῦ Πνεύματος. Αἱ δὲ τοῦ Θεοῦ ἐνέργειαι ἄκτιστοί εἰσιν.»

A admodum multi spiritus singularitatem, ac simplicitatem, incompositionemque Spiritus non tollunt, quippe sunt operationes ipsius; ita etiam si quis dixerit multas deitates, operationes designans unius Deitatis, unitatem ac simplicitatem ejus non tollit.» Et in epistola ad Acindynum: «Etiam operationes Spiritus sancti placet Isaiæ spiritus appellare, scilicet dona Spiritus sancti. Dei vero operationes increatæ sunt.»

Ἔτι λέγουσι μὴ γίνεσθαι σύνθεσιν ἔκ τε οὐσίας Θεοῦ καὶ ὧν φρονοῦσιν αὐτοὶ πραγματικῶς συνυπάρχειν αὐτῇ. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή, *Τοῖς πνευματοκινήτοις τῶν Πατέρων*, «Ὅτι τὸ ἄκτιστον προσκείμενον, μίαν ἀποδείκνυσιν καὶ ἴσην καὶ ἁπλῆν τὴν ἐν τῇ διακρίσει ταύτῃ ὁρωμένην θεότητα. Καὶ γὰρ πᾶν ἄκτιστον καὶ ὁμότιμόν ἐστι καὶ ἡνωμένον, καὶ σύνθεσις ἐν τοῖς ἀκτίστοις συναγομένοις εἰς ἓν οὐ μήποτ' ἂν γένοιτο.» Καὶ ἐν ἑτέρῳ οὗ ἡ ἀρχή, *Ὑποψιθυρίσας τοίνυν*· B «Καὶ οὐδὲ τοῦτο συνιδεῖν ἴσχυσεν ὁ ἐν τούτοις τὰς συνθέσεις ἀφρόνως φανταζόμενος, ὡς ἡ τῶν ἀκτίστων καὶ ὄντως ἁπλῶν συνέλευσις εἰς ἓν σύνθεσιν οὐδεμίαν ἐμποιεῖ.» Καὶ ὁ χρηματίσας εἰς πατριάρχην Κόκκινος ἐν θ' τῶν ιβ' κεφαλαίων αὐτοῦ φησιν, «Ἡμεῖς μαθόντες ἀπὸ τῶν ἁγίων, ὅτι οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον ποιοῦσί ποτε σύνθετον τὰ φυσικὰ ἰδιώματα, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τεχνικοὶ λόγοι καὶ ἐπιστῆμαι· οὐδεὶς γὰρ ἂν εἴποι ποτὲ τὸν ἄνθρωπον σύνθετον, διότι ἔχει φύσιν καὶ ἐνέργειαν φυσικήν, ἢ διότι ἔχει φύσιν καὶ τέχνην γραμματικήν, ἢ τεκτονικήν, ἢ γεωργικὴν τυχόν. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων οὕτως, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τί χρὴ λέγειν, τοῦ πάντα ὑπερφυῶς ἔχοντος; Ἀλλὰ σύνθεσις γίνεται καὶ λέγεται τότε, ὅταν C δύο πράγματα ἔχοντα ἓν ἕκαστον ἰδίαν ὑπόστασιν, καὶ δυνάμενον ἕκαστον εἶναι θεωρεῖσθαι καθ' ἑαυτὸ, δίχα τοῦ ἑτέρου· ὅταν τὰ τοιαῦτα συντεθῶσιν καὶ ἑνωθῶσιν ἀλλήλοις εἰς μίαν ὑπόστασιν, οἷον ὥσπερ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ψυχὴ καὶ σῶμα, ἢ ἐν τῇ οἰκίᾳ λίθοι καὶ ξύλα καὶ σίδηρος. Ταῦτα γὰρ καθ' ἑαυτὰ ἕκαστα ὑπόστασις ὄντα, ὅταν συντεθῶσι καὶ ἑνωθῶσιν ἀλλήλοις εἰς μίαν ὑπόστασιν, τότε λέγεται σύνθεσις, ἤτοι ἕνωσις ἐνυποστάτων δύο πραγμάτων, ἢ καὶ πλειόνων.» Καὶ ἐν τῷ τόμῳ κοινῇ πάντες ἀπεφήναντο, «Μετὰ τοῦτο ἐζητήσαμεν παρὰ τῶν ἁγίων εἰ μηδεμίαν ἔχοι τις ἂν ἐπινοεῖν σύνθεσιν ἐπὶ Θεοῦ διὰ τὴν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας διαφοράν. Ἀπεδείχθη οὖν παρὰ τῶν ἁγίων πάντων κηρυττόμενον, ὡς οὐκ ἔστι σύνθεσίν τινα παρὰ D τοῦτο νομίζειν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ.» Καὶ ἐν τοῖς ἀναθεματισμοῖς δ' ἐκφωνοῦσι· «Τοῖς φρονοῦσι καὶ λέγουσι σύνθεσίν τινα ὅλως διὰ ταῦτα γίνεσθαι ἐπὶ Θεοῦ, μὴ πειθομένοις δὲ τῇ τῶν ἁγίων διδασκαλίᾳ, μηδεμίαν σύνθεσιν ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐν τῇ φύσει γίνεσθαι διδασκόντων, ὡς κατ' οὐδὲν πάντως τὴν διαφορὰν ταύτην λυμαινομένην τῇ θείᾳ ἁπλότητι, ἀνάθεμα.»

Præterea dicunt, non fieri compositionem ex substantia, et iis quæ illi sentiunt realiter distincta esse cum substantia. Atque asserit Palamas, in oratione, cujus initium: *A Spiritu excitatis Patribus*, «Quod vox increatum, dum adjacet, unam ostendit, et æqualem, ac simplicem Deitatem, quæ in hac distinctione videtur. Etenim omne increatum ejusdem honoris est et conjunctionis, neque in increatis in unum collectis fiet unquam compositio.» Et in alia oratione, cujus initium: *Cum insusurrasset igitur*: «Neque hoc perspicere valuit, qui in istis compositiones stulte imaginatur, quod in unum concursus rerum increatarum, et revera simplicium, compositionem nullam facit.» Et Coccinus ille, qui fuit patriarcha, in nono capite ex iis duodecim capitibus, quæ edidit, «Nos, ait, cum didicerimus a sanctis, quod neque hominem faciunt proprietates naturales unquam compositum, sed neque artificiosi sermones et disciplinæ. Nemo enim dixerit unquam hominem compositum, quoniam habet naturam et operationem naturalem, vel quod habeat naturam, et artem grammaticam, vel fabrilem, vel forsan artem agriculturæ. Quod si in hominibus ita se res habet, quid in Deo dicendum est, qui omnia supernaturaliter habet? Sed compositio tunc fit et dicitur, quando duæ res singulæ habent propriam subsistentiam, quarum unaquæque possit esse per se, et considerari sine altera, quando ejusmodi composita et conjuncta fuerint ad invicem in unam subsistentiam, verbi gratia, ut in homine anima et corpus, vel in construenda domo lapides, ligna et ferrum; hæc enim singula per se subsistentiam habent, et cum conjuncta et composita inter se in unam subsistentiam fuerint, tunc dicitur compositio, vel conjunctio duarum rerum, vel plurium subsistentium.» Et in tomo communiter omnes decreverunt: «Post hæc quæsivimus a sanctis, utrum possit quispiam ullam compositionem in Deo animadvertere propter differentiam, quæ est inter divinam substantiam et operationem. Ostensum est igitur a sanctis omnibus prædicatum fuisse, quod nullam compositionem propter id in Deo existimare licet.» Et in anathematismis pronuntiant: «Iis qui sentiunt, ac dicunt, compositionem aliquam omnino propter hæc in Deo fieri, neque doctrinæ sanctorum acquiescunt, qui docent nullam compositionem fieri ex naturalibus in natura, cum differentia hæc nihil noceat omnino divinæ simplicitati, anathema.»

Ἔτι δογματίζουσιν ὅτι κατά τινα τρόπον οὐ διακρίνονται ἀλλήλων τὰ τρία τῆς θεότητος πρόσωπα, ᾗ πρόσωπα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις καὶ ἐνεργείας·

Præterea dogmatizant, quod non distinguuntur quodam modo inter se tres Deitatis personæ, quatenus personæ sunt. Sed et ad potentias et

operationes alternatim se habent personæ. Atque A asserit Palamas in oratione, quam scripsit *ad Paulum Asan*: « Quando divinum numen dividitur secundum hypostases, indivisibilitatem habet secundum operationes; quando vero secundum potentias et operationes dividitur, indivisibile manet secundum hypostases. » Et in alia oratione, cujus initium: *Merito igitur oratio*: « Quoniam enim secundum hypostases et operationes Numen divinum distinguitur, diversitas secundum alteram distinctionem cernitur, cum alternatim ad invicem se habeant. Nam divinarum hypostaseon propria nomina sunt communia operationibus, quæ vero sunt communia hypostasibus, divinarum operationum fiunt propria. »

B Præterea dogmatizant, non sufficere uni Deitati trium personarum potentiam et operationem esse per se exsistentem, et per se subsistentem, sed opus etiam illi esse aliam quoque non subsistentem, et asserit Palamas in uno ex suis dialogis: « Pater quidem habet Filium, sapientiam, et potentiam, atque vitam et operationem substantialem et naturalem; Filius autem erit sine potentia, sine vita et sine operatione; vel etiam tota substantia sanctæ Trinitatis. » Et in tomo synodice hæc enuntiant: « Ex his igitur sancta synodus, Evidenter, inquit, ostensum est, quod qui dicit, solum Filium et Spiritum sanctum operationes increatas esse Dei, tanquam qui non censeat communem operationem naturalem trium hypostaseon, Marcelli, et Photini, atque Sophronii hæresim olim C demortuam et abolitam in Ecclesiam Dei audet inducere. » Et paulo post: « Nobis vero modo non est sermo de hac, sed de communi, quæ est unius trium personarum Deitatis, quæ hypostasis non est, sed natura, et supernaturaliter adest unicuique divinarum hypostaseon. »

Præterea dogmatizant eos qui apud ipsos purgantur, et ejusmodi operationum effecta, increatos, et increata evadere. Atque ait Palamas in epistola ad Acindynum: « Videsne clare quod increata sit gratia? Non tantum autem ejusmodi gratia est increata, sed et effectum hujusmodi Dei operationis increatum est. Propterea igitur et magnus Paulus cum non amplius viveret temporalem D hanc vitam, sed eam quæ erat inhabitantis Verbi, divinam et æternam, sine principio factus est, et sine fine per gratiam. » Et paulo post: « Creatus igitur erat Paulus quandiu vivebat vitam, jussu Dei ex non entibus factam, quando vero non amplius hanc vivebat, sed eam quæ inhabitatione Dei accessit, increatus per gratiam evasit, et omnis, qui Verbum Dei efficax et vivum adeptus est. » Et rursus in eadem epistola: « Quomodo igitur quispiam concesserit, quamvis divinarum personarum nullam rationem habuerit, unum esse increatum, nisi natura adjecerit, cum quidam sint per gratiam increati atque dii, et respondentem sibi necessario deitatem habeant? » Et rursus: « Sed enim in-

ἐναλλὰξ ἔχουσι τὰ πρόσωπα. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν λόγῳ τῷ πρὸς Παῦλον τὸν Ἀσάν, « Ἡνίκα διαιρεῖται τὸ Θεῖον κατὰ τὰς ὑποστάσεις, τὸ ἀδιαίρετον ἔχει κατὰ τὰς ἐνεργείας· ἡνίκα δὲ κατὰ τὰς δυνάμεις καὶ ἐνεργείας διαιρεῖται, μένει κατὰ τὰς ὑποστάσεις ἀδιαίρετον. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχή, *Εὐλόγως μὲν οὖν ὁ λόγος*· « Ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὰς ὑποστάσεις καὶ τὰς ἐνεργείας διακρίνεται τὸ Θεῖον, ἑτερότης καθ' ἑτέραν διάκρισιν ὁρᾶται ἐναλλὰξ πρὸς ἀλλήλας ἐχουσῶν. Τὰ μὲν γὰρ ἴδια τῶν θείων ὑποστάσεων ὀνόματα κοινά ἐστι ταῖς ἐνεργείαις, τὰ δὲ κοινὰ ταῖς ὑποστάσεσιν, ἴδια τῶν θείων ἐνεργειῶν ὀνόματα. »

Ἔτι δογματίζουσι μὴ ἐξαρκεῖν τῇ τρισυποστάτῳ θεότητι αὐθύπαρκτον καὶ αὐθυπόστατον δύναμιν καὶ ἐνέργειαν εἶναι, ἀλλὰ προσδεῖσθαι καὶ ἑτέρας ἀνυποστάτου. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἔν τινι τῶν διαλόγων αὐτοῦ· « Ὁ μὲν Πατὴρ ἔχει σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ζωὴν καὶ ἐνέργειαν τὸν Υἱὸν οὐσιώδη καὶ φυσικήν· ὁ δὲ Υἱὸς ἀδύνατος ἔσται καὶ ἄζωος, καὶ ἀνενέργητος, ἢ καὶ ὅλη ἡ οὐσία τῆς ἁγίας Τριάδος. » Καὶ ἐν τῷ τόμῳ συνοδικῶς ἀποφαίνονται· « Ἐκ δὴ τούτων ἡ θεία σύνοδος, Σαφῶς ἀποδέδεικται, φησίν, ὡς ὁ λέγων μόνον τὸν Υἱόν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀκτίστους ἐνεργείας εἶναι τοῦ Θεοῦ, ὡς μὴ κοινὴν ἐνέργειαν δοξάζων φυσικὴν τῶν τριῶν ὑποστάσεων, τὴν Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Σωφρονίου αἵρεσιν πάλαι τεθνηκυῖαν καὶ καταργηθῆσαν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τολμᾷ παρεισάγειν Θεοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἡμῖν δὲ ἀρτίως ὁ λόγος οὐ περὶ ταύτης, ἀλλὰ περὶ τῆς κοινῆς τῆς τρισυποστάτου Θεότητος, ἥτις οὐχ ὑπόστασίς ἐστιν, ἀλλὰ φύσει καὶ ὑπερφυῶς πρόσεστιν ἑκάστῃ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων. »

Ἔτι δογματίζουσι τοὺς παρ' αὐτοῖς κεκαθαρμένους καὶ τὰ τῶν τοιούτων ἐνεργειῶν ἀποτελέσματα ἀκτίστους καὶ ἄκτιστα ἀποτελεῖσθαι. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀκίνδυνον ἐπιστολῇ· « Ὁρᾷς σαφῶς, ὅτι ἄκτιστος ἡ χάρις. Οὐ μόνον δὲ ἡ τοιαύτη χάρις ἄκτιστός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῆς τοῦ Θεοῦ τοιαύτης ἐνεργείας ἄκτιστόν ἐστι. Ταῦτ' ἄρα καὶ ὁ μέγας Παῦλος τὴν χρονικὴν μηκέτι ζῶν ζωήν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἐνοικήσαντος Λόγου θείαν καὶ ἀΐδιον, ἄναρχος γέγονε καὶ ἀτελεύτητος χάριτι. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Κτιστὸς οὖν ἦν ὁ Παῦλος μέχρις ἂν ἔζη τὴν προστάγματι Θεοῦ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονυῖαν ζωήν. Ὅτε δὲ μηκέτι ταύτην ἔζη, ἀλλὰ τὴν ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ προσγενομένην, ἄκτιστος γέγονε τῇ χάριτι· καὶ πᾶς ὁ ζῶντα καὶ ἐνεργοῦντα μόνον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον κτησάμενος. » Καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ· « Πῶς οὖν ἄν τις συγχωρήσειε, κἂν τῶν θείων ἐνεργειῶν μηδένα ποιήσηται λόγον, ἓν τὸ ἄκτιστον ὑπάρχειν, μὴ τῇ φύσει προσκείμενον, ἔστιν ὧν χάριτι ἀκτίστων ὄντων καὶ θεῶν, καὶ κατάλληλον ἑαυτοῖς ἐξ ἀνάγκης θεότητα ἐχόντων; » Καὶ πάλιν, « Ἀλλὰ γὰρ ἄκτιστοι μὲν οὕτοι

πάντες χάριτι, ὥσπερ δὴ καὶ θεοί· αὐτὴ δ' ἡ χάρις A ἄκτιστος, ὡς μικρὸν ἀνωτέρω προαποδέδεικται. »

Καὶ πάλιν, « Αἱ τοῦ Θεοῦ ἐνέργειαι ἄκτιστοί εἰσιν, εἰ καὶ τὰ πλείω τῶν ἀποτελεσμάτων τούτων κτίσματά εἰσι. » Καὶ ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Φιλοκεινοῦσι μὲν*, « Πῶς οὖν οὐκ ἄκτιστος ἡ χάρις δι' ἣν καὶ οἱ μετεσχηκότες αὐτῆς ἄναρχοι καὶ ἄκτιστοι καὶ ἀτελεύτητοι, καὶ ἀΐδιοι, καὶ οὐράνιοι κατ' αὐτὴν παρὰ τῶν Πατέρων προσηγορεύθησαν; »

Ἔτι δογματίζουσι πολλὰς ὑπόστασεις εἶναι τοῦ Θεοῦ. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς, « Ἀλλ' ἐπεὶ πολλὰς καὶ διαφόρους ὑποστάσεις καὶ δυνάμεις καὶ ἐνεργείας ὁ Θεὸς ἔχει, εἰ μὴ ἕν τι τὸ αἴτιον ἐν αὐταῖς, πολλαὶ καὶ διάφοροι ἔσονται ἀρχαὶ τῆς θεότητος. » B

Ἔτι δογματίζουσι καὶ τὰς πολλὰς ταύτας ἐνεργείας οὐσίας εἶναι. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ πρὸς τὸν Αἴνου λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Αἰδοῦς ὄντως οἰχομένης*, « Καὶ μὴν κατὰ τὸν πολὺν ὄντως καὶ πνευματοκίνητον νοῦν τῶν ἱερῶν Πατέρων φαίη ἄν τις καὶ οὐσίαν εὐσεβῶς ἑκάστην τῶν τοῦ Θεοῦ ἐνεργειῶν. »

Ἔτι φρονοῦσι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ φθαρτικὴν εἶναι καὶ ἀναλωτικὴν, εἴπερ ἔσται μεθεκτή. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ πρὸς Ἀκίνδυνον πέμπτῳ λόγῳ, ου ἡ ἀρχὴ, *Ἀλλὰ τίς ἄν*· « Αὐτὴ τοίνυν καθ' αὑτὴν ἡ θεία μετεχομένη καὶ λαμβανομένη φύσις ἢ φυρμὸν πείσεται, ἢ τὴν παθητικὴν ἐξαναλώσασα φθάσει φύσιν πρὶν ἂν ληφθῇ. » Καὶ πάλιν, « Εἰ ὅλως C ἐστὶν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀξίοις, ὅτι ποτέ ἐστι κατ' οὐσίαν, ἢ φύσει θεοὺς εἶναι ἀνάγκη, οὐ χάριτι τοὺς θεοὺς μετόχους, ἢ κατακαῆναι καὶ διαφθαρῆναι. Καὶ ἐν τῷ τόμῳ σαφῶς ἐπεκύρωσαν τοῦτο, καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ εἰπόντες, διὰ τὸ παρὰ τῶν ἁγίων εἰρῆσθαι ταύτην ἀπροσπέλαστον καὶ ἀμέθεκτον, φθαρτικὴν ἡμᾶς εἶναι νομίζειν, τοὺς οὕτω περὶ ταύτης φρονοῦντας, ὢ τόλμης ἀσεβοῦς! ἀπεφήναντο· καὶ ταῦτα πρὸς Μωϋσῆν τοῦ Θεου εἰρηκότος, « Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται. »

Ἔτι ἐτόλμησαν οἱ πάντ' ἀναιδεῖς εἰπεῖν, ὅτι ἀνάλογόν ἐστιν ὥσπερ τὰ ἐν τῷ νόμῳ μυστήρια πρὸς τὰς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων παραδόσεις, οὕτω καὶ αὗται πρὸς τὰ νέα Παλαμικὰ δόγματα. Φησὶ D γὰρ ὁ παρὰ τοῦ εἰς πατριάρχην χρηματίσαντος Κοκκίνου ἐκτεθεὶς ὡς ἀπὸ τῶν Ἁγιορειτικῶν τόμος συστατικὸς ὢν τοῦ Παλαμᾶ τάδε· « Τὰ μὲν ἀρτίως καθωμιλημένα, καὶ κοινῇ πᾶσιν ἐγνωσμένα, καὶ παῤῥησίᾳ κηρυττόμενα δόγματα, διὰ Μωσέως ὑπῆρχε νόμου μυστήρια, τοῖς προφήταις μόνοις ἐν Πνεύματι προορώμενα· τὰ δ' ἐπηγγελμένα τοῖς ἁγίοις ἀγαθὰ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν ἐστι πολιτείας μυστήρια τοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ὁρᾷν ἠξιωμένοις καὶ τούτοις μετρίως ἐν ἀῤῥαβῶνος μέρει διδόμενά τε καὶ προορώμενα. Ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις τῶν Ἰουδαίων μὴ μετ' εὐλαβείας ἀκούων τῶν προφητῶν λεγόντων Λόγον καὶ Πνεῦμα Θεοῦ συναΐδιά τε καὶ προαιώνια, συνέσχεν

creati quidem isti omnes sunt gratia, quemadmodum sane et dii; ipsa vero gratia increata est, ut paulo superius demonstratum est. »

Et rursus: « Dei operationes increatæ sunt, quamvis pleraque horum effectuum creaturæ sint. » Et in oratione, cujus initium: *Contendunt quidem*: « Igitur qui fieri potest, ut non sit increata gratia, per quam et qui participes ejus facti sunt, sine principio et increati, fineque carentes, et sempiterni atque cœlestes secundum ipsam a Patribus appellati sunt? »

Præterea dogmatizant, multas hypostases esse Dei; atque ait Palamas: « Sed quoniam multas et diversas hypostases, et potentias, et operationes Deus habet, nisi unum aliquid in ipsis sit causa, multa et diversa erunt principia deitatis. »

Præterea dogmatizant, etiam has multas operationes esse substantias; atque ait Palamas, in oratione ad episcopum Aenensem, cujus initium, *Verecundia revera amissa*: « Et tamen secundum multam revera et a spiritu excitatam mentem sanctorum Patrum, dixerit aliquis, etiam substantiam pie, unamquamque Dei operationem. »

Præterea sentiunt substantiam Dei fore corruptivam, et consumptivam, si erit communicabilis. Atque ait Palamas, in quinta oratione ad Acindynum, cujus initium: *Verum quisnam*: « Ipsa igitur per se divina participata et sumpta natura vel commistionem patietur, vel passivam naturam, antequam sumatur, absumens exhauriet. » Et rursus: « Si omnino Deus est in hominibus dignis, quidquid illud tandem sit secundum substantiam, vel ut sint natura dii, non gratia, qui Dei participes sunt, vel comburantur et intereant necesse est. » Et in tomo clare id decreto confirmarunt, atque dixerunt: « Nos substantiam Dei existimare esse corruptibilem (o audaciam impiam!) qui de ea ita sentimus; eo quod a sanctis dicta sit inaccessibilis et incommunicabilis, præsertim cum Deus ad Moysen dixerit: « Nemo videbit faciem meam et vivet. »

Præterea in omnibus impudentes ausi sunt dicere proportionem esse. Ut se habent mysteria legis antiquæ ad traditiones evangelicas, ita etiam prædicationes evangelicæ ad nova Palamæ dogmata. Tomus enim editus ab illo Coccino, qui fuit patriarcha, nomine monachorum Sancti Montis, ubi Palamas commendatur et approbatur, hæc habet ad verbum: « Ea, de quibus modo sermo habitus est, et ab omnibus communiter sancita sunt, quæque libere prædicantur dogmata, per Moysen erant legis mysteria, quæ tantum prophetæ in Spiritu prævidebant, quæ vero promissa sunt sanctis bona in futuro sæculo, sunt mysteria evangelici status, iis qui per Spiritum sanctum ea videre digni facti sunt; hisque mediocriter loco arrhabonis dantur, et ab iis prævidentur. Cæterum quemadmodum si quis ex Judæis non caute audiens prophetas, qui dicunt, Verbum et Spiritum Dei esse coæterna et

ante sæcula, contineret aures, existimans se audire pietati voces interdictas, et ejus vocis contrarias, quæ apud pios in confesso est, « Dominus Deus, Dominus unus est, » ita etiam nunc forte idem eveniret, si quis non caute audiat mysteria Spiritus, quæ solis sunt nota iis qui virtute purgati sunt. » Et rursus, quemadmodum prædictionum illarum exitus declaravit quæ tunc erant mysteria, consentire cum iis quæ postea patefacta sunt, et nunc credimus in Patrem, Filium et Spiritum sanctum, Deitatem trium personarum, natura unam, sic etiam in futuro sæculo quando revelabitur suis temporibus secundum ineffabilem manifestationem Dei, qui est unus in tribus perfectis hypostasibus, omnibus constabit mysteria, cum iis quæ sunt manifestata, consentanea esse. Oportet autem et illud considerare, quod quamvis postea in finibus orbis terræ constitit, tres in Deitate hypostases, nequaquam rationem monarchiæ labefactare, sed illis quidem prophetis etiam ante exitum verum notum fuisse, iisdemque persuasum, communiter tamen non acceptatum fuisse. Ita etiam nunc non ignoramus tum eorum quæ palam prædicantur, rationes confessionis, tum etiam eorum quæ nunc mystice in Spiritu dignis præmonstrantur.

Hæc ex multis atque innumeris Palamæ profanis dogmatibus selecta hic exposuimus, multitudinem molestam esse arbitrati, proptereaque eam aversati sumus. Puto autem satis esse ad exprimendam eorum fidem, quæ omnino extra limites est ejus fidei, quæ in Ecclesia sancta, catholica et apostolica prædicatur.

A ἂν τὰ ὦτα δοκῶν ἀπηγορευμένων-ἀκούειν τῇ εὐσεβείᾳ φωνῶν, καὶ τῆς ἀνωμολογημένης τοῖς εὐσεβέσι φωνῆς ἐναντίων, δηλονότι τῆς λεγούσης, « Κύριος ὁ Θεὸς, Κύριος εἷς ἐστιν· » οὕτω καὶ νῦν τάχα ἂν πάθοι τις, μὴ μετ' εὐλαβείας ἀκούων τῶν μόνοις ἐγνωσμένων τοῖς δι' ἀρετὴν κεκαθαρμένοις μυστηρίων τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' ὥσπερ αὖθις ἡ τῶν προῤῥήσεων ἐκείνων ἔκβασις σύμφωνα τοῖς φανεροῖς ἀνέδειξε τὰ τότε μυστήρια, καὶ πιστεύομεν νῦν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα θεότητα τρισυπόστατον, φύσει μίαν· οὕτω καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐν καιροῖς ἰδίοις ἀποκαλυφθέντος κατὰ τὴν ἄφατον ἔκφανσιν τοῦ ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν ἑνὸς Θεοῦ, σύμφωνα πᾶσιν ἀναφανήσεται τοῖς φανεροῖς τὰ μυστήρια. B Δεῖ μέντοι κἀκεῖνο σκοπεῖν, ὡς εἰ καὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς ὕστερον ἐξεφάνη τὸ τρισυπόστατον τῆς Θεότητος τῷ λόγῳ τῆς μοναρχίας μηδαμῶς λυμαινόμενον, ἀλλὰ τοῖς μὲν προφήταις ἐκείνοις καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῶν πραγμάτων ἀκριβῶς ἐγινώσκετο, τοῖς δ' αὐτοῖς τηνικαῦτα πειθομένοις ἀπαράδεκτον ἦν· τὸν ἴσον ἄρα τρόπον οὐδὲ νῦν τοὺς λόγους τῆς ὁμολογίας ἀγνοοῦμεν τῶν τε παῤῥησίᾳ κηρυττομένων, καὶ τῶν νῦν μυστικῶς ἐν Πνεύματι τοῖς ἀξίοις προφαινομένων.

Ταῦτα ἐκ πολλῶν καὶ ἀναριθμήτων τῶν τοῦ Παλαμᾶ βεβήλων δογμάτων ἐκλεγέντα ἐνταῦθα ἡμῖν ἐξετέθησαν, τὸ πλῆθος φορτικὸν εἶναι ἡγησαμένοις. Οἶμαι δ' ἱκανὰ εἶναι τὴν αὐτῶν παραστῆσαι πίστιν, C ἔξω παντελῶς τῶν ὅρων οὖσαν τῆς ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ κηρυττομένης πίστεως.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ, ΟΤΙ Ο ΥΙΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΕΚ ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ.

EJUSDEM

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI

AD EOS, QUI DICUNT, FILIUM DEI NON ESSE EX SUBSTANTIA PATRIS.

CAPUT PRIMUM.

Quod ex eo quod negant Filium Dei ex substantia esse Patris multa sequantur absurda.

Quod in sancta Trinitate antiquorum quidem hæreticorum esset a substantia Patris scindere Filium, et eum ex substantia Patris esse ac generari

D ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὅτι τοῖς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀρνουμένοις πολλὰ τὰ ἄτοπα ἕπεται.

Ὅτι μὲν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν ἦν τὸν Υἱὸν τέμνειν τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν εἶναι

καὶ γεννᾶσθαι παντελῶς ἀπαρνεῖσθαι, δῆλον, τῆς Ἐκκλησίας διαῤῥήδην Ἄρειον καὶ τοὺς τοιαῦτα τολμήσαντας παραπεμπούσης ἀξίως τῷ ἀναθέματι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα καί τινες ἀνοήτως παρεισάγειν τολμῶσιν, οἳ τὸν μὲν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἢ τῆς ὑποστάσεως, ἢ τῆς πατρικῆς ἰδιότητος εἶναι ὁμολογοῦσιν, ἐκ δὲ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν γεννᾶσθαι οὐ παραδέχονται· ἔδει μηδ' ἡστινοσοῦν ἀποκρίσεως ἀξιοῦν τοὺς οὐ τοσοῦτον ἀμαθῶς τε καὶ ἀπαιδεύτως, ὅσον δυσσεβῶς οὕτω θεολογοῦντας, καὶ φανερῶς τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀνατρέποντας. Πλὴν ἐπειδὴ πᾶν ὕψωμα κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ἐπαιρόμενον, ὅσον ἡ δύναμις ἐπιτρέπει, καθαιρεῖν καὶ ἐξελέγχειν ἀναγκαῖον πειρᾶσθαι, καὶ κατὰ τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων Πέτρον ἑτοίμους γίνεσθαι χρὴ παντὶ τῷ ζητοῦντι διδόναι λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν πίστεως, δεικτέον ἂν εἴη πολλὰ τῶν ὁμολογουμένων τῇ καθολικῇ πίστει τοὺς ταῦτα λέγοντας ἀναιρεῖν ἀναγκάζεσθαι, πολλοῖς τε τοῖς ἀτόποις ἐνέχεσθαι, καὶ ὅλως ἐκείνων μηδὲν τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν διαφέρειν.

Πρῶτον τοίνυν ἐρωτητέον αὐτοὺς, τίποτε τὴν ὑπόστασιν εἶναι νομίζουσιν, ἢ τὴν πατρικὴν ἰδιότητα, τὴν πατρότητα δηλονότι· ἵνα πρός τι ὁμολογούμενον τοὺς λόγους ποιῶμεν, καὶ ἐπειδὴ τὴν οὐσίαν πρὸς τὴν ὑπόστασιν ἀντιδιαιροῦσι, καὶ θάτερον οὐχ οἷον τὸ ἕτερόν φασι, παντὶ δῆλον, ὅτι τὴν ὑπόστασιν ὁμολογήσουσιν εἶναι οὐκ οὐσίαν. Τὸ γὰρ ἀντικείμενον τῇ οὐσίᾳ οὐκ ἔστιν οὐσία, καὶ ἡ οὐσία πρὸς τὸ μὴ ὂν οὐσία ἀντίκειται. Ἀλλὰ τὸ μὴ ὂν οὐσία οὐκ ἔστιν οὐσία· ὃ δὲ οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀνούσιον· τὸ δὲ ἀνούσιον ἀνυπόστατον· ὥστε τὴν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν ἀνυπόστατον τίθενται. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας διαλέγονται παριστῶσιν. Ἐκεῖ γὰρ τὸν Θεὸν εἰς οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν διελόντες, καὶ ἄλλο μὲν τὴν οὐσίαν θέμενοι, ἕτερον δὲ τὴν ἐνέργειαν, καὶ ταύτην ἀντιδιελόντες πρὸς τὴν οὐσίαν, καὶ ἀνούσιον καὶ ἀνυπόστατον ὁρισάμενοι, φανερὸν ὅτι κἀνταῦθα τὴν ὑπόστασιν ἕτερον τῆς οὐσίας λέγοντες ἐν τῇ τάξει τῆς ἐνεργείας ταύτην θήσουσιν. Ἐπείπερ οὐχ ἕξουσιν ἄλλο τρίτον, ὃ μήτ' οὐσία, μήτ' ἐνέργειά ἐστιν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ. Πᾶν γάρ, φασίν, ἐπὶ Θεοῦ, ὡς αὐτοὶ διεῖλον, ἢ οὐσία, ἢ ἐνέργειά ἐστι· τὸ γὰρ συμβεβηκὸς οὐδ' αὐτοὶ παραδέχονται, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν ἀνυπόστατον ἡγοῦνται, ὥστε καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἣν ἕτερον τῆς οὐσίας ἰσχυρίζονται, ἀνούσιον καὶ ἀνυπόστατον ὁμολογεῖν κατὰ τὰς αὐτῶν ἀναγκάζονται θέσεις. Εἰ δὲ καὶ τρίτον βούλονται τὴν ὑπόστασιν τιθέναι, πρῶτον μὲν παρὰ τὰς αὐτῶν ἐστι θέσεις, καθ' ἃς ἁπλῶς τὸν Θεὸν εἰς οὐσίαν διαιροῦσι καὶ ἐνέργειαν· ἔπειτα, ὅ τι μὲν δεῖ περὶ τῆς ὑποστάσεως φρονεῖν μετ' ὀλίγον ῥηθήσεται· πρὸς δὲ τὸ παρὸν, ὅτι οὔ φασιν αὐτὴν οὐσίαν εἶναι, τοῦτο μόνον ἀρκεῖ. Ὅτι δὲ τὸν Θεὸν εἰς οὐσίαν διελόντες καὶ ἐνέργειαν, ἀνούσιον τὴν ἐνέργειαν καὶ ἀνυπόστατον πιστεύουσι, δῆλον ἐκ τῶν περιειλημμένων τῷ περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας τόμῳ, ὃν εἰς ὁμολογίαν τῆς ἑαυτῶν πίστεως ἀνέγραψαν. Οὕτω γὰρ ἐκεῖ πρὸς τῷ τέλει κεῖται. Ἡμῖν

A omnino inficiari, manifestum est: cum Ecclesia palam Arium, et eos qui ejusmodi res ausi sint, merito anathemate percusserit. Quoniam vero hæc etiam nunc nonnulli temere inducere audent, qui Filium ex Patre quidem, et ex hypostasi, et paterna proprietate esse fatentur, non autem ex substantia Patris eum generari admittunt, oportebat eos nec qualicunque responsione dignos censere, qui non tam stulte atque imperite, quam impie sic de Deo disserunt, ac manifeste principia fidei funditus evertunt. Quia tamen omne, quod se extollit contra Dei cognitionem pro virili destruere ac redarguere necessario nitendum est, et juxta principem apostolorum Petrum paratos esse oportet ad reddendam rationem omni quærenti de

B ea quæ in nobis est fide; demonstrandum est, eos qui hæc aiunt, multa invitos cogi destruere, quæ fide catholica exploratissima sunt, multisque absurdis premi; atque ab illis antiquis hæreticis nihil plane differre.

Primum igitur quærendum ab illis, quidnam hypostasim esse existiment, sive Patris proprietatem, paternitatem videlicet; ut posito aliquo in quo convenimus, verba faciamus. Et quoniam substantiam et hypostasim ex adverso opponunt, et alterum aiunt esse, non quale est alterum, cuilibet manifestum est, quod hypostasim non esse substantiam haud dubie concedent. Quod enim opponitur substantiæ, non est substantia, et substantia

C illi, quod non est substantia, opponitur; sed quod non est substantia, substantia utique non est; quod autem non est substantia, non substantiale est; quod autem non substantiale est, non subsistit; itaque Patris hypostasim non subsistentem ponunt. Hoc idem ostendunt se sentire ex iis quæ ipsi de substantia et operatione disputant. Ibi enim Deum in substantiam et operationem dividentes, atque aliud quidem ponentes esse substantiam, aliud vero operationem, dum hanc a substantia distinguunt, et eam neque substantialem, neque subsistentem statuunt; manifestum est, quod etiam hoc loco hypostasim a substantia distinguentes, ejusdem ordinis hypostasim et operationem constituent. Non enim habebunt aliud tertium, quod

D in Deo neque substantia, neque operatio sit. Omne enim, aiunt, in Deo, ut ipsi diviserunt, aut substantia, aut operatio est; accidens enim neque ipsi admittunt, sed operationem non subsistentem esse existimant adeo ut hypostasim, quam aliud a substantia esse contendunt, secundum suas positiones non substantialem esse, neque subsistentem fateri cogantur. Quod si tertium quiddam hypostasim esse facere volunt, primum quidem hoc præter eorum positiones est, juxta quas simpliciter Deum in substantiam et operationem dividunt. Deinde quid sentiendum sit de hypostasi paulo post dicetur. In præsentia vero satis est, quod eam substantiam esse negant. Quod autem Deum dividentes in substantiam et operationem, arbitrantur ope-

rationem non esse substantialem, neque subsistentem, clarum est ex iis quæ continet eorum tomus de substantia et operatione, quem ad profitendam suam fidem conscripserunt; sic enim ibi circa finem habet. Nobis vero modo sermo est, non de hàc operatione ac potentia, scilicet Filii et Spiritus, sed de illa, quæ communis est tribus divinis personis quæ non est hypostasis. Præterea in eodem tomo circa principium aiunt quod increatum sit lumen transfigurationis Domini, et quod hoc non sit substantia Dei. Privatim vero ait etiam Palamas in suo *Theophanis et Theotimi* dialogo : « Quamvis enim neque hypostasis, neque substantia sit hæc deitas (lumen transfigurationis), nihilominus increata est atque coæterna substantiæ Dei. » Sed et ipse Thessalonicensis Cabasilas Nilus in oratione, cujus initium : *Canon est theologicus*, ait, « Substantia quidem per se subsistit, operatio vero per se non subsistit. »

Cum igitur hypostasim et operationem, ex his quæ dicunt, non subsistere ostensum sit, præsertim a viris quos ipsi ob pietatem (ut id etiam in tomo aiunt) veterum choro sanctorum atque doctorum ascribunt, et eos æque nunc atque illos colunt : quandoquidem hypostasim aliam rem præter substantiam aiunt : erit secundum ipsos hypostasis non substantialis, substantia autem non subsistentialis; et quoniam theologi de divina generatione Filii loquuntur indifferenter, et nunc quidem eum ex substantia Patris generari theologice disserunt, nunc vero ex hypostasi, siquidem aliud est substantia, et aliud hypostasis juxta modum, quem ipsi adversarii intelligunt, alterutrum erit, aut duos filios ex Patre generari fatendum ipsis erit, aut non unam esse ac simplicem Filii generationem.

Præterea, quoniam proprietates constituere hypostases dicuntur, ut paternitas hypostasim Patris, hypostasis vero Patris est persona Patris, quippe hypostasis et persona idem est apud theologos, concedent ex non subsistente esse subsistens, ipsam videlicet personam Patris. Quod enim persona Patris subsistat, fides fatetur. Quia enim proprietates personarum, quarum sunt proprietates, hypostaticæ sunt, personas constituentes, necesse est, Patrem non carere causa, sed ab aliquo esse et ex non subsistente, ut dictum est, aliquid esse subsistens, et ex non hypostasi esse hypostasim, idque vel secundum generationem, vel processionem, vel si aliter fingere volunt, atque ita duæ species Trinitatis apparebunt, una quidem ex paternitate, et quæcunque ex paternitate proveniunt, ipsa filiatio, et spiritatio, si opus est ita nominare. Altera species Pater, Filius et Spiritus sanctus, sive tres personæ.

Præterea fatebuntur non esse personam ex persona, sed relationem ex relatione : quia enim persona est substantia cum quadam proprietate (persona enim dicta est Damasceno id quod est commune cum proprio), substantia vero una cum sit

A δὲ ἀρτίως ὁ λόγος οὐ περὶ ταύτης τῆς ἐνεργείας καὶ δυνάμεως, ἤγουν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ περὶ τῆς κοινῆς τῆς τρισυποστάτου Θεότητος, ἥτις οὐχ ὑπόστασίς ἐστιν. Ἔτι ἐν αὐτῷ πρὸς τῇ ἀρχῇ, ὅτι τε ἄκτιστόν ἐστι τὸ φῶς τῆς τοῦ Κυρίου μεταμορφώσεως, καὶ ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ. Ἰδίᾳ δέ φησι καὶ ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ κατὰ *Θεοφάνην καὶ Θεότιμον* διαλόγῳ αὐτοῦ, « Εἰ γὰρ μήθ' ὑπόστασις, μήτ' οὐσία ἡ θεότης αὕτη πέφυκεν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἄκτιστός ἐστι καὶ συναΐδιος τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Θεσσαλονίκης Καβάσιλας Νεῖλος ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, *Κανών ἐστι θεολογικός*, φησίν, « Ἡ μὲν οὐσία ὑφέστηκε καθ' ἑαυτήν· ἡ δὲ ἐνέργεια οὐχ ὑφέστηκε καθ' ἑαυ- B τήν. »

Τοῦ μὲν οὖν οὐχ ὑφεστηκέναι τὴν ὑπόστασιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐξ ὧν λέγουσιν ἀποδεδειγμένου, καὶ παρ' ἀνδρῶν, οὓς αὐτοὶ διὰ τὴν εὐσέβειαν, ὡς καὶ τοῦτο ἐν τῷ τόμῳ φασί, τῷ χορῷ τῶν παλαιῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων ἐγγράψαντες ἐπίσης νῦν ἐκείνοις τιμῶσιν, ἐπειδὴ τὴν ὑπόστασιν ἄλλο παρὰ τὴν οὐσίαν πρᾶγμά φασιν, ἔσται κατ' αὐτοὺς ἀνούσιος μὲν ὑπόστασις, οὐσία δὲ ἀνυπόστατος. Καὶ ἐπεὶ ἀπροσδιορίστως οἱ θεολόγοι περὶ τῆς θείας γεννήσεως διαλεγόμενοι τοῦ Υἱοῦ, ποτὲ μὲν αὐτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι θεολογοῦσι, ποτὲ C δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως, εἴπερ ἄλλο οὐσία, καὶ ἄλλο ὑπόστασις καθ' ὃν τρόπον οἱ ἐνιστάμενοι νοοῦσι, δυοῖν ἔστω θάτερον, ἢ δύο υἱοὺς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι ὁμολογήσουσι, τὸν μὲν ἐκ τῆς οὐσίας, τὸν δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως· ἢ μὴ μίαν καὶ ἁπλῆν εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὴν γέννησιν.

Ἔτι, ἐπεὶ αἱ ἰδιότητες τὰς ὑποστάσεις ὑφιστᾶν ὁμολογοῦντας οἷον ἡ πατρότης τὴν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν, ἡ δὲ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις τὸ τοῦ Πατρός ἐστι πρόσωπον, ὑπόστασις γὰρ καὶ πρόσωπον παρὰ τοῖς θεολόγοις ταυτό· ὁμολογήσουσιν ἐκ τοῦ μὴ ὑφεστῶτος τὸ ὑφεστὼς, αὐτὸ δηλαδὴ τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός. Τὸ γὰρ τὸ τοῦ Πατρὸς ὑφεστηκέναι πρόσωπον παρὰ τῆς πίστεως ὡμολόγηται. Ἐπεὶ γὰρ αἱ ἰδιότητες τῶν προσώπων, ὧν εἰσιν ἰδιό- D τητες, ὑποστατικαί εἰσι ταῦτα ὑφιστῶσαι, ἀνάγκη μὴ ἀναίτιον εἶναι τὸν Πατέρα, ἀλλ' ἔκ τινος, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὑφεστῶτος, ὡς εἴρηται, τὸ ὑφεστὼς, καὶ ἐκ τῆς μὴ ὑποστάσεως τὴν ὑπόστασιν, καὶ τοῦτο ἢ κατὰ γέννησιν, ἢ κατ' ἐκπόρευσιν· ἢ εἴπερ ἄλλως βούλοιντο πλάττειν, καὶ οὕτω δύο εἴδη τῆς Τριάδος ἀναφανήσεται, τὸ μὲν ἐκ τῆς πατρότητος καὶ ὅσα ἐκ τῆς πατρότητος πρόεισιν, αὐτὴ ἡ υἱότης καὶ ἡ πνευματότης, εἰ δεῖ οὕτως ὀνομάζειν· τὸ δὲ ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἴτ' οὖν τὰ τρία πρόσωπα.

Ἔτι δὲ ὁμολογήσουσι μὴ εἶναι πρόσωπον ἐκ προσώπου, ἀλλ' ἀναφορὰν ἐξ ἀναφορᾶς. Ἐπεὶ γὰρ πρόσωπόν ἐστιν ἡ οὐσία μετά τινος ἰδιότητος (πρόσωπον γὰρ εἴρηται τῷ Δαμασκηνῷ τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος), ἡ δὲ οὐσία μία οὖσα καὶ ἡ

A αὐτὴ τῷ ἀριθμῷ, οὔτε ἀγέννητός ἐστιν, οὔτε γεννητή, οὔτ' ἐκπορευομένη, ἄλλως γὰρ τρεῖς ἂν ἦσαν οὐσίαι διακεκριμέναι, ἀπολελυμέναι ἀλλήλων, καὶ ἀντικείμεναι ἀλλήλαις· λείπεται μηδὲν ἄλλο προϊέναι ἐξ ἄλλου, εἰ μὴ ἰδιότητα ἐξ ἰδιότητος, εἴτ' οὖν τὴν υἱότητα ἐκ τῆς πατρότητος.

Ἔτι τε ἐπεὶ ὁ μὲν Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁμολογεῖται, ὁ δὲ Πατὴρ κατὰ τὰς θέσεις αὐτῶν ἐκ τῆς πατρικῆς ἰδιότητος, ἥτις οὔτ' οὐσία οὔθ' ὑπόστασίς ἐστι, καὶ τοῦτο κατὰ τὰς θέσεις αὐτῶν, πάντα δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ κατὰ τοὺς θεολόγους γέγονεν· ἀναγκασθήσονται τὸ μὴ ὑφεστὼς τῶν θείων προσώπων καὶ πάσης τῆς κτίσεως αἴτιον τιθέναι.

B Ἔτι τε ἀναγκασθήσονται ὁμολογεῖν ἐπὶ Θεοῦ σύνθεσιν, εἰ καὶ μὴ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὑποστάσεως, τῆς τε πατρότητος καὶ υἱότητος, ἃ τῶν πρός τί ἐστιν. Ἃ δὴ πρός τι, ἐφόσον ἐστὶ πρᾶγμά τι, σύνθεσιν ποιήσει ᾧ ἂν προσγένηται. Ἔτι τε δεήσει συμβεβηκὸς τοῦτο φάσκειν· πᾶν γὰρ χρῆμα ἐν τῷ ἐνυπάρχειν τὸ εἶναι ἔχον, συμβεβηκός ἐστιν. Ἔτι τε δεήσει τι πρᾶγμα παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν εἶναι αἰώνιον. Ἃ δὴ πάντα αἱρετικὰ καὶ ἄτοπα· ἕπεται μέντοι τοῖς τὴν πατρότητα καὶ τὴν ὑπόστασιν ἕτερον τῆς οὐσίας τιθεμένοις.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

C *Κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν ἄλλο οὐσίαν καὶ ἄλλο ὑπόστασιν οἱ θεολόγοι φασὶν ἐπὶ Θεοῦ.*

Ἀνάγκη τοίνυν διὰ ταῦτα τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως φυλάττοντας, ἥ φησι τὸν αὐτὸν Θεὸν ἕνα εἶναι καὶ τρία, οὐσίαν τὴν ὑπόστασιν καὶ τὴν ἰδιότητα τιθέναι τοῖς θεολόγοις ἑπομένως. Οὐ καὶ καθ' ἑτέραν αὖθις ἔννοιαν ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις παρ' αὐτῶν τῶν διδασκάλων εἴρηται· καὶ ὅπως ἑκάτερον ἀληθεύειν δυνατὸν ἐν τοῖς ἑπομένοις ῥηθήσεται. Εἴ τι μὲν οὖν καὶ βαθύτερον ἐνταῦθα θεωρεῖν ἦν, περὶ τούτου τό γε νῦν εἶναι παραιτητέον, τοῦ λόγου πρὸς ἄνδρας ὄντος, οἳ μὴ δυνάμενοι τὰ ἐκ τῶν λογισμῶν συνιέναι, ὥσπερ οἱ κακόσιτοι πᾶσαν τροφήν, οὕτω καὶ οὗτοι πάντα ἀποστρέφονται λόγον· ἐκ δὲ τῶν διδασκάλων ἐπιχειρητέον τῷ λόγῳ, σαφηνείᾳ χρωμένοις ὅσον οἷόν τε. D Καὶ πρῶτον κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν ἄλλο οὐσίαν καὶ ἄλλο ὑπόστασιν οἱ θεολόγοι φασί· δεύτερον, ὅπως οὐσία, καὶ ὑπόστασις, καὶ ἰδιότης ἐπὶ Θεοῦ ταὐτόν ἐστι. Ῥητέον προβαλλομένοις ὅ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἐπιστολῇ τῇ περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως· ὡς ὃν λόγον ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. Τὴν δὲ ὑπόστασιν ὁ Δαμασκηνὸς ὁριζόμενος ἔφη, « Ὑπόστασίς ἐστι τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος. » Τί δὲ αὐτὸ τὸ κοινὸν αὐτοῖς βούλεται, ἐμφανῶς αὖθις ὁ θεῖος Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γρηγόριον ἐπιστολῇ παραδέδωκεν εἰπών· « Ἡ μὲν κοινότης εἰς τὴν οὐσίαν ἀνάγεται· ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ ἰδιάζον ἑκάστου σημεῖόν ἐστι. » Δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὡς τὸ μὲν κοινὸν τῷ ἁπλῶς ἀναλογεῖ, τὸ δὲ ἴδιον τῷ

et eadem numero, neque ingenita est, neque genita, neque procedens : aliter enim tres essent substantiæ discretæ, absolutæ inter se, atque oppositæ ad invicem : reliquum est, ut nihil aliud proveniat ex alio, nisi proprietas ex proprietate, sive filiatio ex paternitate.

Præterea, quoniam Filius et Spiritus sanctus ex Patre esse communi consensu recipitur, Pater autem, secundum eorum positiones, ex paterna est proprietate, quæ neque substantia, neque hypostasis est, idque secundum ipsorum positiones, omnia autem facta sunt juxta theologos ex Patre per Filium in Spiritu sancto, cogentur aliquod quod non subsistit, et divinarum personarum, et totius creaturæ ponere causam.

Præterea cogentur fateri compositionem esse in Deo, etsi non substantiæ, at substantiæ atque hypostaseos, paternitatis item ac filiationis, quæ ad aliquid relativa sunt. Quæ sane ad aliquid, quatenus sunt aliqua res, compositionem facient cum eo ad quod accesserint. Præterea opus erit accidens istud asserere : quippe omnis res, cujus esse est in esse, accidens est. Præterea opus erit, ut aliqua res præter Dei substantiam sit æterna. Quæ certe omnia hæretica sunt et absurda, necessario tamen sequuntur ex eorum sententia, qui paternitatem et hypostasim aliud esse a substantia ponunt.

CAPUT II.

Quo sensu dicant theologi aliud esse substantiam, et aliud hypostasim.

Necesse est igitur propterea principia fidei servantes (quæ docet eumdem Deum unum esse et tria), substantiam ponere esse hypostasim et proprietatem, juxta doctrinam theologorum. Quamvis secundum aliam intelligentiam rursus dictum sit a doctoribus aliud esse substantiam, et aliud hypostasim, quave ratione utrumque fieri potest, ut verum sit, in consequentibus dicetur. Si quid igitur et altius hic erat considerandum, de hoc in præsentia disserere, prætermittendum est, cum sermo sit ad homines, qui minime percipere valeant, quæ sunt ratiocinationum, quemadmodum male nutriti fastidiunt omnem cibum; sic etiam isti omnem aversantur rationem. A doctoribus autem sermonem aggrediar, claritate utens, quantum fieri potest. Et primum, juxta quam intelligentiam aliud esse substantiam, aliud hypostasim theologi aiunt. Secundum, quonam modo substantia, hypostasis et proprietas in Deo idem sit. Dicendum igitur nobis est illud proponentibus, quod ait magnus Basilius in epistola ubi agit de differentia substantiæ et hypostaseos : quod quam rationem habet commune ad proprium, hanc habet substantia ad hypostasim. Hypostasim autem Damascenus definiens, ait : « Hypostasis est commune cum proprio. » Quid autem apud ipsos hoc commune sibi velit, rursus clare divus Basilius tradidit, in epistola ad Gregorium fratrem, « Communitas, inquiens, ad substantiam refertur, hypostasis vero

est propria cujusque nota singularis. » Ex his igitur manifestum est, quod commune quidem ei, quod est simpliciter, respondet, proprium vero ei, quod est quo modo: sed et Petrus et homo est, et filius Jona, et non alterum sane significat, qui eumdem Petrum hominem dicit, alterum vero, cum eumdem et filium Jona dicit. Tantummodo secundum illud quod est simpliciter, et illud quod est quomodo, differentiam ostendit, nimirum ibi quidem quod Petrum hominem vocet, absoluto et communi nomine suppositum significat, hic vero proprio ac relativo determinatoque nomine eumdem hominem et filium esse ex homine Jona, qui est ipsi pater. Utroque igitur nomine aliter atque aliter idem indicatur : relative scilicet, atque absolute, eo quod est simpliciter, et quod est, quomodo solum differt. Alterum enim quod caret habitudine, substantiam, alterum vero eamdem, et ad aliquid aliquo modo se habentem significat. Quoniam igitur commune substantiæ in Deo tres sunt hypostases, et commune ipsa est, quæ unicuique et propria est substantia, unum quippe est, quod quid erat esse trium, et quod est unaquæque hypostasis, hoc admirabiliter est etiam commune. Atque, ut ait Gregorius Theologus, unum tria, et tria unum in quibus Deitas; vel ut exactius dicam, quæ tria Deitas. Unaquæque autem hypostasis vel Pater, vel Filius, vel Spiritus sanctus est, quatenus et relative ad invicem dicuntur. Porro hypostasis commune cum proprio dicta est, manifestum quod unaquæque personarum substantia et hypostasis est. Quemadmodum enim ipsa trium substantia sunt ipsæ hypostases, ita unaquæque hypostaseum substantia, et hypostasis. Est igitur idem substantiam, et hypostasim, dicere secundum rem, et aliud substantiam, atque aliud hypostasim secundum rationem, differente nominum, non rerum significatione, et utrumque verum est. Non enim secundum idem et ambo, quatenus substantia quidem commune significat; et quod quid erat esse, hypostasis autem idem ad aliquid quodam modo se habens, vel per modum generantis, vel geniti, sive producentis, et procedentis. Hæc testatur primum quidem magnus Athanasius, deinde post eum divus Maximus eadem dicens in dialogo *ad Dissimilem*. Cum enim Anomœus (hoc est Dissimilis) dixisset, Aliud est substantia, et aliud hypostasis, divus Maximus respondet: « Aliud atque aliud non tanquam res; » eoque dicente, « Igitur compositio, » sanctus infert: « Aliud et aliud dixi, non ut res, sed tanquam aliud significet substantia, et aliud hypostasis : ut granum frumenti dicitur, et est semen, et fructus, aliudque significat semen, et aliud fructus. » Concedens igitur sanctus ibi hypostasim Patris substantiam esse ac deitatem, non tamen concedit duas esse deitates, ut duas hypostases, eo quod idem non eodem modo significet deitas, et hypostasis. « Deitas enim quod quid erat esse, inquit,

A πῶς· ὥσπερ ὁ δεξιὸς ἄνθρωπος τοῦ ἁπλῶς ἀνθρώπου κατὰ τὸ ἁπλῶς καὶ πῶς διαφέρει. Ἀλλὰ καὶ ὁ Πέτρος καὶ ἄνθρωπός ἐστι καὶ υἱὸς τοῦ Ἰωνᾶ· καὶ οὐχ ἕτερον μὲν σημαίνει ὁ τὸν αὐτὸν Πέτρον ἄνθρωπον λέγων, ἕτερον δὲ ὅταν τὸν αὐτὸν καὶ υἱὸν τοῦ Ἰωνᾶ. Κατὰ δὲ τὸ ἁπλῶς καὶ πῶς μόνον τὴν διαφορὰν ἐνδείκνυται· δηλονότι ἐκεῖ μὲν διὰ τοῦ τὸν Πέτρον ἄνθρωπον εἰπεῖν ἀπολελυμένῳ καὶ κοινῷ ὀνόματι τὸ ὑποκείμενον σημαίνει· ἐνταῦθα δὲ ἰδίῳ καὶ ἀναφορικῷ καὶ ὡρισμένῳ ὀνόματι τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ υἱὸν εἶναι ἐξ ἀνθρώπου τοῦ Ἰωνᾶ πατρὸς ὄντος αὐτῷ. Δι' ἀμφοῖν οὖν τῶν ὀνομάτων ἄλλως καὶ ἄλλως τὸ αὐτὸ ἐμφαίνεται, ἀναφορικῶς δηλονότι καὶ ἀπολελυμένως· τῷ δὲ ἁπλῶς καὶ πῶς διαφέρει μόνον. Τὸ μὲν γὰρ ἄσχε-B τον οὐσίαν δηλοῖ, τὸ δὲ τὴν αὐτὴν καὶ πρός τι πῶς ἔχουσαν. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας ἐπὶ Θεοῦ αἱ τρεῖς εἰσιν ὑποστάσεις, καὶ τὸ κοινὸν αὐτή ἐστιν, ἥτις ἑκάστῳ καὶ ἴδιος οὐσία, ἓν γὰρ τὸ τί ἦν εἶναι τῶν τριῶν, καὶ ὅπερ ἑκάστη τοῦτο παραδόξως καὶ κοινὸν καὶ ὥς φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἓν τὰ τρία, καὶ τὰ τρία ἕν, ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης, ἑκάστη δὲ τῶν ὑποστάσεων ἢ Πατὴρ, ἢ Υἱὸς, ἢ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστι, καθὸ καὶ ἀναφορικῶς πρὸς ἄλληλα λέγονται, ὑπόστασις δὲ τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος εἴρηται· φανερὸν ὡς τῶν προσώπων ἕκαστον οὐσία καὶ ὑπόστασίς ἐστιν. Ὥσπερ γὰρ αὐτὴ ἡ τῶν τριῶν οὐσία αἱ ὑποστάσεις ἐστὶν, οὕτως ἑκάστη τῶν C ὑποστάσεων οὐσία καὶ ὑπόστασίς ἐστιν. Ἔστιν ἄρα τὸ αὐτὸ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν εἰπεῖν κατὰ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἄλλο οὐσίαν καὶ ἄλλο ὑπόστασιν κατὰ τὸν λόγον, διαφόρου τῆς τῶν ὀνομάτων, οὐ τῶν πραγμάτων σημασίας οὔσης, καὶ ἑκάτερον ἀληθές. Οὐ γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἄμφω, ἐφόσον ἡ μὲν οὐσία τὸ κοινὸν δηλοῖ, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ αὐτὸ καὶ πρός τι πῶς ἔχον, ἢ γεννητικῶς, ἢ γεννητῶς, ἢ προβλητικῶς, ἢ προβλητῶς. Μαρτυρεῖ τούτοις πρῶτον μὲν ὁ μέγας Ἀθανάσιος, μετ' ἐκεῖνον δὲ καὶ ὁ θειότατος Μάξιμος, ταυτὰ λέγων ἐν τῷ *πρὸς Ἀνόμιον* διαλόγῳ. Τοῦ γὰρ Ἀνομοου εἰπόντος, « Ἄλλο ἐστὶν οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις, » ὁ θεῖος Μάξιμος ἀποκρίνεται, « Ἄλλο καὶ ἄλλο οὐχ ὡς πρᾶγμα· » κἀκείνου εἰπόν-D τος, « Οὐκοῦν σύνθεσις· » ὁ ἅγιος ἐπάγει, « Ἄλλο καὶ ἄλλο εἶπον, οὐχ ὡς πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς ἄλλο τι σημαινούσης τῆς οὐσίας, καὶ ἄλλο τῆς ὑποστάσεως· ὡς ὁ κόκκος τοῦ σίτου λέγεται καὶ ἔστι σπέρμα καὶ καρπὸς, ἄλλο δέ τι σημαίνει τὸ σπέρμα, καὶ ἄλλο ὁ καρπός. » Συγχορῶν οὖν ὁ ἅγιος ἐκεῖ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν εἶναι καὶ θεότητα, οὐ δίδωσιν ὅμως δύο θεότητας εἶναι, ὥσπερ καὶ ὑποστάσεις δύο, διὰ τὸ αὐτὸ μὴ ταυτῶς δηλοῦν τὴν θεότητα καὶ τὴν ὑπόστασιν. Ἡ μὲν γὰρ θεότης τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνει, φησὶν, ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ εἶναι. Εἰ οὖν καὶ ἔστιν ἐκεῖνο τὸ εἶναι, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι τὸ αὐτὸ, ἀλλ' ὅτι ἡ μὲν ὑπόστασις τὸ εἶναι δηλοῖ τοῦ αὐτοῦ πράγματος, ἡ δὲ θεότης τὸ τί ἦν, ἡ μὲν θεότης ὡς τὸ κοινὸν λαμβάνεται, ἡ δὲ ὑπό-

A στασις ὡς τὸ ἴδιον. Ἐπεὶ τῶν ὑποστάσεων ἡμῶν ὁ μὲν τοῦ τί ἦν εἶναι λόγος ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ τοῦ εἶναι ἕτερος· ὁ μὲν γὰρ τοῦ τί ἦν εἶναι λόγος ἡμῶν τῆς οὐσίας ἡμῶν, εἴτ' οὖν τοῦ εἴδους ὁρισμός ἐστιν· ὁ δὲ τοῦ εἶναι λόγος ὑπογραφή τις ἐκ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀπὸ τῶν τῆς ὕλης ἰδιοτήτων λαμβανόμενος. Διόπερ ἐκεῖνος μὲν εἷς ἐπὶ πάντων, τὸ γὰρ εἶδος ἕν· οὗτος δὲ ἄλλως ἄλλοις ἀποδίδοται κατὰ τὴν τῆς ὕλης ἀτομότητα, ἣ διαφόρως καὶ ἄλλοις ἄλλως ἐπιβάλλει. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ Θεῷ οὐκ ἔστιν ὕλη, οὐδὲ τὰ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα αὐτῇ συμβεβηκότα, λείπεται τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ εἶναι ταυτὸν εἶναι ἐπ' αὐτοῦ. Δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων τοῦτ' εἶναι τὴν οὐσίαν ὅπερ καὶ τὴν ὑπόστασιν· κἂν τούτῳ μόνον διαφέρειν, ὅτι ἡ μὲν οὐσία ἀπολελυμένον τι B ἐπὶ Θεοῦ δηλοῖ, ἡ δὲ ὑπόστασις ἀναφορικόν· καθ' ὃν δὴ τρόπον οὐ ταυτὸν εἶπον οἱ ἅγιοι οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν· ὥσπερ ἂν εἰ ἔλεγον, Ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου θεότητος οὐ ταυτόν ἐστι τὸ ἀπολελυμένον καὶ τὸ ἀναφορικόν· τοῖς μὲν γὰρ ἀναφορικοῖς τὰ θεῖα διακρίνεται πρόσωπα, τοῖς δὲ ἀπολελυμένοις συνάπτεται. Τῇ μὲν γὰρ οὐσίᾳ ἡ ἕνωσις ἕπεται, ταῖς δὲ ὑποστάσεσιν ἡ διάκρισις· ἕνωσις δὲ καὶ διάκρισις οὐ ταυτό.

hypostasis autem exsistere. Quamvis igitur sit illud exsistere idem quod quid erat esse, sed quia hypostasis quidem esse significat ejusdem rei, Deitas vero quod quid erat esse, Deitas quidem ut commune accipitur, hypostasis vero ut proprium. Quoniam nostrarum hypostaseon definitio quod quid erat esse significans eadem est, definitio vero exsistentiæ alia. Definitio enim ejus quod quid erat esse nostra, nostræ substantiæ est, sive speciei definitio est. Definitio vero ejus quod est exsistere, descriptio quædam est, quæ sumitur ex iis quæ sunt per accidens a materialibus proprietatibus. Quocirca illa quidem una est in omnibus, species enim una est. Ista vero aliter aliis assignatur secundum materiæ individuitatem, quæ differenter, et aliis aliter contingit. Quoniam autem in Deo non est materia, neque accidentia, quæ eam necessario consequuntur, reliquum est, ut in ipso idem sit quod quid erat esse, et quod est exsistere. Ex dictis igitur manifestum est, id esse substantiam quod et hypostasim, eoque solo differre, quod substantia quidem absolutum quiddam in Deo significet, hypostasis vero relativum, secundum quem modum non idem dixerunt sancti substantiam et hypostasim tanquam si dicerent, in supersubstantiali Deitate non idem est absolutum et relativum. Quippe relativis divinæ personæ distinguuntur, absolutis vero conjunguntur. Namque substantiam sequitur unitas, hypostases vero distinctio; non unitas autem, et distinctio est idem.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὅτι ἡ οὐσία καὶ ὑπόστασις καὶ ἰδιότης ἐπὶ Θεοῦ ταυτόν ἐστι κατὰ τὸ πρᾶγμα.

C Ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ὑποστατικῶν ἰδιωμάτων ῥητέον κἀνταῦθα τοῖς δυνατοῖς καὶ ἀναγκαίοις ἐκ τῶν διδασκάλων χρωμένοις. Φησὶ τοίνυν Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὸν μακάριον Ἀθανάσιον ἐγκωμίῳ· « Τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς· τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας, » καὶ τὰ λοιπά. Ἐν τούτοις φύσιν καὶ οὐσίαν ταυτὸ βούλεται εἶναι, καὶ τὰς ὑποστάσεις ἰδιότητας ἀποφαίνεται.

Ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν τῷ εἰς τὰ Φῶτα λόγῳ· « Θεοῦ δὲ, ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισί· » τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας, εἴτ' οὖν ὑποστάσεις. Ἐκεῖ μὲν οὖν τὰς ὑποστάσεις προτεταχὼς, εἰς τὰς ἰδιότητας ἡρμήνευσεν, ἐνταῦθα δὲ τὰς ἰδιότητας εἰς D τὰς ὑποστάσεις, οὐκ ἂν εἰρηκὼς, εἰ μὴ ταυτὸ καὶ ἀδιάφορον ἦν, εἴ τις ἰδιότητας εἴθ' ὑποστάσεις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βούλοιτο καλεῖν. Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τοῦ, ὅτι καλῶς εἴρηται τοῖς ἐν Νικαίᾳ Πατράσιν ἡ λέξις *τοῦ ὁμοουσίου*, ταυτί φησι· « Διὸ οὐδὲ τὴν κτίσιν αὐτοῦ τοῦ ὄντος Θεοῦ δημιούργημα εἶναι φήσετε, εἴ γε τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Θεὸς οὐκ αὐτὴν τὴν τοῦ ὄντος οὐσίαν σημαίνουσιν, ἀλλ' ἕτερόν τι, ὅπερ ὑμεῖς ἀναπλάττετε. Εἰ δὲ τοῦτο ἀπρεπὲς, καὶ λίαν ἀσεβές ἐστι καὶ μόνον ἐντεθυμῆσθαι. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Κἂν γὰρ ἀδυνάτως ἔχωμεν καταλαβεῖν ὅ τί ποτέ ἐστιν, ἀλλ' ὅμως ἀκούοντες τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Υἱὸς καὶ δημιουργὸς καὶ παντοκράτωρ, οὐχ ἕτερόν τι, ἀλλ' αὐτὴν τὴν μακαρίαν καὶ

CAPUT III.

Quod substantia, et hypostasis, atque proprietas secundum rem in Deo idem sint.

Cæterum et de proprietatibus hypostaticis hoc in loco dicendum est, sententiis cum possibilibus tum necessariis utendo, sumptis e doctorum monumentis. Ait igitur Gregorius Theologus in Oratione laudatoria in beatum Athanasium: « Cum enim a nobis una substantia et tres hypostases pie dicantur; etenim unum quidem naturam significat, alterum vero trium proprietates, » et reliqua. In his naturam, et substantiam idem vult esse, atque hypostases esse statuit proprietates.

Præterea idem, Oratione in sancta Lumina: « Dei autem cum dixero, una et trina luce circumfulgenti illustremini: trina quidem secundum proprietates, sive hypostases. » Ibi igitur cum prius hypostases dixisset, proprietates esse interpretatus est; hic vero proprietates explicat esse hypostases. Quod utique non dixisset, nisi idem atque indifferens esset, si quis proprietates sive hypostases eamdem rem vocare velit. Sed et magnus Athanasius, in Oratione, quod recte dicta sit vox *consubstantialis* Patribus in Nicæa congregatis, hæc dicit: « Idcirco neque creaturam ejus, qui est Deus, dicetis esse officium, siquidem Pater et Deus non ipsam ejus, qui est, substantiam significant, sed aliud quiddam, quod vos fingitis. Quod si hoc indecorum est, ac valde impium vel solum cogitare. » Et paulo post: « Quamvis enim non possimus comprehendere quidnam tandem sit, sed tamen cum audimus has voces Pater et Filius, opifex et

omnipotens, non quiddam aliud, sed ipsam beatam, ac simplicem, et incomprehensibilem ejus, qui est, substantiam significatam intelligimus. Dixistis vero et vos Ariani ex Deo Filium, videlicet ex substantia Patris eum dixistis. »

Præterea Damascenus in capitibus suis theologicis ait : « Deitas naturam significat, vox vero Pater hypostasim. Vox enim Deus, et homo sumuntur ad significandam substantiam, ut cum dicimus : Deus est incomprehensibilis substantia, dicitur autem et de hypostasibus. Si igitur illud nomen, Deus, substantiam significat, dicitur autem et hypostasis Deus, et hypostasis ergo substantia est. Substantia enim vel natura, secundum modum significationis nominis, quem modum sequitur intelligentia, tanquam species intelligitur, et profertur. Hypostasis vero, aut persona quod commune est, atque conjunctim distincte indicat, sive commune una cum proprio, sive commune, et id quod ad aliquid aliquo modo se habeat, ut dictum est. » At vero secundum Athanasium, quemadmodum hoc nomen, Deus, substantiam significat, ita secundum Damascenum vox Pater hypostasim significat; ergo illud Pater substantiam, et hypostasim indicat, et per ambo unum est, quod significatur, ipsum commune cum proprio, sive Patrem dicat quis, sive hypostasim Patris. Et quoniam hoc nomen, Pater, hypostasim significat, hypostasis vero idem est cum proprietate, juxta divum Gregorium; proprietas autem in Patre paternitas est, id enim in confesso apud omnes est, palam est, quod paternitas et Pater idem est. Sed rursus secundum magnum Athanasium, vox, Pater, substantiam significat, ergo et paternitas substantiam significat, adeo ut proprietates idem sint quod hypostases, hypostases autem Deitas, et substantia. « Unum enim, inquit, sunt tria : et quæ tria Deitas est, ut dictum est, et oratio rursus in idem evasit; eo enim solum differunt, quod simpliciter, et secundum modum dicuntur. » Neque enim ut aliam Monadem, et aliam esse Triadem edocti sumus, sed eamdem vere Monadem et Triadem dictam. Illud quidem ratione substantiæ, hoc vero exsistendi modo, juxta sanctum Maximum, qui profecto et paulo ante ad Dissimilem dicebat, non esse idem substantiam et hypostasim et quonam modo? juxta rationem significationis nominum, quæ ratio sequitur subsistentias personarum. Intulit enim, sed tanquam aliud significante substantia et aliud hypostasi, ut granum frumenti dicitur, et est semen et fructus.

A ἁπλῆν καὶ ἀκατάληπτον τοῦ ὄντος οὐσίαν σημαινομένην νοοῦμεν. Εἰρήκατε δὲ καὶ ὑμεῖς οἱ Ἀρειανοὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱὸν, δηλονότι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν εἰρήκατε. »

Ἔτι ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τοῖς θεολογικοῖς αὐτοῦ κεφαλαίοις φησί· « Θεότης τὴν φύσιν δηλοῖ, τὸ δὲ Πατὴρ τὴν ὑπόστασιν. Τὸ γὰρ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος τάττεται μὲν ἐπὶ τῆς οὐσίας, ὡς ὅταν λέγωμεν, Θεός ἐστιν ἀκατάληπτος οὐσία, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων. Εἰ τοίνυν τὸ μὲν Θεὸς ὄνομα τὴν οὐσίαν σημαίνει, λέγεται δὲ καὶ ἡ ὑπόστασις Θεὸς, ἡ ὑπόστασις ἄρα οὐσία ἐστίν. Ἡ μὲν γὰρ οὐσία ἢ φύσις κατὰ τὸν τρόπον τῆς τοῦ ὀνόματος σημασίας, ᾧτινι ἀκολουθεῖ ἡ διάνοια, ὡς εἶδος νοεῖται καὶ προ-B φέρεται· ἡ δὲ ὑπόστασις, ἢ τὸ πρόσωπον, τὸ κοινὸν καὶ ἡνωμένον διακεκριμένως ἐμφαίνει· εἴτ' οὖν τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος, ἢ τὸ κοινὸν καὶ πρός τί πως ἔχον, ὡς εἴρηται. » Ἀλλὰ μὴν κατὰ τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον ὥσπερ τὸ Θεὸς ὄνομα τὴν οὐσίαν σημαίνει, οὕτω κατὰ τὸν Δαμασκηνὸν τὸ Πατὴρ ὑπόστασιν δηλοῖ. Τὸ Πατὴρ ἄρα οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν σημαίνει. Καὶ δι' ἀμφοῖν ἓν τὸ δηλούμενόν ἐστιν, αὐτὸ τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος, εἴτε Πατέρα λέγει τις, εἴθ' ὑπόστασιν τοῦ Πατρός. Καὶ ἐπεὶ τὸ Πατὴρ ὄνομα ὑπόστασιν σημαίνει, ἡ δὲ ὑπόστασις ταυτὸν τῇ ἰδιότητι κατὰ τὸν θεῖον Γρηγόριον, ἡ δὲ ἰδιότης ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἡ πατρότης ἐστὶ, τοῦτο γὰρ παρὰ πάντων ὁμολογεῖται· δῆλον ὡς πατρότης καὶ C Πατὴρ ταυτόν ἐστιν. Ἀλλὰ κατὰ τὸν μέγαν αὖθις Ἀθανάσιον, τὸ Πατὴρ οὐσίαν σημαίνει, καὶ ἡ πατρότης ἄρα οὐσίαν σημαίνει, ὥστε αἱ ἰδιότητες ταυτὸν ταῖς ὑποστάσεσιν, αἱ δ' ὑποστάσεις ἡ θεότης καὶ ἡ οὐσία. « Ἓν γὰρ, φησὶ, τὰ τρία, καὶ ἃ ἡ θεότης, ὡς εἴρηται, καὶ ὁ λόγος πάλιν εἰς ταυτὸ περιῆλθε. Τούτῳ γὰρ διαφέρουσι μόνον, τῷ ἁπλῶς καὶ πῶς λέγεσθαι. » Οὐδὲ γὰρ ὡς ἄλλην τὴν Μονάδα, καὶ ἄλλην τὴν Τριάδα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὡς ἀληθῶς μονάδα καὶ Τριάδα λεγομένην, τὸ μὲν, τῷ κατ' οὐσίαν λόγῳ, τὸ δὲ, καθ' ὕπαρξιν τρόπῳ κατὰ τὸν ἅγιον Μάξιμον, ὃς δὴ καὶ ὀλίγῳ πρότερον πρὸς τὸν Ἀνόμοιον ἔλεγεν οὐ ταυτὸ οὐσίαν εἶναι καὶ ὑπόστασιν, καὶ τίνα τρόπον; κατὰ τὸν τῆς τῶν ὀνομάτων σημασίας λόγον, τὸν καθ' ὕπαρξιν τῶν D προσώπων ἑπόμενον. Ἐπήγαγε γάρ· « Ἀλλ' ὡς ἄλλο συμαινούσης τῆς οὐσίας, καὶ ἄλλο τῆς ὑποστάσεως, ὡς ὁ κόκκος τοῦ σίτου λέγεται, καὶ ἔστι σπέρμα καὶ καρπός. »

Porro nemo tumultum excitet existimans, aut nos calumnians, quod scilicet sola ratione dicamus divinas personas distingui. Neque enim doctores, cum aiunt, paternitatem, et hypostasim seu Patrem idem esse, atque hypostases esse substantiam seu Deitatem, et eamdem Monadem ac Triadem, vel sola ratione distingui censent, vel secundum opposita, quæ sunt in relativis, et substantias oppositas, et ab invicem esse distinctas

Θορυβείτω δὲ μηδεὶς οἰόμενος ἢ διαβάλλων, ὡς ἄρα λόγῳ μόνῳ φαμὲν τὰ θεῖα διακρίνεσθαι πρόσωπα. Οὐδὲ γὰρ οἱ διδάσκαλοι πατρότητα καὶ ὑπόστασιν, ἢ Πατέρα ταυτὸ λέγοντες, καὶ τὰς ὑποστάσεις εἶναι τὴν οὐσίαν, ἢ τὴν θεότητα καὶ τὴν αὐτὴν μονάδα καὶ Τριάδα, ἢ λόγῳ μόνῳ διακρίνεσθαί φασίν, ἢ κατὰ τὰ ἐν τοῖς πρός τι ἀντικείμενα, καὶ οὐσίας ἀντικειμένας καὶ ἀλλήλων εἶναι διακεκριμένας, καθ' αὑτὰς ὡς τρία διάφορα ὄντα· ἀλλὰ μιᾶς

οὐσία; τρία πρόσωπα καθ' αὐτά φαμεν ὑφεστηκότα, ὑφεστὼς τῶν προσώπων ἕκαστον καθ' αὑτὸ πιστεύοντες, ὡς ἐν τῷ *Περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκριμένης θεολογίας* φησὶν ὁ θεῖος Διονύσιος· ὅτι τὸ τοῦ Πατρὸς ὑπερούσιον ὄνομα καὶ χρῆμα καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ ὅταν μὲν λέγω Θεὸν, ἀπολελυμένῳ καὶ κοινῷ ὀνόματι τὴν οὐσίαν ἐννοῶ· ὅταν δὲ Πατέρα ἢ Υἱὸν ἢ Πνεῦμα ἅγιον, αὐτὴν τὴν οὐσίαν, αὐτὸ τὸ κοινὸν καὶ πρός τί πως ἔχων συννοεῖν ἀναγκάζομαι ἀναφορικῷ ὀνόματι διακρίνειν πεφυκότι πρόσωπα. Καὶ δὴ καὶ δι' ἑκάστου τῶν τριῶν ἀναφορικῶν (ὃ καὶ παράδοξον) ἡ αὐτὴ καὶ μία οὐσία δηλοῦται. Ἐπείπερ οὐδὲν ὁποιονοῦν τῶν προσώπων μέρος ἐπὶ τῆς μιᾶς καὶ ὅλης θεότητος. Χωρὶς γὰρ τῶν ἀναφορικῶν ἀδύνατον εἶναι τάξιν ἢ διάκρισιν ἐν τοῖς θείοις. Καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἀρρήτως ὑπὲρ πάντα λόγον καὶ ὥστε πιστεύεσθαι μόνον ἐν τῷ παρόντι ἐκ τοῦ Θεοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν δοθέν. Διὸ μηδεὶς τὴν τούτων ἀπόδειξιν ἀκριβῶς οὐκ ἔχων, εἴτ' οὖν ἐξ ἀμέσων καὶ πρώτων καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος, ὥσπερ ἂν εἰ ταῖς φυσικαῖς ἀρχαῖς ὑπέκειτο, ἀσθένειαν καταγινωσκέτω τῶν λεγομένων, τὴν ἑαυτοῦ δὲ συνιστάτω πλάνην, ὡς ἄρ' εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἄλλο μὲν οὐσία, ἕτερον δὲ ὑπόστασις, ἕτερον δὲ ἰδιότης ἀλλήλων πραγματικῶς διαφέροντα, ἢ καὶ πλείω τούτων, ἅπερ ἂν οἱ ἄφρονες εἴποιεν, ἐν αὐτῷ εἶναι φυσικὰ καὶ οὐσιώδη, τὴν σοφίαν, τὴν ἀγαθότητα, τὴν ζωὴν, καὶ πάντα τὰ ἀπολελυμένως ἐπ' αὐτοῦ λεγόμενα, ἕτερα τῆς οὐσίας αὐτοῦ διαφέροντα καὶ πράγματι καὶ λόγῳ τῆς τε οὐσίας καὶ ἀλλήλων· ἀλλὰ τὰ περὶ μονάδος καὶ Τριάδος ἀσφαλῶς παραδεδομένα κατέχων, τοῖς τε δυνατοῖς καὶ ἐχομένοις λόγοις περὶ τῶν ἀναποδείκτως πιστευομένων παραμυθούμενος, τῶν ἁγίων προσκυνείτω τὰς ἀποφάσεις. Ἐπεὶ εἰ ἄλλο μὲν πρᾶγμα λέγει εἶναι τὴν μονάδα, ἄλλο δὲ τὴν Τριάδα, τετρὰς ἔσται τὸ προσκυνούμενον. Μᾶλλον δὲ εἰ ἄλλο μὲν ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ἡ ὑπόστασις, ἄλλο δὲ ἡ ἰδιότης, ὥσπερ εἰσὶ τρεῖς ὑποστάσεις, ἔσονται καὶ τρεῖς ἰδιότητες, καὶ οὕτως ἑξὰς ἔσται καὶ οὐ Τριάς. Εἰ δ' ἄλλο πάλιν παρὰ ταῦτα ἡ κοινὴ οὐσία, ἄλλο δὲ ὃ βούλονται κοινὴν ἐνέργειαν καλεῖν, ὀγδοὰς εἶναι περιφανῶς συμβήσεται. Εἰ δὲ προσκέοιτο τούτοις καὶ τὰ φυσικὰ, ὡς λέγουσιν, ἄπειρα, καὶ ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντα, πρὸς ἄλληλα καὶ τῆς οὐσίας διαφέροντα, μυριὰς ἔσται τὸ λατρευόμενον. Ἀλλ' ἀπέστω τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἡ τοιαύτη τῶν Ἑλλήνων θρησκεία.

A per se, ac si essent tres indifferentes, sed unius substantiæ tres personas per se dicimus subsistere, unamquamque subsistentem per se esse credentes, ut in libro *De conjuncta et distincta theologia* tradit divinus Dionysius: quod Patris supersubstantiale nomen est et res, et Filii et Spiritus sancti. Et cum Deum dico, absoluto atque communi nomine substantiam intelligo. Cum autem dico Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum, ipsam substantiam, ipsum commune et ad aliquid quodam modo se habens cointelligere cogor, relativo nomine ad distinguendum personas apto. Nam et per singula tria relativa (quod et mirum est) eadem et una substantia significatur. Quandoquidem nulla, quamcunque dixeris, persona pars est unius, totiusque
B Deitatis; quippe sine relativis fieri non potest, ut sit ordo aut distinctio in divinis. Idque est ineffabiliter supra omnem rationem, adeo ut tantum credatur in præsentia per revelationem a Deo traditum. Quocirca si horum demonstrationem exactam non habeat, sive ex immediatis et primis principiis conclusionis, veluti si naturalibus principiis subjiceretur, nullus dicta, ut nihil roboris habentia damnet, suum autem astruat errorem, quod sane sint in Deo aliud quidem substantia, aliud vero hypostasis, aliud autem ad invicem proprietas, quæ realiter differant, vel his multo plura, quæ stulti dicerent in ipso esse naturalia et essentialia; nimirum sapientiam, bonitatem,
C vitam, et omnia quæ absolute in ipso dicuntur; alia esse ab ejus essentia, quæ differunt re, ac ratione cum ab essentia, tum ab invicem. Sed quæ de Monade ac Triade tradita sunt firmiter tenens, atque possibilibus rationibus, et convenientibus de indemonstrabiliter creditis, se ipse consolans, sanctorum veneretur sententias. Quod si aliam esse rem Monadem, aliam vero Triadem dicit, quaternitas erit quod colitur. Imo vero si aliud quidem est in supersubstantiali Deitate hypostasis, aliud vero proprietas, sicut sunt tres hypostases, erunt et tres proprietates, hacve ratione senarius erit non Trinitas. Quod si aliud rursus præter hæc est communis substantia, aliud vero quod volunt communem operationem vocare, continget esse
D manifeste octonarius. Quod si his accesserint et naturalia, ut aiunt, infinita, quæ numerum superant, et tum ab invicem, tum a substantia differunt, myrias erit quod colitur. Sed absit a fide Christianorum ejusmodi gentilium superstitio.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ὅτι εἰ καὶ ἡ πατρότης οὐσία καὶ ἡ υἱότης, οὐ διὰ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τὸν Υἱὸν εἶναι Πατέρα, ἢ τὸν Πατέρα Υἱόν.

Εἰ μέντοι διαπορεῖ τις πῶς τὰς ἰδιότητας ἢ τὰς ἀναφορὰς οὐσίαν εἶναι φαμὲν, μιᾶς μὲν οὔσης τῆς οὐσίας, ἰδιοτήτων δὲ τριῶν, ἢ καὶ ὑποστάσεων ἀντικειμένως πρὸς ἄλληλα λεγομένων, καί τινα ἐπάγειν τῶν ἀτόπων οἴεται, ὡς ἄρα τὴν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν δεήσει λέγειν ὑπόστασιν τοῦ Υἱοῦ, ἢ τὸν

CAPUT IV.

Quod quamvis paternitas, et filiatio sit substantia, non propterea necessario sequitur Filium esse Patrem, aut Patrem Filium.

Si quis tamen dubitet, qua ratione proprietates, vel relationes substantiam esse dicimus, cum una sit substantia, proprietates autem tres, seu etiam hypostases, opposite ad invicem dicantur; et nonnulla absurda inferre arbitretur, quod sane hypostasim Patris opus erit dicere hypostasim

Filii, vel Filium esse Patrem, eo quod ipsis una sit substantia. Primum quidem nihil ad nos. Hæc enim Thesis communis est fidei. Deinde a doctoribus ita se habere ostensum est. Nunc autem etiam utcunque dicetur, quod necessarium sit ea de re verba facere. Quod igitur gratia evadendi absurda commemorata, et servandi dicta Scripturæ, atque doctorum sententias, et omnino principia fidei, cum nullum absurdum sequatur. Substantiam esse relationes constituimus, dictum est; idque merito, et liquet. Quemadmodum enim est aliquid, quod idem accidens sit, et ad aliquid in quibus contingit esse accidentia; ita necesse est idem esse substantiam et ad aliquid, ubi non contingit esse accidens. Quocirca in rebus creatis relatio et secundum rationem et secundum rem aliud est a substantia, quoniam sunt accidentia. In Deo vero secundum rem idem est, secundum rationem aliud est. Ut enim dictum est, substantia idem est quod hypostases, quæ relationibus subsistunt, eo autem quod est simpliciter, et quodammodo differt: ita enim se res habet. Substantia Dei non est ea quæ in prædicamentis ponitur vel genus, vel eorum quæ sunt sub genere, adeo ut non possit esse aliquid aliud. Neque rursus relatio, quæ est in Deo, est genus relationis, seu aliquid eorum quæ sub illa sunt, ita ut non possit esse substantia. Quidquid enim tandem sit ipsa divina entitas, et quidquid tandem oporteat illam vocare, non est aliquod genus, sed est principium generum omnia in seipso genera continens, et transcendens in uno, et eodem: atque sunt in ipso etiam contraria uniformiter, et conjuncte, perfectaque paternitas atque filiatio secundum divum Dionysium, a quo omnis paternitas in cœlo, et in terra, et totum esse in seipso comprehendit, juxta Theologum Gregorium. Quemadmodum igitur substantiæ Dei attribuuntur realiter, ea quæ sequuntur bonitatem, sapientiam, et vitam ejus; aliter enim esset compositus. Quippe compositum ad minus ex duobus constat, quorum alterum non est idem, quod alterum re ac ratione, vel quod capax est alicujus alterius præter ipsum ad exsistentiam; quorum concursus unum efficit, vel quod multis in idem convenientibus absolvitur, atque secundum divum Dionysium nomen bonitatis et aliorum, si quis dixerit non dici de tota Deitate, super unitam unitatem dividere, atque abscindere nefarie audet. Quod profecto accidit iis qui alias res vitam ac bonitatem Dei ab ejus substantia ponunt. Quemadmodum igitur ne superunita unitas præter divisionem sit etiam composita, et quæcunque sequuntur composita, quæ sequuntur bonitatem realiter, attribuuntur substantiæ, quatenus substantia est bonitas, et bonitas est ejus substantia, ut divus Basilius dixit in iis quæ sunt ad Amphilochium, bonus ex bono genitus substantiam habens bonitatem. Non enim fieri potest, ut alia sit res inexsistens, alia vero

A Υἱὸν εἶναι Πατέρα, διὰ τὸ μίαν αὐτοῖς εἶναι τὴν οὐσίαν· πρῶτον μὲν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· ἡ γὰρ θέσις αὕτη κοινὴ τῆς πίστεως· ἔπειτα καὶ παρὰ τῶν διδασκάλων οὕτως ἔχον ἐδείχθη. Εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ὁπωσοῦν, ἐπείπερ ἀναγκαῖος ὁ λόγος. Ὅτι μὲν οὖν ἕνεκα του τὰ προειρημένα τῶν ἀτόπων ἀποφυγεῖν, καὶ τοῦ τὰς τῆς Γραφῆς καὶ τῶν διδασκάλων ἀποφάσεις φυλάττειν, καὶ ὅλως τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως, μηδενὸς ἡμῖν ἀκολουθοῦντος ἀτόπου, οὐσίαν τὰς ἀναφορὰς ἐθέμεθα, εἴρηται, εὐλόγως· δῆλον δέ. Ὥσπερ γὰρ ἐστί τι τὸ αὐτὸ συμβεβηκὸς καὶ πρός τι, ἐν οἷς ἐνδέχεται εἶναι συμβεβηκότα· οὕτως ἀνάγκη τὸ αὐτὸ οὐσίαν εἶναι καὶ πρός τι ἐν οἷς μὴ ἐνδέχεται εἶναι συμβεβηκός. Διόπερ ἐν μὲν τοῖς κτίσμασιν ἡ ἀναφορὰ καὶ κατὰ τὸν λόγον καὶ κατὰ τὸ πρᾶγμα B τῆς οὐσίας ἕτερον, ἐπεί ἐστι συμβεβηκότα· ἐπὶ δὲ Θεοῦ κατὰ μὲν τὸ πρᾶγμα τὸ αὐτὸ, κατὰ δὲ τὸν λόγον ἕτερον· ὡς γὰρ εἴρηται, ἡ οὐσία ταυτὸ ταῖς ὑποστάσεσιν αἳ τοῖς πρός τι ὑφεστήκασι· τὸ δ' ἁπλῶς καὶ πῶς διαφέρει. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. Οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἡ ἐν ταῖς κατηγορίαις οὐσία, ἢ τὸ γένος, ἢ τῶν ὑπὸ τὸ γένος, ὥστε μὴ δύνασθαι εἶναι ἄλλο τι. Οὐδ' αὖ ἡ ἐν τῷ Θεῷ ἀναφορά ἐστι τῶν πρός τι γένος, ἤ τι τῶν ὑπὸ τούτοις, ὥστε μὴ δύνασθαι εἶναι οὐσία. Ὅ τί ποτε γάρ ἐστιν αὐτὸ τὸ θεῖον χρῆμα, καὶ ὅ τί ποτε δεῖ καλεῖν αὐτὸ, οὐκ ἔστι τι γένος, ἀλλ' ἔστιν ἀρχὴ γενῶν πάντα ἐν ἑαυτῷ τὰ γένη περιέχον καὶ ὑπερέχον ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ· καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ καὶ τὰ ἐναντία μονοειδῶς καὶ ἡ- C νωμένως· καὶ τελεία πατρότης καὶ υἱότης κατὰ τὸν θεῖον Διονύσιον, ἀφ' οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· καὶ ὅλον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὸν ἔχει τὸ εἶναι κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον. Ὥσπερ οὖν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ ἀποδίδοται πραγματικῶς τὰ ἑπόμενα τῇ ἀγαθότητι καὶ τῇ σοφίᾳ καὶ ζωῇ αὐτοῦ· ἄλλως γὰρ ἂν σύνθετος ἦν· σύνθετον γάρ ἐστι τὸ ἐκ δύο τοὐλάχιστον συνιστάμενον, ὧν θάτερον οὐκ ἔστι θατέρῳ ταυτὸ καὶ πράγματι καὶ λόγῳ, ἢ τὸ δεκτικόν τινος ἑτέρου παρ' αὐτὸ πρὸς ὕπαρξιν, ὧν ἡ σύνοδος ἓν ἀποτελεῖ, ἢ τὸ πολλοῖς εἰς ταυτὸ συνιοῦσιν ἀπαρτιζόμενον· καὶ κατὰ τὸν θεῖον Διονύσιον τὸ τῆς ἀγαθότητος ὄνομα καὶ τῶν ἄλλων εἴ τις μὴ περὶ τῆς ὅλης θεότητος εἰρῆσθαι φαίη, διαιρεῖν καὶ ἀποσχίζειν ἀθέσμως τολμᾷ τὴν ὑπερηνωμένην ἑνάδα· ὃ D δήπου συμβαίνει τοῖς ἕτερα πράγματα τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ τῆς οὐσίας αὐτοῦ τιθεμένοις. Ὥσπερ οὖν, ἵνα μὴ ἡ ὑπερηνωμένη μονὰς πρὸς τῷ διαιρεῖσθαι καὶ σύνθετος ᾖ, καὶ ὅσα τοῖς συνθέτοις ἕπεται, τὰ ἑπόμενα τῇ ἀγαθότητι, πραγματικῶς τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ ἀποδίδοται ἐφ' ὅσον ἡ οὐσία ἐστὶν ἀγαθότης, καὶ ἡ ἀγαθότης ἐστὶν οὐσία αὐτοῦ, ὡς καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον εἴρηκεν, Ἀγαθὸς ὁ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ γεννηθεὶς οὐσίαν ἔχων τὴν ἀγαθότητα· οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἄλλο μὲν εἶναι τὸ ἐνυπάρχον πρᾶγμα, ἄλλο δὲ τὸ ᾧ ἐνυπάρχει διὰ τὴν ἄκραν ἁπλότητα καὶ ἕνωσιν, πλὴν εἰ μὴ σωματικώτερον ἐκλαμβάνοιτο, ὥσπερ καὶ χεῖρας καὶ πόδας ἐπὶ Θεοῦ λέγομεν, ἢ τῆς διαφορᾶς κατὰ τὸν λόγον, καὶ οὐ κατὰ τὸ πρᾶγμα θεωρουμέ-

A νης· οὕτω καὶ τὰ ἑπόμενα τῷ πρός τι ἀποδίδονται πραγματικῶς τῇ οὐσίᾳ, ἐφόσον ἐστὶ καὶ πρός τι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ πραγματικῶς διακρίνεσθαι καὶ ἀντικεῖσθαι ἀποδίδοται αὐτῇ, οὐχ ἐφόσον μέντοι οὐσία, ἀλλ' ἐφόσον πρός τι. Τὰ γὰρ πρός τι, εἰ καὶ ἐν τοῖς συμβεβηκόσι περιέχονται, ἀλλ' οὐ δηλοῦνται κατὰ τὸ ἐνυπάρχειν· λόγος γὰρ τοῦ συμβεβηκότος ἐστὶ τὸ ἐνυπάρχειν, ὡς ἡ ποσότης καὶ ποιότης· ἀλλ' ὡς εἴς τι ἔξω δηλοῦται· ὥσπερ ἡ ἐπιστήμη ἐφόσον ἐστὶν ἀναφορὰ πρὸς τὸ ἐπιστητὸν, καὶ οὐχ ὡς ἕξις, ἀλλ' ὡς ἀναφορὰ θεωρεῖται, οὐκ ἔστι τοῦ ἐπισταμένου ὡς ἕξις ἐνυπάρχουσα δηλονότι, ἀλλὰ τοῦ ἐπιστητοῦ· πρὸς γὰρ τὸ ἐπιστητὸν ἀναφέρεται. Ὅθεν καὶ αἱ ἀναφοραὶ οὐχ οὕτως ἔχουσι κατὰ τὸν τρόπον τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἕτερον τρόπον κατηγορίας παρὰ τὰ οὐσιωδῶς λεγόμενα **B** ἐν τῷ Θεῷ. Ἡ μὲν γὰρ οὐσία οὐ λέγεται πρός τι, οὐδέ τι ἄλλο ταυτὸ τῇ οὐσίᾳ τῶν κοινῶς καὶ ἀπολελυμένως λεγομένων· ἡ δὲ πατρότης καὶ υἱότης κατὰ τὴν τῶν ἀναφορικῶν φύσιν πρὸς ἀλλήλας λέγονται. Καθάπερ οὖν ἡ σοφία ἐπειδὰν ἐν τῷ Πατρὶ θεωρῆται τῇ πρὸς τὴν οὐσίαν ἀναφορᾷ τε καὶ ἀποβλέψει κοινή ἐστι τῷ Υἱῷ· μία γὰρ τῷ ἀριθμῷ σοφία ἐστὶν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός· ἐπειδὰν δὲ ὡς γεννῶσα σοφία ὁ Πατὴρ νοῆται, οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ τῇ γεννητῇ σοφίᾳ, ἥ ἐστιν ὁ Υἱὸς κατὰ τὸ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι δηλονότι διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα ἀναφοράν· οὕτω δὴ καὶ πατρότης καὶ υἱότης τῇ μὲν πρὸς τὴν οὐσίαν ἀναφορᾷ οὐσία ἐστὶ καὶ τὸ αὐτὸ, τῇ δὲ πρὸς ἀλλήλας ἀντιθέσει εἰσὶν ἀντικείμενα, καὶ οὐδ' ἑτέρα ἡ ἑτέρα. Ἐπεὶ γάρ **C** ἐστι ἐν τῷ Θεῷ τελεία πατρότης καὶ υἱότης, ἐπειδὰν ἀπολελυμένως ἐν τῇ οὐσίᾳ θεωρῶνται, τῇ μὲν πρὸς τὴν οὐσίαν ἀναφορᾷ εἰσι τὸ αὐτὸ, ὥσπερ καὶ τἄλλα τὰ ἀπολελυμένως τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ ἀποδιδόμενα, τῇ δὲ πρὸς ἀλλήλας ἀντιθέσει εἰσὶν ἀντικείμενα κατὰ τὰ πρός τι· ὥστε κατὰ μὲν τὸ τὴν πατρότητα ἐν τῇ οὐσίᾳ θεωρεῖσθαι, ἐπεὶ τηνικαῦτα ἁπλῶς ὡς οὐσία λαμβάνεται, ἡ πατρότης ἐν τῷ Υἱῷ ἐστι, καὶ ἡ υἱότης ἐν τῷ Πατρὶ κατὰ τὰ κοινά φημι καὶ ἀπολελυμένα, ὥσπερ δὴ καὶ μία σοφία καὶ οὐσία καὶ δύναμις ἡ αὐτή ἐστιν ἀμφοῖν· κατὰ δὲ τὸ μὴ θεωρεῖσθαι κατὰ τὸν τρόπον τῆς οὐσίας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ οὐσιωδῶς λεγομένων, κατ' οὐδένα τρόπον ἡ πατρότης ἐστὶν υἱότης, ἐφόσον πρὸς ἀλλήλας ἀντικειμένως λέγονται κατὰ τὸν λόγον τοῦ πρός τι· καθ' ὃν τρόπον καὶ ἡ γεννητὴ σοφία οὐκ **D** ἔστιν ἡ γεννητικὴ, καίτοι μιᾶς οὔσης ἀμφοῖν, μᾶλλον δὲ μία ἄμφω. Οὐ τοίνυν ὅτι μία οὐσία ἐστὶ τοῖς τρισὶν, ἤδη καὶ ἡ ἀναφορὰ τοῦ προσώπου κοινὴ τοῖς τρισὶ διὰ τὴν ἀντίθεσιν πρὸς ἀλλήλας τῶν ἀναφορῶν. Ἡ αὐτὴ γὰρ ἀναφορὰ, ὡς εἴρηται, κατὰ τὸν λόγον τοῦ οἰκείου γένους ἐφόσον ἐστὶν ἀναφορὰ, οὐκ ἔχει τὸ εἶναι ἐν ἄλλῳ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ εἶναι πρὸς ἄλλο. Ὡς γὰρ ἐλέγομεν ἐκ τῶν τοῦ ἁγίου Μαξίμου παριστῶντες, εἰ καὶ τὸ αὐτό ἐστι πρᾶγμα ἡ θεότης καὶ ἡ ὑπόστασις, οὐκ εἰ ἡ θεότης ἡ αὐτὴ, καὶ ἡ ὑπόστασις ἡ αὐτή. Ἡ γὰρ ὑπόστασις τοῦ Πατρός ἐστιν αὐτὴ ἡ θεότης, καὶ ἡ οὐσία τοῦ Υἱοῦ, ὡς δέδεικται, καθὸ θεωρεῖται ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ οὐ καθὸ θεωρεῖται πρὸς ἄλλο.

Ἐπεὶ καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις θεότης τοῦ Πατρός ἐστι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, οὐ μὴν ἡ τοῦ Πατρὸς

cui inexsistit ob summam simplicitatem atque unitatem: nisi crassius accipiatur, quemadmodum et manus et pedes in Deo dicimus, aut si differentia consideretur ratione, non re: sic etiam quæ consequuntur relationem attribuuntur substantiæ realiter quatenus est et relatio, et propterea etiam quod distinguatur realiter, et opponatur, attribuitur ipsi, non tamen quatenus est substantia, sed quatenus est relatio, quæ enim sunt ad aliquid, quamvis inter accidentia contineantur, sed non significantur secundum inexsistere. Definitio enim accidentis est inexsistere, ut quantitas, et qualitas, sed relatio significatur per ad aliud extrinsecus; sicut scientia, quatenus est relatio ad id quod scitur, neque ut habitus, sed ut relatio consideratur, non est scientis, ut habitus, scilicet inexsistens, sed scibilis. Ad scibile enim refertur. Unde et relationes non ita se habent secundum modum substantiæ, sed secundum alium modum prædicamenti, præter ea quæ substantialiter dicuntur in Deo. Substantia enim non dicitur ad aliquid; neque aliquid aliud identificatum substantiæ ex iis quæ communiter et absolute dicuntur. Paternitas autem atque filiatio, secundum naturam relativorum, ad invicem dicuntur. Quemadmodum igitur sapientia quando in Patre consideratur, relatione, atque respectu ad substantiam communis est Filio, una enim numero est sapientia Pater et Filius. Cum vero consideratur Pater ut sapientia generans, non est eadem cum genita sapientia, quæ est Filius, nimirum secundum generare, et generari propter relationem ad invicem: ita sane et paternitas, atque filiatio relatione quidem ad substantiam, substantia est atque idem, oppositione vero ad invicem sunt oppositæ, et neutra est altera. Quoniam enim in Deo perfecta est paternitas, et filiatio, cum absolute in substantia considerantur, relatione quidem ad substantiam sunt idem, sicut et cætera quæ absolute substantiæ Dei attribuuntur, oppositione vero ad invicem sunt oppositæ, secundum ea quæ ad aliquid dicuntur. Adeo ut secundum illud, quod paternitas in substantia consideratur, quoniam tunc simpliciter ut substantia sumitur, paternitas est in Filio, et filiatio in Patre, secundum, inquam, communia et absoluta. Sicut etiam et una sapientia, et substantia, atque potentia eadem est in ambobus. Cum vero considerantur non secundum modum substantiæ, et eorum quæ in ipsa substantialiter dicuntur, nullo modo paternitas est filiatio, quatenus ad invicem opposite dicuntur secundum rationem ejus, quod est ad aliquid; ad quem modum etiam generata sapientia non est generativa, quamvis una sit amborum sapientia, imo vero una sint ambo. Non igitur quia una est substantia tribus, continuo et relatio personæ communis est tribus propter oppositionem ad invicem relativorum. Eadem enim relatio, ut dictum est, secundum rationem proprii generis, quatenus re-

latio est, non habet esse in alio, sed magis esse A ad aliud, ut enim dicebamus ex verbis sancti Maximi probantes et si eadem res est Deitas, atque hypostasis, non tamen si Deitas eadem est (Patris et Filii), eadem est et hypostasis. Hypostasis enim Patris est ipsa Deitas, et substantia Filii, ut ostensum est, quatenus consideratur in Patre, non autem quatenus consideratur ad aliud. Quoniam etiam hypostasis Filii, Patris Deitas est secundum eamdem rationem : non tamen Patris hypostasis propter oppositionem ad invicem ; hoc enim blasphemum est, atque Sabellianis projicimus. Igitur etiam paternitas cum in substantia consideratur, eadem est cum substantia Patris et Filii ; cum vero Patri attribuitur secundum modum relationis, non est in Filio. B Eadem enim est ut substantia in Filio atque in Patre, sed eadem est in Filio quidem, ut accipienti ab alio, et tanquam sit ex alio, scilicet Patre, in Patre autem ut alteri, hoc est Filio eam communicante, et a quo scilicet alia persona ; et ibi quidem in Filio eadem genita, hic autem generativa in Patre. Itaque eadem et una genita quidem sic, generativa vero aliter considerata secundum oppositionem ad invicem relationum, seu hypostaseon, seu personarum, ut sæpe dictum est. Quarum relationum natura est, opposite ad invicem dici, et neutram esse, qualis est altera. Et ideo neque paternitas est filiatio, neque filiatio est paternitas, ac fieri non potest, ut dicatur habere aliquid Pater, quod non habeat Filius, C vel Filius, quod non habeat Pater. Eadem enim atque una res secundum unum respectum convenit Filio, secundum autem alium convenit Patri. Unde neque Filio generare attribuendum est, quandoquidem id præter rationem relationis est, quam habet ad generantem. Secundum quam sapientia genita, potentia, vita ex vita quidquid tandem hujusmodi Filius dicitur ; quippe omnia communia, ubi non adversatur relationis oppositio. Quatenus certe paternitas cum filiatione propter relationem minime communicat. Quanquam paternitas ac filiatio substantia sint respectu ad substantiam, non ad invicem, ut dictum est. Quoniam igitur paternitas, et filiatio dicebantur esse substantia respectu ad ipsam, ergo et ad invicem D idem, quoniam una est substantia, excepta contradictione, quæ consideratur in oppositione ad invicem. Quandoquidem autem Pater et Filius est idem, excepta contrarietate, quæ consideratur in oppositione, quæ est ad invicem. Sunt igitur Pater et paternitas idem, filiatio et Filius idem, et e converso idem sequetur, quemadmodum Pater et Filius unum sunt, et idem numero, excepta oppositione ad invicem. Quæ oppositio est causæ, et causati. Hoc idem autem et de sancti Spiritus relatione dicendum est. Quod si tamen ea de quibus est sermo, mentem superant, et quasi imperceptibilia sunt, sed neque nos hæc demonstrare, verum solatium aliquod afferre rationi (et quoquo modo

ὑπόστασις διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλας ἀντίθεσιν. Τοῦτο γὰρ βλάσφημον καὶ τοῖς σαβελλίζουσιν ἀποῤῥίπτομεν. Καὶ ἡ πατρότης οὖν ἐπειδὰν ἐν τῇ οὐσίᾳ θεωρῆται, ἡ αὐτή ἐστι τῇ τοῦ Πατρὸς οὐσίᾳ καὶ Υἱοῦ. Ἐπειδὰν δὲ τῷ Πατρὶ ἀποδιδῶται κατὰ τὸν τῆς ἀναφορᾶς τρόπον, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ Υἱῷ. Ἡ αὐτὴ μὲν γὰρ ὡς οὐσία ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ἐν τῷ Πατρί, ἀλλ' ἡ αὐτὴ ἐν μὲν τῷ Υἱῷ ὡς ἀπ' ἄλλου λαμβάνοντι, καὶ ὡς ἐξ ἄλλου οὖσα δηλαδὴ τοῦ Πατρός, ἐν δὲ τῷ Πατρί, ὡς ἄλλῳ ἤτοι τῷ Υἱῷ διδόντι, καὶ ἀφ' οὗ ἄλλο πρόσωπον δηλονότι· καὶ ἐκεῖ μὲν ἡ αὐτὴ γεννητὴ ἐν τῷ Υἱῷ, ἐνταῦθα δὲ γεννητικὴ ἐν τῷ Πατρί. Ὥστε ἡ αὐτὴ καὶ μία γεννητὴ μὲν οὕτως, γεννητικὴ δὲ ἑτέρως θεωρουμένη κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλας ἀντίθεσιν τῶν ἀναφορῶν, ἢ ὑποστάσεων, ἢ προσώπων, ὡς εἴρηται πολλάκις. Ὧν ἀναφορῶν ἡ φύσις τὸ πρὸς ἀλλήλας ἀντικειμένως λέγεσθαι, καὶ μηδ' ἑτέραν εἶναι οἵαν θατέραν· διὸ οὔτε ἡ πατρότης υἱότης, οὔτε ἡ υἱότης πατρότης. Καὶ οὐχ οἷόν τε λέγειν ἔχειν τι τὸν Πατέρα, ὃ μὴ ἔχει ὁ Υἱός, ἢ τὸν Υἱὸν ἔχειν τι, ὃ μὴ ἔχει ὁ Πατήρ. Τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ἓν κατὰ μίαν ἀπόβλεψιν προσήκει τῷ Υἱῷ, καθ' ἑτέραν δὲ τῷ Πατρί. Ὅθεν οὐδὲ τῷ Υἱῷ τὸ γεννᾷν ἀποδοτέον· ἐπειδὴ τοῦτ' ἔστι παρὰ τὸν τῆς ἀναφορᾶς λόγον, ἣν ἔχει πρὸς τὸν γεννῶντα· καθ' ἣν γεννητὴ σοφία, δύναμις, ζωὴ ἐκ ζωῆς, ὅ τί ποτε τοιοῦτον ὁ Υἱὸς λέγεται. Κοινὰ γὰρ πάντα, ὅπου μὴ ἀντίκειται ἡ τῆς ἀναφορᾶς ἀντίθεσις· καθὸ δὴ οὐ κοινωνεῖ ἡ πατρότης τῇ υἱότητι διὰ τὴν ἀναφοράν, καίτοι τῆς πατρότητος καὶ υἱότητος οὐσίας οὔσης τῇ πρὸς τὴν οὐσίαν ἀποβλέψει, καὶ οὐ τῇ πρὸς ἀλλήλας, ὡς εἴρηται. Ἐπεὶ οὖν ἡ πατρότης καὶ υἱότης ἐλέγοντο εἶναι οὐσία τῇ πρὸς αὐτὴν ἀποβλέψει, καὶ πρὸς ἀλλήλας ἄρα τὸ αὐτό· ἐπεὶ μία οὐσία χωρὶς τῆς ἀντιφάσεως τῆς ἐνθεωρουμένης τῇ πρὸς ἀλλήλας ἀντιθέσει· καὶ ἐπεί ἐστιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς τὸ αὐτὸ χωρὶς τῆς ἀντιφάσεως τῆς ἐνθεωρουμένης τῇ πρὸς ἀλλήλας ἀντιθέσει, εἰσὶν ἄρα ὁ Πατὴρ καὶ ἡ πατρότης τὸ αὐτό, καὶ ἡ υἱότης τὸ αὐτὸ καὶ ὁ Υἱός· καὶ ἀντιστρέψαντι οὕτως ἕψεται· ὥσπερ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός εἰσιν ἓν καὶ τὸ αὐτὸ τῷ ἀριθμῷ χωρὶς τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀντιθέσεως, οὕτω καὶ ἡ πατρότης τοῦ Πατρός, καὶ ἡ υἱότης τοῦ Υἱοῦ ἐστι τὸ αὐτὸ τῷ ἀριθμῷ χωρὶς τῆς πρὸς ἀλλήλας ἀντιθέσεως· ἥ ἐστι τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατόν. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀναφορᾶς ῥητέον. Εἰ μέντοι τὰ περὶ ὧν ὁ λόγος τὴν διάνοιαν ὑπερβαίνει, καὶ οἷον ἄληπτά εἰσιν, ἀλλ' οὐδ' ἡμεῖς ἀποδεῖξαι ταῦτα προὐθέμεθα, παραμυθίαν δὲ μόνον τῷ λόγῳ κομίσαι· καὶ τοῦτο διὰ τὴν τῶν ἀντιλεγόντων ἐπήρειαν. Ἐν οἷς δὴ λόγοις συμφωνεῖ μὲν τὰ τῆς πίστεως, οὐδὲν δὲ ἀδύνατον προχωρεῖ καθάπερ τοῖς φάσκουσι τῇ οὐσίᾳ Θεοῦ ἐνυπάρχειν τὴν πατρότητα καὶ υἱότητα ἕτερα ὄντα παρ' αὐτήν. Ῥᾷον γὰρ εἰς πίστιν ἔρχεται εἶναί τι τὸ αὐτὸ οὐσίαν καὶ πρός τι ἐν οἷς μὴ ἐνδέχεται εἶναι συμβεβηκὸς ὥσπερ ἔστι τι τὸ αὐτὸ συμβεβηκὸς καὶ πρός τι ἐν οἷς ἐνδέχεται εἶναι συμβεβηκότα, ἢ λέγειν ἐν τῷ αὐτῷ τῷ ἀριθμῷ εἶναι ἀντικείμενα πράγματι διακεκριμένα ἀπ' αὐτοῦ, τοῦ ἐν ᾧ ἐστι δηλονότι, τουτέστιν ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ ἕτερα τιθέναι κατὰ τὸ πρᾶγμα τῆς

οὐσίας διαφέροντα, καὶ πραγματικῶς ἀλλήλοις ἀντικείμενα. Τούτοις μὲν οὖν καὶ τὰ παρὰ τῆς πίστεως συμφωνεῖ, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἁγίων εἰρημένα. Ὁποτέροις δ' ἄν τις δύναιτο παρακολουθεῖν, ἐφ' ἓν καταντήσει τέλος τῆς ἀληθείας, καὶ οὐδὲν παρὰ τοῦτο τὸ διάφορον ἔσται.

A satisfacere), proposuimus; idque propter petulantiam contradicentium. In quibus sane rationibus concordant quidem quæ sunt fidei, nihil autem impossibile succedit, quemadmodum iis qui aiunt substantiæ Dei inexsistere paternitatem ac filiationem, ut res distinctas ab illa. Facile quippe ad fidem accedit, esse aliquid, quod sit idem substantia, et ad aliquid in iis, in quibus fieri non potest, ut sit accidens, sicut est quiddam, quod idem est accidens, et ad aliquid, ubi fieri potest ut sint accidentia; quam dicere in eadem re numero esse opposita, re ipsa distincta ab ea, in qua videlicet sunt, hoc est in substantia Dei alia ponere secundum rem, quæ differant a substantia, et re aliter ad invicem opposita. His igitur nostris dictis, et quæ sunt fidei concordant, et dicta sanctorum conveniunt. Utramlibet autem quis partem sequatur, ad unum veritatis finem perveniet, et nulla diversitas erit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ὅτι οἱ λέγοντες, Ὥσπερ τὸ ἄλλο εἶναι ὑπόστασιν, καὶ ἄλλο οὐσίαν, καὶ ἄλλο πατρότητα ἐπὶ Θεοῦ σύνθεσιν οὐ ποιεῖ, οὕτω καὶ τινα ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα ὑφίστασθαι πραγματικῶς τῆς οὐσίας καὶ ἀλλήλων διαφέροντα σύνθεσιν οὐ ποιεῖ, παράλογοί εἰσι.

Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων λέλυται καὶ ὅπερ οἱ Παλαμῖται κώκαλον ὀνομάσαντες, ἴσως διὰ τὸ δυσχερὲς, ὡς ᾤοντο, ἀνοήτως ἐπῆγον ἰσχυριζόμενοι, ὡς ἄρ' ἐν τῷ Θεῷ οὐδὲν κωλύει διάφορα ἐνιδρυμένα πράγματα ἀλλήλων διαφέροντα, καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἀπειράκις ἀπείρως ὑφειμένα, καὶ θεότητας παρ' αὐτῶν λεγόμενα, καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαινούσας, τοῦ θ' οὕτως ἔχειν καὶ ἁπλοῦν εἶναι τὸν Θεόν· ὅτιπερ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν καὶ ἰδιότητα, ἢ ἀναφορὰν πραγματικῶς C ἀλλήλων διαφέρειν ἐφαντάσθησαν· οὐ παρὰ τοῦτο μέντοι σύνθετον εἶναι τὸν Θεόν. Ταῦτα γὰρ ὡς ἐνεδέχετο δέδεικται καὶ λόγοις καὶ ῥήσεσιν ἁγίων κατὰ τὸ πρᾶγμα μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν. Ταύτῃ τοι καὶ οὔτε σύνθετός ἐστιν ὁ Θεὸς, οὔτε τὰ προειρημένα ἄτοπα ἀνακύπτει. Αἱ γὰρ συνθέσεις ἐπὶ τῶν διαφερόντων τῷ πράγματι, καὶ οἷον ὁδὸν καὶ παράθεσιν πρὸς ἄλληλα ἐχόντων, ὡς ἐφ' ἑνός τινος ὑφεστῶτος θεωροῦνται. Ἐφ' ὧν δὲ οὐκ ἔστιν οὐδεμίαν τοιαύτην διαφορὰν εὑρεῖν, τοὐντεῦθεν οὐδὲ ὁδὸν πρὸς ἄλληλα, ἢ σύνθεσιν οὐδὲ πλάσαι δυνατόν. Καίτοι ἀληθές ἐστιν εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἦν ὁ Θεὸς τρισυπόστατος οὐδὲ πατρότης οὐδὲ υἱότης, οὐδὲ πρόοδος ἐν τοῖς θείοις, εἴπερ ἐκ τούτων ἀναγκαίως εἵπετο σύνθετον εἶναι τὸν Θεὸν τὸ πρῶτον αἴτιον· πᾶν γὰρ σύνθετον κτιστόν. Οἱ δὲ D τοσοῦτον ἀπέχουσιν ἃ βούλονται δεῖξαι ὥστε καὶ τὸ παρὰ τοῖς διαλεκτικοῖς λεγόμενον, τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτοῦνται. Οὐχ ἧττον γὰρ καὶ οὕτω τὸ αὐτὸ πάλιν ζητεῖται, πῶς εἴπερ ἄλλο μὲν ἡ οὐσία, ἄλλο δὲ ἡ ὑπόστασις, ἕτερα δὲ τὰ ὑποστατικὰ τὸν ὃν αὐτοὶ νοοῦσι τρόπον, οὐ σύνθετος ἐκ τούτων ὁ Θεός; Καὶ μὴν ἀνόμοιος πάντη ἡ τῶν πραγμάτων παραβολή. Τὰ μὲν γὰρ τρία ὡρισμένον τί ἐστιν· ἃ δὲ τῆς οὐσίας ἕτερά φασιν, οἷον τὴν ζωὴν, τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ καὶ πάντα τὰ ἀπολελυμένως ἐπ' αὐτοῦ λεγόμενα, ἃ καὶ ἐνέργειαν κοινῷ ὀνόματι καλοῦσιν, ἄπειρόν τι καὶ ἀόριστον πλῆθος· καὶ ἐκεῖ μὲν τὰ τρία ὑποστάσεις, εἴληπται τέλειαι, καὶ τούτων ὑπερφυῶς ἑκάστη ἡ αὐτὴ καὶ μία θεαρχικὴ οὐσία· ἑκάστη γὰρ ὅλως Θεὸς καὶ τέλειος· οὐ γὰρ

CAPUT V.

B *Quod qui dicunt: Quemadmodum esse aliud hypostasim, et aliud substantiam, et aliud paternitatem in Deo compositionem non facit; ita etiam nonnulla alia, quæ in substantia Dei dicuntur subsistere, quæque realiter a substantia et ab invicem differunt, compositionem non faciunt; temerarii sunt.*

Ex dictis solutum est, quod ipsi Palamitæ os nominarunt, forsan ob difficultatem, ut arbitrabantur, atque contendendo temere inferebant, quod nimirum in Deo nihil obstat diversas esse res inhærentes, quæ inter sese differant, et ab ipsa substantia infinite infinities inferiores, ac Deitates ab ipsis dictas, quæ numerum excedant, id ita se habere, et nihilominus simplicem esse Deum. Quoniam substantiam, et hypostasim, atque proprietatem, sive relationem realiter inter se differre imaginati sunt; non ob id tamen compositum esse Deum. Hæc enim ut fieri potuit, cum rationibus, tum dictis sanctorum ostensum est, nihil inter se differre secundum rem. Propterea neque compositus Deus est, neque commemorata incommoda emergunt. Compositiones enim fiunt in iis quæ re differunt, et quasi viam, et compositionem inter se habent, ita ut in uno quodam subsistente consideretur. At vero in quibus nulla talis differentia inveniri potest, hinc neque viam, et compositionem ad se invicem vel fingere licet; et tamen verum est dicere, quod non esset Deus Trinitas personarum, neque paternitas, neque filiatio, nec processus in divinis, si ex his necessario sequeretur, compositum esse Deum primam causam. Omne enim compositum est creatum. Hi vero tantum abest, ut ostendant quæ volunt, ut etiam quod apud Dialecticos dicitur, principium petant. Non minus enim sic etiam idem rursus quæritur, quomodo si aliud quidem est substantia, aliud vero hypostasis; alia vero sunt hypostatica (hoc est, quæ hypostases constituunt), ad eum modum, quem ipsi intelligunt, ex his Deus non est compositus? cum tamen dissimilis sit rerum collatio? Etenim tria determinatum quiddam sunt: quæ autem illi dicunt alia esse a substantia, veluti vitam, bonitatem Dei, et omnia illa quæ absolute in eo dicuntur, quæ etiam operationem communi nomine vocant, infinita quædam,

atque indeterminata multitudo est, et ibi quidem tria, hypostases accipiuntur perfectæ, et harum unaquæque una et eadem est divina substantia supra omnem captum naturæ. Quælibet enim totus Deus atque perfectus est. Non enim ex imperfectis est numen divinum. Hæc autem multa, neque hypostases esse ponuntur, neque substantia, et nihil horum esse quod est alterum, et hæc quidem plurima per se ipsa non subsistere, aiunt, tres vero hypostases alicui non inexsistere. Quod si proportionem esse volunt inter tres personas, sive tres relationes. Et ista multa, ac diversa, necessarium erit vel et hæc fateri perfectas esse hypostases, vel divinas subsistentias insubsistentes opinari. Et quod unus sit Deus et Trinus, habemus per revelationem, cum demonstrari non possit, quod autem ipse Deus simplex sit, atque omnis compositionis minime capax, etiam homines ducti naturali lumine rationis, demonstrare valuerunt. Quemadmodum quod unus sit Deus, et bonus atque justus. Quippe ex magnitudine ac pulchritudine creaturarum proportione opifex dignoscitur. Non igitur opus erat ex obscuris clariora velle probare, neque ex his quæ superant demonstrationem, ea quæ sub ipsam cadere possunt, demonstrare, cum illa funditus evertendo, tum per hoc sibi ipsis aliquid absurdius concludendo, nimirum Deum ex diversis rebus constare. Quod enim ea quæ sunt re diversa, in unum concurrentia, compositionem non faciant, quis adeo stupidus ut neget? Contra, potius ex clarioribus quæ non talia sunt concludere, si fieri potest, oportebat, ut universalis postulat regula. Præsertim cum sermo sit de iis quæ per se atque absolute Deo adesse dicuntur, illi ex personalibus et proprietatibus objectionem afferebant, quæ generis ad aliquid sunt. Oportet vero, inquiunt, qui circa demonstrationes periti sunt, instantiam esse ex eodem genere, cujus contrarium ipsi facientes errabant. Verum opus erat rationes quidem de simplicitate universe atque veras tueri, quod autem in uno tantum dissidere videtur, vel conari et illud consonans universali rationi reddere, vel non propter illud obscurum, etiam quæ sunt omnibus clara evertere, destruendo de Deo præclaras opiniones, ut magnus ait Basilius. Itaque prorsus irrationabile est, si quis ex eo quod substantia et hypostasis, proprietatesque aliud et aliud dicantur, non ideo sequi compositionem in Deo dicat; ita etiam si quis diversas res secundum multas, et oppositas divisiones, in ipsum introducat, non sequi compositionem contendat.

A ἐξ ἀτελῶν τὸ Θεῖον· τὰ δὲ πολλὰ ταῦτα οὔθ' ὑποστάσεις εἶναι τίθενται, οὔθ' ὅλως οὐσίαν, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ὅπερ τὸ ἕτερον εἶναι. Καὶ τὰ μὲν πολλὰ ταῦτα οὐχ ὑφίστασθαι καθ' αὑτά φασιν· αἱ δὲ τρεῖς ὑποστάσεις οὐκ ἐνυπάρχουσι τινί. Εἰ δ' ἀνάλογον βούλονται ἔχειν τὰ τρία πρόσωπα, ἢ τὰς τρεῖς ἀναφορὰς τούτοις τοῖς πολλοῖς καὶ διαφόροις, ἀναγκαῖον ἢ καὶ ταῦτα ὁμολογεῖν τελείας εἶναι ὑποστάσεις, ἢ τὰς θείας ὑποστάσεις ἀνυποστάτους οἴεσθαι. Καὶ τὸ μὲν εἶναι τὸν Θεὸν ἓν καὶ τρία κατὰ ἀποκάλυψιν ἔχομεν, ὑπὲρ ἀπόδειξιν ὄν, τὸ δὲ τὸν Θεὸν αὐτὸν ἁπλοῦν τε εἶναι καὶ συνθέσεως πάσης ἀνεπίδεκτον καὶ ἄνθρωποι ἀγόμενοι τῷ φυσικῷ τοῦ λόγου φωτὶ ἠδυνήθησαν ἀποδεῖξαι· ὥσπερ καὶ ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος· ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων B ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς καθορᾶται. Οὐκ ἔδει τοίνυν ἐκ τῶν ἀσαφεστέρων τὰ σαφέστερα βούλεσθαι παριστᾷν, οὐδ' ἐκ τῶν ὑπὲρ ἀπόδειξιν τὰ ὑπ' αὐτὴν δυνάμενα πίπτειν ἀποδεικνύναι· ἐκεῖνά τε ἀνατρέποντας, καὶ διὰ τούτου ἑαυτοῖς ἀτοπώτερον ἄλλο συμπεραίνοντας, τὸν Θεὸν ἐκ διαφερόντων συνίστασθαι πραγμάτων. Τὸ γὰρ τὰ εἰς ἓν συνιόντα πράγματι διάφορα σύνθεσιν μὴ ποιεῖν τίς τοσοῦτον ἀναίσθητος ὥστε ἀπαρνεῖσθαι; Τοὐναντίον δὲ μᾶλλον ἐκ τῶν σαφεστέρων τὰ μὴ τοιαῦτα συνάγειν, εἴπερ οἷόν τε ἐχρῆν, ὡς ὁ καθόλου παραδίδωσι λόγος· μάλισθ' ὅτι καὶ τοῦ λόγου περὶ τῶν καθ' αὑτὰ καὶ ἀπολελυμένως τῷ Θεῷ προσεῖναι λεγομένων ὄντος, ἐκεῖνοι τὴν ἔνστασιν ἐκ τῶν προσωπικῶν καὶ τῶν ἰδιοτήτων ἐπῆγον, αἳ τοῦ C πρός τι γένους εἰσί. Δεῖ δὲ, φασὶν οἱ περὶ τὰς ἀποδείξεις τεχνῖται, τὴν ἔνστασιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους εἶναι, οὗ τοὐναντίον αὐτοὶ ποιοῦντες ἡμάρτανον. Ἀλλὰ τοὺς μὲν περὶ τῆς ἁπλότητος καθόλου καὶ ἀληθεῖς λόγους φυλάττειν, τὸ δ' ἐφ' ἑνὸς δοκοῦν μόνον διαφωνεῖν, ἢ πειρᾶσθαι κἀκεῖνο σύμφωνον τῷ καθόλου λόγῳ ποιεῖν, ἢ μὴ δι' ἐκεῖνο τὸ ἀσαφὲς καὶ τὰ πᾶσι δῆλα ἀνατρέπειν, ἀναιροῦντας τὰς ἀξιολόγους περὶ τοῦ Θεοῦ ὑπολήψεις ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος· ὥστε παντελῶς ἄλογον, εἴ τις ὥσπερ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὑποστάσεως καὶ τῶν ἰδιοτήτων ἄλλο καὶ ἄλλο λεγομένων, ἐκ τούτων οὐκ ἐπακολουθῶν σύνθεσιν ἐν τῷ Θεῷ λέγοι, οὕτω καὶ διαφόρων πραγμάτων κατὰ πολλὰς καὶ ἀντιθέτους διαιρέσεις ἐπ' αὐτοῦ εἰσαγομένων οὐχ ἕπεσθαι σύνθεσιν ἰσχυρίζοιτο.

Præterea ex dictis soluta sunt, quæ Nilus Thessalonicensis ad astruendam, et comprobandam hanc opinionem accumulavit, veluti, unum quidem est numen divinum secundum naturam, secundum vero hypostases non unum. Porro quatenus est unum, et quatenus non est unum, quomodo idem? Et substantia quidem una, hypostases vero multa, unum autem et multitudo alia sunt. Et quod etiam hypostasis, et substantia apud theologos non idem. Dicunt autem nonnulli, quod divina natura est increata, quæ vero sunt præter hanc,

D Ἔτι ἐκ τῶν εἰρημένων λέλυται καὶ ἅπερ ὁ ἐκ Θεσσαλονίκης Νεῖλος ἐπὶ συστάσει τῆς δόξης ταύτης συνεφόρησεν· οἷον ἓν μὲν τὸ Θεῖον κατὰ τὴν φύσιν, κατὰ δὲ τὰς ὑποστάσεις οὐχ ἕν. Καθὸ δέ ἐστιν ἓν καὶ καθὸ οὐχ ἕν, πῶς ταὐτό; Καὶ ἡ μὲν οὐσία μία, αἱ δ' ὑποστάσεις πολλαὶ, ἓν δὲ καὶ πλῆθος ἕτερα· καὶ ὅτι ἐπειδὴ ὑπόστασις καὶ οὐσία παρὰ τοῖς θεολόγοις οὐ ταυτὸ, λέγουσι δέ τινες ὡς μόνη ἡ θεία φύσις ἄκτιστος, τὰ δὲ παρὰ ταύτην πάντα γεννητὰ καὶ κτιστὰ, κτιστὴ ἂν εἴη ἡ θεία ὑπόστασις, καὶ τοιαῦτα ἐξ ὧν ἐβούλετο πραγματικὰς διαφορὰς ἐν τῷ Θεῷ

εἰσάγειν. Ταῦτα δὲ οὐ σαφῆ μόνον ἔχει τὴν βλασφημίαν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν εὐήθειαν τοῦ εἰρηκότος παρίστησιν. Ἠγνόησε γὰρ παντελῶς ὡς οὐ ταυτὸν εἶπον οἱ θεολόγοι οὐ τῷ πράγματι, ἀλλὰ τῷ λόγῳ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι πρᾶγμά ἐστιν ἡ οὐσία, ἄλλο δὲ ἡ ὑπόστασις, καθάπερ δέδεικται, καὶ ὅτι τὸ ἓν ὡς ὁμώνυμον πολλαχῶς δύναται λαμβάνεσθαι. Ἓν γάρ τι λέγεται, καὶ ὅταν τι ὑπάρχῃ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ἢ τῷ πράγματι, καὶ ὅταν ἓν τῷ λόγῳ· ὡσαύτως δὴ καὶ τὸ οὐχ ἕν. Τὸ οὖν οὐχ ἓν τῷ λόγῳ ἐπὶ τοῦ πράγματος εἰλημμένον, τὸν παραλογισμὸν εἰργάσατο. Τούτοις τοῖς λόγοις ἐξελέγχεται καὶ πᾶν ἕτερον παρ' αὐτῶν προτεινόμενον. Τὸ γὰρ ἄλλο καὶ ἄλλο, καὶ τὸ οὐ ταυτὸ, οὐ τῷ πράγματι, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μεγίστην ἔχει τὴν ἰσχὺν ἐπὶ τῆς τῶν οὑτωσὶ προτεινομένων λύσεως· ὃ καὶ ἐπὶ τῶν παρόντων ἔστι θεωρεῖν. Ὁ γὰρ Θεὸς λέγεται οὐσία καὶ σοφία καὶ εἴ τι τοιοῦτον, ἀλλ' οὐχ ὅτι τὰ ὀνόματα διάφορα, καὶ διάφορα πράγματα δηλοῦσιν· οὕτω γὰρ ἦν ἂν πολυειδὴς, καὶ ἀνομοιομερὴς, καὶ σύνθετος· ἀλλ' ἐπεὶ ἡ φύσις ἡμῶν οὐκ ἔχει ἑνὶ ὀνόματι αὐτὸ ὁπωσοῦν ὅ ἐστιν ἐνδείξασθαι, διὰ τοῦτο ποικίλοις καὶ διαφόροις ὀνόμασι τὸ αὐτὸ διαφόρως ὀνομάζομεν τῆς διαφορᾶς ἐν τοῖς ὀνόμασι μόνον θεωρουμένης, καὶ κατὰ τοὺς λόγους αὐτῶν. Οἷον ἐφόσον ὁ μὲν λόγος τῆς οὐσίας ἐστὶ τὸ καθ' αὑτὴν ὑφίστασθαι, τῆς δὲ σοφίας τὸ γνῶσιν εἶναι θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ἢ γνῶσιν τῶν ὑπαρχουσῶν αἰτιῶν κατὰ τούτους τοὺς λόγους ὁ Θεὸς λέγεται καὶ ἔστι καὶ σοφία καὶ οὐσία, καὶ ὅπως ἄλλως ἡ ἀνθρωπίνη εὐπορία δύναται ὁρίσασθαι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Μάξιμος ἐν τῷ *πρὸς Ἀνόμοιον* διαλόγῳ, φάσκων, « Αὐτὴ ἡ ὑπόστασις τοῦ Θεοῦ καὶ ἀθανασία αὐτοῦ ἐστι· καὶ οὐ μόνον ἀθανασία, ἀλλὰ καὶ ἀφθαρσία καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις καὶ κυριότης καὶ δύναμις. Καὶ οὐκ ἔστι κατὰ σύνθεσιν ταῦτα ὁ Θεὸς, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους ἐπινοίας ταῦτα λέγεται· ἀθανασία μὲν διὰ τὸ ἀτελεύτητον, ἀφθαρσία δὲ διὰ τὸ ἄλυτον· δικαιοσύνη διὰ τὸ ἴσον· ἁγιασμὸς διὰ τὸ φυλάττειν ἀπὸ ἁμαρτίας· ἀπολύτρωσις διὰ τὸ σώζειν ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν· κυριότης διὰ τὸ πάντων κρατεῖν· δύναμις διὰ τὸ μηδὲν αὐτῷ ἀντικεῖσθαι. Οὐ μέντοι ὅτι κατὰ διαφόρους ἐπινοίας ταῦτα λέγεται, ἀνύπαρκτά εἰσι μηδὲν σημαίνοντα· οἷον φέρε εἰπεῖν, ὥσπερ τραγέλαφον φανταζόμεθα· τοῦτο γὰρ ἀνάπλασμα τῆς διανοίας ἐστὶ, καὶ ἐπ' οὐδενὸς ὑποκειμένου ἐρείδεται. Ἐν δὲ τοῖς νοήμασι καὶ ὀνόμασιν, ἃ περὶ Θεοῦ νοοῦντες καὶ λέγοντες αὐτῷ φέροντες ἀνατίθεμεν, αὐτή ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶσι τούτοις ἀποκρινόμενον διὰ τὴν ἄκραν τελειότητα καὶ ἁπλότητα καὶ ἕνωσιν. Οἱ μὲν οὖν ἔκ τε τῶν κατασκευῶν γελοῖοι, ἔκ τε τῶν συμπερασμάτων γελοιότεροι. Ἡμῖν δὲ τούτων παρεκβατικώτερον εἰρημένων διὰ τὴν θρασύτητα τῶν ἀνδρῶν, νῦν ἐπὶ τὸ προκείμενον χωρῶμεν.

A omnia sunt genita, et creata, divina hypostasis, et similia creata essent, ex quibus reales differentias inducere in Deum volebat. Hæc autem non solum manifestam habent blasphemiam, sed etiam multam dicentis ostendunt stoliditatem. Quippe prorsus ignoravit, quod non idem dixerunt theologi non re, sed ratione. Etenim non est alia quædam res substantia, alia vero hypostasis, ut ostensum est, et quod unum, ut æquivocum multifariam sumi potest. Unum enim aliquid dicitur, et quando existit unum numero, seu re, et quando unum ratione : similiter autem et non unum paralogismum igitur fecit, non unum ratione, acceptum pro non unum re. Hisce rationibus redarguitur et quidquid B aliud ab ipsis proponitur : illud enim aliud, et aliud, et non idem, non re, sed ratione, maximam habet vim ad dissolvendum ea quæ sic proponuntur. Quod et in præsentibus considerare licet. Namque Deus dicitur substantia et sapientia, et si quid ejusmodi est, cæterum non quia nomina diversa sunt, etiam res diversas significant : sic enim Deus esset multiformis partibus dissimilibus constans, atque compositus. Sed quoniam natura nostra non potest uno nomine ne tantulum quidem ostendere id quod est, propterea variis ac diversis nominibus idem diverse nominamus, differentia in nominibus tantum considerata, et secundum rationes ipsorum. Verbi gratia, quatenus definitio substantiæ est per se subsistere, sapientiæ autem rerum divina- C rum, atque humanarum cognitionem esse vel cognitionem exsistentium causarum, secundum has rationes Deus dicitur et est sapientia et substantia, et utcunque aliter humana solertia definire potest. Hoc autem declarat etiam beatus Maximus in dialogo *ad Dissimilem* : « Ipsa, inquiens, hypostasis Dei etiam immortalitas ejus est, nec tantum immortalitas, sed et incorruptibilitas, et justitia, atque sanctificatio, et redemptio, et dominatio, ac potentia. Neque hæc per compositionem Deus est, sed secundum diversas considerationes hæc dicitur. Immortalitas quidem propter interminabilitatem, incorruptibilitas vero propter indissolubilitatem, justitia ob æqualitatem, sanctificatio, quod a peccato præservet ; redemptio, quod a corruptione D vitam nostram custodiat ; dominatio, quod cunctis imperet ; potentia, quod nihil ei resistat. Non tamen quoniam secundum diversas cogitationes hæc dicuntur, in rerum natura non exsistunt nihil significantia ; veluti, verbi gratia, cum hircocervum fingimus. Id enim figmentum mentis est ; atque nullo supposito innititur. In cogitatis autem et nominibus, quæ de Deo intelligentes, ac dicentes ipsi attribuimus, ipsa est substantia Dei, quæ omnibus respondet, ob summam perfectionem, simplicitatem atque unitatem. » Illi igitur et probationibus ridiculi, et conclusionibus magis deridendi sunt. His vero a nobis, paulo diffusius facta digressione, jam dictis propter temeritatem istorum, nunc ad propositum accedamus.

CAPUT VI.

Quod Ecclesiæ doctores Filium ex substantia Patris esse, atque generari, theologice disserunt.

His igitur determinatis, ut prædicta absurda catholica fides evitaret, omnes Ecclesiæ doctores prius supponentes quonam modo oporteat aliud substantiam, et aliud hypostasim sentire, quonam vero modo idem, cum nobis quæ de divinis processibus tradidissent, atque exposuissent, indifferenter Filium Dei et Patris, nunc quidem ex substantia Patris, nunc vero ex hypostasi ejus esse theologice disserunt. Nam prima Nicæna synodus illorum sanctorum in Symbolo fidei sic habet: «Credimus et in Filium Dei genitum ex Patre,» videlicet ex substantia Patris. Quod si quis dixerit, atqui Constantinopolitana secunda synodus hoc idem Symbolum tradens, genitum ex Patre ante omnia sæcula dixit, et opus est huic credere magis, utpote quæ posteriora sint tutiora. Sed nequaquam quod ab illis dictum est, ausuri sumus dicere blasphemum esse, et idcirco posteriores præferre, ut veriora dicentes, aut prioros spernere, et ad veritatem reducere conari. Hi enim illorum confessionem, ut firmum fundamentum supponentes, sua concludebant. Nos quoque sive primæ, sive secundæ synodi fidei confessionem amplecti dixerimus, nihil differre arbitramur. Itaque ex Patre generari Filium, æque valere, atque ex substantia Patris arbitrati (ut et ipsi se explicarunt), nihil aliud addere oportere existimarunt. Testantur hæc etiam Gregorius Theologus, qui huic synodo præsidebat, ad Cledonium sic scribens: «Nos fidei sanctorum Patrum, qui in Nicæam convenere ad destruendam hæresim Arianam, nihil unquam prætulimus, neque præferre possumus, sed ejus sumus fidei, adjuvante Deo, atque erimus, insuper clarius explanantes de sancto Spiritu id quod minus expresse dictum est, eo quod non fuerit tunc proposita hæc quæstio, quod unius Deitatis oportet agnoscere Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, Deum et Spiritum agnoscentes.» Præterea, magnus Athanasius, in disputatione adversus Arium, quæ facta est in Nicæna synodo, cujus initium, *Dei providentia:* ait, «Igitur Deus dicens ad proprium Filium per prophetam: «Ex utero ante luciferum genui te,» significat ex paterna substantia generationem Filii.» Et paulo post: «Ob aliud nihil uterum nominat, quam ut exprimat, ipsum Filium ex substantia Patris genitum esse.» Et post pauca: «Filium igitur ex substantia Dei et Patris genitum esse discimus.» Præterea, idem in Confessione fidei ad Julium papam, cujus etiam Gregorius Theologus in encomiastica oratione mentionem facit, inquiens: «Audet fiducia accepta veritatem in scriptis fateri, unam trium esse substantiam ait: «Dominus noster Jesus Christus Dei Filius Deus et homo est.» Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, et homo est ex sub-

ΚΕΦΑΛ. Ϛʹ.

Ὅτι οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι καὶ γεννᾶσθαι θεολογοῦσι.

Τούτων οὖν διωρισμένων ὡς ἂν τὰ προειρημένα τῶν ἀτόπων ἡ καθολικὴ πίστις ἐκφύγῃ, πάντες οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι πρότερον ὑποθέμενοι τίνα μὲν χρὴ τρόπον ἄλλο οὐσίαν καὶ ἄλλο ὑπόστασιν φρονεῖν, τίνα δὲ τρόπον ταυτὸ, τὰ περὶ τῶν θείων προόδων ἡμῖν παραδιδόντες καὶ ἐκτιθέμενοι, ἀπροσδιορίστως τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ποτὲ μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ποτὲ δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ θεολογοῦσιν. Ἡ μὲν γὰρ ἐν Νικαίᾳ πρώτη σύνοδος τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως οὕτως ἔφη· «Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς,» ἤγουν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός. Εἰ δὲ λέγοι τις· καὶ μὴν ἡ ἐν Κωνσταντίνου πόλει δευτέρα σύνοδος, τοῦτ' αὐτὸ παραδιδοῦσα τὸ σύμβολον, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς πρὸ πάντων των αἰώνων ἔφη. Καὶ χρὴ τούτῳ πείθεσθαι μᾶλλον ὡς τῶν ὑστέρων ὄντων ἀσφαλεστέρων. Ἀλλ' οὐ δήπου τὸ εἰρημένον ἐκείνοις βλάσφημον εἰπεῖν εἶναι τολμήσομεν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ὕστερον ἢ ἀληθέστερον λέγοντας προτιμᾷν, ἢ ἐκείνων καταφρονεῖν, καὶ πειρᾶσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπανάγειν. Οὗτοί τε γὰρ, τὴν ἐκείνων ὁμολογίαν ὡς ἀσφαλῆ θεμέλιον ὑποθέμενοι, τὰ ἑαυτῶν ἐπέραινον. καὶ ἡμεῖς εἴτε τῆς δευτέρας, εἴτε τῆς πρώτης τὴν τῆς πίστεως ὁμολογίαν κατέχειν φαίημεν, οὐδὲν ἡγούμεθα διαφέρειν. Ὥστε τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν ἴσον ἡγησάμενοι δύνασθαι τῷ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ὡς κἀκεῖνοι ἑαυτοὺς ἐξηγήσαντο, οὐδὲν ᾤοντο πλέον τι προσθεῖναι. Μαρτυρεῖ τούτοις καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἔξαρχος ὢν τῆς δευτέρας ταύτης συνόδου πρὸς Κληδόνιον οὑτωσὶ γράφων· «Ἡμεῖς τῆς κατὰ τὴν Νίκαιαν πίστεως τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐκεῖ συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμεν πώποτε, οὔτε προτιμᾷν δυνάμεθα· ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως σὺν Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τὸ μὴ κεκινῆσθαι τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα, ὅτι μιᾶς θεότητος εἰδέναι χρὴ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Θεὸν καὶ τὸ Πνεῦμα γινώσκοντας.» Ἔτι ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ἄρειον διαλέξει, τῇ γενομένῃ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ*, φησίν· «Οὐκοῦν ὁ Θεὸς λέγων πρὸς τὸν ἴδιον Υἱὸν διὰ τοῦ προφήτου, «Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε,» σημαίνει τὴν ἐκ τῆς πατρικῆς οὐσίας γέννησιν τοῦ Υἱοῦ.» Καὶ μετ' ὀλίγα, «Δι' οὐδὲν ἕτερον γαστέρα ὀνομάζει, ἢ ἵνα παραστήσῃ αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεγεννῆσθαι.» Καὶ μετ' ὀλίγα, «Τὸν οὖν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεγεννῆσθαι μανθάνομεν.» Ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἰούλιον πάπαν τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ, ἧς καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς αὐτὸν ἐγκωμίῳ μέμνηται, λέγων, «Ἀποτολμᾷ τὴν ἀλήθειαν μίαν τῶν τριῶν οὐσίαν ἐγγράφως ὁμολογῆσαι,» φησίν· «Ὁ Κύριος

ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστι· Θεὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς πρὸ αἰώνων γεννηθεὶς, καὶ ἄνθρωπος ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Μητρὸς ἐν τῷ αἰῶνι τεχθείς. » Ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Καλῶς ἐποίησας δηλώσας μοι τὴν γενομένην παρὰ σοῦ ζήτησιν*, φησὶν, « Οὐκ ἔξωθέν τίς ἐστιν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ Υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ἔφη, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ὡς ὕδατος ἀτμίς. » Ἔτι ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ ἀπὸ τῆς συνόδου τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐκκλησίαν, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Πᾶσι μὲν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσιν*, εὕρηται ταῦτα· « Οἱ γὰρ τὴν Ἀρειανικὴν αἵρεσιν ἀναθεματίσαντες γινώσκοντές εἰσι μὴ κτίσμα, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας γέννημα εἶναι τὸν Λόγον· καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς ἀρχὴν καὶ πηγὴν καὶ ῥίζαν εἶναι τοῦ Υἱοῦ. » Ἔτι ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ὅσον ἠνίασεν ἡμᾶς*, φησίν· « Ὅταν δὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν διδασκώμεθα, μὴ καταπίπτωμεν ἐπὶ τὰς σωματικὰς τῶν παθῶν ἐννοίας. Οὐ γὰρ ἐμερίσθη ἡ οὐσία ἀπὸ τοῦ Πατρὸς εἰς τὸν Υἱὸν, οὐδὲ ῥυεῖσα ἐγέννησεν. » Ὁ αὐτὸς ἐν δευτέρῳ τῶν κατ' Εὐνομίου· « Ἕως δ' ἂν σιωπῶσι, μὴ λανθανέτωσαν δευτέραν αἰώνων τὴν τοῦ Μονογενοῦς οὐσίαν τιθέμενοι. » Ὁ αὐτὸς ἐν ιη' τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον, « Ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ προελθὸν, οὐ γεννητῶς, ὡς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ὡς Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ· πάντως δὲ οὔτε τὸ στόμα μέλος, οὔτε πνοὴ λυομένη τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ στόμα θεοπρεπῶς, καὶ τὸ πνεῦμα οὐσία ζωῆς, ἁγιασμοῦ κυρία. » Ἔτι ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ *Περὶ θείων ὀνομάτων*· « Ὅταν γὰρ νοήσω μίαν τῶν ὑποστάσεων, τέλειον Θεὸν αὐτὴν οἶδα, καὶ τελείαν οὐσίαν. » Ὁ αὐτὸς ἐν ζ' κεφαλαίῳ· « Ἐξ αὐτοῦ γὰρ, ἤγουν τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως, φαμὲν τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Ἀλλ' ἡ μὲν γέννησις ἄναρχος καὶ ἀΐδιος, φύσεως ἔργον οὖσα, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προάγουσα. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Μόνος ὁ Υἱὸς γεννητός· ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς γὰρ οὐσίας ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεγέννηται· καὶ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, οὐ γεννώμενον, ἀλλ' ἐκπορευόμενον. » Ἔτι ὁ Νύσσης ἐν τῇ εἰς τὸ « Πάτερ ἡμῶν » ὁμιλίᾳ — « Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶται, καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸ, « Πνεῦμα τὸ ἐκ τῆς πατρικῆς ἐκπορευόμενον ὑποστάσεως. » Ἔτι ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐξηγούμενος τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*· « Οὗτος ὁ Λόγος οὐσία τίς ἐστιν ἐνυπόστατος ἐξ αὐτοῦ προελθοῦσα ἀπαθῶς τοῦ Πατρός. » Ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν τῇ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁμιλίᾳ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Χθὲς ἡμῖν, ὦ φιλόχριστοι, ἡ τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησις*· « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν φύσιν ἐστὶν ἀδιαίρετον, ἅτε δὴ ἐκ τῆς ἀδιαιρέτου καὶ ἀμερίστου φύσεως προελθόν. » Ἔτι ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, τῶν περὶ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Υἱοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Πηγὴ σοφίας καὶ ζωῆς καλεῖται καὶ ἔστιν ὁ Θεός*, φησὶν, « Ἦν

stantia matris in sæculo natus. » Præterea, idem in oratione cujus initium: *Recte fecisti significando mihi factum a te quæsitum*, ait: « Non ab extra quædam est inventa Filii substantia, neque ex non entibus introducta, sed ex substantia Patris est, ut lucis splendor, et ut aquæ vapor. Præterea in epistola, quæ scripta est a synodo Hierosolymitana ad Ecclesiam Alexandrinam, cujus initium: *Nobis omnibus, qui in idem convenimus*, hæc reperiuntur: Qui enim Arianam hæresim anathematizarunt, sciunt non esse creaturam, sed ex substantia prolem esse Verbum, atque substantiam Patris, principium, fontem, ac radicem esse Filii. » Præterea, magnus Basilius in epistola ad canonicas, cujus initium: *Quanta nos affecit molestia*, ait: « Cum vero ex substantia Patris genitum esse Filium docemur, ne delabamur ad corporeas passionum cogitationes. Non enim divisa est substantia ex Patre ad Filium, neque fluens genuit. » Idem in secundo libro *contra Eunomium*: « Donec vero silent, non lateant posteriorem sæculis Unigeniti substantiam ponentes. » Idem cap. 18, ad Amphilochium: « Ex Deo esse dicitur, non sicut omnia (creata) ex Deo, sed tanquam ex Deo prodiens, non generative instar Filii, sed ut Spiritus oris ejus, omnino autem neque os membrum est, neque Spiritus flatus est, qui solvatur, sed os est Deo conveniens, et Spiritus est substantia vitæ, sanctificationis domina. » Præterea, Damascenus in cap. 13, *De divinis nominibus*: « Cum enim cogitavero unam ex hypostasibus, perfectum Deum eam scio, et perfectam substantiam. » Idem in cap. 7: « Ex ipso enim, id est, Patris natura dicimus esse generationem Filii. » Et paulo post: « Sed generatio quidem caret principio, ac sempiterna est; cum sit naturæ opus, et ex substantia ejus procedens. » Et post pauca: « Solus Filius genitus, quippe ex Patris substantia sine principio, et absque tempore genitus est, et solus Spiritus sanctus ex substantia Patris non genitus, sed procedens. » Præterea, Nyssenus, homilia *in Pater noster*: « Etenim Filius ex Patre generatur, et eo usque sistit ipsi divinus sermo proprietatem. » Et rursus idem, « Spiritus: qui ex paterna hypostasi procedit. » Præterea, divus Chrysostomus explicans illud, *In principio erat Verbum*: « Hoc Verbum substantia quædam est subsistens ex ipso Patre impassibiliter proveniens. » Præterea, idem, in homilia de Spiritu sancto, cujus initium: *Heri nobis, o amatores Christi, sancti et adorandi Spiritus adventus*: « Spiritus sanctus secundum naturam est indivisibilis, tanquam qui ex indivisibili, atque impartibili natura proveniat. » Præterea, sanctus Cyrillus, in uno ex capitibus, quæ sunt de simplicitate Filii, cujus initium: *Fons sapientiæ et vitæ vocatur, et est Deus*, ait: « Erat igitur generanti coæternus Filius, tanquam a quopiam fonte paterna substantia manans. » Et in alio cap.: « Hic quidem enim ex Patris substantia proveniens, continuo Patrem ostendit cum qui genuit. » Et in alio cap.:

« Quemadmodum Pater caret principio, ita etiam Verbum ex substantia ejus proveniens caret principio. » Et in alio : « Quod ex substantia Patris provenit Verbum. » Et in alio : « Qui ex ipso provenit extra omnem temporis mensuram Filius. » Et in alio : « Ex Patris substantia provenientem Filium. » Et in alio : « Totum esse Filii ex substantia Patris provenit. » Idem in Oratione ad Nestorium, cujus initium, *Blaterant nonnulli*, ait, « Quemadmodum enim proprium est hominis, quin etiam cæterorum cunctorum animantium, quod ab ipso secundum naturam generatum est, sic etiam proprium Dei est, quod ex substantia sua intelligitur esse, ac dicitur. » Præterea, magnus Athanasius, in prima oratione contra Arianos : « Filius verus natura legitimus est Patris, proprius substantiæ Patris. Is non est creatura, non opificium, sed propria substantiæ Patris proles, ac potentia, et imago vera substantiæ Patris. » In eadem oratione : « Videmus enim Verbum semper exsistens, et ex ipso exsistens, atque substantiæ proprium, cujus est et Verbum. » In eadem : « Qui credit in Filium, in Patrem credit ; credit enim in Patris substantiæ proprium. » In eadem : « Si enim non esset propria substantiæ Patris progenies Verbum, ut splendor lucis, » et reliqua. Præterea, magnus Basilius in oratione, cujus initium : *Adversatur Judaismus gentilismo*, « Patrem et Filium confitemur, quod spectat ad substantiam, idem est. Quandoquidem ex Patre Filius, non jussu factus, sed ex natura genitus. » Præterea, sanctus Cyrillus in illud : *Quoniam descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam*, ait : « Quod enim ex Patre generatus sit Filius, coget sane nos omnino etiam nolentes, attribuere ipsi consubstantialitatem. » Idem in I libro *Ad Hermiam* : « Siquidem est consubstantialis Filius Patri ex ipso, atque in ipso secundum naturam etiam substantialiter est. » Præterea, sanctus Augustinus in decimo tertio capite libri decimi quinti *De Trinitate* : « Sicut nostra scientia illi scientiæ Dei, sic et nostrum, verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi Verbo Dei, quod natum est de Patris essentia. Tale est autem ac si dicerem, de Patris scientia, de Patris sapientia ; vel quod expressius, de Patre scientia, de Patre sapientia. » Idem in libro *De fide ad Petrum* (3) : « Illa enim natura, quæ semper genita manet ex Patre, nostram naturam sine peccato suscepit, ut nasceretur ex Virgine. » In eodem libro : « Sic igitur Christum Dei Filium, id est unam ex Trinitate personam Deum verum crede, ut divinitatem ejus, de natura Patris natam non dubites. » Et hæc quidem hactenus.

A ἄρα τῷ γεννήσαντι συναΐδιος ὁ Υἱὸς, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς τῆς πατρῴας ἀναβλύζων οὐσίας. » Καὶ ἐν ἄλλῳ κεφαλαίῳ· « Ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς προελθὼν Πατέρα εὐθὺς ἔδειξε τὸν γεννήσαντα » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἄναρχος, οὕτω καὶ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθὼν Λόγος ἄναρχος. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Ὁ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προελθὼν Λόγος. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν ἀχρόνως Υἱός. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Τὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προελθόντα Υἱόν. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας πρόεισιν. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Καταφλυαροῦσί τινες*, φησὶν, « Ὥσπερ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, καὶ μὴν καὶ ἑκάστου τῶν ἑτέρων ζώων τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένον, B οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν εἶναι καὶ λέγοιτο. » Ἔτι ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν πρώτῳ, « Υἱὸς ἀληθινὸς φύσει γνήσιός ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Οὗτος οὐκ ἔστι κτίσμα, οὔτε ποίημα, ἀλλ' ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γέννημα, καὶ δύναμις, καὶ εἰκὼν ἀληθινὴ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Ὁρῶμεν γὰρ τὸν Λόγον ἀεὶ ὄντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ ὄντα, καὶ τῆς οὐσίας ἴδιον οὗ καὶ ἔστι Λόγος. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν εἰς τὸν Πατέρα πιστεύει. εἰς γὰρ τὸ ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας πιστεύει. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Εἰ γὰρ μὴ ἦν ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γέννημα ὁ Λόγος, ὡς τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτὸς, » καὶ τὰ λοιπά. Ἔτι ὁ μέγας Βασίλειος ἐν λόγῳ, C οὗ ἡ ἀρχὴ, *Μάχεται Ἰουδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ*· « Πατέρα καὶ Υἱὸν ὁμολογοῦμεν. Τὸ δὲ τῆς οὐσίας ταυτὸ, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς οὐ προστάγματι ποιηθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως γεννηθείς. » Ἔτι ὁ ἅγιος Κύριλλος εἰς τὸ, *Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν*, φησὶν, « Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν ἀναγκάσει δὴ πάντως καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἀποδοῦναι τὸ ὁμοούσιον αὐτῷ. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν *Πρὸς Ἑρμείαν*· « Ὁμοούσιος γὰρ εἴπερ ἐστὶν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν καὶ οὐσιωδῶς ἐστιν. » Ἔτι ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος ἐν ιγ' κεφαλαίῳ τοῦ ιε' τῶν *Περὶ τῆς Τριάδος* βιβλίων· « Ὥσπερ ἡ ἡμετέρα γνῶσις τῇ γνώσει τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ὁ ἐκ τῆς ἡμῶν γεννώμενος D γνώσεως ἀνόμοιός ἐστι τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, τῷ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεννηθέντι· τοιοῦτον δέ ἐστιν, ὥσπερ ἂν εἰ ἔλεγον, Ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς γνώσεως, ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς σοφίας· ἢ ὅπερ ἀριδηλότερόν ἐστιν· Ἐκ Πατρὸς τῆς γνώσεως, ἐκ Πατρὸς τῆς σοφίας. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ *Πρὸς Πέτρον περὶ πίστεως*· « Ἐκείνη ἡ φύσις, ἥτις ἀεὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννωμένη μένει, τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνελάβετο χωρὶς ἁμαρτίας, ὥστε γεννηθῆναι ἐκ τῆς Παρθένου. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Οὕτως οὖν τὸν Χριστὸν Θεοῦ Υἱὸν, τουτέστι τὸ ἓν ἐκ τῆς Τριάδος πρόσωπον, Θεὸν ἀληθῆ πίστευε, ὥστε τὴν αὐτοῦ θεότητα ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως γεννωμένην μὴ ἀμφιβάλλειν. » Ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

(3) Non est Augustini, sed Fulgentii, quod non fugit homines doctos. Cæterum nostrates tunc temporis in scriptis Latinorum Patrum erant novitii, ut ipsimet agnoscunt et ingenue fatentur in concilio Florentino sess. 25, quæ est etiam postrema.

ΚΕΦΑΛ. Ζʹ.

A

Ὅτι οἱ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι ἢ γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν ἀρνούμενοι τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ τοῖς διδασκάλοις μάχονται.

Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων φανερὸν ὅτι οὐσία καὶ ὑπόστασις καὶ ἰδιότης ταυτὸ κατὰ τὸ πρᾶγμά ἐστιν, εἰ καὶ περὶ τὴν τῶν ὀνομάτων κατὰ τὸν λόγον σημασίαν διενηνόχασι· καὶ ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς διαῤῥήδην ὁμολογεῖται· καὶ οὐκ ἄλλο μὲν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, ἄλλο δὲ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως· καὶ ὅτι τὸ Πατὴρ ὄνομα καὶ τὸ Υἱὸς ὑφεστώτων προσώπων ὀνόματά εἰσιν· ὁ γὰρ λέγων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ὅλον δηλοῖ τὸν Υἱὸν οὐσίαν ἐνυπόστατον· καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος ὡσαύτως· καὶ ὅτι τέλειος Θεός ἐστιν ὁ B Υἱὸς, καὶ τελεία οὐσία· ὡς δὲ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὅτι τὸ προϊέναι καὶ ἀναβλύζειν καὶ προέρχεσθαι καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀδιαφόρως καὶ ταυτῶς τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑπαρκτικὴν παρίστησι γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, ὡς καὶ αὐτὸ δὴ τὸ γεννᾶσθαι· καὶ ὅτι διὰ τοῦτο ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐ ποιηθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως αὐτοῦ γεννηθείς· καὶ ὅτι ἀνάγκη ἢ κτίσμα, ἢ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν· ταῦτα γὰρ ὡς ἀντίφασις ἀλλήλοις ἀντίκειται· πᾶν γὰρ ἢ κτιστὸν ἢ ἄκτιστον· μέσον δὲ τούτων οὐδέν· ἐν γὰρ τοῖς ὡς ἀντίφασις ἀλλήλοις ἀντικειμένοις οὐδέν ἐστι μέσον. Οἱ τοίνυν ἄλλο μὲν τὴν οὐσίαν ἢ φύσιν ἡγούμενοι, ἄλλο δὲ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Πατρὸς, ἕτερον δὲ τὴν ἰδιότητα τούτου τιθέμενοι, δῆλοι δήπου καθεστᾶσι, C διάφορα πράγματα τὴν ὑπόστασιν τοῦ Πατρὸς, τὸν Πατέρα, τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ τὴν πατρότητα τιθέμενοι. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὑποστάσεων ῥητέον. Αὐτοί τε οὖν περιφανῶς ἀντιλέγουσι τοῖς ἁγίοις καὶ ταῖς τῆς πίστεως ἀρχαῖς, τά τε προειρημένα ἄτοπα συμπεραίνουσι, καὶ πρὸς τούτοις μετὰ τοῦ Ἀρείου κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ συμπεραίνουσι λεληθότως. Ἡ μὲν οὖν βλασφημία κοινή· τοσοῦτον δὲ ἀνοητότερον ἐκείνου διάκεινται, ὅσον ὁ μὲν τὸν Υἱὸν κτίσμα λέγων τὸ ὁμοούσιον καὶ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν ἔχειν ἀπαραλλάκτως οὐδ' ἀκοῦσαι ἠνείχετο· οἱ δὲ ταῦτα ὁμολογοῦντες, εἶτα παρὰ πάντα λόγον ἐκεῖνα φασὶν, ἐξ ὧν εἰς τὸν αὐτὸν ἀνοήτως ἐμπίπτουσιν ὄλεθρον, καὶ ταῖς αὐτῶν θέσεσιν ἐναντίως. Ἀκό- D λουθον γὰρ ἦν ὑποτιθεμένοις τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, καὶ χαρακτῆρα, καὶ ἀπαράλλακτον εἰκόνα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι, μὴ ἀμφιβάλλειν. Τὸ γὰρ ὁμοούσιον οὐκ ἄλλο τι παρίστησιν, ἢ τὸ τὴν αὐτὴν αὐτῷ καὶ μίαν οὐσίαν ἔχειν· τοῦτο δὲ ἀδύνατον ἦν, εἰ μὴ κατὰ τὴν τῆς γεννήσεως πρόοδον τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίαν ἐξ αὐτοῦ γεννώμενος ἑαυτῷ συνεπήγετο· ὥστ' ἀναγκαῖον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν γεννᾶσθαι, εἶναι, ἢ προϊέναι ὁμολογεῖν. Ἔδει τοίνυν τὸν τοῦτο ἀρνούμενον καὶ τὸ ὁμοούσιον μετὰ τοῦ Ἀρείου συναπαρνεῖσθαι. Τὸ γὰρ τοῦτο ὁμολογοῦντα μὴ καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι παραδέχεσθαι παντελῶς εὔηθες.

CAPUT VII.

Quod qui ex substantia Patris esse, seu generari Filium negant, principia fidei tollunt, atque doctoribus adversantur.

Ex dictis clarum est, quod substantia et hypostasis, atque proprietas idem est secundum rem, quamvis circa significationem nominum secundum rationem differant; et quod Filius ex substantia Patris sit aperte omnes fatentur; et quod non aliud sit ex substantia, aliud vero ex hypostasi; et quod hoc nomen Pater et Filius subsistentium personarum nomina sint; qui enim dicit ex substantia Patris Filium, totum significat Filium substantiam subsistentem, ac de Patre et Spiritu similiter, et quod perfectus Deus sit Filius, et perfecta substantia: sic etiam Pater, et Spiritus sanctus, et quod provenire ac manare, atque prodire, et quotquot sunt ejusmodi, indifferenter, atque identice generationem subsistentiæ Filii ex Pa re significent, non aliter atque ipsum generari, et quod propterea Filius consubstantialis sit Patri, quod ex Patre non factus, sed ex natura ejus genitus, et quod necessarium est, ut vel creatura, vel ex substantia Patris sit Filius. Hæc enim ut contradictio ad invicem se opponunt: omne quippe vel creatum, vel increatum est, medium autem horum nihil; in his enim, quæ contradictorie se opponunt, nihil est medium. Qui igitur aliud quidem substantiam, seu naturam arbitrantur, aliud vero hypostasim Patris, aliud autem proprietatem ejus ponunt, profecto manifesto statuunt res diversas hypostasim Patris, Patrem, substantiam ejus et paternitatem. Hoc idem et de aliis hypostasibus dicendum. Ipsi igitur cum manifeste contradicunt sanctis, et fidei principiis, tum etiam prædicta inconvenientia concludunt; et ad hæc una cum Ario creaturam esse Filium Dei latenter inferunt. Igitur blasphemia quidem communis est, eo autem magis stulti sunt, quod ille quidem Filium creaturam asserens, consubstantialitatem, et omnia quæ sunt Patris eum, habere sine ulla varietate, ne audire quidem patiebatur, Isti vero hæc confitentes sine ulla ratione illa aiunt, ex quibus in eumdem stulte incidunt perniciosum errorem, et contra suas ipsorum theses; consequens enim erat, supponentibus Filium consubstantialem esse Patri, et characterem, atque incommutabilem imaginem Patris, etiam illud ex substantia ejus esse non dubium habere. Etenim consubstantialitas nihil aliud exprimit, quam unam eamdemque cum illo substantiam, hoc autem fieri non potest, nisi secundum processum generationis substantiam Dei et Patris ex ipso genitus, secum trahendo haberet; adeo ut necessarium sit fateri, ex substantia Patris eum generari, seu esse, seu prodire. Oportebat igitur eum, qui id negat, etiam consubstantialitatem una cum Ario negare; hoc enim concesso, non etiam ex substantia ejus esse admittere, omnino stolidum est.

Præterea, juxta eamdem rationem, neque substantialiter et naturaliter Filium ex Patre generari fatebitur, quæ luculenter sancti testantur. A

Præterea, quandoquidem isti audiunt : « Omnia quæ habet Pater mea sunt, » omnia, dicere aiunt, naturalia bona (isti enim etiam hoc loco egregie naturam a naturalibus, et substantiam a substantialibus ut in rebus creatis et compositis, sic etiam in Deo distinguunt) : necesse est etiam substantiam, seu naturam una cum naturalibus Filium secum habere; nunquam enim naturalia essent absque natura, cum per se subsistere non valeant. Quemadmodum etiam hoc in Deo isti perverse fatentur, de simplicitate ejus nihil curantes; quare
B
omnia cum confiteantur genitum ex Patre Filium habere, inde primum substantiam cum aliis accipere concedent, si omnia quæ sunt Patris perfecte atque naturaliter ei tribuenda sunt, quomodo ergo ex substantia esse Filium negant?

Præterea, catholica fides Filium Dei substantia Dei et Patris ante omnia sæcula genitum sumpsisse nostram naturam tradit. Et divus Dionysius, in secundo capite *De divinis nominibus*, ubi tractat de conjuncta et discreta theologia : « Cui etiam Damascenus consentit, ait, quod tota divina natura in una ex suis hypostasibus incarnata est. Isti vero dum censent ex quibus dicunt, hypostasim non esse substantiam, cogentur fateri quod non substat, nec subsistit naturam humanam assumpsisse.
C
Id autem quantam habeat blasphemiam, neque opus est dicere. Confitebuntur enim Christum hominem quidem perfectum esse, verum autem Deum minime, neque divinam naturam et perfectam substantiam ; sed hoc absurdum est. »

Præterea quemadmodum Christus est verus homo, quoniam ex substantia matris natus est, sic etiam verum Deum eum esse non opus est aliter credere, quam quod ex substantia Patris generatur. Qui ergo illud ex substantia Patris negat, etiam eum verum esse Deum una negabit, quemadmodum, illud ex substantia Virginis esse natum qui non credit, verum hominem factum esse non credet; utrinque enim æquale absurdum sequitur.
D

Præterea, si id quod est secundum gratiam posterius eo est, quod est secundum naturam, et alterum quidem natura prius est, alterum vero posterius : quæ dicerentur in gratuitis indicantia conditionem germanam, multo magis de naturalibus dicentur. Atqui in his qui per beneficium et gratiam adoptantur, apud Scripturam dicitur : « Filios genui et exaltavi, ipsi vero me spreverunt; » ergo multo magis proprium est, dicere Filium Dei ex Deo generari, quam natura Filium doctores confitentur. Sed generatio quæ est secundum gratiam, ab ea quæ est secundum naturam, hoc sane contradistinguitur, quod altera quidem est positione, altera vero hoc ipsum natura, et ex substantia ge-

Ἔτι τε κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲ τὸ οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι ὁμολογήσει, ἃ διαῤῥήδην παρὰ τῶν ἁγίων ὁμολογεῖται.

Ἔτι ἐπειδήπερ ἀκούοντες οὗτοι, « Πάντα, ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι, » πάντα φασὶ λέγειν τὰ φυσικὰ ἀγαθὰ (οὗτοι γὰρ θαυμασίως κἀνταῦθα τὴν φύσιν τῶν φυσικῶν, καὶ τὴν οὐσίαν τῶν οὐσιωδῶν καθάπερ ἐπὶ τῶν κτιστῶν καὶ συνθέτων καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ διακρίνουσιν)· ἀνάγκη καὶ τὴν οὐσίαν ἢ φύσιν μετὰ τῶν φυσικῶν τὸν Υἱὸν συνεπάγεσθαι· οὐ γὰρ ἄν ποτε σταίη τὰ φυσικὰ τῆς φύσεως χωρὶς ὑφεστάναι καθ' αὐτὰ μὴ δυνάμενα, ὡς καὶ τοῦτο αὐτοὶ ἐπὶ Θεοῦ παραφθέγγονται, τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ μηδ' ἐπιστρεφόμενοι· ὥστε πάνθ' ὁμολογοῦντες γεννώμενον ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἔχειν, ἐκεῖθεν τὴν οὐσίαν πρῶτον μετὰ τῶν ἄλλων λαμβάνειν ὁμολογήσουσιν, εἰ μέλλοι πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἔχειν ἐντελῶς καὶ γνησίως. Πῶς οὖν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τὸν Υἱὸν ἀρνοῦνται;

Ἔτι ἡ μὲν καθολικὴ πίστις τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἀναλαβέσθαι τὴν ἡμετέραν παραδίδωσι φύσιν· καὶ ὁ θεῖος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκριμένης θεολογίας, ᾧ καὶ ὁ Δαμασκοῦ ταυτὰ φθέγγεται, φησὶν, ὅτι ὅλη ἡ θεία φύσις ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων σεσάρκωται· οὗτοι δὲ τὴν ὑπόστασιν οὐχ οὐσίαν ἐξ ὧν λέγουσι τιθέμενοι, ἀναγκασθήσονται φάσκειν τὸ ἀνούσιον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀναλαβεῖν· τοῦτο δὲ ὅσην ἔχει τὴν βλασφημίαν, οὐδὲ χρὴ λέγειν. Ὁμολογήσουσι γὰρ τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον μὲν τέλειον εἶναι, ἀληθῆ δὲ Θεὸν οὐδαμῶς· οὐδὲ θείαν φύσιν καὶ τελείαν οὐσίαν· ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον.

Ἔτι ὥσπερ ἀληθής ἐστιν ὁ Χριστὸς ἄνθρωπος, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς γεγέννηται, οὕτω καὶ ἀληθῆ Θεὸν ἄλλως οὐ χρὴ πιστεύειν, ἢ ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶται. Ὁ ἄρα τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἀρνούμενος καὶ τὸ Θεὸν ἀληθῆ εἶναι συναπαρνήσεται· ὥσπερ ὁ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Παρθένου γεγεννῆσθαι μὴ πιστεύων καὶ τὸ ἄνθρωπον ἀληθῆ γεγονέναι ἀπιστήσει. Ἑκατέρωθεν γὰρ τὸ ἴσον ἄτοπον ἀπαντᾷ.

Ἔτι, εἰ τὸ κατὰ χάριν τοῦ κατὰ φύσιν ὕστερόν ἐστι, καὶ τὸ μὲν φύσει πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, ἅπερ ἂν ἐπὶ τοῦ κατὰ χάριν λέγοιτο γνησιότητος ἐνδεικτικὰ, πολλῷ μᾶλλον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν ῥηθήσεται. Ἀλλὰ μὴν ἐπὶ τῶν κατ' εὐεργεσίαν καὶ χάριν υἱοθετουμένων παρὰ τῇ Γραφῇ λέγεται, « Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· » πολλῷ ἄρα λέγειν οἰκειότερον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ Θεοῦ γεννᾶσθαι, ὃς φύσει Υἱὸς παρὰ τῶν διδασκάλων ὁμολογεῖται. Ἀλλ' ἡ κατὰ χάριν γέννησις τῆς κατὰ φύσιν γεννήσεως τούτῳ δήπου ἀντιδιαστέλλεται, ὅτι ἡ μὲν ἔστι θέσει, ἡ δ' αὐτὸ τοῦτο φύσει, καὶ ἐκ τῆς τοῦ γεννῶντος οὐσίας. Φύσις γὰρ καὶ οὐσία καὶ εἶδος καὶ μορφὴ κατὰ τὸν Δαμασκηνὸν

ἐπὶ Θεοῦ ταυτό. Ὁ Υἱὸς ἄρα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ A Πατρὸς γεννᾶται.

Ἔτι ἐν τοῖς κατὰ φύσιν γεννῶσι καὶ γεννωμένοις τὸ γεννώμενον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ γεννῶντος πρόεισιν, ὃ τοῦ γεννῶντός ἐστι τελειότης ἐφόσον ἐντελῶς ἔχει. Πᾶσα δὲ τελειότης παρὰ τῆς καθόλου καὶ πρώτης ἐστὶν αἰτίας· ἐν δὲ τοῖς αἰτίοις πολλῷ πρότερόν εἰσιν ἢ ἐν τοῖς αἰτιατοῖς αἱ τελειότητες κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον, καὶ ὡς ὁ καθολικὸς ἀξιοῖ λόγος, δεῖ ἕκαστον ἐν τῇ ἑαυτοῦ αἰτίᾳ τιμιώτερον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς αἰτιατοῖς. Κατὰ φύσιν ἄρα τὸν Θεὸν ἀνάγκη τελειότερον καὶ ὑπεροχικώτερον προσήκει, ἐφόσον ἐντελής ἐστιν, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει γεννᾷν ἴσον ἑαυτῷ. Ὃ δὲ τῇ τελειότητι προσήκει τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔστιν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ B πρώτη καὶ ἀκραιφνὴς ἐντελέχεια, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ δυνάμει πόῤῥω ἀπελήλαται. Ὁ Υἱὸς ἄρα ἐκ τῆς οὐσίας γεννᾶται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Τοῦτο δὲ καὶ παρὰ τῆς Γραφῆς ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ βεβαιοῦται. Λέγεται γάρ, « Μὴ ἐγὼ ὁ ποιῶν ἄλλους ὠδίνειν, αὐτὸς οὐκ ὠδινήσω· ὁ διδοὺς ἑτέροις γεννᾷν ἄγονος ἔσομαι, λέγει Κύριος ὁ Θεός; »

Ἔτι, εἰ μή ἐστιν ὁ Υἱὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, αὐτός τε ἀτελὴς ἂν εἴη τοὺς πατρικοὺς χαρακτῆρας οὐκ ἀποσώζων, ὅς ἐστιν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ ταῦτα τῆς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας κοινὰ τὰ τοῦ Πατρὸς ἀγαθὰ ποιούσης καὶ τῷ Υἱῷ· ὅ τε Πατὴρ ὁμοίως ἀτελὴς καὶ ἀδύνατος ἂν εἴη, μὴ προάγων ἐξ C ἑαυτοῦ Λόγον ἴσον ἑαυτῷ καὶ ὁμοούσιον καὶ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει. Τοὺς οὖν τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι ἀρνουμένους αὐτά τε ὁμολογεῖν ἀνάγκη, καὶ προσέτι περὶ τῆς κατὰ τὴν σημασίαν τοῦ γεννᾶσθαι λέξεως ἁμαρτάνειν. Ἡ γὰρ κατὰ φύσιν γέννησις τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ γεννῶντος προϊέναι τὸ προϊὸν ὁρίζεται.

Ἔτι, ἐπειδὴ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, ἔστι δὲ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ζητήσειεν ἄν τις, τίνι ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς κτίσεως διακριθήσεται. Ἐφόσον γὰρ αἰτιατά εἰσι, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, οὐδεμίαν ἂν ἔχοι πρὸς τὴν κτίσιν τὴν διάκρισιν. Ἀλλὰ μὴν τὰ μὲν θεῖα πρόσωπα οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς καὶ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει, ὅ τι ποτ' ἄρ' ἐστὶ, καὶ αἰωνίως, καὶ δὴ καὶ ἐκ D τῆς οὐσίας εἶναι παρὰ τῶν ἁγίων λέγεται· τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ δημιουργικῶς ἀγαθότητι μόνον ἑαυτοῦ εἰς τὸ εἶναι παρηγμένα κατὰ χρόνον. Ῥητέον ἄρα τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ προϊέναι καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν· εἴγε μὴ μέλλοιμεν οὐ διακρίνοντες κατὰ τὴν τῶν διδασκάλων θεολογίαν τοῖς κτίσμασιν ἐντάττειν ἀναξίως, μηδὲ μετὰ τῶν πάντων καὶ αὐτὰ τιθέναι, μηδὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα ἐπίσης τῶν θείων προσώπων Πατέρα λέγειν εἶναι καὶ ἡμῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον τῷ Ἀποστόλῳ· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα. » Οὐ γὰρ τῷ ἴσῳ λόγῳ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ ἐστι, καὶ Πατὴρ πάντων λέγεται. Ὅτι δὲ περὶ τοῦ προσώπου τοῦ Πατρὸς ἐκεῖνο εἴρηται, δῆλον. Ἐπάγει γὰρ δια-

nerantis. Natura enim, et substantia, et species, et forma secundum Damascenum in Deo idem est, Filius ergo ex substantia Patris generatur.

Præterea, in iis qui secundum naturam generant et generantur, quod generatur, ex substantia generantis procedit, quod generantis est perfectio, quatenus perfecte se habet, omnis autem perfectio ab universali et prima est causa. Porro in causis multo prius sunt perfectiones, quam in causatis, juxta magnum Dionysium, atque ut postulat universalis ratio, unumquodque in sua causa opus est, ut sit honorabilius, quam in causatis. Necesse igitur est, secundum naturam Deum perfectiorem esse, atque eminentiorem convenit esse, quatenus perfectus est, ut ex sua substantia, et in eadem specie generet æqualem sibi. Quod vero perfectioni convenit Dei, etiam re ipsa est; ipse enim est prima et purissima entelechia, et id quod est esse potentia, procul ab eo est. Filius ergo ex substantia Dei et Patris generatur. Id autem et a sacra Scriptura apud Isaiam confirmatur; dicitur enim: « Numquid ego, qui alios parturire facio, non parturiam, et qui aliis do ut generent, sterilis ero, ait Dominus Deus? »

Præterea, si Filius non est ex substantia Patris, imperfectus esset, paternos characteres minime retinens, qui est splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, præsertim cum appellatione Filii, bona, quæ sunt Patris, etiam Filio (Pater) communicet: tum etiam similiter Pater imperfectus et impotens esset, non producens ex se Verbum æquale sibi, et consubstantiale, atque in eadem specie. Eos igitur qui Filium ex substantia Patris generari negant, hæc fateri necesse est; et insuper circa significatum hujus dictionis, generari, errorem committere. Generatio enim, quæ est secundum naturam, ex substantia generantis procedere productum definit.

Præterea, quandoquidem omnia ex Deo esse dicuntur, est autem etiam Filius, et Spiritus sanctus, ex Deo, quæret quispiam, quo Filius, et Spiritus a creatura distinguetur; quatenus enim causata sunt, et ex Deo esse dicuntur, nullam haberent a creatura distinctionem, sed divinæ personæ substantialiter et naturaliter, in eademque specie, quidquid tandem sunt, atque ab æterno, etiam et ex substantia esse a sanctis dicuntur. Quæ vero sunt ad extra Dei vi creationis bonitate tantum sua, in rerum naturam esse producta in tempore dicuntur; igitur dicendum est, Filium et Spiritum sanctum ex substantia Dei procedere, atque subsistentiam habere, ni velimus inter creaturas immerito eos adnumerare, non distinguendo juxta theologiam doctorum, et una cum cæteris omnibus collocare, atque Deum et Patrem ex æquo divinarum personarum Patrem esse dicere ac nostrum, juxta dictum Apostoli: « Unus Deus, qui est Pater, ex quo omnia. » Non enim æquali ratione Pater Filii est, et Pater omnium dicitur. Quod autem de persona Patris illud dictum sit,

clarum est, quippe infert distinguendo: « Et unus A Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et unus Spiritus sanctus, in quo omnia. »

Præterea sancti Patres Filium ex substantia Patris esse, adeo ut confessam inter differentes ponunt, ut etiam ex quibus hæretici blasphemabant, istud negando, illi ex superabundanti concludunt. Ut enim ex præmissis atque commemoratis patuit, magnus Athanasius majorem propositionem a blasphemantibus sumens, minorem autem a se ponens (ut ipsi, et veritati videtur) sic ratiocinantur: « Quandoquidem vos quidem Ariani dicitis esse Filium ex Patre, nomen autem Pater substantiam significat, quamvis quidquid tandem sit, non exprimat; vos igitur etiam nolentes, ex substantia Patris eum dixistis. » Quod nimirum pium B est, juxta mentem sancti Patris; id enim per omnia summo studio agebat, et cujus causa multas molestias ab Arianis passus est. Quod igitur, qui negant ex substantia, fidei principia tollant, et doctoribus adversantur, deterioresque Arianis, ac magis irrationales se ostendant, et dignos risu apud eos qui utcunque prudentes sunt, imo vero commiseratione, ut mitius dicam, non opus est plura dicere, cum sufficiant ea quæ dicta sunt. Ex quibus etiam hoc tanquam quoddam corollarium addatur, quod substantialitas Filii ad Patrem non aliunde colligitur, quam quod sit ex Patre tanquam ex naturali sua causa. Juxta enim magnum Basilium identitatem substantiæ confitemur, C quandoquidem Filius a Patre non factus, sed ex natura genitus est. Divus item Cyrillus ixit: « Ex Patre genitum esse Filium, coget sane omnino etiam invitos ei attribuere consubstantialitatem. » Et rursus: « Siquidem est Filius consubstantialis Patri, ex ipso est substantialiter, atque in ipso secundum naturam. »

CAPUT VIII.

Quod, quænam tandem fuerint ipsis causæ deceptionis.

Porro eos decepit, primum quidem quod non potuerint intelligere, quonam sensu doctores dixerint, aliud est substantia, aliud hypostasis, ac non idem. Secundum, quod audierint aliquem ex doctoribus dicentem, quod scilicet Dei substantia non D generat substantiam, existimant idem esse ac si diceretur, quod Patris substantia non generat Filii substantiam, id autem multum habet discriminis. Non enim potuerunt perspicere secundum fidei principia, quod nomen Deus est ex iis quæ absoluta sunt, et naturam ipsam singulariter atque indistincte (quamvis quidquid tandem sit, non exprimat) significat, ut etiam sapiens, et conditor, atque bonus; et quoniam una substantia et natura Deus est, non est pium dicere absolute substantiam Dei generare substantiam, ne monadis distinctio existimetur, præcisis quæ relativa sunt et dicuntur: neque tres substantiæ ad instar multitudinis deorum absolute ab invicem distinctæ

A κρίνων, « Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα. »

Ἔτι τοσοῦτον τοῖς ἁγίοις ἀνωμολόγηται τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, ὥστε καὶ ἐξ ὧν οἱ αἱρετικοὶ ἐβλασφήμουν τοῦτο ἀπαρνούμενοι, ἐκεῖνοι ἐκ περιουσίας συμπεραίνουσιν. Ὡς γὰρ ἐκ τῶν προτεθέντων δῆλον γέγονεν, ὁ μέγας Ἀθανάσιος τὴν μὲν μείζονα πρότασιν παρὰ τῶν βλασφημούντων λαμβάνων, τὴν δ' ἐλάττονα παρ' ἑαυτοῦ τιθεὶς, ὡς αὐτῷ καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, οὕτω συλλογίζεται· « Ἐπειδὴ ὑμεῖς μὲν οἱ Ἀρειανοὶ λέγετε τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι, τὸ δὲ Πατὴρ ὄνομα οὐσίαν σημαίνει, εἰ καὶ μὴ ὅ τί ποτ' ἐστὶ παρίστησι, καὶ ὑμεῖς ἄρα καὶ ἄκοντες ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς B αὐτὸν εἰρήκατε. » Ὅπερ ἐστὶν εὐσεβὲς δηλονότι κατὰ τὸν τοῦ ἁγίου σκοπόν. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ σπουδαζόμενον διὰ πάντων αὐτῷ, καὶ ἐφ' ὃ πολλὰ τῶν ἀνιαρῶν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἐπεπόνθει. Ὅτι μὲν οὖν οἱ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἀρνούμενοι τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ τοῖς διδασκάλοις μάχονται, χείρους τε τῶν Ἀρειανῶν καὶ ἀλογώτεροι φαίνονται, καὶ γέλωτος ἄξιοι παρὰ τοῖς νοῦν ὁπωσοῦν ἔχουσιν, ἐλέου μᾶλλον μὲν οὖν, εἰ δεῖ φιλανθρωπότερον εἰπεῖν, οὐ δεῖ πλείω λέγειν τῶν εἰρημένων ἀρκούντων· ἐξ ὧν καὶ τοῦτο ὥσπερ τι πόρισμα προκείσθω, ὅτι τὸ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὁμοούσιον οὐκ ἄλλοθεν συνάγεται, ἢ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν ὡς ἐκ φυσικῆς αἰτίας ἑαυτοῦ. Κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Βασίλειον τὸ C τῆς οὐσίας ταυτὸν ὁμολογοῦμεν, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς οὐ ποιηθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως γεννηθείς. Ὅ τε θεῖος Κύριλλος ἔφη, « Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν ἀναγκάσει δὴ πάντως καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἀποδοῦναι τὸ ὁμοούσιον αὐτῷ. » Καὶ πάλιν, « Εἴπερ ἐστὶν ὁ Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, ἐξ αὐτοῦ ἐστιν οὐσιωδῶς καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν. »

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Ὅτι τίνα ποτὲ τῆς ἀπάτης αὐτοῖς αἴτια ἐγένετο.

Ἠπάτησε δὲ αὐτοὺς, πρῶτον μὲν τὸ μὴ δυνηθῆναι νοῆσαι κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν εἰρήκεσαν οἱ διδάσκαλοι, ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις, καὶ οὐ ταυτό· δεύτερον ὅτι τινὸς λέγοντος τῶν διδασκάλων ἀκούD ουσιν, ὡς ἄρα ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία οὐ γεννᾷ οὐσίαν, ἡγοῦνται τῷ οὑτωσὶ λεγομένῳ ταυτὸν εἶναι, ὅτι ἡ τοῦ Πατρὸς οὐσία οὐ γεννᾷ τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν. Τοῦτο δὲ πολλὴν τὴν διαφορὰν ἔχει. Οὐ γὰρ δεδύνηνται κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως συνιδεῖν, ὅτι τὸ μὲν Θεὸς ὄνομα τῶν ἀπολελυμένων ἐστὶ, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἑνιαίως καὶ ἀδιακρίτως, εἰ καὶ μὴ ὅ τί ποτ' ἐστὶ παρίστησι, σημαίνει, καθάπερ καὶ τὸ σοφὸς, καὶ δημιουργὸς, καὶ ἀγαθός· καὶ ἐπεὶ μία οὐσία καὶ φύσις ὁ Θεός ἐστιν, οὐκ εὐσεβὲς λέγειν ἁπλῶς τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν γεννᾷν οὐσίαν, ἵνα μὴ τῆς μονάδος διαίρεσις νομισθῇ χωρὶς τῶν ἀναφορικῶς ὄντων καὶ λεγομένων, μηδὲ τρεῖς οὐσίαι πολυθέως παραδεχθῶσιν ἀπολελυμέναι ἀλλήλων· τὸ δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὄνομα τῶν πρός τί εἰσι, καὶ πρόσωπα ἐξ ἀνάγ-

χης ἐμφαίνουσιν ἀναφορικῶς πρὸς ἄλληλα ἔχοντα· A καὶ διὰ τοῦτο λέγειν τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς γεννᾷν τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν ἀληθές ἐστιν· ἡ γὰρ οὐσία τοῦ Πατρὸς οὐδὲν ἕτερον δίδωσι νοεῖν ἢ τὴν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν, ἢ τὸ πρόσωπον. Ὑπόστασις δὲ τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος δέδεικται· καὶ ἡ μὲν οὐσία τὸ κοινὸν, τὸ δὲ Πατὴρ τὸ ἰδιάζον ἐστὶν (εἴπερ μὴ δεῖ φρονεῖν ἄλλο μὲν πρᾶγμα τὴν οὐσίαν, ἄλλο δὲ τὴν ὑπόστασιν, ἕτερον δὲ τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλο τὴν πατρότητα, ὃ μετὰ τῆς ἀσεβείας πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει). Καὶ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἰ ἐλέγετο, ἡ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις γεννᾷ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Υἱοῦ, ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὴν τῆς πίστεως θέσιν. Ταῦτα τοίνυν ἠγνόησαν παντελῶς, οὓς ἐχρῆν ἢ οἴκοθεν ἔχοντας, ἢ καὶ παρ' ἑτέρων λαβόντας μὴ τοσοῦτον τῆς ἀληθείας ἀποπλανᾶσθαι, μηδὲ σοφοὺς εἶναι φάσκοντας, εἶτα μωραί- B νειν. Καίτοι τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν γεννᾶσθαι λεγομένου ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, πότερον πρὸς τὸν νοῦν ἢ τὴν λέξιν διενίστανται; Εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν νοῦν, μετὰ τῶν ἀπίστων τετάχθων τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἀλλοτριοῦντες· εἰ δὲ τὴν μὲν λέξιν οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ τῶν διδασκάλων ὁ λόγος. Εἰ δὲ τὴν μὲν λέξιν ὡς τῶν ἁγίων οὖσαν ἀναγκαζόμενοι προσίενται, νοῦν δὲ ἔχειν ἐκ ταύτης οὐδένα βούλονται, παντάπασιν ἀδιανόητα φθέγγονται, κατ' ἐκεῖνα τῶν ζώων τὰ ἄλογα, οἷον τὴν κίτταν καὶ ἀκούομεν καὶ ὁρῶμεν φωνὴν ἀνθρωπίνην προβαλλομένην, ὃ δὲ τί ποτ' ἂν καὶ λέγοι μὴ συνιεῖσαν, οὐ κατὰ σκοπὸν τῶν διδασκάλων ἀναγινώσκοντες, οἳ ταῦθ' ὑπὲρ ἡμῶν ἐπραγματεύσαντο C πάντα. Εἰ δ' ὡς ἄνθρωποι καί τινα νοῦν ἔχειν ἐκ τῆς λέξεως βούλονται, τί τῷ γράμματι καθάπερ Ἰουδαῖοι προσπταίοντες πάσχουσιν; ὅπερ ὁ θεῖος Διονύσιος ἄλογον καὶ σκαιὸν εἶναι λέγει, τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι; καὶ ὥσπερ νήπια φοβοῦνται φόβον, ὅπου οὐκ ἔστι φόβος; ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸν νοῦν ἀφορῶσι τῶν διδασκάλων, ἐξ ὧν αὐτοῖς ἂν εἵπετο πᾶσα καθαρότης τῶν λόγων; Νῦν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἀφορῶντες, καὶ οἷον αὐτοῖς κανόσιν οὖσι τοὺς λόγους προσάγοντες, τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ βλάσφημα περὶ τοῦ Θεοῦ συμπεραίνουσιν. Οὐ γὰρ δήπουθεν οἱ διδάσκαλοι δύο οὐσίας ἐκ τοῦ λόγου νοεῖν βούλονται, ἀπεσχοινισμένας ἀλλήλων, ἀριθμῷ διαφερούσας, ἀλλ' ὅτι τῶν προσώπων ἕκαστον ἐνούσιον, καὶ καθ' D αὑτὸ ὑφεστὼς ἴσασι, καὶ οὔτε τὴν ὑπόστασιν ἀνούσιον, οὐδ' αὖ οὐσίαν ἀνυπόστατον ἐκεῖνοί φασι· διὰ μὲν τοῦ Υἱὸς τὴν ὑπόστασιν ἢ τὸ πρόσωπον παριστῶντες, διὰ δὲ τῆς οὐσίας ἐνούσιον καὶ τελείαν οὐσίαν σαφηνίζοντες, καὶ οὐσίαν Υἱοῦ ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἐκλαμβάνοντες· ὥστε τῆς λέξεως τῶν διδασκάλων μετὰ τῆς πρεπούσης ἐννοίας ἐχόμενοι, μεθ' ἡμῶν τε κἀκείνων ἑστάτωσαν. Ὥσπερ γὰρ τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγομεν, καὶ οὐ δήπου διότι ὁ Υἱὸς Θεός ἐστι, καὶ ὁ Πατὴρ Θεὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς, τὸ ῥῆμα ἀποβαλλόμεθα, ἵνα μὴ ἀναγκαζώμεθα δῆθεν ἢ τὸν Υἱὸν ἐξ ἑαυτοῦ λέγειν ὄντος Θεοῦ, ἢ ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλ' εἰδότες δύο προόδους ἐν τῷ Θεῷ οὔσας φυσικάς καὶ

A recipiantur. Patris autem et Filii nomen ex iis est, quæ sunt ad aliquid, et personas necessario indicant, quæ se habent relative ad invicem; idcirco dicere substantiam Patris, generare substantiam Filii, verum est, quia per substantiam Patris nihil aliud intelligere licet, quam hypostasim Patris, seu personam. Hypostasis autem, ostensum est, esse commune cum proprio; et substantia quidem commune est; illud vero Pater proprium est (siquidem non est opus sentire, aliam quidem esse rem substantiam, aliam vero hypostasim, aliud autem Patrem, aliud paternitatem, quod una cum impietate multum etiam habet stultitiæ), et simile est, ac si diceretur, Patris hypostasis generat hypostasim Filii, quod sane juxta positionem fidei B est. Hæc igitur penitus ignorarunt, quos oportebat vel a seipsis, vel ab aliis edoctos, non adeo a veritate aberrare, neque se sapientes esse cum fateantur, desipere. Quamvis cum dicitur Filii substantia ex substantia Patris generari, num sensui, an verbis contradicunt? Si enim sensui, in numero infidelium collocentur; quippe qui substantiam Filii a substantia Patris alienant. Sin modum dicendi non recipiunt, atqui doctores ita loquuntur. Quod si dictionem quidem tanquam sanctorum exsistentem coacti admittunt, sensum autem nullum ex hoc modo loquendi eliciunt, omnimodo inintelligibilia loquuntur, ad instar illorum animalium irrationabilium, qualis est pica, quam audimus et C videmus vocem humanam proferentem, quid autem sit, quod dicit, non intelligentem: non secundum mentem doctorum legentes, qui hæc omnia pro nobis tractarunt. Quod si ut homines aliquem sensum ex vocabulo eruunt, quare littera, ut Judæi offenduntur? illudque patiuntur quod divinus Dionysius irrationale, ac stultum esse asserit? quod non ad vim sensus, sed ad dictiones animum adhibeant? et sicut parvuli timorem timeant, ubi non est timor? neque ad mentem doctorum respiciant? ex quibus sequeretur ipsis verborum perspicuitas? Nunc vero ad ipsos respicientes, atque veluti regulas suorum dictorum adhibentes, principia fidei tollunt, atque blasphema de Deo concludunt. Non enim profecto doctores duas substantias ex D illo sermone intelligere volunt sejunctas ab invicem differentes numero, sed quod unamquamque personam exsistentem, et per se subsistentem norunt; et neque hypostasim sine substantia, neque substantiam sine hypostasi esse ipsi asserunt: per illam vocem, Filius, hypostasim seu personam indicantes; per substantiam autem, subsistentem perfectamque substantiam explicantes, atque substantiam Filii loco ejus hypostaseos accipientes. Itaque dictioni doctorum cum convenienti sensu adhærentes nobiscum, et cum ipsis stent. Quemadmodum Filium ex Deo esse dicimus, et certe non propterea, quia Filius Deus est, et Pater Deus, et Spiritus sanctus Deus, hoc verbum rejicimus, ne cogamur sane vel Filium a se dicere, cum sit

Deus, vel a sancto Spiritu, sed cum sciamus duos esse processus in Deo naturales, ac substantiales, alterum quidem secundum generationem, alterum autem secundum processionem, et Filium juxta processum secundum generationem exsistentiam habere; et cum audimus Filium statim et Patrem intelligimus, ad eum quippe refertur, et propterea illud ex Deo Filium, pro ex Patre accipimus, indeque et dictioni adhæremus, et a recta intelligentia non aberramus. Sic etiam conveniens est de iis ferre judicium, ut et principia fidei, et universales rationes servemus, et conclusiones principiis consentire contingat.

Neque vero substantiam ex substantia esse omnino negandum est: modo apponatur determinatio conveniens, quæ intelligatur, vel dicatur. Non enim in nominibus, sed in animi sensibus consistit nobis religio juxta divinum Gregorium. Nam et illud pie dici potest, dummodo nos intelligamus per substantiam quidem, videlicet Filium, ex substantia vero Patrem; eo quod uterque illorum subsistens sit, et perfecta substantia, totumque, ut di tum est. Nam et Deum verum de Deo vero confitemur; non tamen propterea duas substantias fateri cogimur, ut neque duos deos juxta positionem fidei.

Quod autem prorsus non sit nefas ita loqui, magnus Athanasius tradit in disputatione, quam edidit *Orthodoxi ac Dissimilis*, sic dicens: « Natura Dei est causa et Filii et Spiritus sancti, ac totius creaturæ. » Quod sane rursus cum determinatione oportet intelligere. Filii quidem et sancti Spiritus substantialiter, ac naturaliter, et consubstantialiter ante omnia sæcula, ut dictum est, et ipse paulo infra exponit; creaturæ vero ratione creationis atque in tempore. Deinde in consequentibus infert: « Non est autem ingenitum Dei causa geniti. Non enim non generari Deum substantiarum est causa, sed substantia causa est substantiarum. » Tantum igitur abest ut sit blasphemum illud dicere, Filium ex substantia Patris esse, ut etiam quod simpliciter absurdum esse videtur, recte se habere inventum sit, modo ut decet intellectum. Quod si hoc ab illius intelligentia denudatum, pie se habet; quomodo non magis etiam illud ut pium recipiendum esse oportet? Dicere enim substantiam ex substantia, non aliter recte se habuerit, nisi subaudiamus substantiam Filii ex substantia esse Patris; quod enim subsistens est, subsistentium causa est, ac perinde est atque si diceretur: Hypostasis Filii ex hypostasi Patris generatur, sive Filius ex Patre est.

CAPUT IX.

Quod contradicere iis qui dicunt Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, coegit eos non confiteri ex substantia Patris esse Filium.

Quæ igitur ipsis una cum deceptione crearunt

A οὐσιώδεις, τὴν μὲν κατὰ γέννησιν, τὴν δὲ κατ' ἐκπόρευσιν, καὶ τὸν Υἱὸν κατὰ τὴν' κατὰ γέννησιν πρόοδον τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ τὸν Υἱὸν ἀκούοντες, αὐτίκα καὶ τὸν Πατέρα νοοῦμεν, πρὸς γὰρ αὐτὸν ἀναφέρεται· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱὸν ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκλαμβάνομεν, κἀντεῦθεν τῆς τε λέξεως ἐχόμεθα, καὶ τῆς ὀρθῆς ἐννοίας οὐχ ἁμαρτάνομεν· οὕτω καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα διαιτᾷν προσῆκον πανταχοῦ, ὡς ἂν τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως καὶ τοὺς καθόλου λόγους τηρῶμεν, τά τε συμπεραινόμενα ταῖς ἀρχαῖς ἀκόλουθα συμβαίνῃ.

Καὶ μὴν οὐδὲ τὸ οὐσίαν ἐξ οὐσίας εἶναι παντελῶς ἀπείρηται, προσκειμένου μόνον διορισμοῦ τοῦ προσ-
B ήκοντος νοουμένου ἢ λεγομένου. Οὐ γὰρ ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ' ἐν νοήμασιν ἡμῖν ἡ εὐσέβεια κατὰ τὸν θεῖον Γρηγόριον. Κἀκεῖνο γὰρ εὐσεβῶς δύναται λέγεσθαι, μόνον ἐννοούντων ἡμῶν δηλονότι οὐσίαν μὲν τὸν Υἱὸν, ἐξ οὐσίας δὲ τὸν Πατέρα, διὰ τὸ ἑκάτερον αὐτῶν ὑφεστὼς εἶναι, καὶ τελείαν οὐσίαν, καὶ ὅλον ὡς εἴρηται. ἐπεὶ καὶ Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ ὁμολογοῦμεν. Οὐ μέντοι διὰ τοῦτο δύο οὐσίας ἀναγκαζόμεθα λέγειν, ὥσπερ οὐδὲ δύο Θεοὺς, κατὰ τὴν τῆς πίστεως θέσιν.

Ὅτι δὲ παντελῶς οὐκ ἀπείρηται, παραδίδωσιν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν ᾗ ἐκτίθεται διαλέξει *Ὀρθοδόξου καὶ Ἀνομοίου*, λέγων οὑτωσί· « Αἰτία ἐστὶν ἡ
C τοῦ Θεοῦ φύσις καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ τῆς κτίσεως ἁπάσης. » Ὃ δὴ πάλιν μετὰ προσδιορισμοῦ νοεῖν χρή. Τοῦ μὲν γὰρ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς καὶ ὁμοουσίως πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ὡς εἴρηται, καὶ αὐτὸς ὑποκατιὼν ἐκτίθησι· τῆς δὲ κτίσεως δημιουργικῶς καὶ κατὰ χρόνον. Εἶτα ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπάγει· « Οὐκ ἔστι δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ ἀγέννητον αἴτιον τοῦ γεννητοῦ. Οὐ γὰρ τὸ μὴ γεννᾶσθαι τὸν Θεὸν τῶν οὐσιῶν αἴτιον, ἀλλ' ἡ οὐσία τῶν οὐσιῶν αἰτία. » Τοσοῦτον ἄρα ἀπέχει βλάσφημον εἶναι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς λέγειν εἶναι τὸν Υἱὸν, ὥστε καὶ τὸ δοκοῦν ἁπλῶς ἄτοπον ὀρθῶς ἔχον εὕρηται, μόνον ὡς προσήκει νοούμενον. Εἰ δὲ τοῦτο τὴν ἐκείνου ἀποδυόμενον ἔννοιαν εὐσεβῶς ἔχει, πῶς οὐ κἀκεῖνο
D μᾶλλον ὡς εὐσεβὲς παραδέχεσθαι χρή; Τὸ γὰρ οὐσίαν λέγειν ἐξ οὐσίας οὐκ ἄλλως ἂν ὀρθῶς ἔχοι, εἰ μὴ προσυπακούοιμεν τὴν οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ ἐξ οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρός. Τὸ γὰρ ὑφεστὼς τῶν ὑφεστώτων αἴτιον, καὶ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἰ ἐλέγετο, Ἡ τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως γεννᾶται, ἢ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὅτι τὸ ἐνίστασθαι πρὸς τοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγοντας ἠνάγκασε μὴ ὁμολογεῖν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν.

Ἃ μὲν οὖν αὐτοῖς ἐνεποίησε μετὰ τῆς ἀπάτης

τὴν πλάνην, ταὐτά ἐστιν. Ἤγαγε δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν παράλογον ἔνστασιν ταύτην, ὥστε μὴ ὁμολογεῖν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, τὸ σφόδρα ἐνίστασθαι πρὸς τοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι διομολογοῦντας. Οὗτοι γὰρ σαφῶς ἐκ πολλῶν ἄλλων πειθόμενοι βεβαιότατα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ ἀμφοῖν ἐκπορεύεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τούτου ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ ἓν ἅγιον Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τοῖς θεολόγοις εἴρηται, κἀντεῦθεν ἐπιχειροῦντες καὶ εὐσεβῶς συμπεραίνοντες ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, ταυτὸ κατὰ τὸ πρᾶγμα πιστεύοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, καὶ τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα οὐσίαν ἐνυπόστατον καὶ πρόσωπον σημαίνειν, καὶ ἴσον ἡγούμενοι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ προσώπου τῷ λέγειν ἐκ τῆς ὑποστάσεως, ὥσπερ καὶ τὸ τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γεννᾶσθαι λέγεσθαι, οὐ διαφέρειν ἡγούμεθα. Ἐκεῖνοι πρὸς τὸ συναγόμενον ἀηδῶς ἔχοντες, ὅτι οὐ βούλονται, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται, καθάπερ τὸ τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς εἶναι ὑποστάσεως, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πρὸς ἄλληλα οὐχ ἡγούμεθα διαφέρειν, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Υἱοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λέγειν εἶναι ἀδιάφορον, κἀντεῦθεν μετὰ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἓν τοῦ Πνεύματος αἴτιον συνομολογοῦσιν, οὔ φασι τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, ἐκ δὲ τῆς ὑποστάσεως μόνον, κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενοι, τὴν μὲν οὐσίαν κατὰ τὸ πρᾶγμα τῆς ὑποστάσεως ἕτερον τιθέμενοι, πολλοῖς δὲ ἀτόποις ἐνεχόμενοι. Εἰ δὴ φαίνεται θεωροῦσι πολλὰ μὲν ἐκ τούτου συνάγεσθαι ἄτοπα, πολλὰ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ἀναιρεῖσθαι, καὶ ὅπως ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις εἴρηται, ἥ τε οὐσία καὶ ὑπόστασις καὶ ἡ ἰδιότης ταυτὸ κατὰ τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ ὅτι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἴσον τῷ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἵνα μὴ εἰς ἀτόπους ἐκκυλισθῶμεν ἐννοίας, φανερὸν καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ταυτὸν εἶναι τῷ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ οὐδὲν ἄτοπον τοῖς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ θεῖον Πνεῦμα τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ὁμολογοῦσιν ἀκολουθεῖ. Τοῖς γὰρ τοῦτο ἀρνουμένοις τὰ προειρημένα ἄτοπα ἕπεται. Οὐκ ἂν δὲ τοῦτο συνέβαινεν, εἰ μὴ τὸ ὑποτιθέμενον ἄτοπον καὶ ψεῦδος ἦν. Ὡς γὰρ ὁ καθόλου παραδίδωσι λόγος, οὗτινος ὑποτεθέντος ἄτοπον καὶ ψεῦδος ἕπεται, καὶ αὐτὸ τοιοῦτόν ἐστιν. Εἰ μὲν οὖν ὁ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν μετὰ τοῦ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀρνούμενος συναπαρνεῖται καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, παράλογος μὲν ἂν εἴη κατ' ἐκεῖνα τῶν θηρίων, ἃ πληττόμενα μᾶλλον ἐπὶ τὸ ξίφος ἵενται, ἔχοι δ' ἄν τινα τὴν παραίτησιν, ψυχρὰν μέντοι καὶ ἐπικίνδυνον διὰ τὸ τῆς συνηθείας ἄλογον.

Εἰ δέ τις τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογῶν ἐκπορεύεσθαι, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτὸ εἶναι, ἢ τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι ἀπαρνεῖ-

errorem hæc sunt, atque in hanc novam, et inopinatam instantiam eos induxit, ut non confiteantur ex substantia Patris esse Filium, quod valde oppugnarent eos qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere affirmant. Hi enim manifeste cum ex multis aliis adducti, ut firmissime credant, Spiritum sanctum ex ambobus procedere, tum etiam ex hoc, quod idem et unus sanctus Spiritus ex substantia Patris et Filii a theologis dictus sit. Indeque argumentantes, pie concludent, ex Patre Filioque exsistentiam habere; idem secundum rem substantiam et hypostasim credentes, et nomen Patris substantiam subsistentem et personam significare, atque æquale arbitrantes esse, si quis dixerit, ex substantia personæ, et ex hypostasi. Quemadmodum et Filius ex hypostasi Patris, et ex ejus substantia generari si dicatur, nihil differre existimamus. Illi conclusionem ægre ferentes, quam nollent, ne quemadmodum Filium esse ex hypostasi Patris, et ex substantia ejus inter se differre non arbitramur, ita etiam cogantur indifferens esse dicere Spiritum sanctum ex hypostasi Filii, et ex substantia ejus esse, indeque una cum Patre Filium unam esse causam concedant et fateantur, negant Filium ex substantia esse Patris, sed tantum ex hypostasi, absurdum absurdo curantes, dum substantiam secundum rem aliud esse ab hypostasi ponunt. Multis autem absurdis sunt implicati. Quoniam apparet considerantibus, quod multa ex hoc colligantur absurda, multa vero quæ sunt in confesso tollantur; et quonam modo aliud sit substantia, aliud vero hypostasis dictum est. Quod etiam substantia, et hypostasis, atque proprietas, idem est secundum rem; et quod illud ex substantia Patris, æquipolleat ei quod est ex hypostasi ipsius, ne in absurdas cogitationes devolvamur. Clarum est et illud, ex substantia Filii, idem esse, quod ex ejus hypostasi, ac nullum absurdum sequitur eos qui ex Patre Filioque divinum Spiritum exsistentiam habere fatentur. Quippe eos qui hoc inficiantur prædicta absurda sequuntur. Non autem id contingeret, nisi quod supponitur absurdum et falsum esset. Ut enim universalis tradit regula, illud, quo posito sequitur absurdum aliquod et falsum, et ipsum ejusmodi est. Si igitur qui ex substantia Patris esse Filium, et una cum hoc ex substantia Patris et Filii esse Spiritum sanctum negat, simul etiam negat ex Patre Filioque sanctum Spiritum exsistentiam habere, utique extra terminos fertur, perinde atque illæ feræ bestiæ, quæ percussæ gladio se magis objiciunt. Haberent autem quamdam excusationem, frigidam tamen, atque periculosam ob irrationalem consuetudinem.

At vero si quis ex Patre Filioque Spiritum sanctum procedere confiteatur, ex substantia Patris ac Filii eum esse, vel Filium ex substantia Patris generari neget, alterutrum, iste talis vel Arianorum

morbo temere laborat, ut ostensum est, eumque cum pudeat manifesti absurdi per aliam viam ad idem tendit: vel omnino stultus est, quomodocunque vero res se habuerit, falsitatis evadit magister.

CAPUT X.

Quas tandem, quæ videntur objectiones esse præcipuæ, iis inferant, qui ex Patre Filioque procedere aiunt, et primum ex consubstantialitate, atque solutiones hujusmodi rationum.

Cæterum hoc loco quis horum elegantum hominum objectiones ferat? Opponunt enim, quod si propterea Spiritus sanctus est ex substantia Patris et Filii, quod Pater et Filius non sit substantia, profecto secundum eamdem rationem, quoniam una est substantia Patris ac Spiritus, merito sequeretur etiam Filium ex substantia Patris et Spiritus esse. Qui igitur hæc objiciunt, videntur ignorare principia fidei; quos oportebat ad minus ea didicisse, deinde theologum agere. Ut enim dixit quispiam e sacris doctoribus (is Gregorius est), optimus ordo primum discere, postea docere. Quamvis cum sancti ex substantia Patris et Filii Spiritum esse disserunt, nihil ad nos spectare objectionem dicemus, nihilominus dicendum est: necessarium esse una cum fidei principiis, ut hoc etiam confiteamur, Monadem in Triade, ac Triadem in Monade venerari, atque opus esse dum disputamus neque Unitatem propter Trinitatem distinguere, neque Trinitatem propter Unitatem confundere. Sed hoc loco clarissime confusio sequetur. Si Filium ex substantia Patris et Spiritus esse aliquis dixerit; esset enim Spiritus Pater, quippe Filius ad Patrem dicitur. Itaque duo Patres essent in Trinitate, et Pater non esset proprie Pater. Quæ a fide aliena sunt. Quanquam non desunt alia nomina, ex quibus suspicari quispiam minime posset, Spiritum esse Patrem Filii, veluti Filium esse Verbum Spiritus, potentiam, vivam, et substantialem operationem, sanctificationem, naturalem vitam, rosam, suavem odorem, imaginem, et hujusmodi, quæ Spiritum esse Filii a doctoribus dicuntur. Neque secundum hæc nomina Filius dici Spiritus sancti unquam repertus est. Hoc autem non aliunde contingere potest, quam ex ipso ordine, et præterea necessarium est eum, qui illa opposuerit, non tantum in hæc incurrere, sed etiam ordinem in Trinitate inter se divinarum personarum contingit invertere. Filius enim Patris esse dicitur, Spiritus vero Filii, et hic quidem solus ex solo unigenitus dicitur, atque hucusque est ipsi proprietas, quod est esse ex Patre immediate, et quod appellatio Filii, esse immediate ex causa significat, secundum divum Anastasium in sua dogmatica oratione, ut procedentibus constabit: Spiritum vero sanctum ordine tertium esse a Patre communi consensu a sanctis receptum est, non tamen natura tertium: et eum qui ordinem vel tantulum quidem commutat, inficiatorem esse fidei, ac Spiritus exsistentiæ destructorem, magnus

A ται, δυοῖν θάτερον ὁ τοιοῦτος, ἢ τὰ τῶν Ἀρειανῶν ἀλόγως, ὡς δέδεικται, νοσεῖ, πρὸς μὲν τὸ φανερὸν ἄτοπον αἰσχυνόμενος, δι' ἑτέρας δὲ πρὸς τὸ αὐτὸ φερόμενος· ἢ παντάπασιν μάταιός ἐστιν. Ὁποτέρως δ' ἂν ἔχοι, τοῦ ψεύδους διδάσκαλος γίνεται.

ΚΕΦΑΛ. Γ.

Τίνας ποτὲ δοκούσας ἀντιθέσεις καιριωτέρας τοῖς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγουσιν ἐπάγουσι, καὶ πρῶτον ἀπὸ τῆς ὁμοουσιότητος, καὶ λύσεις τῶν τοιούτων.

Ἀλλ' ἐνταῦθα τίς ἂν τῶν κομψῶν τὰς ἀντιθέσεις ἐνέγκαι; Ἀντιτιθέασι γὰρ, ὡς εἰ διὰ τὸ μίαν οὐσίαν εἶναι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, κατὰ τὸν αὐτὸν δήπου λόγον, ἐπεὶ μία B οὐσία τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, εἰκότως ἂν ἕποιτο καὶ τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος εἶναι. Τοὺς οὖν ταῦτα ἀντιτιθέντας ἀγνοεῖν τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως φαίνεται· οὓς αὐτὰς τοὐλάχιστον ἐχρῆν διδαχθέντας, εἶτα θεολογεῖν. Ὡς γὰρ ἔφη τις τῶν ἱερῶν διδασκάλων (Γρηγόριος οὗτός ἐστι), τάξις ἀρίστη μανθάνειν πρῶτον, εἶτα διδάσκειν. Καίτοι τῶν ἁγίων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα θεολογούντων, οὐδὲν εἶναι τὴν ἀντίθεσιν πρὸς ἡμᾶς φήσομεν. Πλὴν καὶ οὕτω ῥητέον ἀνάγκην εἶναι μετὰ τῶν τῆς πίστεως ἀρχῶν καὶ τοῦτο ὁμολογεῖν, Μονάδα ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν Μονάδι σέβεσθαι· καὶ δεῖν μήτε διαλεγομένους τὴν Μονάδα διὰ τὴν Τριάδα διαιρεῖν, μήτε τὴν Τριάδα διὰ τὴν Μονάδα συγχεῖν. C Ἀλλ' ἐνταῦθα σύγχυσις περιφανῶς ἕψεται, εἰ τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος λέγει τις εἶναι· εἴη γὰρ ἂν τὸ Πνεῦμα Πατήρ· ὁ γὰρ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα λέγεται· ταύτῃ τοι δύο πατέρες ἂν εἶεν ἐν τῇ Τριάδι, καὶ ὁ Πατὴρ οὐ κυρίως Πατήρ. Ἃ παρὰ τῆς πίστεως ἀπηγόρευται. Καίτοι γε ἔστι καὶ ἄλλ' ἄττα τῶν ὀνομάτων, ἐξ ὧν οὐκ ἂν τις ὑπερνοήσειε, τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ εἶναι Πατέρα, οἷον τὸν Υἱὸν Λόγον εἶναι τοῦ Πνεύματος, δύναμιν, ζῶσαν καὶ οὐσιώδη ἐνέργειαν, ἁγιασμὸν, φυσικὴν ζωὴν, ῥόδον, ἄνθος, ὀσμὴν, εἰκόνα, καὶ τὰ τοιαῦτα ὅσα τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι παρὰ τοῖς διδασκάλοις λέγεται. Οὐδὲ κατὰ ταῦτα τῶν ὀνομάτων ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος λεγό- D μενος εὕρηται πώποτε. Τοῦτο δ' οὐκ ἂν ἄλλως εἴη συμβαῖνον ἢ διὰ τὴν τάξιν αὐτήν. Καὶ μὴν οὐ τούτοις μόνον περιπίπτειν ἀνάγκη τὸν ἐκεῖνα ἀντιτιθέντα, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν Τριάδι τῶν θείων προσώπων πρὸς ἄλληλα τάξιν περιτρέπειν συμβαίνει. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς εἶναι λέγεται, τὸ δὲ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν μόνος ἐκ μόνου μονογενὴς λέγεται, καὶ μέχρι τούτου ἐστὶν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα, ὅ ἐστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀμέσως· καὶ ὅτι ἡ τοῦ Υἱοῦ ἐπίκλησις τὸ ἀμέσως ἐκ τοῦ αἰτίου δηλοῖ κατὰ τὸν θεῖον Ἀναστάσιον ἐν τῷ δογματικῷ αὐτοῦ λόγῳ, ὡς προϊοῦσι φανήσεται· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ τάξει τρίτον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ὡμολόγηται τοῖς ἁγίοις, οὐ μὴν τῇ φύσει τρίτον· καὶ τὸν τὴν τάξιν μετατιθέντα καὶ ὁπωσοῦν ἀρνητὴν τῆς πίστεως,

καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ὑπάρξεως καθαιρέτην ὁ A μέγας Βασίλειος ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς διορίζεται· καὶ ἣν τάξιν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, τὴν αὐτὴν πρὸς τὸν Υἱὸν ἔχει τὸ Πνεῦμα· καὶ ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ Πατρὸς ἐνέργεια ζῶσα καὶ οὐσιώδης καὶ ἐνυπόστατος, τοῦ δὲ Υἱοῦ ταῦτα πάντα τὸ Πνεῦμα· καὶ ὁ μὲν Πατὴρ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐνεργεῖ, ὁ δὲ Υἱὸς διὰ τοῦ Πνεύματος· καὶ ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς λαμβάνει, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ. « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ γάρ, φησι, λήψεται, » κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον· καὶ παραιτοῦμαι τὰ πλείω, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον ἀριθμῶν διατρίβω· πρὸς γὰρ εἰδότας ταῦτα λέγεται. Διὸ δὴ ταῦτα καὶ τὴν αἰώνιον ὕπαρξιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἐν τοῖς Ἀντιῤῥητικοῖς ὁ Νύσσης παραδιδούς, « Τὸ μὲν γάρ, φησι, προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ὁ Υἱὸς δηλονότι, τὸ δὲ διὰ τοῦ B προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου· » ὥσπερ ἂν εἰ ἔλεγεν, Ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχει προσεχῶς καὶ ἀμέσως· τὸ δὲ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, τοῦ γεννωμένου ἐκ τοῦ Πατρὸς προσεχῶς καὶ ἀμέσως. Καὶ περὶ τῆς αἰωνίου ὑπάρξεως αὐτῶν ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ. Ὅθεν δὴ καὶ ἀκολούθως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι παραδιδόασι, τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ βουλόμενοι δηλοῦν, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτ' εἶναι, καὶ διὰ τοῦ τοιούτου τὴν ἑαυτῶν ὑφαίνουσι θεολογίαν οἱ ἀπὸ τῆς πρώτης μέχρι τῆς ἑβδόμης συνόδου περιφανεῖς τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι γεγονότες. Ὁ τοίνυν τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος ἀναγκαίως C ἕπεσθαι ἐπάγων πάντα ταῦθ' ὅσον τὸ καθ' αὑτὸν ἀναιρεῖ. Τούτου γὰρ ὑποκειμένου τοὐναντίον μᾶλλον ἂν συμβαίνοι. Ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ Πνεύματος εἶναι λέγοιτ' ἄν, καὶ οὐ μόνος ἐκ μόνου, οὐδὲ μονογενής, οὐδὲ τῇ τάξει δεύτερος ἀπὸ τοῦ Πατρός, ἀλλὰ τρίτος· τὸ δὲ Πνεῦμα δεύτερον ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Πνεύματος γεννᾶσθαι. Καὶ σιωπῶ τἄλλα τῶν ὀνομάτων καθ' ὅσα ἂν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος πρὸς τὸ Πνεῦμα ἐλέγετο· καθ' ἃ μᾶλλον πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα ἀναφέρεται. Ἀλλὰ ταῦτα σύγχυσιν τῶν ἰδιωμάτων περιφανῶς εἰσάγει, καὶ τὴν τῆς Τριάδος ἀκίνητον μεθίστησι τάξιν. Ἵνα τοίνυν μὴ τοῦτο συμβαίνῃ, ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος, καὶ πάντα δὴ λέγω τἀπὶ τούτοις, οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται, οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ αὕτη ἀκολουθία κατὰ D τὸν Νύσσης Γρηγόριον ἐν τῇ εἰς τὸ *Πάτερ ἡμῶν* ὁμιλίᾳ. Οὐδέ γε μὴν τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος, οὐδ' εἰκὼν ἀπαράλλακτος τὸ Πνεῦμα λέγεται, καίτοι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συνδοξαζόμενον καὶ ὁμοούσιον ὑπάρχον.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτ' εὔλογον, τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα καὶ ταῦτα πάντα φάσκειν λέγεσθαι διὰ τὴν ὁμοουσιότητα. Πρῶτον μὲν ὅτι τὰ ὁμοούσια πρὸς ἄλληλα ἀντιστρέφει, ταῦτα δὲ οὐδαμῶς· ἔπειτα οὐδὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ταῦτα λέγεται. Μία γὰρ ἡ αὐτή ἐστιν οὐσία, καὶ οὐ τόδε τοῦδε κατὰ ταύτην λέγεται· ἄλλως γὰρ τρεῖς ἄν ἦσαν οὐσίαι ἀπολελυμέναι ἀλλήλων, οὐδὲ καθὸ ὁμοούσια πρὸς ἄλληλα λέγονται. Κατὰ

Basilius in epistola ad canonicas affirmat. Item quem ordinem habet Filius ad Patrem, eumdem habet Spiritus ad Filium; et Filius quidem Patris operatio viva est, ac substantialis, et subsistens. Filii autem hæc omnia Spiritus est; et Pater quidem per Filium operatur, Filius autem per Spiritum. Et Filius quidem ex Patre accipit; Spiritus autem ex Filio: « De meo enim, inquit, accipiet, » juxta magnum Athanasium. Et pleraque missa facio, ne singula enumerans morer; quippe ad peritos hæc dicuntur. Quapropter etiam æternam exsistentiam Filii, et Spiritus in confutatoriis libris Nyssenus tradens (4): « Etenim unum quidem, inquit, immediate ex primo, nimirum Filius; alterum vero per id quod immediate est ex primo, » tanquam si diceret: Filius quidem exsistentiam habet continenter ex Patre, atque immediate, Spiritus autem per Filium exsistentiam habet, qui genitus est ex Patre continenter atque immediate. Deque æterna ipsorum exsistentia est illi sermo. Unde sane consequenter Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedere tradiderunt, exsistentiam ipsius volentes significare, et illud procedere nihil aliud esse quam hoc, atque per hoc suam texunt et ordiuntur theologiam, qui a prima usque ad septimam synodum illustres Ecclesiæ doctores exstiterunt. Qui igitur Filium ex substantia Patris et Spiritus sequi necessario infert, hæc omnia, quantum in se est, tollit. Hoc enim supposito contrarium potius contingit. Filius quidem Spiritus sancti esse diceretur, ac non solus ex solo nec unigenitus, nec ordine secundus a Patre, sed tertius. Spiritus autem secundus ab illo (Patre) atque ex Patre per Spiritum generari, et silentio premo reliqua nomina, quibus Filius et Verbum ad Spiritum utique diceretur: quibus potius Spiritus ad Filium refertur. Sed hæc confusionem proprietatum perspicue inducunt, atque Trinitatis immutabilem mutant ordinem. Ne igitur id eveniat, Filius Spiritus sancti, et omnia quæ inde sequuntur, neque est, neque dicitur, neque reciprocatur relativa ista consequentia secundum Nyssenum Gregorium homilia in *Pater noster*. Sed neque Patris definitio, terminus et Verbum, nec imago incommutabilis Spiritus dicitur, quamvis una cum Patre, Filioque conglorificetur, et consubstantialis exsistat.

Sed neque rationi consentaneum est, asserere Filii Spiritum, et hæc omnia dici propter consubstantialitatem. Primum quidem, quod consubstantialia inter se reciprocantur, hæc vero nullo modo. Deinde neque secundum substantiam hæc dicuntur; una enim eadem est substantia, et non hoc hujus secundum eam dicitur, alioquin tres essent substantiæ absolutæ ab invicem. Neque

(4) Locus Nysseni quem citat Demetrius reperitur in oratione ad Ablabium, quæ non est typis excussa cum aliis ejus operibus, et exstat in bibliotheca Vaticana, non autem in libris confutatoriis, qui sunt contra Eunomium; quare Demetrius passus est μνημονικὸν ἁμάρτημα.

quatenus ejusdem substantiæ sunt mutuo referuntur. Quippe secundum hoc unum sunt, et non dicuntur ad aliquid. Etenim relatio inter duo consideratur; atque unum, quatenus re unum est, relative ad se non dicitur, sed nimirum quatenus personæ sunt, quemdam ordinem inter se habent, et juxta immutabilem atque æternum inter se ordinem, hoc hujus, et hoc illius esse dicitur, hoc aliquid esse, imaginem, vel potentiam, vel naturalem vitam, vel aliquid simile. Ex quibus etiam processus una cum personali horum exsistentia deprehenditur.

τοῦτο γάρ εἰσιν ἕν, καὶ οὐ λέγονται πρός τι. Ἡ γὰρ ἀναφορὰ ἐπὶ δύο θεωρεῖται· καὶ τὸ ἕν, ἐφόσον ἐστὶν ἓν τῷ πράγματι, ἀναφορικῶς πρὸς ἑαυτὸ οὐ λέγεται, ἀλλὰ δῆλον, ὅτι καθὸ πρόσωπα πρὸς ἄλληλά πως τάξεως ἔχουσι, καὶ κατὰ τὴν τούτων ἀκίνητον καὶ ἀΐδιον πρὸς ἑαυτὰ τάξιν τόδε τοῦδε λέγεται, καὶ τόδε τοῦδε, τὸ δέ τι εἶναι, εἰκόνα, ἢ δύναμιν, ἢ φυσικὴν ζωήν, ἤ τι τοιοῦτον. Ἐξ ὧν καὶ ἡ πρόοδος μετὰ τῆς προσωπικῆς αὐτῶν ὑπάρξεως καταλαμβάνεται.

Præterea, a sanctis ostensum est, propterea Filium esse consubstantialem Patri, quod ex substantia naturaque Patris generetur. Quod profecto et ab ipsa operatione manifestum est. Quia enim Petrus ex natura Joana secundum causam essentialem exsistentiam habet, idcirco ejusdem naturæ cum ipso est, et filius ejus esse jure optimo dicitur. Alioquin non esset filius, sed frater vel quomodocunque aliter secundum similitudinis, seu affinitatis ad similes reciprocantem consequentiam. Quamvis in iis, quæ sunt per generationem et corruptionem etiam absque eo quod alterum ab altero naturalem causam exsistentiæ habeat, fieri potest, ut secundum quamdam materiæ affinitatem hoc hujus et simile, vel consubstantiale simpliciter dicatur; at vero in Deo, ubi non est materia, et cuncta materialia absunt, neque secundum excessum, et defectum, neque ut possessionem, neque ut opus, neque quomodocunque aliter fieri potest ut dicatur secundum talem affinitatem, profecto non secundum aliam rationem hoc hujus fieri potest ut dicatur, et consubstantiale sit, nisi quia ex ipso causam habeat. Eadem igitur ratione non Spiritus esse Filii dicitur, et etiam potentia, et naturalis atque essentialis vita, et ejus operatio, et ex substantia ejus esse, quoniam ut ipsi aiunt, consubstantialis est ipsi; sed quia ex Patre per ipsum Filium personalis suæ exsistentiæ causam habet, propterea hæc esse Spiritus Filii dicitur, et ex substantia ejus esse, et consubstantialis esse ipsi, præsertim cum non convertatur horum relatio ad Spiritum. Quæ sane oportebat ut converteretur, si secundum communem definitionem consequentiæ, quæ est secundum reciprocationem, assignaretur: ut dictum est, si propter consubstantialitatem illa omnia dicerentur.

Ἔτι παρὰ τῶν ἁγίων δέδεικται διὰ τοῦτο εἶναι τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρί, διότι ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως τοῦ Πατρὸς γεννᾶται. Ὃ δὴ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἐνεργείας φανερόν. Διότι γὰρ ὁ Πέτρος ἐκ τῆς φύσεως τοῦ Ἰωανᾶ κατ' αἰτίαν οὐσιώδη τὴν ὕπαρξιν ἔχει, διὰ τοῦτο τῆς αὐτῆς αὐτῷ φύσεώς ἐστι, καὶ υἱὸς αὐτοῦ εἶναι λέγεται εἰκότως. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἦν υἱός, ἀλλ' ἀδελφός, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως κατὰ τὴν τῆς ὁμοιότητος ἢ οἰκειότητος πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀντιστρέφουσαν ἀκολουθίαν. Καίτοι ἐπὶ μὲν τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, καὶ χωρὶς τούτου τὸ ἕτερον ἐξ ἑτέρου τὴν φυσικὴν αἰτίαν ἔχειν τῆς ὑπάρξεως, δυνατὸν κατά τινα τῆς ὕλης οἰκειότητα τόδε τοῦδε λέγεσθαι καὶ ὅμοιον ἢ ὁμοούσιον ἁπλῶς· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ, ἐπεὶ ἐν αὐτῷ ἡ ὕλη καὶ πάντα τὰ τῆς ὕλης ἄπεστι, καὶ οὔτε καθ' ὑπεροχήν τε καὶ ἔλλειψιν, οὔτε ὡς κτῆμα, ἢ ποίημα, οὔθ' ὁπωσοῦν ἄλλως δύναται λέγεσθαι κατὰ τοιαύτην οἰκειότητα, οὐ καθ' ἕτερον δήπου λόγον τόδε τοῦδε λέγεσθαι ἐνδέχεται καὶ ὁμοούσιον ὑπάρχειν, ἢ ὅτι τὴν αἰτίαν ἔχει ἐξ αὐτοῦ. Κατὰ τὸν αὐτὸν τοίνυν λόγον, οὐκ ἄρα τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι λέγεται, καὶ δὴ καὶ δύναμις, καὶ φυσικὴ καὶ οὐσιώδης ζωὴ καὶ ἐνέργεια αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι αὐτοῦ, ὅτι, ὡς αὐτοί φασιν, ὁμοούσιον εἶναι αὐτῷ, ἀλλὰ διότι ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ τὴν αἰτίαν ἔχει τῆς προσωπικῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ταῦτα εἶναι λέγεται τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι, καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ, μάλισθ' ὅτι καὶ οὐδὲ ἀντιστρέφει τούτων ἡ σχέσις ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸ Πνεῦμα· ὅπερ ἐχρῆν, εἰ κατὰ τὸν κοινὸν ὅρον τῆς κατὰ τὴν ἀντιστροφὴν ἀκολουθίας ἀπεδίδοτο· ὡς εἴρηται, εἴπερ διὰ τὸ ὁμοούσιον ἐκεῖνα πάντα ἐλέγετο.

Præterea, si hæc omnia Filii esse Spiritus dicitur, quoniam est ipsi consubstantialis, alterutrum necesse est, vel ex solo Patre ambo esse immediate, nullo ordine, ac relatione considerata in Filio, et Spiritu, vel alterum ex altero exsistentiam habere. Sed si primum, fratres erunt inter se Filius et Spiritus; quæ enim ex una persona sunt, neque ullum habent ordinem inter se suæ exsistentiæ fratres sunt inter se; vel quomodocunque aliter secundum ejusmodi affinitatem. Hoc autem absurdum est. Essent enim duo filii in Trinitate; imo vero non esset Trinitas. Quippe merito quæreret aliquis, quo Filius discernatur a Spiritu. Quoniam

Ἔτι, εἰ πάντα ταῦτα τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι λέγεται, διότι ἐστὶν ὁμοούσιον αὐτῷ· δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἶναι ἀμέσως, καὶ ἄμφω μηδεμιᾶς τάξεως καὶ σχέσεως ἐνθεωρουμένης Υἱῷ καὶ Πνεύματι, ἢ τὸ ἓν ἐξ ἑτέρου τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ πρῶτον, ἀδελφὰ ἀλλήλοις ἂν εἴη ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα· τὰ γὰρ ἐξ ἑνὸς ὄντα προσώπου, μηδεμίαν δὲ πρὸς ἄλληλα τάξιν ἔχοντα τῆς ὑπάρξεως αὐτῶν, ἀδελφά εἰσιν ἀλλήλοις· ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως κατὰ τὴν τοιαύτην οἰκειότητα. Τοῦτο δὲ ἄτοπον. Υἱοὶ γὰρ δύο εἶεν ἂν ἐν τῇ Τριάδι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ Τριὰς εἴη. Ζητήσειε γὰρ ἄν τις εἰκότως, τίνι ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος διακρίνεται· ἐπεὶ ἐν τοῖς θείοις

οὐκ ἄλλο τῆς διακρίσεως αἴτιόν ἐστι τῆς ὕλης καὶ τῶν ταύτης ἀπόντων ἢ τὸ μὲν αἴτιον εἶναι, τὸ δὲ αἰτιατόν. Λείπεται τοίνυν τὸ δεύτερον, δηλονότι θάτερον ἐξ ἑτέρου τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. Ἐπεὶ καὶ δέδεικται τὸ ὁμοούσιον ἐντεῦθεν ἐπὶ τῶν θείων συνάγεσθαι, διότι θάτερον ἐξ ἑτέρου ἐστὶν ὡς αἰτίας ἑαυτοῦ. Ἀλλ' ὁ μὲν Υἱὸς οὐκ ἂν ἐκ τοῦ Πνεύματος λέγοιτο. Οὐ γὰρ ἂν συμβαίνοι τὰ παρὰ τῆς Γραφῆς πρὸς τὸν Υἱὸν ἀποδιδόμενα τῷ Πνεύματι· μάλισθ' ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι παρὰ τῶν διδασκάλων θεολογεῖται· οὗπερ ἐναντίως ἔχοντος ἡ τάξις μετὰ τῆς προσωπικῆς αὐτῶν ὑπάρξεως ἀναιρεθήσεται. Οὐκ ἄρα Πνεῦμα Υἱοῦ λέγεται, διότι ὁμοούσιόν ἐστιν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἐστιν, εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται. Διὸ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λέγεται, καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ ἐστιν.

Ἔτι τὸ τόδε τοῦδε λέγεσθαι πλεοναχῶς λέγεται· καὶ γὰρ ὡς κτῆμα, καὶ ποίημα, καὶ γέννημα, καὶ μέρος, καὶ ὄργανον, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἀλλὰ τὸ ὁμοούσιον ἐπ' ἐλαττόνων λέγεται. Ἐφ' ὧν μὲν γὰρ τὸ ὁμοούσιον λέγεται, τὸ τόδε τοῦδε δύναται λέγεσθαι· ἐφ' ὧν δὲ ἁπλῶς τὸ τόδε τοῦδε λέγεται, οὐκ ἐπὶ τούτων πάντων τὸ ὁμοούσιον δύναται ῥηθῆναι. Πᾶσα δὲ αἰτία ἢ ἐπὶ πλέον, ἢ ἐπίσης πρὸς τὰ αἰτιατὰ ἀποδίδοται· ἐπ' ἔλαττον δὲ οὐδαμῶς. Πρὸς γὰρ τὸν ἐρωτῶντα, διατί ὁ ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι, διότι ἐστὶν αἰσθητὸν, οἰκείως ἀποδοθήσεται. Τὸ γὰρ αἰσθητὸν ἐπὶ πλειόνων ἢ ὁ ἄνθρωπος λέγεται. Πρὸς δὲ τὸν ἐρωτῶντα διατί γελαστικὸν, διότι ἄνθρωπός ἐστιν, ἀποδοθήσεται. Ταῦτα γὰρ ἀλλήλων ἀντικατηγορεῖται καὶ ἐξισάζει. Ἂν δὲ λέγῃ τις, διὰ τοῦτό ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ζῶον, διότι ἐστὶ γελαστικὸν, οὐ κατὰ λόγον ἀποδώσει, τὸ γελαστικὸν ἀποδιδοὺς αἰτίαν τοῦ τὸν ἄνθρωπον εἶναι ζῶον, ὅπερ ἐπὶ πλειόνων μᾶλλον ἢ τὸ γελαστικὸν κατηγορεῖται. Εἴ τι μὲν γὰρ γελαστικὸν, ζῶον, οὐ μὴν εἴ τι ζῶον, γελαστικόν. Οὐ γὰρ ἀντιστρέφει, διὰ τὸ μὴ ἐπίσης ἀντικατηγορεῖσθαι. Οὐ τοίνυν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγοιτ' ἂν ἢ δύναμις, ἢ ἐνέργεια, ἢ ζωὴ φυσικὴ καὶ οὐσιώδης, διότι ὁμοούσιον αὐτῷ ἐστιν. Ὁ γὰρ τὸ ὁμοούσιον τοῦ ταῦτα λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα Υἱοῦ τιθέμενος αἰτίαν ἁμαρτάνει, τὸ ἐπ' ἔλαττον τοῦ ἐπὶ πλεῖον λεγομένου αἰτίαν ἐπισφαλῶς ἀποδιδούς. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων μόνων θεωροῦντες, οὐ παντελῶς εὑρήσομεν ἑπόμενον τόδε τοῦδε λέγεσθαι, ἀλλ' ἐλλείπειν καὶ ἐπὶ τούτων τὰ πλεῖστα· ὁμοούσιος γὰρ Πέτρος Παύλῳ, καὶ Παῦλος Πέτρῳ· ἀλλ' οὔτε τοῦ Παύλου ὁ Πέτρος, οὔτε ὁ Παῦλος τοῦ Πέτρου λέγεται· πολλῷ πλέον ἁμαρτάνειν αὐτὸν ἐροῦμεν· πολλῷ γὰρ πλέον ἐπ' ἔλαττον ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον πρὸς τὸ τόδε τοῦδέ τινος καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι.

Ἔτι τὸ ἔγχρονον οὐκ ἂν δύναιτο αἰτία τοῦ ὑπὲρ χρόνον εἶναι· ἀλλὰ τὸ μὲν χορηγεῖσθαι καὶ δίδοσθαι, καὶ ἀποστέλλεσθαι τὸν Παράκλητον παρὰ τοῦ Υἱοῦ τοῖς ἀξίοις κατὰ χρόνον γέγονεν· τὸ δὲ Υἱοῦ Πνεῦμα λέγεσθαι καὶ δύναμιν καὶ φυσικὴν αὐτοῦ ζωὴν καὶ οὐσιώδη, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι, καὶ παρὰ

A in divinis non alia est causa distinctionis (cum materia, et omnia, quæ eam sequuntur longe absint), nisi unum quidem esse causam, alterum vero causatum. Restat igitur posterius, scilicet alterum ex altero exsistentiam habere. Quoniam ostensum est, consubstantialitatem inde in divinis colligi, quod alterum sit ab altero tanquam ex sua causa. Verum Filius quidem non ex Spiritu dici posset. Non enim convenirent Filio, quæ a sacra Scriptura Spiritui assignantur. Præsertim cum et Spiritus ex Patre per Filium procedere a theologis asseratur. Quod si contrarium esset, ordo una cum personali ipsorum exsistentia tolleretur. Non ergo Spiritus Filii dicitur, quia consubstantialis sit ipsi, sed quoniam ex ipso est, ad ipsum refertur, id-
B circo et ex substantia ejus dicitur, et consubstantialis est ipsi.

Præterea, hoc hujus dici multifariam dicitur; etenim ut possessio, et opificium, et proles, parsque, et instrumentum, atque id genus: sed consubstantiale non ita late patet. In quibus enim consubstantiale dicitur, ibi etiam hoc hujus dici potest. At in quibus simpliciter hoc hujus dicitur, non in his omnibus consubstantialitas dici potest. Omnis autem causa, vel ut latius patens, vel ut æque late patens ad causata refertur, nunquam autem ut minus late patens. Quippe ad interrogantem, quare homo sit animal, quia est sensibile, convenienter respondebit. Sensibile enim de plu-
C ribus, quam homo prædicatur. Ad interrogantem autem, quare risibile sit, quoniam homo dicetur. Hæc enim inter se mutuo prædicantur, et adæquantur. Si vero dicat quis, propterea homo est animal, quia est risibile, non recte respondebit, risibile assignans causam, quod homo sit animal, quod magis de pluribus, quam risibile prædicatur. Si quid enim risibile est, animal est, non tamen si quid animal, risibile. Non enim convertuntur, eo quod non æque ac vicissim prædicantur. Non igitur Spiritus Filii utique diceretur, vel potentia, vel operatio, seu vita naturalis, ac substantialis, quoniam consubstantialis est ipsi. Qui enim consubstantialitatem ponit causam ut ista dicatur Spiritus Filii, errat, cum illud quod minus est,
Dicta igitur sanctorum tot sunt, atque adeo clara, ex plurimisque pauca collecta, omnino autem neque opus est, alia etiam adducere, quæ significent, quod nimirum Spiritus sanctus ex Patre per Filium procedat, tum quod hæc sententia C doctorum ferme omnibus sit manifesta; tum etiam quod ea quæ dicta sunt, verum amantibus commode sufficiant. Quamvis si nihil eorum dictum esset, ex quibus illud a Filio, et ex Filio, clare, ac multis habemus, nonne hoc vel solum dictum quod Spiritus sanctus ex Patre per Filium exsistentiam habeat, tum ipsis doctoribus de processione substantiali Patris disserentibus, satis esset, ut antea dictum est, tum iis qui quærunt veritatem nihil amplius foret opus? siquidem et ordo in confesso est, quod spectat ad præpositionem, *per*, et causa manifesta est una cum dictione, quam quærunt, quæ significet exsistentiam Spiritus. Non enim hoc loco quidpiam aliud indicat procedere, quam Spiritum sanctum ex Patre per Filium per D modum processionis exsistentiam habere. Nisi quis dicat præpositionem *per* ministerium designare; quod ad principia fidei, et sententias theologorum manifesta est contradictio. Non enim substantialiter, neque naturaliter per Filium diceretur pro-

quod is scripserit aliquot libros de Trinitate. Fabius Benevolentius, Senensis, qui quinque capita Gennadii pro defensione concilii Florentini Latina fecit, in illis similem locum explicans, cum videret apud S. Hilarium Pictaviensem nihil tale reperiri, posuit in margine alterum Hilarium, qui primo concilio Niceno interfuerit; sed neque ibi reperitur ullus, qui hoc nomine vocetur, ut constat e subscriptionibus concilii, quamvis non omnes exstent. Certe debuit Benevolentius indicare nobis, ubi repererit hunc fictum Hilarium. Ego censeo Benedictinum Breviarium esse verius, cum hæc conjunctim et continuata oratione apud hos doctores et auctores minime reperiantur, ut propterea etiam quartum Breviarium neminem citet auctorem, cum nullius omnia sint, sed alia apud alios, et singillatim illud, non dividi Deum per partes, et tria esse unum Deum, et unum Deum tria; item non duo lumina, sed unum lumen exprese legantur in Gregorio Nazianzeno orat. *De Spiritu sancto*, ubi tria subintelliguntur πρόσωπα, hoc est, tres personæ. Commemorata Breviaria si quis velit suis oculis lustrare, adeat bibliothecam Patrum Societatis Jesu in collegio Romano in Urbe.

ficisci, atque esse, ac procedere, habereque existentiam, et id generis. Neque secundum servile ministerium esse per ipsum negarent. Neque eodem modo Filius habere Spiritum, quemadmodum et Pater, tantum cum explicatione, qua dicitur ex Patre per Filium procedere. Cumque multa alia redundent, ex superabundanti demonstratum est iis qui valde contendunt, ex Patre Filioque Spiritum sanctum procedere. Quæ enim quærunt ad docendum hoc et demonstrandum multis ex locis hinc inde colligendo invenire possent, tantum si contentione detracta, atque a tempore nata, animi præoccupatione amputata, cum charitate quærerent; servum enim Domini non oportet litigiosum, sed mitem esse, docibilem, et quotquot Apostolus infert.

Quod autem citati doctores fide sint digni, est quidem hoc verum, cum ex communi consensu, quem de ipsis habemus, tum clarum est a sancta, et œcumenica quinta synodo in sua tertia actione circa medium; quæ sic habet ad verbum: « Sequimur in omnibus sanctos Patres, atque doctores Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Joannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proclum, et recipimus ea omnia quæ de recta fide, atque in condemnationem hæreticorum ab ipsis edita sunt. Recipimus quoque alios sanctos et orthodoxos Patres, qui in Ecclesia Dei fidem orthodoxam usque ad finem irreprehensibiliter prædicarunt; sed et in tomo synodico, quem recitant in ecclesiis, anathemate percutiuntur quotquot non recipiunt nominatim commemoratos doctores, et omnia illorum scripta non confitentur. Peculiari vero ratione sanctum Augustinum sacrosanctæ et œcumenicæ synodi, tertia, sexta, et septima præstantissimum Ecclesiæ doctorem, et sanctum denuntiarunt, ut constat ex Actis ipsarum. » Jam vero de prædicto sancto Anastasio Antiocheno sexta synodus hæc commemorat: « Recipimus sanctum Anastasium, qui orthodoxe responsum dedit pro tomo sancti Leonis et inclyti papæ. » Et rursus: « Sanctum vocat totus Oriens hunc sanctæ memoriæ Anastasium, qui fuit archiepiscopus Antiochiæ, et qui eum non recipit, Deus anathematizet. » Quoniam vero quidam ex scriptis Theodoreti contra sanctum Cyrillum in confirmationem sui erroris nonnulla producunt, noverint sanctam, et œcumenicam sextam synodum inter alia quæ contra Theodoretum decrevit, hæc etiam decernere, in 9 cap. Auctorum ejus: « Si quis scripta Theodoreti contra rectam fidem sancti Cyrilli, et epistolam quæ appellatur Ibæ, atque Theodorum Mopsuestensem, ejusque scripta non anathematizat, et si quis non recipit scripta sancti Cyrilli, præsertim quæ contra Theodorum et Theodoretum, et Andream, Nestoriumque, atque eos et unumquemque ipsorum qui similia ipsis sensc-

A ἐλέγετο προϊέναι, καὶ εἶναι, καὶ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οὐδὲ καθ' ὑπουργικὴν διακονίαν εἶναι δι' αὐτοῦ ἀπηγορεύετο· οὐδὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ Υἱὸς ἔχειν τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ καὶ ὁ Πατὴρ, πλὴν μετὰ τῆς ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λεγούσης ἀποφάσεως. Καὶ πολλῶν ἄλλων ἐπιῤῥεόντων ἐκ περιουσίας ἡ ἀπόδειξις τοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς Υἱοῦ τε ἐκπορεύεσθαι πρὸς τοὺς σφόδρα φιλονεικοῦντας. Δύναιντο γὰρ ἂν ἃ ζητοῦσι πρὸς τὴν τούτου παράστασιν ἄλλο ἄλλοθεν πολλαχόθεν εὑρεῖν, μόνον ἂν τὴν φιλονεικίαν περιελόμενοι, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου παράλογον πρόληψιν ζητῶσι μετὰ ἀγάπης· δοῦλον γὰρ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι διδακτικὸν, καὶ ὅσα ὁ Ἀπόστολος ἐπιφέρει.

B

Ὅτι δὲ οἱ προκομισθέντες διδάσκαλοι τὸ ἀξιόπιστον ἔχουσιν, ἔστι μὲν καὶ παρὰ τῆς κοινῆς, ἣν ἔχομεν περὶ αὐτῶν ἐννοίας, δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου, ἀπὸ τῆς γ' πράξεως αὐτῆς περὶ τὸ μέσον αὐτῆς οὕτω λεγούσης· « Ἀκολουθοῦμεν ἐν ἅπασι τοῖς θείοις Πατράσι καὶ τοῖς διδασκάλοις τῆς Ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ, Ἱλαρίῳ, Βασιλείῳ, Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης, Ἀμβροσίῳ, Αὐγουστίνῳ, Θεοφίλῳ, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, Κυρίλλῳ, Λέοντι, Πρόκλῳ· καὶ δεχόμεθα πάντα τὰ παρ' αὐτῶν περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ εἰς κατάκρισιν τῶν αἱρετικῶν ἐκτεθέντα. Δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἁγίους καὶ ὀρθοδόξους Πατέρας τοὺς ἐν
C τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μέχρι τέλους ἀδιαβλήτως κηρύξαντας. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ λεγομένῳ Συνοδικῷ, ἀναθέματι ὑποβάλλονται ὅσοι μὴ κατ' ὄνομα τοὺς εἰρημένους διδασκάλους δεχόμενοι, οὐ πάντα τὰ παρ' ἐκείνων ὁμολογοῦσιν. Ἰδίως δὲ τὸν ἅγιον Αὐγουστῖνον αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, ἥ τε τρίτη καὶ ἕκτη καὶ ἑβδόμη, ἐξοχώτατον διδάσκαλον τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἅγιον ἐπεκήρυξαν, ὡς ἔστι δῆλον ἐν τοῖς Πρακτικοῖς αὐτῶν. Καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ προειρημένου θείου Ἀναστασίου Ἀντιοχείας ἡ ἕκτη σύνοδος τάδε φησί· « Δεχόμεθα τὸν ἐν ἁγίοις Ἀναστάσιον ὀρθοδόξως ἀπολογησάμενον ὑπὲρ τοῦ τόμου τοῦ ἁγίου Λέοντος καὶ ἀοιδίμου πάπα. » Καὶ πάλιν, « Ἅγιον ἀποκα-
D λεῖ πᾶσα ἡ ἀνατολὴ τοῦτον τὸν τῆς ὁσίας μνήμης Ἀναστάσιον, τὸν γενόμενον ἀρχιεπίσκοπον Ἀντιοχείας, καὶ τὸν μὴ δεχόμενον αὐτὸν ὁ Θεὸς ἀναθεματίσαι. » Ἐπεὶ δέ τινες ἐκ τῶν παρὰ τοῦ Θεοδωρήτου κατὰ τῶν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου συγγραφέντων εἰς σύστασιν τῆς ἑαυτῶν πλάνης κομίζουσί τινα, μαθέτωσαν ὅπως ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἃ κατὰ τοῦ Θεοδωρήτου ἀπεφήνατο, καὶ τάδε φησὶν ἐν θ' κεφαλαίῳ τῶν Πρακτικῶν αὐτῆς· « Εἴ τις οὐκ ἀναθεματίζει τὰ συγγράμματα Θεοδωρήτου, τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβαν ἐπιστολὴν, καὶ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ, καὶ εἴ τις οὐ δέχεται τὰ συγγράμματα τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ μάλιστα τὰ κατὰ

Θεοδώρου καὶ Θεοδωρήτου καὶ Ἀνδρέου καὶ Νεστορίου, καὶ τῶν τὰ ὅμοια αὐτοῖς καὶ ἑνὸς αὐτῶν πεφρονηκότων, ἢ φρονούντων, ἀνάθεμα ἔστω. Τὰ δ' αὐτὰ περὶ αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου ἔστιν ἀφθονώτερον εὑρεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ἐπισυναγωγὴ τῶν εἰρημένων μετὰ ἐπιλόγου.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τούτων ἀρκεῖ. Βούλομαι δὲ ἀναλαβὼν ἐξ ἀρχῆς συλλογίσασθαι τὰ εἰρημένα. Δέδεικται πρῶτον τοῖς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν ἀρνουμένοις πολλὰ τὰ ἄτοπα ἕπεσθαι· δεύτερον κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν ἄλλο οὐσίαν, καὶ ἄλλο ὑπόστασιν οἱ θεολόγοι φασὶν ἐπὶ Θεοῦ· τρίτον B οὐσία καὶ ὑπόστασις καὶ ἰδιότης ἐπὶ Θεοῦ ταυτόν ἐστιν κατὰ τὸ πρᾶγμα· τέταρτον ὅτι εἰ καὶ πατρότης οὐσία καὶ ἡ υἱότης, οὐ διὰ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τὸν Υἱὸν εἶναι Πατέρα, ἢ τὸν Πατέρα Υἱόν· πέμπτον, ὅτι οἱ λέγοντες, ὥσπερ τὸ ἄλλο εἶναι ὑπόστασιν, καὶ ἄλλο οὐσίαν, καὶ ἄλλο πατρότητα ἐπὶ Θεοῦ σύνθεσιν οὐ ποιεῖ, οὕτω καί τινα ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα ὑφίστασθαι πραγματικῶς τῆς οὐσίας καὶ ἀλλήλων διαφέροντα σύνθεσιν οὐ ποιεῖ, παράλογοί εἰσιν. Ἕκτον, ὅτι οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι θεολογοῦσιν· ἕβδομον, ὅτι οἱ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι ἢ γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν ἀρνούμενοι τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ τοῖς διδασκάλοις μάχονται· ὄγδοον, τίνα ποτὲ τῆς ἀπάτης αὐτοῖς αἰτία ἐγένετο· C ἔννατον, ὅτι τὸ ἐνίστασθαι πρὸς τοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγοντας ἠνάγκασε μὴ ὁμολογεῖν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν· δέκατον, τίνας ποτὲ τὰς δοκούσας ἀντιθέσεις καιριωτέρας τοῖς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγουσιν ἐπάγουσι· καὶ πρῶτον αἱ ἀπὸ τῆς ὁμοουσιότητος, καὶ λύσεις τῶν τοιούτων· ἑνδέκατον, ὅτι καὶ ἑτέραν ἀντίθεσιν τοῖς αὐτοῖς ἐπάγουσι, τὴν ἀπὸ τῶν δύο ἀρχῶν, καὶ λύσις αὐτῆς· δωδέκατον, ὅτι οἱ ἅγιοι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα θεολογοῦσι, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι, καὶ ὑπάρχειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἀναβλύζειν, καὶ ἐκπορεύεσθαι· καὶ τελευταῖον ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐπισυναγωγεῖν τὰ εἰρημένα. Κἀνταῦθα D δὴ πέρας ὁ λόγος ἐχέτω, ἐπεὶ καὶ μέχρι τούτου σκοπὸς ἦν αὐτῷ. Εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ προσῆκον ἀπείληφε πέρας, καὶ διὰ πάντων γενναίως τὸ παρὸν ἀπείργασται σύγγραμμα, τῷ Θεῷ χάρις, τῷ καὶ τοῖς ἀλάλοις λαλεῖν, καὶ τοῖς κωφοῖς ἀκούειν χαριζομένῳ· εἰ δὲ μή, εἴ τι καὶ ἀσθενὲς εἶναι δοκεῖ, μὴ τοῖς, περὶ ὧν ὁ λόγος γέγονε, προβλήμασι, τῷ δὲ εἰρηκότι τὸ ἐλλεῖπον ἀνατιθέσθω. Οἶμαι μέντοι διὰ τὸ τῶν προτεθέντων τῷ λόγῳ ἀληθὲς καὶ τὰ εἰρημένα καλὰ καὶ ἀληθέστατα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι δόξειν. Πλὴν εἴ τις δι' ἀγροικίαν καὶ βαρβαρότητα, ἢ πονηρίαν καὶ ἀσέβειαν ψυχῆς βουλόμενος παρὰ τοῖς ἀνοήτοις εἶναί τι δοκεῖν σφόδρα κατὰ τῆς ἀληθείας ἀναισχυντεῖν βούλοιτο.

A runt, seu sentiunt, anathema esto. » Eadem vero de ipso et in Actis sanctæ et œcumenicæ quintæ synodi uberius invenire licet.

CAPUT XIII.

Brevis repetitio eorum, quæ dicta sunt, cum epilogo.

Quæ igitur recensita sunt de his sufficiant. Volo autem a principio reassumendo quæ dicta sunt, concludere. Primo, ostensum est eos, qui ex substantia Patris esse Filium negant, multa absurda sequi Secundo, quo sensu aliud substantiam, et aliud hypostasim in Deo theologi asserant. Tertio, substantia, et hypostasis, atque proprietas in Deo secundum rem idem est. Quarto, quamvis paternitas et filiatio sit substantia, non propterea necessario sequitur Filium esse Patrem, vel Patrem Filium. Quinto, qui asserunt quemadmodum aliud esse hypostasim, et aliud substantiam, et aliud paternitatem in Deo compositionem non facit : ita etiam nonnulla, quæ in substantia Dei dicuntur subsistere, quæque realiter ab essentia, et inter se differunt, compositionem non facere, irrationales sunt. Sexto, doctores Ecclesiæ Filium ex substantia Patris esse theologice asserunt. Septimo, qui ex substantia esse, vel generari Filium negant, fidei principia tollunt, et doctoribus adversantur. Octavo, quæ tandem erroris sui fuerint causæ. Nono, quod repugnare iis qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere asserunt, coegit, non confiteri ex substantia Patris esse Filium. Decimo, quas tandem objectiones, quæ videntur præcipuæ, inferant iis qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere aiunt; et primum, quæ a consubstantialitate deducuntur, et solutiones earum. Undecimo, quod et alteram objectionem iisdem inferunt, quæ a duobus principiis, et ejus solutio. Duodecimo, quod sancti ex substantia Patris et Filii Spiritum theologice philosophantur : et ex Filio esse, atque exsistere, proficiscique atque emanare, item procedere. Ultimo cap. repetitio prædictorum capitum. Atque hoc loco finem sortiatur oratio; quoniam et hucusque ipsi scopus erat. Si igitur convenientem finem assecuta est oratio, atque per omnia strenue præsens volumen absolvit, Deo sit gratia, qui et mutis loqui, et surdis audire largitur; sin minus, si quid etiam imbecillum esse videtur, non quæstionibus, de quibus sermo hactenus fuit, sed disserenti defectus attribuatur. Puto tamen quia vera sunt, quæ oratione proposuimus, fore per Dei gratiam ut etiam nostra dicta bona et verissima censeantur. Nisi quis ob rusticitatem, atque barbariem, seu malitiam, animique impietatem valde contra veritatem velit impudenter se gerere, studens, ut apud stultos aliquid esse videatur.

DEMETRII CYDONII

AD BARLAAMUM

EPISTOLA DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI

(Vide inter mutuas Barlaami et Demetrii epistolas in Barlaamo.)

MONITUM

IN ORATIONEM DEMETRII CYDONII DE ADMITTENDO LATINORUM SUBSIDIO.

(COMBEFIS. *Auctar. nov.*, tom. II.)

—

De Demetrio Cydonio in hæc verba Possevinus ex Volaterano : *Demetrius Cydonius Thessalonicensis, vir doctus æque ac sanctus, Græca Latinaque facundia præditus, ex patria decedens, Mediolanum venit, ubi litteris Latinis ac theologiæ operam dedit. S. Thomæ Aquinatis libros in Græcum sermonem vertit, quæ versio hodieque in bibl. Vaticana cernitur. Scripsit et contra Eunomium de Divinitate Filii*, etc. Exstat ejus oratio Basileæ edita, de vita et morte. Habent plura ejus bibliothecarum indices. Ex iis una hæc mihi oratio præcipua visa est, ac meo instituto opportuna qua deinceps a Manuele præclare illustrari videretur historia Græca. Nec enim Joannes imperator, quo Romam profecto Demetrius ista oravit, alius videatur quam Joannes Manuelis filius, quem et in Hungariam profectum auxilia corrogaturum habet Franzes c. 41 : *Die* 15 *Novembr. ann.* 6932, *Christi* 1424, *imperator Joannes in Hungariam transiit, fratre suo Constantino despota instituto, et pro se in urbe relicto.* Quam ejus profectionem nec Demetrius silet. Orat ista cum jam Græci, omnibus pene amissis, vix urbem salvam haberent. Argumento autem sunt, cum Demetrii animi in Latinos propensioris, tum iniquioris in eosdem plurimum Græcorum, quos ii ultro eorum causa adeuntes pericula, ita ægre admitterent : velut Turcorum, quam Latinorum jugum levius haberent. Præter alia Demetrii monumenta exstat Regio codice prolixissima Oratio Εἰς τὸν Εὐαγγελισμόν· qua fere omnia spectantia ad hominis lapsum ac reparationem luculentissime tractat ac exsequitur congruentias adducens, quales fere D. Thomas in *Summæ* p. Ejus titulo ita est additum : Οὐ μὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος, διὰ τὸ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι· *Haud tamen sermo iste legitur in ecclesia quod reprobatus fuerit ab Ecclesia catholica.* Legi ego, nec aliquid in quo minus Græcis ac nostris conveniat, offendi : eoque existimo reprobatum in odium auctoris, quem velut Λατινόφρονα Græci schismatici odio prosequerentur. Exstat sane ibidem ejus ad archiepiscopum Thessalonicensem Theodorum Glabam fusa satis epistola, qua se purgat, ac queritur de sinistris ab eo sparsis rumoribus, ac quibus traduceret velut hæreticum ; promptum se doceri significans, ut ille meliora ostenderet ac probaret; haud vero cessurum, ut nonnulla patrum populi, hujusve aut illius auctoritate, aut etiam experimento, vel sensu aliquo premeret : quibus plane Ecclesiæ suæ, quam schismate divisam nosset, nec dogmatis omnino sanam, auctoritatem elevat, ac suorum carpit credulitatem, qui schismaticis ac hæreticis magistris adeo tribuant, et nihil præterea reliquum velint ad veritatem indagandam. Quam ergo Græcis schismaticis Cydonii invidiosa memoria, tam Latinis orthodoxis grata debeat esse ac sacra; sitque magis e re Christiana ejus publici juris monumenta facere, quam vel Philothei, vel Cabasilæ, aut aliorum æqualium, quos nihil Cydonio præstantiores doctrina aut eloquii nitore, erroribus in fide cum schismate infectos liquet.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΟΥ

ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΣ.

ΕΓΡΑΦΗ ΔΕ ΑΠΟΔΗΜΗΣΑΝΤΟΣ ΕΝ ΡΩΜῌ ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ ΕΠΙ ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΑΡΧΙΑΣ ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΦΙΛΟΘΕΟΥ.

—

DEMETRII CYDONII

AD ROMÆOS DELIBERATIVA.

PORRO SCRIPTA EST PROFECTO ROMAM IMPERATORE JOANNE PALÆOLOGO, PATRIARCHA DOMNO PHILOTHEO.

—

A Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες, χάρις πολλὴ τῷ Θεῷ τῶν ἀγγελιῶν ὑπὲρ ὧν ἥκομεν βουλευσόμενοι. Ταύτας γὰρ πάλαι μὲν ἐποθοῦμεν, καὶ μελλουσῶν, ἠνιώμεθα. Ὡς δ' ἂν εὐξαίμεθα τῶν πραγμάτων ἀρχομένων ἤδη χωρεῖν, τί λοιπόν ἐστι ἢ τὰ ἀμείνω καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐλπίζειν; Χρὴ δὲ ὑμᾶς φυλάξασθαι τὸ τῶν ἀνοήτων, καὶ ὅσοις περιπίπτουσι κακοῖς οἱ μὴ τοῖς καιροῖς ἐπιστάμενοι χρήσασθαι. Ἔστι δὲ τοῦτο· Πολλοῖς ἡ πρόνοια τὰ συνοίσοντα καὶ ἔνδον ὑποτίθησι, καὶ ἔξωθεν ἀφορμὰς δι' ὧν ἂν σωθεῖεν παρασκευάζει· ἀλλὰ νοῦν μὲν ἐχόντων, χάριν εἰδότας τῶν δεδομένων ἐκείνῃ, μετ' ἀγαθῆς ἐλπίδος πειρᾶσθαι τὰ λείποντα προστιθέναι· οἱ δὲ μηδαμῶς πρὸς τὰς ἐκεῖθεν εὐεργεσίας κινούμενοι, μηδέ τι καὶ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν οἰόμενοι δεῖν, ἀλλ' αὐτόματον αὐτοῖς ἥξειν τὴν σωτηρίαν οἰόμενοι, B οὐχ ὅπερ οὐδὲν ἐκ τῶν θείων κερδαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὕστερον αὔξουσι δυστυχίας, τοῦτον τῆς ἀναισθησίας κομιζόμενοι τὸν καρπόν.

Τοῦτο τοίνυν ὑμῖν πρῶτον δέομαι, τοῖς λογισμοῖς ὑποθέντας, ὡς Θεός ἐστιν, ὁ τῆς εἰσάπαν ὕβρεως τοὺς Βαρβάρους ὑπὲρ ἡμῶν βουλόμενος ἀπαιτῆσαι, ἐκεῖνα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν πειρᾶσθαι, ἐξ ὧν συναγωνιεῖσθε μὲν τῇ προνοίᾳ· ὑμᾶς δ' αὐτοὺς καὶ πατρίδα καὶ γένος τῆς αἰσχρᾶς ταύτης τύχης, καὶ τῶν περιεσχόντων κακῶν ἀπαλλάξετε. Εἰ μὲν γὰρ μετὰ τῆς γνώμης ταύτης ἀντιλάβοισθε τῶν πραγμάτων, ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν τῷ ὄντι βεβούλευσθε, καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἐλευθερίας ἀγαθοῖς καὶ τὸ παρὰ πάντων ἐπαινεῖσθαι προσέσται· C ἂν δὲ τοῖς ἐκ τῶν κοινῶν κακῶν τὰς ἰδίας ὠφελείας αὔξειν ζητοῦσιν ἀκολουθήσετε, οὐδ' ἡ τῶν ἀνδραπόδων ἡμῖν καταλείπεται τύχη· ἀλλ' αἰσχρῶς ἀποθανόντας ἀνάγκη στήλην κακῶν ἀθάνατον τὴν πατρίδα καταλιπεῖν. Μὴ δὴ τῶν πρὸς ὑμᾶς διαβάλλειν ἐπιχειρούντων τοὺς συμμάχους ἀνέχεσθε, μηδὲ ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς λυσιτελεῖν τὰς ὑποψίας ταύτας νομίζετε. Ταῦτα μὲν γὰρ

Primum quidem, o viri, ingentes Deo gratias ago pro iis nuntiis pro quibus deliberaturi venimus, quippe ea olim desiderabamus ac nos mora moleste habebat. Cum jam autem res pro voto procedere cœperint, quid aliud superest, quam ut pro reliquis meliora speremus? Operæ vero pretium sit, ut quæ sunt stultorum caveatis, ac quam se multis malis inserant, qui occasione nesciunt uti, attendatis. Sic autem res habet. Multis providentia, cum a se, quæ sint conducibilia suggerit, tum foris occasiones instruit quibus salutem consequi possint. Inter hæc vero, sensatorum sit, ut ei pro concessis gratias agentes, bona spe freti quæ sunt reliqua conentur adjungere; ii autem qui ad beneficia ab ea accepta nihil moveantur, nec a se quidquam conferendum putent, sed casu quodam arbitrentur venturam salutem, nedum ex divinis commodi nihil referunt; quin et sequentes augent miserias, eum referentes fructum, ejus qua habent insensibilitatis.

Hoc vos itaque primum rogatos volo, ut in animos inducentes, Deum esse, qui omnino pro illata nobis a Barbaris injuria velit pœnas reposcere, ea et faciatis et dicere studeatis, per quæ providentiæ quidem collaboretis; vosque ipsos ac patriam et gentem, a turpi hac fortuna undique arctantium malorum liberetis. Equidem ut eo animo res capessatis, in vestrum reipsa commodum deliberastis, fietque ut ad libertatis bona, ore omnium laudem cumulo habeatis. Sin autem eos sequi malueritis, qui ex communibus malis, suas ipsi fortunas augere quærunt, ne mancipiorum quidem reliqua nobis sors futura erit; sed est necesse, ut turpi morte, immortalem malorum titulum, patriam relinquamus. Ne eos ergo feratis qui apud vos socios calumniari conantur, nec eas suspiciones votis vestris aliquid conferre putetis. Hæc sane alia sunt, quam eorum, qui quod sit e re communi

velint sibi propositum. Quosdam porro oportebat esse, qui pro universis consulturi essent, ac propriis ipsorum commodis communem utilitatem prælaturi.

Hunc ergo vos modum habere convenit, ac incidentibus rebus cum judicio uti. Si quis enim optionem dedisset, habuissetisque eligendum quod videretur, omnes puto, præ parentibus, amicisque, ac cognatis, Barbarorum deletionem eratis electuri, qua nimirum nihil vel justius sit, aut universis magis acceptum. Quid enim ii non injuriæ nobis intulerunt, aut quo a nobis supplicio affici non merentur? Siquidem enim a Deo ac religione in Deum inchoandum sit, quod et hominum genus charius habet, nobisque peculiari ambitione universis omnino expetibilius est, quorumnam impietas cum eorum possit impietate conferri? Quorum circa id quod præstabilius sit, cogitationes, aut absonæ magis, aut veris amplius ac nobis contrariæ? Quod si quis eorum consuetam vivendi rationem, ac alia reputet, plena omnia abominatione inveniet; eaque id exsuperantia, ut et argumentis probare, turpius quid videatur. Enimvero, totum sit necessarium tempus, accurate dicturo, quantis malis ab eorum iniqua actione per tempus actum usi simus, ac quantis nunc temporis teneamur. Ili enim fere soli malorum nostrorum auctores exsistunt, ac quibus merito calamitas nostra ascribi possit. Dicam vero non vetera, nec siqua vel scriptorum monumentis, vel seniorum narratione accepimus; sed ea solum, quibus ii nos ante hosce quadraginta annos læserunt.

Itaque imperio dominabamini toti Bithyniæ; toti quoque Ioniæ, Cariæ, Pamphyliæ, universæ Phrygiæ, ac toti quam late colunt Paphlagones. Trapezuntiorum principibus, eorum in vos benevolentiæ præmio, concesseratis imperium: multæ vobis ac pulchræ civitates ac reditus circa Pontum erant, ac usque Phasidem, alii quidem absolute parebant, alii haud sibi conducibile arbitrabantur, ut ne vobis amici ac socii essent. Sileo autem Thraciam ac Rhodopen, ac si quæ gentes, incipiendo a montibus ad mare usque, istam incolunt regionem. Thessalia autem ac Macedonia, quæ tot habeant urbes, tot exercitus, tot populos, nonne vestris moribus ac prætoribus regebantur? Porro his quoque finibus Epirotæ clausi erant: magnaque parte, dextra sinus solos vos ex universis dominos agnoscebant. Sed et Peloponnesus, quæ sola ad gloriam domino sufficiat, ut quis ejus imperium teneat, cum aliis servivit. Fuit et aliud nihil iis deterius imperium, ad mare. A Chelidoniis enim ad usque Siciliæ fretum nulla prorsus insula erat non vestræ ditionis. Atque ut verbo dicam, quod orbis optimum habet, ac utrinque anni tempestatum intemperiem fugit: atque ad frugum quidem copiam robustum est, atque ad acies ac exercitus comparatum; quodque pecuniariis obventibus, fontium ubertatem vincere videatur, id totum no-

A ἄλλα μᾶλλον ἢ τὸ κοινῇ συνοῖσον σκοπουμένων ἐστί. Χρῆν δέ τινας εἶναι τοὺς ὑπὲρ τῶν ὅλων βουλευσομένους, καὶ τῶν ἰδίων πλεονεξιῶν τὴν κοινὴν ὠφέλειαν προτιμήσοντας.

Τούτους τοίνυν ὑμᾶς φανῆναι προσήκει, καὶ τοῖς ἐμπεσοῦσι πράγμασι χρήσασθαι μετὰ νοῦ. Ὑμῖν γὰρ εἴ τις αἵρεσιν προὔθηκε, καὶ ἔδει τὰ δοκοῦντα ἑλέσθαι, πάντας ἂν οἶμαι, καὶ πρὸ τῶν γονέων, καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν, τὴν τῶν Βαρβάρων ἀπώλειαν εὔξασθαι, ὡς τούτου μηδὲν οὔτε δικαιότερον, οὔθ' ἅπασιν ἥδιον ὄν. Τί γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἠδικήκασιν ἄνθρωποι, ἢ τίνος οὐκ ἄξιοι κολάζεσθαι παρ' ἡμῶν; Εἴτε γὰρ ἀπὸ Θεοῦ καὶ τῆς περὶ τούτου θρησκείας ἄρξασθαι δεῖ, ὃ καὶ τῇ φύσει τιμιώτερον, καὶ ἡμῖν ἰδίως πάντων ἁπλῶς περισπουδαστότατον, τίνων
B ἀσέβειαν τῇ τούτων ἔστι παραβάλλειν; Τίνων δ' οἱ περὶ τοῦ κρείττονος λογισμοὶ ἢ ἀτοπώτεροι ἢ τοῖς ἀληθέσι μᾶλλον καὶ ἡμῖν ἐναντίοι; Εἴτε τις τὴν καθημέραν αὐτῶν δίαιταν, καὶ τἄλλα ἀναλογίσαιτο, πάντα βδελυρίας εὑρήσει μεστά· καὶ τοσοῦτον, ὥστ' αἴσχιον εἶναι καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐλέγχων ἀπόδειξιν. Ἀλλὰ μὴν τοῦ παντὸς χρόνου δεῖ τῷ μέλλοντι μετ' ἀκριβείας ἐρεῖν, ὅσοις μὲν κακοῖς διὰ τὴν τούτων πλεονεξίαν ἐχρησάμεθα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον, ὅσων δὲ νῦν ἀνεχόμεθα. Οὗτοι γὰρ μόνοι σχεδὸν τῶν ἡμετέρων κακῶν εἰσιν αἰτιώτατοι, καὶ οἷς τὰ τῆς ἡμετέρας συμφορᾶς δικαίως ἄν τις λογίσαιτο. Ἐρῶ δὲ οὐ παλαιά, οὐδ' ὅσα τῶν ἱστορούντων ἢ πρεσβυτέρων ἀκούομεν, ἀλλ' ὅσα πρὸ τεσσαράκοντα τούτων
C ἐτῶν ἡμᾶς ἠδικήκασιν.

Ὑμεῖς τοίνυν ἤρχετε μὲν πάσης Βιθυνίας, πάσης δὲ Ἰωνίας, καὶ Καρίας, καὶ Παμφυλίας· πάσης δὲ Φρυγίας, καὶ ὅσην νέμονται Παφλαγόνες. Μισθὸν δὲ τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας καὶ τοῖς Τραπεζουντίων ἄρχουσι παρείχετε τὴν ἀρχήν· πολλαὶ δὲ καὶ καλαὶ περὶ τὸν Πόντον ὑμῖν ἦσαν πόλεις τε καὶ πρόσοδοι. καὶ μέχρι Φάσιδος οἱ μὲν ὑπήκουον καθαρῶς, οἷς δ' οὐκ ἐδόκει λυσιτελήσειν τὸ μὴ φίλους ὑμῖν καὶ συμμάχους ὑπάρχειν. Καὶ σιωπῶ Θράκην τε καὶ Ῥοδόπην, καὶ ὅσα τὴν χώραν ταύτην ἔθνη ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀρχόμενα μέχρι τῆς θαλάττης οἰκεῖ. Θετταλία δὲ καὶ Μακεδονία οὐ τοῖς ἡμετέροις ἔθεσι καὶ στρατηγοῖς
D διῳκοῦντο, τοσαύτας μὲν ἔχουσαι πόλεις, τοσαῦτα δὲ στρατεύματα, τοσαῦτα δὲ ἔθνη; Εἴσω δὲ τῶν ὅρων τούτων ἦσαν καὶ Ἠπειρῶται· καὶ ὅλως εἰσπλέοντι τὰ δεξιὰ τοῦ κόλπου, μόνους ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων ᾔδεσαν δεσπότας. Πελοπόννησος δ' ἂν ἱκανὴ μόνη τῷ δεσπότῃ γενομένη πρὸς δόξαν, εἴ τις μιᾶς αὐτῆς ἦρχε, μετὰ τῶν ἄλλων ἐδούλευσεν. Ἑτέρα δὲ τούτων οὐκ ἐλάττων ἀρχὴ κατὰ θάλατταν ὑπῆρχεν ὑμῖν. Τῶν γὰρ ἀπὸ Χελιδονέων μέχρι τοῦ Σικελίας πορθμοῦ πασῶν νήσων οὐδεμία τὴν ὑμετέραν ἐξέφυγε δύναμιν. Συνελόντι δ' εἰπεῖν, τὸ τῆς οἰκουμένης ἄριστον, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάτερα τῶν ὡρῶν ἀμετρίας ἐκφεῦγον, καὶ πρὸς μὲν καρπῶν φορὰν ἐῤῥωμένον, πρὸς δὲ συντάξεις καὶ στρατιὰς ἐπιτήδειον, τοῖς δὲ περὶ τὰ χρήματα πόροις, πρὸς τὴν ἀφθονίαν τῶν

πηγῶν ἁμιλλώμενον, τοῦθ' ἡμῖν ὥσπερ ἀριστεῖόν τι A παρὰ τῆς προνοίας ἐξῄρητο· ἐξ ὧν ἁπάντων ἀδύνατον μὲν τὰς δι' ἔτους φερομένας τῷ ταμιείῳ προσόδους ἀπαριθμήσασθαι· χαλεπὸν δὲ ἐξηγήσασθαι τοὺς καταλόγους τῶν στρατευμάτων· ἔργον δὲ τοὺς οὐ χρείας μόνον, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἕνεκα πανταχόσε πεμπομένους ἀποστόλους εἰπεῖν. Πεντήκοντα γὰρ καὶ ἑκατὸν ὡς ἀκούω τριήρεσι μακραῖς ἐπλεῖτε τὴν θάλασσαν, αἷς οὐδενὸς ἐνέδει τῶν ὅσα δεῖ προσεῖναι ταῖς καλῶς μαχομέναις. Τὸ δὲ τὴν ἡμετέραν ἀρχὴν ἐξ οὐρανοῦ ποθεν ἥκειν δοκεῖν, καὶ ὥσπερ ἐκεῖθεν σαφῶς χειροτονηθείσῃ πάντας εἴκειν αὐτῇ, καὶ πρὸς τοὺς ταύτης νόμους τὰ αὐτῶν πάντας καθίστασθαι, πολλῷ σεμνότερον ἡμῖν.

Τοῦ δὴ χάριν ταῦτα πάντα ἀφηγησάμην; Οὐ γὰρ ἵν' ἐγὼ μὲν τηνάλλως ἀναλώσω τὸν χρόνον· ὑμᾶς δὲ B τῇ τῶν οὐκέτ' ὄντων ἀγαθῶν διηγήσει λυπήσω· ἀλλ' ἵνα πρῶτον μὲν μὴ καταπίπτητε, μηδ' ἀμήχανον νομίζητε πρὸς τὴν εἰωθυῖαν ὑμῖν τύχην ἐπαναστρέφειν· τοῖς γὰρ εἰωθόσιν ἄρχειν, καὶ τοσαῦτα ἀγαθὰ κτησαμένοις, καὶ οἷς τοσαύτην ἀνδραγαθίαν πάντες συνίσασι, ῥᾷστον, ἂν τῆς πολλῆς ταύτης καὶ ἀδιηγήτου βλακείας ἀφέλωσιν, ὅσων πρότερον, τοσούτων νῦν ἐπιτάττειν· ἔπειτα παρ' ὑμῖν αὐτοῖς εἰδῆτε βεβαίως, ὡς πάντ' ἐκεῖνα ἐκ τούτων βιασαμένων ἀπεστερήθημεν· καὶ οὐδέν ἐστιν ὅπερ ὑμῖν ὑπολέλειπται διὰ τὴν τούτων πλεονεξίαν. Τὴν μὲν γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντου καὶ πρὸς ἀνατολάς, καὶ ὅσον μέχρι τῶν τῆς Ἀρμενίας ὀρῶν ἐκαρπούμεθα γῆν, πᾶσαν ἡμῶν ἀφελόμενοι, τὰς μὲν πόλεις κατέσκαψαν, C ἱερὰ δὲ ἐσύλησαν, ἀνέρρηξαν δὲ θήκας, αἱμάτων δὲ καὶ νεκρῶν πάντα ἐνέπλησαν· τῶν δ' οἰκητόρων ταῖς μὲν ψυχαῖς ἐλυμήναντο, τὸν μὲν ἀληθῆ Θεὸν ἀναγκάσαντες ἀγνοῆσαι, τῶν δὲ παρ' αὐτοῖς μεταδεδωκότες μιαρῶν μυστηρίων· τοῖς δὲ σώμασιν ἐφ' ὕβρει, φεῦ! κατεχρήσαντο· πάσης δὲ τῆς οὐσίας γυμνώσαντες, καὶ τὴν ἐλευθερίαν προσαφελόμενοι, εἴδωλα δούλων κατέλιπον ἀσθενῆ, πρὸς τὰς οἰκείας εὐπορίας καὶ τῇ περιλειφθείσῃ δυνάμει τοῖς ταλαιπώροις χρώμενοι. Οὐκ ἤρκεσε δὲ αὐτοῖς ἐνταῦθά που στῆσαι τὴν ὕβριν· ἀλλὰ τὸν Ἑλλήσποντον διαβάντες, τὰς ἐπέκεινα πόλεις δουλεύειν ἠνάγκασαν· καὶ νῦν ἀσφαλέστερον οὗτοι ἢ πρότερον ἡμεῖς τὴν Θρᾴκην οἰκοῦσιν. Εἰ δὲ καί τι τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς τούτους διέφυγε, τυχὸν μὲν ἐλπίζουσι καὶ τοῦτο προσλήψεσθαι. D

Πλὴν ἡ πρὸς τούτους ἡμῶν ἀσχολία, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι τοῖς ἐπιχειροῦσιν ὑπὸ τούτων κωλυομένους, ὡς ἐχρῆν, ἀντεπεξιέναι, μηδὲ πρὸς τούτους τε κἀκείνους ἀρκεῖν, πολλοὺς ἡμῖν κύκλῳ περιέστησε πολέμους· ὥστε τὰ μὲν ὑπ' αὐτῶν, τὰ δὲ δι' αὐτοὺς ἀφῃρήμεθα. Τὸ δὲ πάντα δυστυχίᾳ νικῶν, καὶ ᾧ μηδὲν ἐστι παραθεῖναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, αἱ καθημέ-

A bis ceu honorarium a providentia servatum erat: ex quibus omnibus innumerabilia quæ tributis annuis ærario inferrentur; grave erat exercituum percensere catalogos; arduum dicere, quas nedum necessaria aliqua ratione, sed et ad miraculum undique classes mitteretis. Nam ut audio, centum quinquaginta magnis triremibus (1), necessario omni commeatu probe ad bellum instructis, mare navigabatis. Quod autem imperium nostrum e cœlo tandem venire videretur, eique omnes ceu palam cœlitus instituto cederent, ac universi ad ejus leges sua componerent, hoc enimvero ampliorem nobis honestatem addebat.

Quorsum vero omnia ista disserui? Non enim ut B ipse quidem frustra teram tempus; vos vero bonorum quæ fuerunt percensione tristitia afficiam; sed primum ut ne animis concidatis, neve reputetis impossibile reverti ad priorem fortunam. Iis enim qui imperio sunt assueti, tantaque possederunt bona, ac quibus rerum adeo fortiter gestarum omnes conscii sunt, facillimum est, modo tantum multam illam ac inenarrabilem inertiam auferant, ut quam olim, tam quoque nunc dominium protrahant. Deinde firma apud vos memoria tenetis, iis nos omnibus illorum violentia esse privatos, nec quidquam vobis ab eorum iniqua invasione reliquum esse. Sane qua ab Hellesponto, et ad Orientem, quamque late ad usque montes Armeniæ tenditur, terra fruebamur, universam nobis auferentes, urbes quidem funditus everterunt; spoliati C sunt templa, sepulcra effregerunt, sanguinibus ac cadaveribus omnia impleverunt: quod autem spectat ad incolas, animos quidem corruperunt, ad veri Dei ignorationem cogentes, suisque eos impertientes impuris mysteriis; corporibus autem, heu! stupro abusi sunt, sed et omni substantia nudantes, ac abunde libertatem tollentes, infirma servorum simulacra reliquerunt, suis ipsorum augendis facultatibus relicta miseris utentes virtute. Nec vero his terminis injuriam sistere satis habuerunt, quin Hellesponto transmisso, ulteriores urbes coegerunt servire; tutius modo, quam nos olim Thraciam incolentes. Quod si etiam eos aliquid effugit imperii nostri, illud nihilominus sese cumulo accepturos sperant. D

Cæterum, dum interim bello in eos occupamur, nec iis impedientibus, justis copiis adversus eos qui aggrediuntur exire possumus, sumusque ad utrosque impares, multa nobis circumquaque bella concreverunt: ut alia quidem amiserimus iis auferentibus, alia propter illos. Quod autem malam omnem fortunam superat, ac cui nihil in vita

Fr. Combefisii notæ.

(1) Erat illa tunc Græcorum potentia spectabilis. Decrevit numerus ille triremium, ac pene ad nihilum redactus est, cum Michael Palæologus quorumdam suasione velut studio parcendi sumptibus, ac earum expensas in ærarium inferendi, stulto consilio, quod narrat Franzes, lib. I, c. 9, triremium curam abjecit. Præstat certe respublica, omnem belli apparatum terra marique, virosque omni militia exercitos, quam multas congestas pecunias, in promptu semper habens: quarum vel rumor hostem provocet ac stimulet, quo sui eas juris faciat. Simile quid narrat Nicetas in Manuele Comneno.

conferri possit, quotidianæ sunt excursiones, ac quas exeuntium cædes patiant ad portas civitatis, quodque jam muris omnino immineant, nos vero tanquam clausæ bestiæ supremam exspectemus plagam. Sileo autem quæ anno superiori, ac nunc sub nostris sunt gesta obtutibus. quantam ii nostræ terræ partem messuerint, quantaque redimendis frugibus reliquis tributa exegerint, ac ut nihil injuriæ ac insolentiæ reliquum voluerint. Si quis ergo est cui hæc ferenda videantur, putetque non habere satis, ut læsis iram ac exacerbationem in eos qui læserunt commoveant; hujus ego insensibilitatem admiror, ac ne quid minimum humani animi habere dixerim. Quid enim jam causæ sit, ut quis ulcisci quærat, si quidem ista non mordeant? aut qui hæc sustinet, quosnam justiori titulo odisse possit? Quod si quam pietatis curam agitis; si quam animorum, si quam corporum, et templorum, et patriæ, et sepulcrorum: ad hæc vero, etiam liberorum atque uxorum, nec non securi postmodum rerum status, ac demum vestræ futuris temporibus apud posteros gloriæ, Deum omnino ac bonam spem prætendentes, enitendum sit ut violentos ulciscamini oppressores, nullis non tentatis ex quibus commeatus aliquid ab bellum comparari possit.

Sane quidem ut quem malis finem esset invenire, vel dando pecunias, vel nuptiarum fœdera pollicendo, vel pro præteritis nullam fore injuriarum memoriam jurejurando firmando; ne sic quidem par esset, ut nostra bona nequissimis cedentes, acceptamque ab eis injuriam oblivioni tradentes, libentes haberemus, ut quis silentio sineret meminisse calamitatum. Nihil enim ego aliud nobis fore video ab ea stultitia commodi; sin autem ne id quidem licet respondere, posse fieri, ut qui sic multa jam acceperunt, nec nobis reliquerunt aliquid quo nos ipsi reparare possemus, pro eo ut ne quod reliquum est, accipiant, hic tandem, velut defecta eis virtute, sistant; aut velut priora omnia, non ad hoc unum tanquam finem instructa essent, ut nos nostro dominio ac imperio privarent: quæ res, universis et sapientibus et consiliariis et vatibus liquido confessa est; quomodo omni alia cura abjecta, non rei unius, nempe libertatis, ratio nobis habenda est? Non enim quæ alios servientes, ea et nos, iis nostrum victoribus manent. Illis siquidem damnum est maximum, libertatis jactura, cum alioqui vivere sit ignobiles, iis fruentes quæ bellum non abstulit. Hic autem nobis, qua primum die servitutem sumus professuri, omnium simul malorum initium erit. Cum enim libertatem auferent, tum omni substantia ad usque interulam nudabunt, noruntque omnes post plagas, ærumnas ac labores, quantam corporibus sint illaturi injuriam. Animæ autem exitium majus quid habet ad jacturam. Nam neque ipsa a malorum nequam dominio libera esse permittitur. Quin imo ejus mors nulli interitioni comparari debet: si-

A ραν εἰσὶν ἐκδρομαὶ, καὶ αἱ πρὸς ταῖς πύλαις τῶν ἐξιόντων σφαγαὶ, καὶ τὸ μηδὲ τῶν τειχῶν ἀπέχεσθαι τὸ τοῦ λοιποῦ· ἡμᾶς δ' ὥσπερ τὰ θηρία κατακλεισθέντας, τὴν ἐσχάτην ἀναμένειν πληγήν. Καὶ σιωπῶ τὰ πέρυσι καὶ νῦν ὑπὸ ταῖς ἡμετέραις ὄψεσι γεγονότα, τῆς τε γῆς ἡμῶν ὅσον ἔτεμον, καὶ ὅσους ὑπὲρ τῶν περιλειφθέντων καρπῶν ἐπράξαντο φόρους, καὶ ὡς οὐδὲν ὕβρεως καὶ παροινίας ἐνέλιπον. Ταῦτα τοίνυν εἰ μὲν οὐκ ἀφόρητά τις ἡγεῖται, καὶ τοῖς πεπονθόσιν οὐχ ἱκανὰ κατὰ τῶν ἠδικηκότων ὀργὴν καὶ παροξυσμὸν ἐμποιῆσαι, θαυμάζω τοῦτον ἐγὼ τῆς εἰσάπαν ἀναλγησίας, καὶ οὐδ' ἀνθρωπίνης φήσαιμ' ἂν αὐτῷ μετεῖναι ψυχῆς. Τί γὰρ ἂν εἴη λοιπὸν ὑπὲρ ὅτου τις ἀμυνεῖται, εἰ ταῦτα μὴ δάκνει; Ἢ τούτων ἀνεχόμενος, τίνας ἂν τις μισήσειε δι-
B καιότερον; Εἰ δὲ μέλοι μὲν ὑμῖν εὐσεβείας, μέλοι δὲ ψυχῶν, μέλοι δὲ σωμάτων, καὶ ἱερῶν, καὶ πατρίδος, καὶ τάφων, καὶ πρός γε ἔτι παίδων καὶ γυναικῶν, καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας, καὶ τῆς μετὰ ταῦτ' ἐσομένης παρὰ τῶν ἐσομένων δόξης ὑμῖν· πάντως Θεὸν καὶ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα προστησαμένους, πειρατέον ἀπαιτῆσαι δίκην τοὺς ὑβριστὰς, πᾶσιν ἐπιχειροῦντας, ὅθεν ἄν τι δυναίμεθα πορίσασθαι πρὸς τὸν πόλεμον.

Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὅρον τινὰ τοῖς κακοῖς ἐξευρεῖν, ἢ χρήματα δόντας, ἢ γάμους ὑπισχνουμένους, ἢ τοῖς φθάσασι μὴ μνησικακεῖν ὀμωμοκότας, χρῆν μὲν
C οὐδ' οὕτω τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν τοῖς ἐχθίστοις παραχωρήσαντας, καὶ τῆς αὐτῶν ὕβρεως λήθην λαβόντας, ἀγαπᾷν εἴ τις ἐφ' ἡσυχίας ἐᾷ μεμνῆσθαι τῶν συμφορῶν. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἔγωγε ὁρῶ κέρδος ὑμῖν ἐσόμενον ἀπὸ τῆς τοσαύτης ἀβελτηρίας· εἰ δὲ τούτῳ μόνον οὐκ ἔνεστιν ἀντειπεῖν, ὡς ἄρα τοὺς τοσαῦτα προειληφότας, καὶ μηδὲν ἡμῖν καταλελοιπότας, ὅθεν ἀναλαβεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς δυνησόμεθα, ἀντὶ τοῦ καὶ τὸ λειπόμενον προσλαβεῖν, αὐτοῦ που στῆναι δυνατὸν, ὥσπερ ἀπηρεικυίας αὐτοῖς τῆς δυνάμεως, ἢ τῶν πρότερον πάντων, μὴ πρὸς ἓν τοῦτο μόνον ὥσπερ εἰς τέλος, τὸ τὴν ἡγεμονίαν ἡμῶν ἀφελέσθαι καὶ τὴν ἀρχὴν συνεσκευασμένων· καὶ περὶ τούτου πάντες καὶ σοφοὶ καὶ σύμβουλοι καὶ μάντεις ὁμολογήσουσι· πῶς οὐ, πάντων ἀποστάντας, ἑνὸς
D μόνου φροντίζειν δεῖ, τῆς ἐλευθερίας; Οὐ γὰρ ἃ τοὺς ἄλλους δουλεύσαντας, ταῦτα καὶ ἡμᾶς τούτων ἡττημένους περιμενεῖ. Ἐκείνοις μὲν γὰρ βλάβη μεγίστη ἡ τῆς ἐλευθερίας ἐστὶ ζημία· τὰ δ' ἄλλα ζῆν ἐστιν ἀτίμους, ἀπολαύοντας ἅπερ ὁ πόλεμος οὐκ ἀφείλετο. Ἐνταῦθα δὲ ἡμῖν ἡ πρώτη τῶν ἡμερῶν καθ' ἣν τὴν δουλείαν ὁμολογήσομεν, πάντων ὁμοῦ τῶν κακῶν ἡμῖν ἄρξει. Τήν τε γὰρ ἐλευθερίαν ἡμῶν αἱρήσονται, καὶ τῆς οὐσίας μέχρι τοῦ χιτωνίσκου γυμνώσουσι, καὶ τοῖς σώμασι μετὰ πληγὰς καὶ ταλαιπωρίας καὶ πόνους ἴσασι πάντες οἵαν ἐπιθήσουσιν ὕβριν. Ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀπώλεια τὴν εἰς ταῦτα ζημίαν παρέρχεται. Οὐδὲ γὰρ αὐτὴ γοῦν ἐλευθέρα μένειν τῶν τῆς πονηρᾶς δεσποτείας κακῶν συγχωρεῖται· μᾶλλον δὲ τὸ πάθος ἐκείνης οὐδεμιᾷ

χρὴ παραβάλλειν φθορᾷ· εἴπερ οὐκ ἴσον πάντων **A** ὁμοῦ τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν καὶ Θεοῦ χωρισθῆναι· οὗ χωρὶς οὐδέν ἐστιν ἐλπίσαι τῶν ἀγαθῶν.

Εἰ τοίνυν ἐκ πάντων ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὸ ἀμύνεσθαι, εἰ μὲν καὶ ἡμεῖς καθ' ἑαυτοὺς αὐτάρκεις πρὸς τὸν πόλεμον ἦμεν, τοῦτ' ἂν ἦν ἄριστον καὶ πρὸς δόξαν, καὶ πρὸς τὸ μὴ πόῤῥωθεν τὴν συμμαχίαν ἀθροίζοντας πρᾶγμα ἔχειν· ἐπεὶ δ' ἡ καθημέραν ῥᾳστώνη, καὶ τὸ τὰς παρούσας τύχας μηδέποτε προσδοκῆσαι, εἰς τοῦτον κατὰ μικρὸν προήγαγον ἡμᾶς τὸν κρημνόν· πάντως οὐδὲ διὰ τῶν μάντεων ἑτέραν χρὴ προσδοκῆσαι φωνὴν, ἢ ὡς ἑτέρους δὴ καλεῖν, τοὺς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀπαιτήσοντας δίκην· ἐπεὶ ταύτην ἡμᾶς τὴν δύναμιν, ἡ τῶν βαρβάρων τούτων ἐπίθεσις καὶ πλεονεξία παρείλετο. **B** Σκέψασθαι δὴ, τίνων δεῖ τοῖς ἡμῖν συνδιοίσουσι τὸν πόλεμον τοῦτον, ἵν' ἐντεῦθεν, τίνας ἑλέσθαι δεῖ, γνώριμον ἡμῖν καταστῇ.

Οὐκοῦν ἀνάγκη, πρῶτον μὲν τῆς περὶ τὸ Θεῖον δόξης ἡμῖν κοινωνεῖν. Ἀμήχανον γὰρ τοὺς περὶ τοῦτο ταῖς γνώμαις διῃρημένους, ἃ τῶν φίλων ἐστὶ, ταῦτ' ἐλπίσαι ποτὲ παρ' ἀλλήλων. Ἔπειτα καὶ ἄλλως ἡμῖν οἰκείους καὶ συνήθεις ὑπάρχειν· λέγω δὲ κοινάς ποθ' ἡμῖν κἀκείνοις γενέσθαι στρατείας καὶ διοικήσεις, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιμιξίας· καὶ ὅλως εἶναί τι καὶ πρότερον τὸ συνάγον. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειε τοῖς μηδέποτ' ἀλλήλους ἐγνωκόσι, τοσαύτην αὐτοῖς ἐκ πρώτης φιλίαν ἐγγενήσεσθαι, ὥσθ' ὑπὲρ ἀλλήλων αἱρεῖσθαι κινδυνεύειν ὃ μηδ' ὑπὲρ τῶν συνηθεστάτων ἐστὶ ῥᾳδίως προσδοκῆσαι ποτέ. Ἀλλὰ μὴν καὶ **C** πλήθει, καὶ τόλμῃ, καὶ φρονήμασι, καὶ τῇ περὶ τὰς μάχας ἐμπειρίᾳ δεῖ τοὺς συμμάχους, τῶν βαρβάρων προέχειν, εἰ μέλλοιεν τοὺς ἐν τῇ οἰκείᾳ μαχομένους αὐτοὶ νικᾷν, ὄντες ξένοι, καὶ τρέπεσθαι τοὺς εἰωθότας κρατεῖν· καὶ πρός γε ἔτι μὴ ταύτην αὐτοῖς εἶναι πρώτην τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους συμπλοκῆς τὴν ἀρχήν. Ἀλλὰ καὶ πρότερον εἶναι τούτων πεπειραμένους, καὶ τὰ φθάσαντα κατορθώματα τῆς ὕστερον ἐσομένης νίκης ἐνέχυρον εἶναι. Τῆς δὲ βεβαιότητος, καὶ τοῦ μὴ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐγνωσμένων ἀφίστασθαι, οὐκ οἶδ' εἴ τις πρὸς τὸν πόλεμον ἀναγκαιοτέραν συντέλειαν ἡγεῖται. Ὡς τό γε ἔργον ἀψαμένους ἀπειπεῖν πρὸ τοῦ τέλους οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ σφᾶς αὐτοὺς προδιδόναι, καὶ καθ' ἡμῶν τοὺς πολεμίους προσπαροξύνειν. Καὶ μὴν οὐδέν ἐστιν εἰς ὅ τι **D** τούτων ἑκάστῳ χρησόμεθα, χρημάτων ἀπόντων· μᾶλλον δὲ μὴ πλείστων παρόντων. Τοῦτο γάρ ἐστιν, οὗ σχεδὸν πάντων μάλιστα δεῖ, καὶ ὧν οὐκ ἀφθόνως ἐπιῤῥεόντων, ἀνάγκη μετ' αἰσχύνης ἀναχωρεῖν. Δεῖ δὴ πλουσίων ἡμῖν καὶ μεγαλοψύχων συμμάχων, οὐ τὰ ὅπλα μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἴκοι θησαυροὺς ὑπὲρ ἡμῶν τιθεμένων· καὶ ταῦθ' ὑμῶν μηδ' ὀβολὸν.μήτε δυναμένων μήτ' ἴσως βουλομένων ὑπὲρ τῶν πραγμάτων προέσθαι· τοσοῦτ' ἀπεσχόντων μισθοὺς τελέσαι, καὶ τὴν ἄλλην τοῦ πολέμου κατασκευὴν ἐκπορίζειν.

Ἃ μὲν τοίνυν τοὺς ἡμῖν συνεπιληψομένους ἔχειν προσήκει, καὶ μεθ' οἵων τῶν τε τύχης καὶ τῶν παρὰ τῆς ἀρετῆς ἀγαθῶν, ὑπὲρ ἡμῶν κινδυνεύσουσι,

quidem haud æquum videatur, ab omnibus pariter externis bonis, atque a Deo segregem fieri, sine quo, nihil licet sperare boni

Cum itaque ultio undequaque necessaria sit, siquidem ipsi a nobis satis ad bellum haberemus, esset id quidem optimum, cum ad gloriam, tum ne auxiliares copiæ procul labore congregandæ essent. Ex quo tamen quotidiana vitæ laxitas, præsentisque fortunæ summa quædam inexspectatio, eo nos paulatim præcipitii provexit, haud aliam plane vel a vatibus habemus exspectandam vocem, quam alios advocandos esse, qui nostram ulciscantur injuriam; siquidem id nobis facultatis ademptum est per Barbarorum impressionem ac iniquam vexationem. Considerandum itaque quosnam oporteat esse, qui hoc bello socii depugnare habeant, ut eo, quinam sint eligendi perspicuum fiat.

Ante omnia igitur necesse sit, ut idem nobiscum de Deo sentiant. Quippe fieri nequit, ut qui hac parte animis divisi sunt, quæ sunt amicorum, mutuo sibi unquam præstanda sperent. Tum vero ut et alias necessarii sint, ac quibuscum consuevimus; ut inquam, communibus quondam bellis ac administrationibus functi simus, ac aliis usi commerciis; ac omnino aliquid exsistat necesse sit, quod et prius animos devinxerit. Quis enim inducat in animum, hactenus inter se ignotis hominibus, tantam a prima congressione coalituram amicitiam, ut nec pro se mutuo pericula adire detrectent; quod vix aliquis pro maxime necessariis unquam facile exspectet. Quin et multitudine et audacia animisque, ac rei bellicæ peritia Barbaris præstare oportet, ut ipsi peregrini, in sua ipsorum regione pugnantes illos victuri sint, ac victoriis assuetos in fugam versuri. Ad hæc item ut ne primum illud sit congressionis adversus hostes initium; sed et jam talium periculum fecerint, ac quibus prioria facinora, futuræ victoriæ exsistant pignus. Constantia autem, et ut ne ab iis quæ initio visa sunt, recedamus, haud novi an quis quid necessarium magis existimet ad belli consummationem. Atque adeo, ut rem auspicati, ante finem animum despondeamus, haud aliud sit, quam ut nos ipsi prodamus, hostesque in nos irritemus. At neque suppetit quo horum quoque utamur, si pecuniæ desint, imo nisi adsint multa copia; hoc enim est quo fere omnium maxime opus est, ac quibus non abunde affluentibus, necesse sit confusos recedere. Itaque necessarios habemus divites ac magnificos auxiliarios, qui nedum arma, sed et thesauros domi repositos propter nos ponant : idque cum vos, ne obolum quidem possitis, ac forte nolitis reipublicæ causa effundere; tantum abest, ut solvere mercedem, ac reliquum belli apparatum præstare.

Hæc enimvero quibus ornatos oporteat esse, qui nobis sint allaturi opem, eaque fere qua fortunæ, qua virtutis bona, quibuscum pro nobis

debeant adire pericula. Sed et alia, ut quis diligentius adhibeat animum, possit dicere. Quosnam igitur nobis tales subsidio accersemus? Quosnam, omnium aut plurium ergo idoneos antagonistas reputabimus? Quibusnam freti nos ipsos credemus? Si quidem enim vi calamitatum perculsi omnino defecimus animis, alios prorsus exspectat tempus, inque ordinem nobis congruum vocat ac cogit. Forte aliquis Scythas dicat, qui nec amplius consistunt; quique nihilominus, ut possint, haud sane velint; neque ut velint, vires sint habituri, ac quibus auxilii mercedem, ne ipsos nostros lapides in argentum mutatos satis esse pataverim. Quin audio ab iis primum, vastatum esse ac desolatum nostrum solum. Eorum enim per annos singulos millenis turmis incursiones, cum urbes hominibus vacuas reddidissent, ac Tartarorum solitudini similes effecissent, Turcis liberam facultatem fecerunt, ut eorum reliquias persequerentur, ac si magnæ febres ac tabes, mortem antecedant. Præterea quis eos conciliaturus est, ac suasurus ut oblivioni traditis, quibus se mutuo malis afficiunt, nostri causa conveniant ad deliberandum? Aut ergo seditionibus divisi, ne se ipsi quidem juvare poterunt, aut antequam omnino concordiam ineant, in nos moturos exspectare debemus. Sed et his exceptis, ne nostras quidem calamitates, eorum video exspectaturas auxilium. Quanquam enim nunc ipso die electos legatos proficisci compellimus, vix anno sequenti incepturi sumus exspectare auxilium. Sin autem Deus hocce autumno auxilium non mittat, scitis omnes in quantæ tempestatis procinctu simus. Taceo, quod nec illi unquam adducendi sunt, ut velint in Turcos bellum suscipere, homines impii, piorum causa, adversus eos quibus mala eadem communia sint.

Enimvero dicat forsitan obiter quispiam: Quidnam in Mysis ac Tribalis causari habeas, similibus nobis hominibus, ac Deo addictis, quique multa nobiscum multis occasionibus negotia gesserint, nec sint procul dissiti, ut multum legatis tempus mutuis responsionibus insumendum sit? Equidem nihil contra opponerem, essemque libens et ipse assensurus, ut viris, una cum pietate, ac eo quod notos habeamus; reliqua suppeterent, quæ iis insint, diximus oportere, qui pro nobis pugnaturi sunt. Sane quidem pios oportet ac fideles esse, qui bellum sociale inituri sunt, quam ut dotem excipias, majus ab eis damnum futurum pronuntio, quam si palam hostes exstiterint. Satis vero esse virtutem ad negotia proposita, haud unquam dicam, nisi quis Deo constitutum velit, ut insolita nos ratione ac prodigio salvos faciat: quin necesse affirmo, ut quidquam velimus socios juvare, commeatum alium ad bellum suppetere. Nunc autem earum gentium paupertatem conspicitis, utque ne apud se quidem sedentibus ac quietis, necessarius commeatus sit: ut item levi occasione facile solvant quæ visa erant, ipsaque adeo si qua jureju-

A σχεδὸν ταῦτ' ἐστίν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα τῶν ἀκριβέστερον προσεχόντων τοῖς πράγμασιν ἂν εἰρημένα. Τίνας τοίνυν τοιούτους ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων πραγμάτων καλέσομεν; Τίνας πάντων ἢ τῶν γε πλείστων ἕνεκα νομιοῦμεν ἀξιόχρεως ἀνταγωνιστάς; Τίσι χρὴ θαρροῦντας ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγχειρίζειν; Εἰ γὰρ ἡμεῖς ἁπλῶς πρὸς τὰς συμφορὰς καταπλαγέντες ἐξέστημεν, πάντως ἑτέρους ὁ καιρὸς περιμένει, καὶ εἰς τὴν ἡμῖν προσήκουσαν τάξιν καλεῖ. Σκύθας τις ἴσως ἐρεῖ, τοὺς οὐκέτ' ὄντας, καὶ τοὺς οὐχ ἧττον, εἰ δύναιντο, μὴ βουλησομένους, ἢ μὴ δυνησομένους, εἰ βούλοιντο, καὶ οἷς τῆς βοηθείας μισθὸν, οὐδ' ἂν τοὺς παρ' ἡμῖν λίθους ἐξαργυρισθέντας ἀρκέσαι νομίζω; Ἀλλ' ὑπὸ τούτων πρῶτον ἀκούω τὴν χώραν ἡμῶν ἀνάστατον γεγενῆσθαι. Αἱ γὰρ τῶν παρ' αὐτοῖς μυ- B ριάρχων καθ' ἕκαστον ἔτος ἐμβολαὶ, σωμάτων τὰς πόλεις κενώσασαι, καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν αὐταῖς περιθεῖσαι, παρέσχοντο τοῖς Τούρκοις ἄδειαν τοῖς ἐκείνων λειψάνοις ἐπεξελθεῖν· ὥσπερ σώματος τελευτῆς, πυρετῶν μεγάλων ἢ φθόης ἡγησαμένων. Ἄλλως τε τίς ὁ διαλλάξων αὐτοὺς, καὶ πείσων, ὧν ἀλλήλους κακίζουσιν ἐπιλαθομένους, ὑπὲρ ἡμῶν συνελθόντας βουλεύεσθαι; Ἢ τοίνυν στασιάζοντες οὐδ' αὐτοῖς ἕξουσι βοηθεῖν, ἢ πρὶν καθαρῶς ὁμονοῆσαι, ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἥξειν χρὴ προσδοκᾶν. Χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲ τὰς ἡμετέρας συμφορὰς τὴν παρ' ἐκείνων βοήθειαν ἀναμενούσας ὁρῶ. Εἰ γὰρ αὐθημερὸν τοὺς πρέσβεις χειροτονήσαντες ἀναγκάζομεν ἐξιέναι, μόλις εἰς τοὐπιὸν ἔτος ἀρξόμεθα τὴν συμ- C μαχίαν ἐλπίζειν. Ἡμῖν δ' ἂν μὴ τούτου τοῦ μετοπώρου βοήθειαν ὁ Θεὸς ἐπιπέμψῃ, ἴστε πάντες οἷον προσδοκῶμεν χειμῶνα. Καὶ παραλείπω τὸ μηδ' ἂν ποτ' ἐκείνους ὑπὲρ ἡμῶν προελέσθαι πολεμῆσαι τοῖς Τούρκοις· ἀνθρώπους ἀσεβεῖς ὑπὲρ εὐσεβῶν τοῖς τῶν ὁμοίων αὐτοῖς κεκοινωνηκόσι κακῶν.

Τί δ' ἂν ἔχοις Μυσοὺς καὶ Τριβαλοὺς αἰτιᾶσθαι, παρελθών τις ἴσως ἐρεῖ, ἀνθρώπους ὁμοίους ἡμῖν, καὶ τῷ Θεῷ προσκειμένους, καὶ πολλῶν ἐν πολλοῖς καιροῖς πραγμάτων κεκοινωνηκότας ἡμῖν, καὶ μηδὲ πόῤῥω διῳκισμένους, ὥστε χρόνου δεῖν τοῖς παρ' ἀλλήλων πρέσβεσι πρὸς τὰς ἀποκρίσεις; Οὐδὲν εἶπον ἂν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἂν συνεῖπον, εἰ μετὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ τοῦ γνωρίμους ἡμῖν εἶναι, καὶ τἄλλα D τοῖς ἀνδράσι προσῆν, ὧν μετεῖναι δεῖν τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγωνιουμένοις ἐλέγομεν. Εὐσεβεῖς μὲν γὰρ εἶναι δεῖ τοὺς μεθ' ἡμῶν παραταξομένους, καὶ τούτου χωρὶς μείζω φημὶ τὴν παρ' αὐτῶν ἔσεσθαι βλάβην, ἢ εἰ φανερῶς ἐπολέμουν. Ἀρκεῖν δὲ πρὸς τὰ παρόντα τὴν ἀρετὴν ταύτην οὐκ ἂν εἴποιμι, ἕως ἂν μὴ παρὰ δόξαν ὁ Θεὸς ἡμᾶς σώζειν ἐθέλῃ· ἀλλ' ἀνάγκη, καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἔχειν πλεονεκτήματα, εἰ μέλλοιεν ὠφελεῖν τοὺς συμμάχους. Νυνὶ δ' ὁρᾶτε τὴν τῶν ἐθνῶν τούτων πενίαν, καὶ ὡς οὐδ' αὐτοῦ που καθημένοις ἀρκεῖ τὰ ὄντα· καὶ ὡς μικρᾷ προφάσει λύειν οὐκ ὀκνοῦσι τὰ ἐγνωσμένα· μᾶλλον δὲ τὰ ὀμωμοσμένα. Ὑπερορίους δὲ στρατείας τίς ἔγνω τούτους ἐστρατευμένους; μᾶλλον δὲ τίς ὅλως αὐτῶν ποτε μνήμη γέγονεν ἐν τῷ βίῳ;

οἵ γε, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς ἀπεχρήσαντο, καὶ τὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους τούτους ἀσχολίαν πλεονεξίας καιρὸν ἡγησάμενοι, πολλὰ τῶν ἡμετέρων παρέσπασαν, καὶ νῦν ἂν, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον, ὑπὸ τὸν ἡμέτερον ζυγὸν ἔζων· καὶ δεσπότας ἡμᾶς μετὰ τῶν ἄλλων ᾔδεσαν καὶ αὐτοί· ὃ καὶ μᾶλλον δεδοικότας, οὔ ποτέ φημι τούτους λυσιτελήσειν ἡμῖν. Ἴσασι γὰρ, ἂν τὰ δίκαια κρίνειν ἐθέλωσιν, ὡς πολλὰ τῶν ἡμετέρων κατέσχον, τῶν κωλυόντων οὐκ ὄντων· ὧν πρὸς ἄλλους μὲν ἡμῶν ἐχόντων τὸν νοῦν, κύριοι νομίζουσιν ἔσεσθαι· ἀναπνεύσασι δὲ, πᾶσα ἀνάγκη ἢ ἀποδοῦναι, ἢ τοῦτο μὴ βουλομένους, πράγματα ἔχειν, καὶ πόλεμον δέξασθαι, καὶ περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς κινδυνεύοντας. Οὔκουν βούλοιντ' ἂν εἰς τὰς τύχης ἀδηλίας ἐμπίπτειν· καὶ παρὸν κερδαίνειν, ἀναγκασθῆναί ποτε καὶ τῶν ἰδίων ἀφίστασθαι. Ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν κακοπραγίαν τεῖχος αὐτοῖς εἶναι νομίζουσι, πρὸς τὸ μή τι παθεῖν ἂν αὐτοὺς, ἄν ποτ' ἀνενεγκεῖν δυνηθῶμεν. Πῶς οὖν τὰς παρούσας τύχας συνεπικουφιοῦσιν ἡμῖν, οἵ γ' ἀεὶ ταύτας αὔξεσθαι συνεχῶς εὔξαιντ' ἄν;

facturi voluissent invadere, quid rationis ut invasionem prædicerent? Nec enim hoc tutius, ut hoste præmonito ad bellum accingaris. Sin autem quis, tametsi præsentientibus nobis nihil inde amplius fore dixerit, quid jam eos ludenda fabula ac decipiendo spectasse dicemus? nisi quis nullo eos fine agere dixerit. Enimvero, id de nostris hisce sermonibus probabili magis ratione dictum videatur, ut eos jactemus temere, nullumque contendendi finem faciamus, qui sedeamus lucro deputantes, ut quid criminis studio inferamus, ut quis bene velit. Præterea vero, non hæc Romani a patribus habent, nec eis ea ferenda aut cognata sunt, inquit jurisconsultissimus ille. Quosnam enim priores nobis decipientes, sic de ipsis suspicandi ansam nobis præbuere? Enimvero, multorum quidem, rogati, patrias vindicarunt ac libertatem; ut autem quis eorum causa, quam spes erant, deterior recesserit, nemo hactenus ostendere possit. Quin apud eos adeo virtus hæc summa est ac exsuperans, ut nec desit qui et jam stultitiæ ea parte accuset.

Quippe quis fuit, pro agrorum finibus litem alii intentans, ac de iis cum eo digladians. Ubi porro morte habuit defungi, moriens ipse filiorum atque uxoris curatorem æmulum ex testamento inscripsit. Ac quidem ille, ei moriens confidit, quocum vivens pugna contendisset. Alter autem rebus ipsis opinionem confirmavit, indignum ac turpissimum ratus, ut adversarii de ipso meliora, quam ipse de se sentiret: utque illis humanitatem suffragio asserentibus, ipse sibi crudelitatis conscius esset. Itaque eorum laudans consilium qui ejus illi animi auctores fuissent, haud frustra inimicum sperasse, rebus comprobavit. Cum enim puerum apud se magnifice educavit, tum ejus principatus ac spectantium ad ipsum, curam interim egit, donec ille ejus educatione ac cura, etiam patre imperio aptior redderetur; tumque domui præfecit, idoneum jam qui res domesticas tutaretur. Cæterum quod deinceps sequitur quos non virtutis fideique fines excedit? Cum enim juvenis, animo juvenili ac ætati congruo esset; nedumque non quæreret pro beneficiis quibus fuisset affectus gratiam reddere, ut jam quoque correptis armis in eum procederet, qui patris justius quam curatoris omnium suffragio nomen referret; ille, nec illatas a patre injurias in memoriam revocavit, nec in juvenis illa deliria, ut par erat, est exacerbatus; nec denique egit gratias fortunæ, dante ejus ansam stultitia, ut sua ipse eaque, pro quibus ante depugnaverat, reciperet; quin imo, mirabili accessione principium augere, nulla ipse alia mercede, quam eorum qui injuriam fecisse videantur. Sic vero etiam quæ patris essent in adolescentem superare contendit, ut quidem paterna majora pietate ferret; velutque pro pueri petulantia erubescens ipse, ne quis ejus eam improbitatem putavisset, alios dicebat juvenis animum ad ea incitare: monebat vero ut malos ejusmodi consiliarios

A Οὐ γὰρ δὴ τό γ' ἐκ προῤῥήσεως πολεμεῖν ἀσφαλέστερον. Εἰ δὲ καὶ προαισθομένοις, οὐδὲν ἔσται πλέον ἡμῖν, φήσει τις, τίνος λοιπὸν αὐτοὺς ἐροῦμεν ἀπατῶντας στοχάζεσθαι; εἰ μή τις πρὸς μηδὲν αὐτοῖς εἴποι βλέπειν τὰς πράξεις. Ἀλλὰ περὶ τῶν ἡμετέρων τουτωνὶ λόγων πιθανώτερον τοῦτο δοξάζειν· ὡς εἰκῆ τούτους ῥίπτομεν, καὶ πέρας ἡμῖν οὐδὲν τῆς φιλονεικίας, οἵ γε καθήμεθα κέρδος νομίζοντες, ἄν τι τοὺς εὖ ποιεῖν βουλομένους αἰτιασώμεθα. Χωρὶς δὲ τούτων οὐχ ἦν ταῦτα Ῥωμαίοις πάτρια, οὐδ' ἀνεκτὰ, οὐδ' ἔμφυτα, φησὶν ὁ μάλιστα εἰδὼς συμβουλεύειν. Τίνας γὰρ ἄλλους πρὸ ἡμῶν ἀπατήσαντες, ταῦτα παρέσχον ἡμῖν περὶ αὐτῶν ὑποπτεύειν; Ἀλλὰ μὴν πολλοῖς μὲν ἔσωσαν δεηθεῖσι τὰς πατρίδας καὶ
B τὴν ἐλευθερίαν· ὅστις δὲ δι' αὐτοὺς χεῖρον τῶν ἐλπίδων ἀπήλλαξεν, οὐκ ἂν ἔχοι τις μέχρι δεῦρο δεικνύναι. Καὶ τοσαύτη παρ' αὐτοῖς ἐστιν τῆς περὶ ταῦτ' ἀρετῆς ἡ ὑπερβολὴ, ὥστ' ἤδη τις ἂν αὐτῶν περὶ ταῦτα καὶ εὐήθειαν καταγνοίη.

Τούτων γάρ ἐστιν ὁ πόλεμον πρός τινα περὶ γῆς ὅρων ἐξενεγκών· ἐπεὶ δ' ἀποθάνοι, τῆς χώρας καὶ τοῦ παιδὸς ἀποσχόμενος, ὅτι, φησὶ, τελευτῶν ὁ πολέμιος, ταῖς διαθήκαις παίδων καὶ γυναικὸς αὐτὸν ἐπιμελητὴν παρέγραψε. Καὶ ὁ μὲν ἐθάῤῥει μετὰ τὴν τελευτὴν, ᾧ ζῶν ἐπολέμει· ὁ δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐβεβαίου τὴν δόξαν· αἴσχιστον εἶναι νομίζων βελτίους ἔχειν περὶ αὐτοῦ τοὺς δυσμενεῖς ὑπολήψεις,
C ὧν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ· κἀκείνους μὲν φιλανθρωπίαν αὐτῷ μαρτυρεῖν, αὐτῷ δ' αὐτὸν ὠμότητα συνειδέναι. Τοιγὰρ καὶ τοὺς ἐκείνῳ ταύτην δεδωκότας τὴν γνώμην τῆς συμβουλῆς ἐπαινέσας, ἐπὶ τῶν πραγμάτων καὶ αὐτὸς οὐ μάτην ἠλπικότα τὸν ἐχθρὸν ἀπεδείκνυ· καὶ τόν τε παῖδα τρέφων παρ' ἑαυτῷ φιλοτίμως, καὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῶν ἐκείνῳ διαφερόντων ἐπιμελούμενος διεγένετο, ἕως ἐκεῖνον τῇ παρ' ἑαυτοῦ τροφῇ καὶ μελέτῃ καὶ τοῦ πατρὸς βελτίω πρὸς τὸ ἄρχειν ἀπέδειξε, καὶ τότε τῆς οἰκείας ἐφίστη, ἱκανὸν γενόμενον σώζειν τὰ οἴκοι. Τὸ δ' ἐφεξῆς τίνας ἀρετῆς καὶ πίστεως ὅρους οὐχ ὑπερβαίνει; Τοῦ γὰρ νέου συμβαίνουσαν ἔχοντος καὶ τὴν γνώμην τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τοσοῦτ' ἀποσχόντος ὧν εὖ πεπόνθει χάριν ζητεῖν ἀποδοῦναι, ὥστ' ἤδη καὶ τὰ ὅπλα ἁρπάσαντα,
D χωρεῖν ἐπὶ τὸν δικαιότερον ἂν πατέρα ἢ ἐπίτροπον ὑπὸ πάντων κληθέντα· ἐκεῖνος οὐθ' ὧν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἠδίκητο, ἀνεμνήσθη, οὔτε πρὸς τοὺς τοῦ νέου λήρους, ὡς εἰκὸς, παρωξύνθη, οὔτε τῇ τύχῃ χάριν ἔγνω, τῆς ἐκείνου μωρίας καιρὸν παρασχομένης κομίσασθαι μὲν τὰ οἰκεῖα καὶ ὑπὲρ ὧν πρότερον ἐπολέμει· θαυμαστῇ δέ τινι προσθήκῃ τὴν ἀρχὴν αὐξῆσαι, προσλαβόντα τὰ τῶν ὑβρικέναι δοκούντων· ἀλλ' οὕτω καὶ τὰ τοῦ πατρὸς ὑπερβάλλεσθαι τοῖς εἰς τὸν νέον ἐφιλονείκησε, ὥστ' ἠνέσχετο μὲν, ὅσων οὐδ' ἂν ἐκεῖνος· ὥσπερ δ' ὑπὲρ ὧν ἠσέλγαινεν ὁ παῖς αἰσχυνόμενος, μή τις αὐτοῦ τὴν ἀγνωμοσύνην ἐκείνην νομίσῃ, ἄλλους ἔλεγεν εἶναι τοὺς αὐτὸν ἐπὶ ταῦτα κεκινηκότας· αὐτὸν δὲ παρῄνει τοὺς πονηροὺς συμβούλους μισήσαντα, τῶν τοῦ πατρὸς διαθηκῶν καὶ

A τῆς παρ' αὐτῷ παιδείας μεμνῆσθαι, νουθετεῖν ἐγνωκὼς μᾶλλον ἢ πολεμεῖν. Καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι τοιαῦτα τῶν ἀνδρῶν τούτων διηγήματα λέγειν. Εἰ τοίνυν καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὅτι μόνον αὐτοῖς ἐπίστευσαν, ἀξιοῦσι τὴν ὀργὴν ἀφιέναι, πῶς οὐ γελοῖον τούτους ἀπίστους ἔσεσθαι τοῖς φίλοις νομίζειν; καὶ εἰ τῶν ἀδικεῖν καὶ καταφρονεῖν δοκούντων ἀνέχονται, τί οὐκ ἂν πράξαιεν ὑπὲρ τῶν διδόντων καὶ δεομένων; καὶ εἰ τοῖς πολεμίοις τὰς εἰς αὐτοὺς ἐλπίδας κυρίας ἀξιοῦσι ποιεῖν, πῶς οὐ καὶ πλέον τι πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἐπιδείξονται;

Ἀλλὰ μὴν ὅ τε τῆς στρατείας ἐκείνης ἡγούμενος ἀνεψιός ἐστι τῷ παρ' ἡμῖν βασιλεῖ, καὶ πάππος ἀμφοῖν ἦν ὁ τῷ βίῳ δοὺς τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο διήγημα. Πῶς οὖν ὁ μὲν ἀνέξεται καὶ ταῦτ' εἰς ἀρετῆς λόγον B τῶν προγόνων ἀπολειφθῆναι, καὶ τὴν ἑτέρων πλεονεξίαν μιμήσασθαι, ἐξὸν τὴν οἰκείαν δικαιοσύνην, ὁ δ' ὑποπτεύσει τὸν συγγενῆ, ὃν ἡ κοινωνία τοῦ γένους συμφορὰν ἀναγκάζει ποιεῖσθαι τὰ ἡμέτερα πάθη; Ὅλως δὲ Ῥωμαίοις πρὸ πάσης ἄλλης ἀρετῆς ἡ δικαιοσύνη· καὶ δηλοῦσιν οἱ νόμοι, καὶ ἃς ἀπαιτοῦσι δίκας τοὺς ἀδικεῖν ἐγνωκότας. Τὸ δ' ἄπιστον εἶναι παρ' αὐτοῖς, καὶ μετ' ἀπάτης χρῆσθαι τοῖς χρήμασι, τίνος οὐκ αἰσχρότερον βρόχου; οἵ γε μηδ' ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν ὅλων πολέμοις, καὶ οὗ νόμιμον ἀπάταις χρῆσθαι τοὺς στρατηγοὺς καὶ σοφίσμασιν, οὐδ' ἐκεῖ βούλονται μετὰ τοῦ ψεύδους νικᾷν· ἀλλὰ προειπόντες ὡς ἥξουσι, καὶ τοὺς τόπους καὶ τοὺς χρόνους κηρύξαντες ἄντικρυς, οὕτως εἰς τὴν C μάχην καθίστανται· τὴν μετ' ἀρετῆς ἧτταν τοῦ νικᾷν ἀγεννῶς ἀνδράσι μᾶλλον προσήκειν νομίζοντες. Πότ' οὖν ἀπατήσουσι συμμαχοῦντες, οἵ γε μηδὲ μαχόμενοι χρήσιμον οἴονται τὸ ψεῦδος; Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἀπορῶ, εἰ παρὼν νῦν ὁ βασιλεὺς τοῖς πράγμασιν ἔτυχε, τίνα ἂν εἶπον οἱ νῦν ταῦτα δημηγοροῦντες. Εἰ μὲν γὰρ κἀκεῖνον ἐκέλευον, οὓς ἐκάλεσε συμμάχους, τούτοις κλείειν τὰς τῆς πόλεως πύλας, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν αὐτῷ προσήκειν τοῦτο τοὔργον ἡγοῦνται. Δῆλον γὰρ ὡς οὐδὲν ὧν ἐλθοῦσιν ὑπισχνεῖτο, τηρῆσαι συνεβούλευον ἄν· καὶ ταῦτ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἐπίτηδες ἐπὶ τὴν ἀπάτην ἐλθόντα. Εἰ δὲ δέχεσθαι τούτους παρῄνουν, πῶς οὐ τοῦτο καὶ νῦν ἴσασι τὸν καιρὸν ἀπαιτοῦντα. Οὐ γὰρ δήπου τῷ μὲν βασιλεῖ ποιεῖν τὰ δέοντα δώσουσιν· αὐτοῖς δὲ D φυλάξουσι τὴν ἀναισθησίαν· καὶ τότε μὲν ἀληθεύειν, νῦν δὲ ψεύδεσθαι νομιοῦσι προσῆκον· καὶ ταῦτα μηδὲν μέλλοντες ἐκ τῆς ἀγχινοίας ταύτης κερδαίνειν.

habens odio, testamenti patris ac nuperæ apud ipsum educationis meminisset; admonere doctus, non bellum inferre. Possitque quis ejusmodi plura ab iis gesta narrare. Siquidem ergo etiam hostibus, eo quod ipsis habuissent fidem, remittendas iras putaverunt; qui non ridiculum, ut fidem amicis violaturi credantur; cumque eos sustineant, qui injuria afficere ac contemnere videntur, quid non fecerint eorum gratia, qui et tribuunt, et auxilio adesse precantur? Cum denique hostibus ratas exspectationes velint, qui non majus aliquid adversus cognatos sint designaturi?

Enimvero, qui illi exercitui dux præfectus est, consobrinus est nostri imperatoris (3): fuitque utrique avus qui mirabilem eam historiam sæculo reliquit. Quomodo itaque, cum ille adeo a majorum sustineat deficere virtute, ac aliorum imitari improbam cupiditatem cum domesticam liceat justitiam; tum hic cognatum suspectum habeat, quem communio generis mala nostra suam ipsius calamitatem ducere facit? Omnino autem Romani, omni alia impensius virtute, justitiam colunt, ac testantur leges, quasque exigunt pœnas, ab iis, qui injuriam faciunt. Datam autem violare fidem, rebusque agendis deceptione uti, quo non laqueo turpius habent? qui neque in bellis, quibus decernatur de rerum summa, ac quibus lege concessum, ut duces deceptione utantur ac fraudibus, mendacium subsidio adhibentes, vincere velint: quin imo prænuntiantes ut sint venturi, locaque ac tempora designantes, sic bellum committant; decere magis viros existimantes, cum virtute vinci, quam ignave parumque viriliter victoria potiri. Quandonam ergo belli se socios professi, decepturi sunt, qui ne bello quidem cum hostibus e re putent mentiri? Equidem hoc quoque quæro, si quidem ipse præsens imperator deliberationi adesset, quænam præclari hi nunc oratores essent dicturi? Sane ut et illum juberent, urbis portas claudere iis, quos belli socios ascivisset, haud scio unde rem facturum putent, quæ deceret. Liquet enim auctores fore, ut nihil eorum servaret, quæ venientibus esset pollicitus; atque id nulla cogente necessitate, sed cum data opera fraudem faceret. Sin autem monerent ut illos susciperet, qui non id quoque modo operæ pretium intelligunt? Nec enim daturi sunt, imperatori quidem congruere, quæ deceant; sibi autem servaturi insensibilitatem: ac tunc quidem, colendam veritatem, modo autem mendacium putabunt; idque, cum ex ea versutia nihil sit lucri accessurum.

Fr. Combefisii notæ.

(3) Forte ex familia marchionis Montisferrati, cujus filia Irene Andronico Palæologo nupsit, ex quo filios tres suscepit, ex quorum stemmate regia Palæologorum domus deinceps propagata fuit. Vid. Gregoram, lib. VI et VII. Quin et Palæologorum familiam ex Italia ac Viterbio Etruriæ civitate non ignobili originem traxisse, nonnullis placet, quod docet Bizarus, libro I *De bello Veneto*: sed hæc remotius arbitror, quam ut Demetrius eo respexerit, ac ducis Latinorum subsidii Græcorumque imperatoris consanguinitatem inde petierit.

Verum si placet, cum alia concedamus admirandis istis consiliariis; tum ratum esto, socios quidem omnia instruxisse ut nobis facerent fraudem; ipsos vero prospicere quod futurum sit, ac qua pollent sapientia, illorum secreta prædicere. Illud vero tantum ex eis percontabimur : siquidem illi destinato nuntio adesse se prædixissent, nihil aliud propositum habentes, quam ut Christi se hostibus opponerent ac ulciscerentur nostras injurias; quippe cum legati imperatoris id ab eis rogassent : venire itaque ideo, cognatis, amicis, patria, ac charissimis domi pignoribus spretis, ut Barbaros quidem male de nobis meritos ulciscerentur, suisque ipsorum sumptibus imperatori regnum restituerent; siquidem ergo venientes rogarent, una nos pro quibus venirent, ponere operam, quidnam dicturi, quidve futuri essemus? Num satis fuerit ut dicamus, vereri nos belli societatem, omninoque, earum rerum neglecta sollicitudine reque infecta esse recedendum? Quibusnam vero verbis eas suspiciones sitis probaturi, virosque convicturi, cum nocere ac injuriam facere meditentur, belli se socios simulare? Quandiu enim nulla perspicua argumenta producetis, deliri videbimini. Sin nullis probationibus convictos remiseritis, vereor ne Barbaris omissis, quibus in eos iris ferebantur, in nos dimittant. Palam enim injuria se affectos putabunt, tum quia vocati tanquam aliquid prodesse possent, postmodum ut nullius momenti imbellesque homines expellantur; tum etiam quod mali quidam, quibus sit constitutum lædere, cum tanquam amicis belli subsidio venissent, habeantur. Deinceps ergo necesse habeamus pugnam instruere, bellique aleam subire : quin potius, quidquid tandem accidat, inevitabile prorsus ab omnibus vituperium erit. Siquidem enim vicerimus, quæ illis damus crimini, in nos ipsos certa explorataque, victoria faciemus; videbimurque eo vocasse viros, quo perderemus. Ea siquidem omnium erit persuasio, quandiu nihil suppetet quod accusemus. Sin autem rem male geramus, pessima omnia turpissimaque pariter sortiemur.

Quod vero hæc potius nos maneant, ut contendere velimus, inde liquet, quod ne meminisse quidem possumus absque horrore, eorum quæ postea futura sint. Nemo quippe adeo contentiosus, ut belli aleam tentantibus ferendum aliquid eventurum speret. Id enim stupor, ut cogitantes Genuensium triremes, utque tunc non fuerimus submersi, nunc quoque restitutos speremus, non simul reputantes Venetorum milites, Arragonumque

A Ὅμως εἰ δοκεῖ, τὰ μὲν ἄλλα τοῖς θαυμαστοῖς τούτοις συγχωρώμεθα συμβούλοις· καὶ κείσθω τοῖς μὲν συμμάχοις καθ' ἡμῶν πρὸς ἀπάτην πάντα συνεσκευάσθαι· αὐτοὺς δὲ προορᾶσθαι τὸ μέλλον, καὶ τἀκείνων ἀπόῤῥητα προλέγειν ὑπὸ σοφίας. Ἐκεῖνο δὲ μόνον τούτους ἐρώμεθα. Εἰ μὲν ἄγγελον πέμψαντες προεῖπον ὡς ἥξουσιν, ἄλλου μὲν οὐδενὸς στοχαζόμενοι· ὅπως δὲ μόνον τοῖς ἐχθροῖς τοῦ σταυροῦ σφᾶς αὐτοὺς ἀντιτάξουσι, καὶ δίκην ὑπὲρ ἡμῶν ἀπαιτήσουσι τούτοις· ὑπὲρ τούτου γὰρ καὶ τοὺς βασιλέως πρέσβεις αὐτῶν δεηθῆναι, αὐτοὺς δὲ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ πατρίδος, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἡδέων ἀμελήσαντας ἥκειν, ἀμυνουμένους μὲν ὑπὲρ ἡμῶν τοὺς βαρβάρους, ἀναλώμασι δὲ ἰδίοις συγκαταστησομένους τῷ βασιλεῖ τὴν ἀρ-

B χήν· ἂν οὖν ἐλθόντες ἀξιῶσι συνεφάπτεσθαι τούτοις ἡμᾶς ἐφ' οἷς ἥκον, τί ἐροῦμεν, ἢ τί ποιήσομεν; Ἀρκέσει λέγειν ὡς ὑφορώμεθα τὴν συμμαχίαν, καὶ δέδιμεν, καὶ δεῖ πάντως τούτους ἀμελήσαντας ἀπράκτους ἀναχωρεῖν; Καὶ τί λέγοντες οἷοί τ' ἔσεσθε τὰς ὑποψίας ταύτας ἀποδεικνύναι, ἢ τοὺς ἄνδρας τούτους ἐξελέγχειν, ὡς ἀδικεῖν ἐγνωκότες, συμμαχεῖν προσποιοῦνται; Ἕως γὰρ ἂν οὐδενὶ χρῆσθε τῶν φανερῶν τεκμηρίων, ληρήσετε. Εἰ δ' ἐλέγχων χωρὶς ἀποπέμψεσθε, δέδοικα μὴ τοὺς βαρβάρους ἀφέντες, ἐφ' ἡμᾶς ἀφῶσι τὴν κατ' ἐκείνων ὀργήν. Ὑβρίζεσθαι γὰρ ἄντικρυς δόξουσι· τοῦτο μὲν, εἰ κληθέντες ὥς τι δυνάμενοι λυσιτελεῖν, ἔπειθ' ὡς οὐδένες ἐλαύνοιντο· τοῦτο δ' εἰ καὶ πονηροί τινες δόξουσιν, ἀδικεῖν ἐγνωκότες, οἷς ὡς φίλοις ἀφίκοντο

C βοηθήσοντες. Λοιπὸν τοίνυν εἰς μάχην καθίστασθαι, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου τύχαις ἑαυτοὺς ὑποθεῖναι· μᾶλλον δ' ὁπότερον ἂν τύχῃ συμβὰν, ἄφυκτον ἡμῖν τὴν κατηγορίαν παρὰ πάντων γενέσθαι. Περιγενόμενοι γὰρ, ἃ τούτοις ἐγκαλοῦμεν, καθ' ἡμῶν αὐτῶν βέβαια τῇ νίκῃ ποιήσομεν, καὶ δόξομεν τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῷ διεφθαρκέναι καλέσαι. Τοῦτο γὰρ παρὰ πᾶσι κρατήσει, ἕως ἂν οὐδὲν ἔχωμεν ἐγκαλεῖν. Ἂν δὲ σφαλῶμεν, πάντων ὁμοῦ τῶν χειρίστων καὶ τῶν αἰσχίστων κληρονομήσομεν.

D Ὅτι δὲ ταῦτα μᾶλλον ἡμᾶς φιλονεικήσαντας ἀναμένει, δῆλον ἐξ ὧν οὐδὲ τοῦ φρίττειν χωρὶς, ἔξεστι τῶν μετὰ ταῦτα μεμνῆσθαι. Οὐδεὶς γάρ ἐστι μέχρι τοσούτου φιλόνεικος, ὃς πολεμούντων ἀνεκτόν τι συμβήσεσθαι προσδοκᾷ. Παραπληξία γὰρ τὰς τῶν Γενουδίσων ἐνθυμουμένους τριήρεις, καὶ ὡς οὐ κατέδυμεν τότε· καὶ νῦν ἀντισχήσειν ἐλπίζοντας, μὴ καὶ τοὺς τῶν Βενετιῶν στρατιώτας προσενθυμεῖσθαι (4), καὶ τὴν τῶν Ἀῤῥαγώνων ἀνδρίαν· καὶ

Fr. Combefisii notæ.

(4) Perstringit bellum quod multis narrat Cantacuzenus, lib. IV, cujus male gesti Græcis culpam omnem in Nicolaum Venetiarum ducem refundit, periculosiorem hominem, pugnamque quandiu licuit detrectantem. Acceperunt Arragonii maximam cladem prælio ad Galatam commisso, et ubi Genuenses insecuti, in loca aspera incidissent, a quibus sibi Romani, id est, Græci, Venetique locorum peritiores cavissent.

ἃς ἀμφότερα προσπαρέχοντο τριήρεις εἰς τὸν πόλεμον τῶν ἐχθρων διπλασίους· καὶ τὰς ἡμετέρας πάλιν τὰς πολλὰς, καὶ ὅσα τότ' ἐτρίφθημεν εἰς μάχην ἐκείνην, καίτοι τοσούτων ἀνεχόντων ἡμᾶς. Μέμνησθε τὰς περιεχούσας τότε συμφορὰς τὴν πατρίδα, καὶ τοὺς Σωζοπολιτῶν αἰχμαλώτους, καὶ τὴν Περινθίων ἀνάστασιν, καὶ τἄλλ' ὅσων οὐδὲ μεμνημένους μετρίως ἔξεστι φέρειν. Καὶ σιωπῶ τὸ μηδ' ἂν, πολλάκις τοσούτους ἡμᾶς τε καὶ τοὺς τότε συμμάχους ὄντας, πρὸς ὀλίγον τῆς τότε δυνάμεως ἀντισχεῖν. Λέγω γὰρ οὖν ἃ κοινῇ παρὰ πάντων ἀκούω. Εἰ τοίνυν ἀληθὲς ὡς ἡμῖν ἐπιδουλεύουσιν οὗτοι, καὶ ὡς πρὸς ἓν τοῦθ' ὅπως ἡμᾶς δουλώσωνται πάντ' αὐτοῖς ἀφορᾷ, κωλύειν δὲ τούτους ἀμήχανον· τίνα ἄν τις τρόπον αὐτοῖς χρήσαιτο μετριωτέροις, καὶ πρὸς τὸ βλάπτειν ὀκνηροτέροις· ἐγκαλῶν καὶ πολεμῶν καὶ μεμφόμενος, ἢ φίλους ἔχειν σχηματιζόμενος, καὶ δεχόμενος προσηνῶς, καὶ συνευχόμενος τὰ βελτίω; Ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο. Καὶ οὐδὲ ἐνεγκεῖν ἂν ἡμᾶς τὴν δουλείαν φημί. Μήποθ' οὕτως ἔρημος γενοίμην φρενῶν, ὥστ' ἄλλο τι προτιμᾷν τῆς ἐλευθερίας. Ἀλλ' ἐπείπερ οὐδὲν ἰσχυρὸν ὧν ὑποπτεύομεν, μᾶλλον δ' ὡς εὔνοοι πᾶσιν ἡμῖν ἧκον, ἐκ πάντων τῶν λογισμῶν βεβαιοῦται· τί δεῖ τοῦ παρὰ καιρὸν δέους, ὁπότε καὶ δεδοικόσιν οὐδὲν ἔσται πλέον, ὅταν ἢ κρατηθέντες τὰ τῶν ἁλόντων ἀναγκαζώμεθα πάσχειν, ἢ περιγενόμενοι, ὥσπερ ἐν σαγήνῃ καθώμεθα τοῖς τείχεσι καθειργμένοι, μήτε πρὸς τὴν γῆν, μήτε πρὸς τὴν θάλατταν ἔχοντες βλέπειν λοιπὸν, τῆς μὲν πρότερον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκβεβλημένοι, τῆς δ' αὐτοὶ νῦν ἀποστάντες διὰ τὰ ἐνύπνια ταῦτα; Εἰ δὲ πάνθ' ἡμῖν συγχωρήσαντες, καὶ μήθ' ὧν αὐτοὺς καλέσαντες.... τὰ μετριώτατα δὴ ταῦτα ἀξιοῖεν αἰτεῖν παρ' ἡμῶν τῶν παρακρουσαμένων, ἀπολαβόντας ἅπερ ἀνηλώκασι χρήματα, οὕτως οἴκαδ' ἐπαναπλεῖν· τοῦτο γὰρ καὶ ἡμεῖς ἂν αἱρεθέντες διαιτηταὶ καθ' ἡμῶν αὐτῶν ψηφισαίμεθα· ποίων ἡμῖν μετάλλων διορυχαὶ, πρὸς τὴν ἀπόδοσιν τούτων ἀρκέσουσιν; Ἐγὼ μὲν γὰρ, καὶ τὰ τῶν πολιτῶν σώματα τοῖς οὖσι προσθέντας, οὐκ ἂν οἶμαι λύσασθαι τελείως τὴν εἰσφοράν· ἂν δὲ δὴ καὶ πάντας ὑπερβαλέσθαι μεγαλοψυχίᾳ θελήσαντες, καὶ πᾶσαν ἐκ μέσου ποιησάμενοι δικαιολογίαν, νόστου μνησθῶσιν, ἀνθ' ἡμῶν ὠφελεῖν ἐγνωκότες τὰ οἴκοι, οὐδεὶς ἀντερεῖ, μὴ πάλιν ἡμᾶς μονονοὺ ταῖς χερσὶ τῶν βαρβάρων ἐνέξεσθαι. Εἰ τοίνυν δεήσει τούτοις δουλεύειν, διὰ τί μὴ πρὸ τούτων ἐκείνοις; εἰ γὰρ οὐκ ἔνι δήπουθεν ἐλεύθερον εἶναι, τό γε τοῖς βελτίοσιν ὑποκεῖσθαι κουφοτέραν ἀποφαίνει τὴν συμφοράν.

Ἀλλὰ καλέσομεν συμμάχους; Πότερον ἀσθενεῖς, ἢ τῶν δυναμένων; Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἀρκοῦντας, τοὺς ἡμῖν, ὡς ἔοικε, συναπολουμένους ζητήσομεν· εἰ δ' ἐῤῥωμένους, πάλιν ἡμεῖς μὲν ἀσθενεῖς, ἐκείνων δὲ ἡ δύναμις φοβερά· καὶ πάλιν αἱ ὑποψίαι, καὶ τοῦ κακοῦ πέρας οὐδέν. Ὅλως δὲ οὐχ ὁρῶ τί ποθ' ἡμῖν συνοίσει τὸ κόπτεσθαι καὶ συμμαχίαν ζητεῖν τοῦ λοιποῦ, εἰ τοὺς μὲν ἰσχυροὺς φυλαξόμεθα, παρὰ δὲ τῶν ἀδυνάτων οὐδὲν ἔχομεν ὠφελεῖσθαι. Τίνες

A streuuam manum; quasque illi triremes præstabant in belli subsidium, duplo illis hostium plures, ac nostram rursum auctiorem classem: quamque ea nihilominus pugna attriti simus, tametsi multis adeo tuentibus. Meministis quibus tunc patria calamitatibus affecta sit, Sozopolitanos captivos; eversam Perinthum, aliaque, quorum nec ipsam memoriam mitius ferre possumus. Taceo autem, ut neque nos cum tanti essemus, nec socii ad modicum hostium illi virtuti obniti quiverimus. Dico igitur quod omnium communiter ore jactari audio. Si itaque ita habet, ut ii nobis insidientur, nec eorum alio respiciant consilia, quam ut nos omnes ad unum sibi mancipent; nec fieri potest, ut prohibeamus injuriam; quonam eos quis modo B humaniores exspectet, atque ad lædendum segniores; num accusando, inferendo bellum, vituperiis lacessendo; an amici speciem præferendo, blandeque recipiendo, ac meliora precando? Hoc equidem secundum puto. Nec vero ferendam nobis servitutem dico. Absit, ita sensu destitutus sim ac insanus, ut aliud quidpiam velim libertati prælatum. Sed quia nihil eorum quæ suspecta habemus firmum est, quin potius argumentis omnibus liquet, venire omnibus nobis bene affectos; quidnam importuno ejusmodi opus metu, cum neque si timuerimus, majus aliquid sit futurum, quando vel victi ea subire cogemur quæ sunt victorum; vel victores ipsi, velut in sagena mœnibus arctati C sessuri sumus, ut jam neque ad terram neque ad mare respicere liceat; prius quidem a Barbaris illa exterminati; hoc autem, ipsi nos propter ejusmodi somnia modo abdicantes. Sin autem indulgentes omnia, nec quod vocantes.......... hæcce a nobis post offensam modicissima velint exigere, ut receptis quas insumpserunt pecuniis, sic domum classem reducant. Hoc enim vos ipsi adversum vos delecti arbitri sanciatis; quænam metallorum venæ ad ejusmodi nobis solutionem satis fuerint? Sane arbitror, ne ipsa quidem adjectis facultatibus civium corpora, satis fore, ut juste impensas solvamus. Sin denique universos animi magnitudine superare volentes, suique omnem juris rationem missam facientes, revertendum significent, domeD sticis quam nostris rebus commodiores futuros, nemo ibit inficias, vix non Barbarorum nos manibus tentum iri. Si ergo necesse erit eis mancipari, cur non potius illis. Siquidem enim libertas nequit constare, sane melioribus subjici, leviorem calamitatem facit.

At vocabimus socios? Num invalidos, an potentes? Sane ut eos vocemus qui non satis sint adjuvando, utique nobiscum perituros quæremus: sin autem fortes, erimus rursus nos invalidi, eorumque formidabilis virtus; rursusque suspecta omnia, nec mali finis ullus. Prorsus vero non intelligo quid nobis deinceps planctus profuturi sint, et ut socios quæramus; siquidem cavere habeamus fortes, nec commodi aliquid ab invalidis simus con-

securuti. Quinam autem etiam vocantibus nobis sint morem gesturi, cum neque mercedem exspectent, videantque illos heroas a nobis injuria affectos; quos, si nullus titulus alius foret, vel eo nomine quod sponte venientes, immortalem virtutis columnam erexerint, colere ac adorare oporteret. Quidquid enim adversus illos tentaverimus dicere, ex iis quorum omnes illis conscii sunt, nugæ ac inanes criminationes videbuntur: omnibusque flagellorum omnium rei habebimur, insaniæ, criminis falsi, doli, ignaviæ, proditionis: eritque necesse proni cadentes hostes obsecremus.

Qui non ergo turpissimum, ut cum bene omnia suscipientibus nobis viros habere possint, iis remissis, malis omnibus implicari malimus; ac cum probi, gratique, lucri aliquid possimus facere, jacturam improbis ingratisque conjunctam moribus, utiliorem putemus, omninoque data opera contendamus, ut vota nostra ad consilii inopiam redigamus; velut timeamus ne beneficio nescientes afficiamur; tametsi haud ita pridem quos justius debuimus habere suspectos, necessitate suscepturi simus. Postquam enim imperator reversus fuerit, utinam vero, o Salvator, citius charum omnibus caput liceat videre! eique Pæonum exercitus comes venerit, quos multis sermonibus, multis opibus, pluribus denique laboribus persuasos, nobis subsidio futuros adducit; præmissisque quibusdam, reversum se nuntiaverit, faustumque adventus sociorum nuntium destinaverit, quid tunc admodum isti securi, ac timentes umbras, dicturi sint? Plane ut ea ipsa placeant, quæ modo placent, jussuri sunt ne quidem imperatorem intra mœnia recipi oportere. Quomodo autem non pejus aliquid facturi sumus, eorum quæ sub triginta tyrannis Athenis acciderunt, tot nobis surgentibus tyrannis? Nec enim video ut hæc aliud vocari possint, quam perspicua tyrannis. Quomodo autem etiam populo suadeant, ut eorum socii efficiantur improbitatis? Liquet enim nihil esse quod non universi libentes ferant, ea solum ratione ut videant revertentem. Sed et modo, ipsis eis hoc periculis molestius videtur, quod is moretur, ab eorum longe oculis positus. Quippe persuasum habent, fore ut præsentibus malis ejus præsentia remedium sit.

Ad hæc autem, quorumnam criminum reum, grandi adeo pœna punient? Quod media hieme, omnium spes vincente conatu in Pontum solverit; Istrum ab utraque ripa navigaverit, non ut navi superior ferretur, sed velut latentes quasdam sub aquis petras, sic oras fluminis legeret. Venit autem cum paucis eoque comitatu, ut, nec satis ad mensæ instruendæ ministerium habere viderentur: belluas magis quam homines rogaturus, nostrique causa suasurus arma corripere, ac adire pericula; nimirum alienos homines pro nostra ipsorum salute. Idque adeo ut quanquam non dominus, sed malus quidam ac hostis prius exsistens, mutato deinde consilio, nostri causa tanta designasset, coronari oporteret, omnibusque tum vivum, tum

A δὲ καὶ καλοῦσιν ἡμῖν ὑπακούσονται, μήτε μισθοὺς προσδοκῶντες, καὶ τοὺς ἥρωας ἐκείνους ὁρῶντες ὑφ' ἡμῶν περιυβρισμένους; οὓς καὶ μηδενὸς ἄλλου, τοῦ γ' ἑκόντας ἐλθεῖν, στήλην ἀθάνατον στησαμένους, θύειν ἔδει καὶ προσκυνεῖν. Ὅσα γὰρ ἂν κατ' ἐκείνων λέγειν ἐπιχειρῶμεν, ἃ πάντες τούτοις συνίστασιν, ὕθλον ἀποδείξει καὶ τὸ μηδέν· καὶ πᾶσι πάντων τῶν μαστίγων δίκας ὀφλήσομεν· ἀνοίας, ψευδολογίας, δόλου, δειλίας, προδοσίας καὶ δεήσει, πρηνεῖς πεσόντας, τοὺς ἐχθροὺς ἱκετεύειν.

Πῶς οὖν οὐκ αἴσχιστον, ἐξὸν πάντα καλῶς ἔχειν ἡμῖν δεξαμένοις τοὺς ἄνδρας, ἑλέσθαι πᾶσιν ἐνέχεσθαι τοῖς κακοῖς ἀποπεμψαμένους, καὶ δυναμένους μετ' εὐγνωμοσύνης κερδαίνειν, τὴν μετ' ἀχαριστίας ζημίαν λυσιτελεστέραν ἡγεῖσθαι· καὶ ὅλως B φιλονεικεῖν ἐξεπίτηδες ὅπως εἰς ἄπορον τρέψομεν τὰς ἡμετέρας εὐχάς; ὥσπερ δεδοικότες μὴ λάθωμεν εὖ παθόντες· καίτοι μετὰ μικρὸν τοὺς δικαιότερον ἂν ὑποπτευθέντας ἀνάγκην ἔχοντες δέξασθαι. Ὅθεν γὰρ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπανέλθῃ, καὶ γένοιτο θᾶττον, ὦ Σῶτερ, τὴν πᾶσι φίλην ἰδεῖν κεφαλήν· ἕπηται δ' αὐτῷ στρατὸς Παιόνων, οὓς πολλοῖς μὲν λόγοις, πολλοῖς δὲ χρήμασι, πλείοσι δὲ πόνοις ἄγων ἧκεν ὑπὲρ ἡμῶν· καί τινας προπέμψας, μηνύῃ μὲν τὴν ἐπάνοδον, εὐαγγελίζηται δὲ συμμάχους ἥκειν ὑπὲρ ἡμῶν· τί τότ' ἐροῦσιν οἱ λίαν ἀσφαλεῖς οὗτοι, καὶ τὰς σκιὰς δεδοικότες; Εἰ μὲν γὰρ ἃ νῦν C καὶ τότε τούτοις ἀρέσκοι, κελεύσουσιν εἴσω τειχῶν μὴ δέχεσθαι τὸν βασιλέα. Καὶ πῶς οὐ χεῖρον τῶν ἐπὶ τριάκοντα συμβάντων Ἀθήνησι πράξομεν, τοσούτων ἡμῖν ἀναφυέντων τυράννων; Τί ποτε γὰρ ἕτερον ἢ τυραννίδα σαφῆ χρὴ ταῦτα καλεῖν, ἐγώ γε οὐχ ὁρῶ. Πῶς δὲ καὶ τὸν δῆμον πείσουσι μετέχειν αὐτοῖς τῆς ἀγνωμοσύνης; δῆλον γὰρ ὡς πάντ' ἂν ἅπαντες πάθοιεν ὑπὲρ τοῦ μόνον ἰδεῖν ἐπανήκοντα. Καὶ τό γε νῦν, καὶ αὐτῶν τῶν κινδύνων δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαχθέστερον, τοῦτ' ἐστίν· ὅτι πόῤῥω τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν διατρίβει. Γενέσθαι γὰρ ἀντιφάρμακον τοῖς παροῦσι κακοῖς τὴν ἐκείνου πεπιστεύκασι παρουσίαν.

D Ἄνευ δὲ τούτων καὶ τίνων ἁμαρτημάτων τοσαύτην αὐτὸν ἀπαιτήσουσι δίκην; Ὅτι χειμῶνος μεσοῦντος ὑπερβὰς τὰς ἁπάντων ἐλπίδας, ἀνήγετο μὲν εἰς τὸν Πόντον· ἀνέπλει δὲ τὸν Ἴστρον, ἑκατέρωθεν οὐχ ὑπερπλέων, ἀλλὰ παραπλέων ὥσπερ τινὰς ὑφάλους τὰς ὄχθας. Ἧκε δὲ μετ' ὀλίγων, καὶ οἳ μηδ' ἂν δειπνοῦντι παρεστῶτες ἀρκεῖν πρὸς διακονίαν ἐδόκουν, θηρίων μᾶλλον δεησόμενος, οὐκ ἀνθρώπων· καὶ πείσων ὑπὲρ ἡμῶν ἁρπάσαι τὰ ὅπλα καὶ κινδυνεύειν, ἀλλοτρίους ὄντας, ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ἐλευθερίας; Τοσοῦτον μὲν οὖν, εἰ καὶ μὴ δεσπότης ἐτύγχανεν ὤν, πονηρὸς δέ τις πρότερον καὶ πολέμιος. Εἶτα μεταβαλὼν τοιούτοις ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἐξεδίδου, στεφανοῦν ἐχρῆν, καὶ πάντων αὐτῷ μεταδιδόναι γερῶν, καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι. Εἰ δὲ

καὶ τοῦτ' ὢν τὸ μέγιστον καὶ θειότατον, καὶ πατρῷον ἔχων σχῆμα, ἔπειθ' ὑπὲρ ἡμῶν δεῖσθαι τοὺς βαρβάρους οὐκ ὤκνει· τούτου γάρ, τούτου μόνον οὐδ' ἂν ἕτερον ἐπαχθέστερον πάθοι ἀνὴρ τοσούτοις εἰωθὼς ἐπιτάττειν· πῶς οὐ παρελευσόμεθα καὶ τὴν τῶν βαρβάρων ὠμότητα, εἰ βελτίους ἐν ἐκείνοις ἔσχεν ἐλπίδας, ὧν ἡμεῖς ἐπιδειξόμεθα τότε; Ἐκείνους μὲν γὰρ φίλους ἕξειν ἐνόμισεν, ὥστε καὶ συμμαχεῖν· ἡμῖν δὲ δεινήν τινα τὴν ἔχθραν τὰ πραττόμενα μαρτυρήσει. Εἰ δ' ἀσεβεῖς καὶ μιαροὺς ἡγησάμενοι τοὺς τότε ταῦτ' ἂν τολμήσοντας συμβουλεύειν, μετ' εὐφημίας καὶ κρότων, ὥσπερ δίκαιον, ἐπανήκοντα τὸν βασιλέα δεχοίμεθα, πότερον καὶ τοὺς συμμάχους συνεισελθεῖν αὐτῷ συγχωρήσομεν· ἢ πρὸς μὲν ἐκεῖνον φιλανθρωπευσόμεθα, ἐκείνων δὲ τὸ πεδίον ἔσται, καὶ ἡ ταλαιπωρία, καὶ στήσομεν τοὺς εἴρξοντας αὐτοὺς τῶν πυλῶν; Εἰ μὲν γὰρ πρὶν ἐλθεῖν ὁμονοοῦντας, ἐνταῦθα ἀφικομένους αὐτοὺς διαιρήσομεν· καὶ ὁ μὲν ἐν τοῖς εἰωθόσιν ὡς ἡμέτερος ἔσται, τοὺς δ' ὡς ἐχθροὺς ὑποψόμεθα, καὶ μήτε στέγης, μήτε τῶν ἐκ τῆς ἀγορᾶς αὐτοῖς μεταδώσομεν· οὐκ οἶδα τίνων τοιαύτης ἀρξάντων ἀπανθρωπίας, ἐκείνους ἡμᾶς ζηλοῦν δόξομεν. Ἔπειτ' οὐδ' ὁ βασιλεύς, ἣν ἐφυλάξαντ' ἂν πάντες εὐγνωμοσύνην, ταύτην ἑαυτῷ προσήκειν ἡγήσεται· καὶ οὓς θαυμασταῖς ἐλπίσιν ἐπάρας δεῦρ' ἤγαγε, τούτους ἐξαίφνης ἀπολιπεῖν μονονουχὶ πᾶσι κηρύξοντας, ὡς τὰ τοῦ βασιλέως οὐδὲν ἄρ' ἦν, πλὴν ἀπάτη.

A defunctum præmiis honorare. Sin autem, cum et maximum illud ac divinissimum esset, jureque paterno imperium teneret, nostri postmodum causa ne Barbaros quidem renuit obsecrare; nam hac ipsa re, nihil quidquam molestius accidat, viro tam multis solito imperare: quomodo itaque non ipsam Barbarorum sumus superaturi crudelitatem, siquidem meliora ille de illis speravit, quam ipsi tunc simus exhibituri. Putavit quidem sic illos amicos fore, ut et belli societatem inirent; nos vero iis quæ designabimus, grave quoddam odium prodituri sumus. Sin vero impios ac sceleratos eos arbitrari, qui tunc ejusmodi aliquid fuerint ausi consulere, laudibus ac plausu, uti plane merito decet, revertentem imperatorem sumus suscepturi, B nonne et socios una cum eo ingredi urbem permittemus; an potius humanitate in eum usi, campum illis ac miseriam relinquemus, præficiemusque qui portas ad eos arcendos custodiant? Quod si concordes illos priusquam ingrediantur, ubi jam venerint, discernamus, ac ipse quidem velut noster ac domesticus, consuetos habeat honores; illos autem ceu hostes, suspectos habeamus, eosque neque tecto, neque foro donandos arbitremur, haud plane novi, quid illos in nobis laudaturos putemus, qui ab immanitate ejusmodi ordiamur. Præterea ne ipse quidem imperator, quam omnes servaverint benevolentiam, sibi congruam putabit; utque eos quos magnificis sollicitationibus in spem erigens, huc duxerit, statim derelinquat, vix non ubique gentium prædicaturos, imperatoris omnem negotiationem, fraudis larvam fuisse.

Καὶ μὴν οὐδ' ὧν εἵνεκ' ἀναισχυντήσομεν εὕροι τις ἄν. Εἰ μὲν γὰρ τοῦ πολέμου, καὶ πάντων τῶν εἵνεκ' αὐτοὺς δεῦρ' ἠγάγομεν ἐξειργασμένων ἡμῖν, τοὺς συμμάχους ἠξιοῦμεν προπηλακίζειν, οὐκ ἂν τοσοῦτον εἶχε κίνδυνον ἡ ἀχαριστία· εἰ δὲ τῶν ὁμοίων ἐφεστώτων κακῶν, ἀνομοίως ἡμεῖς τοὺς φίλους καλοῦντες καὶ δεχόμενοι προσφερόμεθα, οὐχ ὁρῶ τὰς ἐλπίδας τῆς τοιαύτης καινοτομίας. Οὐ γὰρ ἵνα μόνον δεινοί τινες κακουργεῖν καὶ φενακίζειν δοκῶμεν, περιεργαζόμεθα ταῦτα; Ἄνευ δὲ τούτων, τί ποτ' αὐτοὺς ἐξαπατηθέντας καὶ γέλωτα πᾶσιν ὄφλοντας, οἴεσθε δράσειν; Καθεδεῖσθαι, καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἕξειν τὼ χεῖρε, καὶ δεήσεσθαι συγγνώμην αὐτοῖς ἔχειν, ὧν ἐξηπάτηνται; Οὐχ οὕτω φιλοσοφεῖν ἐγνώκασι, καὶ θυμοῦ κρατεῖν. Λοιπὸν τοίνυν ἐκείνους μὲν τῶν τε τειχῶν πειρᾶσθαι, καὶ μηχανήματα τούτοις προσάγειν, ἡμᾶς δὲ ἀντέχεσθαι τῶν ἐκ τῆς πολιορκίας κακῶν. Ἄνευ γὰρ τούτων πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀρκεῖν μοι δοκεῖτε. Εἰ δὲ τοῦθ' ἡμῖν φορητόν, τί τοῖς πανταχοῦ δυναμένοις πρέσβεις ὑπὲρ συμμαχίας πέμποντες ἐνοχλεῖτε, ἐξὸν κατακλεισθέντας ὑπὸ τῶν βαρβάρων πολιορκεῖσθαι; Οὐ γὰρ ἔγωγε ὁρῶ τίνων ἡμᾶς ἀπαλλάξουσιν ἐλθόντες οἱ σύμμαχοι, ὁπόθ' ἑκόντες αἱρεῖσθε τὰ χείριστα. Οὕτως οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ὑπὲρ ὅτου τοὺς μετὰ βασιλέως ἥξοντας οὐ προσδέξεσθε. Εἰ δ' ἀνθρώπινα καὶ δίκαια λογισάμενοι, στεφανοῦν μὲν εἵνεκα τῶν ὑπὲρ ἡμῶν πεπονημένων τὸν βασιλέα βουλήσεσθε,

C Sane ne quorum quidem gratia proterviamus, facile quis inveniat. Nam ut bello quidem, ac quorum causa socios adduximus, confectis, eis vellemus illudere, haud tantum ingrati illa animi labes periculum haberet. Sin autem iisdem instantibus malis, alia aliaque ratione vocandis ac suscipiendis amicis habemus, non video quid ea novitas spei habeat. Num enim solum ut subtiles quidam consuendis fraudibus ac dando verba videamur, sic ista anxie agimus? Præterea, quid deceptos illos, omniumque factos fabulam, præstituros putatis? Fors sessuros, ac apud se cohibituros manus, veniamque pro fraude ipsis facta rogaturos? Verum haud illi ita philosophari noverunt, ac iræ dominari. Superest ergo ut illi quidem muros D tentent, atque eis admoveant machinas; nos vero obsessæ urbis feramus incommoda. Insuper enim, nihil vos aliud posse existimo. Quod si ea vobis res ferenda videtur, ut quid ubique potentibus destinantes legatos qui in belli societatem inducant, negotium facitis, cum liceat urbis mœnibus conclusos Barbarorum obsidione premi? Haud enim sane video, quo nos malo venientes socii liberare habeant, cum sponte pessima præoptetis. Atque adeo nihil causæ erit cur venturos cum imperatore non suscipiatis. Sin autem quæ humana sunt ac juris cogitantes, imperatorem quidem ob susceptos nostri causa labores coronandum puta-

bitis, portasque, cum eo venientibus sociis aperietis, quid vetat ut ne pro istis eadem decernatis? Nec enim operæ pretium, ut Romanorum quidem lenitatem caveatis; Pæonum autem crudelitatem ne suspectam quidem habeatis: utque eos qui gloriæ studio sua profundunt, nostra concupituros arbitremini; eos autem qui latrociniis ac furto vivunt, a sua repente cessaturos arte. Quod si mille istis commisceri formidabile, qui non perspicue malum majus in viginti millibus? Cumque eos qui ultro veniunt, haud tutæ homines fidei asseramus, quanta in illis securitas quos per legatos ascivimus?

Verum ipsa quoque horum cogitatio ridicula. Sit vero sapientum, ac talis urbis, quanta hæc nostra civium, ut eos qui ista dicunt, ellebore indigere putent; utque ejusmodi consiliis, si quis noster hostis sit, magis obsecuturum optent; ipsos vero, cogitationes quæ deceant, assumentes, non quiescere; nec temere contradicentibus dare licentiam, qui nescio quorum benevolentiam inani illa garrulitate captent: quin vel ipsum deliberationis tempus jacturæ deputantes, hosce suscipere, ceu viros a longo jam tempore, a parentibus, filiis, aliaque ratione maxime necessariis absentes, proque eorum animi alacritate, providentiæ gratias agere, ei palam horum adventum acceptum referentes; non propter quædam levia, quæque forsan contingant, forte non contingent, ipsius quoque libertatis jacturam facere; ut ne quidquam aliud dicam, eorum quæ universis timentur velut in procinctu, atque adeo illis ipsis qui his indignantur. Cogitate enim quo fortunæ redacti simus; quidve possimus sperare, ut istos dimiserimus. Quorum olim imperii fines, ipsi erant qui orbis, nunc sedemus felicitatem reputantes, ut quis sinat servire. Urbs vero longe universarum sub cœlo beatissima, quamque omnes, gratiarum ac recreandi causa, munificique omnis ornatus, adibant, nunc incolis facta est carcer. Undequaque habet clausas portas, nec ullus jam tuto in portibus stationem habet: quique appellunt malos foris rumores afferentes, longe pejora intus experiuntur. Cæterum nobis, intra quidem muros, clamor, egestas, paupertas, lacrymæ; extra vero spectantibus e turribus Barbarorum exercitus; vastatio agrorum, in aggeribus cædes, ignisque ferox, domos, templa, pulchra quæque ædificia publica, ac prorsus omnia invadens. Quin et blasphemiæ in Deum, atque (quod quis non horreat?) crucis contumelia, ac fidei irrisio, sacrarumque imaginum probri causa circumductiones, nec non minæ terribiles, quas ne eveniant, ne ipse quidem Christus, quem adoramus, possit impedire.

Sed et fames universa tenet, cum nec terra reliqua sit, quam colamus, nec latrones liberum permittant mercatoribus alveum: et ut possint frumenta advehere: quo fit, ut et locantibus operas ars inutilis videatur, non habentibus ut inde paciscantur; mi-

A ἀνοίξετε δὲ τοῖς μετ' ἐκείνου συμμάχοις τὰς πύλας, τί κωλύει ταῦτα καὶ περὶ τούτων ψηφίζεσθαι; Οὐ γὰρ δήπου τὴν μὲν τῶν Ῥωμαίων ἡμερότητα φυλάττεσθαι δεῖ, τὴν δὲ Παιόνων ὠμότητα μηδὲ ὑποπτεύειν· καὶ τοὺς μὲν ὑπὲρ δόξης προϊεμένους ἐπιθυμῆσαι νομίσαι τῶν ἡμετέρων, τοὺς δ' ἐξ ὧν λῃστεύουσι καὶ κλέπτουσιν ἀπὸ τούτων διάγοντας, τούτους ἐξαίφνης ἀποσχέσθαι τῆς τέχνης. Εἰ δὲ χιλίοις τούτοις ἀναμίγνυσθαι φοβερὸν, πῶς οὐ φανερώτερον τὸ κακὸν ἐν τοῖς δισμυρίοις; Καὶ ὅτε τοὺς ἑκόντας ἐλθόντας ἀπίστους εἶναι κυροῦμεν, τί χρὴ θαῤῥεῖν περὶ τῶν μετὰ πρεσβείας κληθέντων;

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ μόνον λογίζεσθαι γέλως· σωφρονούντων δ' ἂν εἴη, καὶ τοιαύτην οἵαν ἡμεῖς πόλιν
B οἰκούντων, τοὺς μὲν ταῦτα λέγοντας ἐλλεβόρου δεῖσθαι νομίζειν· καὶ ταῖς συμβουλαῖς ταύταις, εἴ τις ἐχθρὸς ἡμῖν εἴη, μᾶλλον εὔχεσθαι πείθεσθαι· αὐτοὺς δὲ τῶν προσηκόντων λογισμῶν ἁψαμένους, μὴ στῆναι, μηδὲ τοῖς ἀντιλέγουσιν εἰκῇ φλυαρεῖν ἐπιτρέπειν, οὐκ οἶδ' ὧντινων εὔνοιαν τῇ κενολογίᾳ ταύτῃ πορίζομένοις· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν μέχρι τῆς συμβουλῆς χρόνον ζημίαν λογισαμένους, δέχεσθαι τούτους ὥσπερ τῶν γονέων ἢ τῶν υἱέων, ἢ τῶν ἄλλως οἰκειοτάτων, τὸν πολὺν χρόνον ἀποδημοῦντας, καὶ τῆς αὐτῶν προθυμίας χάριτας ὁμολογεῖν τῇ προνοίᾳ, ἐκείνῃ σαφῶς ἀνατιθέντας τὴν αὐτῶν παρουσίαν· καὶ μὴ μικρῶν τινων εἵνεκα ἴσως μὲν συμβησομένων, ἴσως δὲ μὴ, ζημιωθῆναι καὶ τὴν ἐλευθερίαν· ἵνα μηδὲν
C ἄλλο λέγω τῶν νῦν ὑπὸ πάντων, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν τούτοις ἀχθομένων, προσδοκωμένων. Λογίσασθε γὰρ οὗ μὲν νῦν τύχης ἐσμέν· τί δ' ἔστιν ἐλπίζειν, ἐὰν τούτους προώμεθα. Οἷς μὲν πέρατα τῆς ἀρχῆς ἃ καὶ τῆς οἰκουμένης ὑπῆρχεν ἡμῖν, νῦν καθήμεθα, εἴ τις ἐᾷ δουλεύειν εὐδαιμονίαν ἡγούμενοι. Ἡ δὲ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πόλεων εὐδαιμονεστάτη, καὶ ἐφ' ἣν πάντες χαρίτων ἕνεκα καὶ τέρψεως καὶ τῆς διὰ πάντων ἁβρότητος ἤλαυνον, εἱρκτὴ νῦν τοῖς οἰκήτορσι γέγονε. Κέκλεινται μὲν γὰρ αὐτῇ πανταχόθεν αἱ πύλαι· οὐδεὶς δὲ κινδύνων χωρὶς ἐπιχωριάζει τοῦ λοιποῦ τοῖς λιμέσι· καὶ οἱ καταίροντες, πονηρὰς ἔξωθεν κομίσαντες φήμας, χειρόνων παρὰ πολὺ τῶν ἔνδον πειρῶνται. Ἡμῖν δὲ τὰ μὲν εἴσω τειχῶν βοὴ, καὶ πτωχεία, καὶ πενία, καὶ δάκρυα· τὰ δ' ἔξω τοῖς
D ἀπὸ τῶν πύργων ὁρῶσι βαρβάρων στρατεύματα, καὶ γῆ κειρομένη, καὶ πρὸς ταῖς τάφροις τῶν ἡμετέρων σφαγαὶ, καὶ πῦρ ἄγριον, οἰκίας, καὶ νεὼς καὶ δημοσίων οἰκοδομημάτων κάλλη, καὶ πάντα ἁπλῶς ἐπιόν. Δυσφημίαι δὲ κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ (ὃ τίς οὐκ ἂν φρίξειεν;) ὕβρις σταυροῦ, καὶ γέλως τῆς πίστεως, καὶ θείων εἰκόνων ἄτιμοι περιαγωγαὶ, καὶ ἀπειλαὶ φρικώδεις, καὶ τοῦ μὴ ταύτας ἐκβῆναι, μηδ' ἂν αὐτὸν, ὃν προσκυνοῦμεν, Χριστὸν ἐπισχεῖν οἷόν τε εἶναι.

Καὶ ὁ λιμὸς πάντα ἐλαύνων ἐπίκειται, μήτε γῆς ὑπολειπομένης ἣν γεωργήσομεν, μήτε τοῖς ἐμπόροις τῶν λῃστῶν ἄδειαν ποιούντων τὸν πόρον· ἐξ ὧν τοῖς μὲν ἐργολαβοῦσιν ἄχρηστον ἡ τέχνη δοκεῖ, οὐκ ἔχουσι τὰ ἐξ αὐτῆς διαθέσθαι, στρατιώταις δὲ τὴν ὁρμὴν ἐπέσχε

τὸ δέος· καὶ δεσπόται, δούλων αὐτοὺς ἀποδράντων, αὐτοὶ τὴν ἐκείνων ἀντιλαμβάνουσι τύχην. Τὸ δ' ὅλον σχῆμα τῆς πόλεως ὁρᾶται διὰ πάντων ἀμειφθὲν ὥσπερ ἐν πένθει· πάντες δὲ τὴν τῶν κακῶν σύνοδον ἐκπλαγέντες, ἀπώκνησαν. Καὶ ὃ τοὺς νοῦν ἔχοντας κατασείει, ὅτι καὶ τῶν πολιτευομένων πολλοὶ οὕτω χειροήθεις τὰς γνώμας γεγόνασιν, ὡς ἔχειν τι καὶ καλὸν λέγειν, τὴν ὑπὸ τοῖς βαρβάροις τούτοις δουλείαν, καὶ τοὺς Ῥωμαίους βαρύτερα ἐπιτάττειν. Ὥστε καὶ φανερῶς ἐπ' ἐκείνους ἀποδημοῦσι, καὶ ῥητούς τινας ἐκείνοις σύνεισι χρόνους· καὶ πρόβατα, καὶ βοῦς, καὶ ἵππους, καὶ ἀργύρια, μισθοὺς ἔχουσι τῆς ἡμῶν προδοσίας· καὶ συμπίνοντες ἐκείνοις, τὴν ἡμετέραν ἀπώλειαν ᾄδουσι· καὶ τὴν τοῦ δεῖνος οἰκίαν, ἢ τὴν τῆς γυναικὸς ὥραν, ἢ τὴν παίδων ἐκείνοις προπίνουσιν· εὔχονται δὲ παρὰ σφίσιν ἰδεῖν ὑπὸ πάντων προσκυνουμένους· ταῦτ' εἰπόντες καὶ πράξαντες ἐπανῆκον, ἐνδεικνύμενοι τοῖς πολίταις ὡς εἰ μὴ σιγήσουσι, πρὸς τοὺς δεσπότας αὐτῶν κατεροῦσι, τοὺς ἀλάστορας ἐκείνους οὐκ ὀκνοῦντες τοῦτο καλεῖν. Οἱ δὲ φρίττουσι, καὶ συνεύχονται γῆρας τοῖς δικαίως ἂν ἀπαχθεῖσι μνησθῆναί τι καὶ αὐτῶν ἐπὶ τῶν πότων δεόμενοι· καὶ τοσαύτην παῤῥησίαν οἱ παρ' ἐκείνοις μισθαρνοῦντες προσειληφότες οὐκ ὀκνοῦσιν ὑπὲρ ἐκείνων ἀναίδην δημηγοροῦντες, καὶ πάντα ποιοῦντες, ἐξ ὧν αὐτοῖς χαριοῦνται· ὅπερ ἐστὶ προδοῦναι τὴν πόλιν, καὶ κυρίους ἐκείνους σαφῶς πάντων ποιῆσαι· ὥστ' εἰσὶν ἤδη οἱ μετὰ σπονδῶν γοῦν ἁλῶναι τὴν πόλιν εὐχόμενοι δεδοικότες μὴ φθάσωσιν ὑπὸ τῶν μιαρῶν τούτων προδεδομένοι.

Οὕτως εἰς ἄπορόν τινα τύχην τὰ κοινὰ συνηλάθη, καὶ οὕτω τὸ μετ' ἐλευθερίας ζῆν τοῦ λοιποῦ ἕν τι τῶν ἀδυνάτων δοκεῖ· εἰς ὅπερ ὑμᾶς τὸ τὰ μὲν καθημέραν ἐλαττώματα διορθοῦσθαι νομίζειν περίεργον, τὸ δὲ μετὰ ῥᾳστώνης παρελθεῖν τὴν ἡμέραν ἀνδράσι προσῆκον λογίζεσθαι· καὶ τοὺς μὲν ἃ δεῖ παραινοῦντας λήρους καλεῖν, τοῖς δὲ ταῖς ἡμῶν ἡδοναῖς συναγωνιζομένους ἆθλα θαυμαστὰ προτιθέναι προήγαγε. Καὶ πρός γε ἔτι τὸ τοὺς μὲν φανερῶς πολεμοῦντας ἀνέχεσθαι, καὶ πιστεύειν ἐξαπατῶσι, τοὺς δὲ μεθ' ἡμῶν τάττεσθαι καὶ συμμαχεῖν ἐπαγγελλομένους ὑποπτεύειν· καὶ ζητεῖν προφάσεις ὅθεν λύσομεν τὰς φιλίας. Ἀλλ' ἐὰν τῶν πρότερον καταγνόντες, τοῖς νῦν παρὰ Θεοῦ δεδομένοις χρησώμεθα, καὶ τοὺς ἀνθελκοῦντας τούτους ἀποσεισάμενοι, καὶ γραυσὶ ταῦτα μυθολογήσαντας ἀποπέμψαντες, τὸν ἔσχατον τοῦτον ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι βουληθῆτε, οἶμαι, καὶ σὺν Θεῷ τοῦτ' εἰρήσθω, οὐ τὰ οἴκοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πόῤῥωτάτω καλῶς ἕξειν ἡμῖν· καὶ μὴ τῇ πατρίδι μόνον ἀνασώζειν τὸ πάντων ἀντίῤῥοπον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων ἄρξειν ἢ πρότερον· καὶ πάντας τοὺς πρὶν ὑφ' ἡμᾶς ἐφ' ἡμᾶς ἐπανήξειν, καὶ πάντας ὑπὸ τοὺς ἡμετέρους ἔσεσθαι νόμους, καὶ πανταχοῦ τοῖς βαρβάροις ἀναθαῤῥήσοντας ἐπιθήσεσθαι. Νῦν μὲν γὰρ ἡμᾶς ὁρῶντες κατεπτηχότας, εἰκότως συστέλλονται καὶ αὐτοί, καὶ τῆς δουλείας ἀνέχονται, ὁρῶντες τοὺς δεσπότας ἀνακεχωρηκότας τῶν πραγμάτων· ἂν δ' ὁρῶσιν ἀντιβλέπειν τολμήσαντας, καὶ αὐτοὶ συνοίσουσι τὰ

A litibus impetum timor retardavit; dominique, fugientibus servis, eorum ipsi vicissim subeunt sortem. Universa civitatis species omni parte velut in luctu commutata cernitur: cunctique malorum coitione tanta stupefacti, animos desponderunt. Quin hoc quoque sapientum mentem quatit, quod multi cives adeo servili animo facti sint, ut quid boni, illi Barbarorum servituti inesse dicant, ac Romanos graviora jubere. Quamobrem etiam propalam ad illos proficiscuntur, apudque illos certis quibusdam temporibus versantur, ovesque, et boves, et equos, ac pecunias, nostræ mercedem proditionis accipiunt, eisque compotantes nostram canunt perditionem; ac hujus domum, uxoris illius speciem, aut etiam pignorum, iis propinant: apud se autem in votis B habent, ut ab universis adorari homines videant, iisque dictis ac factis reverti præsumpserunt, significantes civibus, nisi taceant, dicturos se suis dominis, ac apud eos gravius accusaturos, non verentes malos illos dæmones ac pestes sic appellare. Ii vero horrore tenentur, longosque precantur annos iis, qui merito agi debuissent: rogantes ut inter pocula eorum aliquid meminisse velint: tantamque libertatem sic apud illos merentes assumpserunt, ut nec pro illis impudentia orare vereantur, omniaque facere, ex quibus illis obsequantur; quod est urbem prodere, ac palam universorum dominos facere: ut nec jam desint qui optent sub pactis capi civitatem, timentes ne scelestis istis traditoribus contingat occupari.

C Sic publica res in extremas quasdam angustias redacta est, sicque deinceps liberos vivere impossibilibus accensendum videtur; in quas nos angustias conjecit, tum quod accidentia mala damnaque neglexerimus ceu rem superfluam emendare ac instaurare; tum quod diem otio transigere ac ignavia, viros decere putaremus; ac monentes quidem quæ operæ pretium essent, haberemus stultos; iis autem qui voluptatibus adblandirentur nostris, præclara quædam præmia proposita vellemus. Ad hæc autem, quod manifestos hostes sustineremus, ac decipientibus haberemus fidem; eos autem qui nobis accedentes, belli se socios fore pollicebantur, habuerimus suspectos, ea causantes, D quibus amicitias dissolveremus. Verum ut priorum pœnitudine ducti, oblatis nunc Dei providentia voluerimus uti, iisque repulsis qui secus trahunt, ac ad anus, quibus eas fabulas narrent, amandatis, supremum hoc pro salute communi desudare certamen, fore spero, quod sit dictum Deo auspice, ut nedum domesticæ res bene nobis habituræ sint, verum etiam quam longissime positæ; utque non solum patriæ sartam tectam servemus, universis comparabilem ac æstimabilem magis libertatem, sed etiam pluribus imperemus; omnesque pridem nobis subjecti ad nos revertantur, nostrisque universi legibus subjiciantur; ac demum ut omni loco fiducia pleni, hostes invadamus. Modo quidem cum nos attonitos videant, merito et ipsi contrahuntur,

ac servire sustinent, videntes dominos recessisse a rebus. Sin autem contra ausos respicere viderint, etiam ipsi conferent, quæ sunt ipsorum. Haud vero id modicum ut Barbaris externa læsis impressione, nec quæ a suis habent quieta constiterint.

A ἑαυτῶν. Οὐ μικρὸν δὲ εἰ τοῖς βαρβάροις ἔξωθεν βλαπτομένοις, καὶ τὰ παρὰ τῶν οἰκείων τούτοις οὐχ ἠρεμήσει.

Enimvero ut rumoribus, ac iis quæ communi feruntur fama, aliquid ad fidem dandum sit, erat oraculum quoddam, venturos a mari ac Alpibus, qui urbem ac nos ulturi essent, foreque ut eos omnes videremus, Barbarorum vi prostrata atque injuria, postmodum illis servire cogentes, quibus prius imperavissent: adeoque Barbari metum hunc semper animis vigentem habent, ut ubicunque ad deliberandum convenerint, hoc obtineat, haud in nos immoderatius esse iniqua vexatione abutendum, sed paulatim esse consumendos, nec in desperationem cogendos, ne omnino illa persuasi, ad eos confugiamus, qui modo sponte adsunt, tanquam eo eventu nihil illis expeditio ac contentio conducibile habeant. Fauste itaque omen suscipiamus, cui et hostes suffragio accedant; nec eorum vota rata faciamus. Quippe absonum merito videatur, ut cum illi timeant, exque metu, domi viros manere precentur, eosdem ipsi venientes prohibeamus, sicque hostium cupiditati cooperari videamur.

Ἀλλὰ μὴν εἴ τι δεῖ ταῖς φήμαις καὶ τοῖς κοινῇ λεγομένοις οὐκ ἀπιστεῖν, ἦν τι λόγιον ἐκ τοῦ πελάγους καὶ τῶν Ἄλπεων ἥξειν τοὺς τῇ πόλει καὶ ἡμῖν ἀμυνοῦντας· καὶ τούτους πάντες εἶδον τὴν μὲν τῶν βαρβάρων ὕβριν στορέσειν, ἀναγκάσειν δ' αὐτοὺς ὕστερον δουλεύειν, ὧν πρότερον ἦρχον· καὶ οὕτως ἐν ταῖς τῶν βαρβάρων ψυχαῖς ἤκμαζεν ἀεὶ τοῦτο τὸ δέος, ὥσθ' ὁπότε συνελθόντες βουλεύοιντο, τοῦτο νικᾷν, μὴ δεῖν πέρα τοῦ μετρίου τῇ πρὸς ἡμᾶς κε- B χρῆσθαι πλεονεξίᾳ· ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἡμᾶς ἀναλοῦν, μηδ' ἀπόγνωσιν ἡμῖν ἐμποιεῖν, ὥστε μὴ παντελῶς ἀπογνόντας, ἐπὶ τούτους καταφεύγειν, οἳ νῦν αὐτόματοι πάρεισιν, ὡς τότ' αὐτοῖς ἀντεπεξιέναι καὶ φιλονεικεῖν οὐ συνοῖσον. Δεχώμεθα δὲ τὸν οἰωνὸν ἀγαθῇ τύχῃ, ᾧ καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν συμψηφίζεται· καὶ μὴ κυρίας τὰς εὐχὰς τοῖς βαρβάροις ποιῶμεν. Ἄτοπον γὰρ ἐκείνων ταῦτα πεφοβημένων, καὶ διὰ τοῦτο εὐχομένων οἴκοι μένειν τοὺς ἄνδρας, ἡμᾶς κωλύειν αὐτοὺς ἥκοντας· καὶ οὕτω τοῖς πολεμίοις συγκατεργάζεσθαι δοκεῖν τὴν ἐπιθυμίαν.

MONITUM IN ORATIONEM SEQUENTEM

(COMBEFIS. *ibid.*)

Multa Laonicus de Callipoli, quam lib. IV πόλιν εὐδαίμονα vocat. Tenuerant tempus aliquod Catalani, Turcæ in Europam transmittentes, fere in ea, urbium primam suæ ditionis fecerant, eaque potiti immensis deinceps cladibus Græcorum rempublicam affecerant: quorum jam sub Bajazete reliquiæ deletæ essent, ac capta Constantinopolis, nisi Temeres Scytha eumdem delevisset ac tantillum sub Machmete ejus filio respirare sivisset. Eo exstincto ac Amurate ineunte imperium, ei Græci Mustapham objecere, cum quo etiam ceperunt Callipolim eidem facientem deditionem: idque unum fere Græci præmii loco videbantur a Mustapha exigere, ut eorum Callipolis ditionis fieret; quod tamen Turcæ eam incolentes ægerrime ferebant; ac nec acquievisse Mustaphæ volenti tradere, tradit Laonicus; præsens tamen deliberatio, pleno jure subjectam Græcis civitatem videtur significare; nec eo modo captam quo ponit Laonicus, sed a Latinis ac comite, qui subsidio venissent Græcis, sola in eos pietate ac misericordia moti, quod Christianos homines sic a Barbaris ac impiis audissent male haberi; num ille auctoris comes sit Smyrnæ princeps, quem Laonicus Græcorum copiis socium accessisse tradit, tuendæ parti Mustaphæ ac capiendæ Callipoli? Ut ut habeat, habes, Christianopolitice lector, quo Turcarum dignoscas solertiam, et ut ita rebus auxerint, quæsitis ac suo adjectis dominio commodis urbibus, quantumque una urbs aliqua afferat rebus momenti. Vide apud Leunclavium deploratam Græcorum ἀναισθησίαν, capta a Turcis primum ea urbe, seu leve damnum illatum esset; subindeque regnorum integrorum per nostros amissionem, ludente Cypro, ac aliis, fabulam: tuque idipsum Christiana vere pietate ac sensu, modo in Creta deplora; nec ejus putes montibus sistendam flammam, ut ne reliquum orbem Christianum, nisi expergiscimur ac sentire incipimus, vel Deo ulciscente dura viscera, depascat.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΣ ΕΤΕΡΟΣ
ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΙΠΟΛΕΩΣ
ΑΙΤΗΣΑΝΤΟΣ ΤΟΥ ΜΟΥΡΑΤΟΥ

EJUSDEM
ORATIO ALIA DELIBERATIVA
DE NON REDDENDA CALLIPOLI PETENTE AMURATE.

Quod si Callipolim iniquæ Barbaris cupiditatis terminum fore arbitramini, eaque capta concessuros existimatis, ut libere reliqua habeamus: sciat quisquis hæc somniat, procul se a vero aberrare. Qui enim multa adeo, qua promittit, qua comminatur, ut ejus efficiatur dominus, quid non facturus putandus sit, ut urbium maximam, ac cui nihil simile occurrat, ditioni addicat suæ, tantaque opum ac gloriæ accessione, res suas cumulo exornet? Qui ergo non stultum, ut qui videamus sic studio vindicantem parva, quæ majora sunt, neglecturum putemus? Velut nimirum, si quis aliquem videat vel unius oboli cupidum vapulare sustinentem, tumque existimet talenta ultro spreturum. Insania ac dementia talia sperare. Quin imo, ita natura comparatum est, ut crementa ac accessiones cupiditatem hominibus augeant, ceu iis qui sint fini propinquiores, cujus ergo universa designant.

Nisi ergo Barbarorum cupiditatem irritare vultis, obnitendum est iis quæ petunt, ut ne in aliis molestiores experiamur: neque hoc percontemini, æquumne sit servantes Callipolim, messem amittere, quo refertis omnia, nostrorumque alios laborum dominos facere: nec vitium cladem sic gravem reputate, ut non desint qui membra sibi, quam illas exscindi malint. Equidem grave arbitror ac triste id damni, nedum nobis qui sustinemus, sed et universis quotquot tempora in ejusmodi necessitates conjecerunt; enimvero virorum sit, ut non solum præsens attendant, idve curent quod modo triste habet: sin autem pejus aliquid in futurum repositum sit, illud aut non prospiciant, aut neglectu, fortunæ permittant: quin potius, quod præsens levius triste est, gravissimo postmodum periculo futuro præeligant. Nam esto, demusque Callipoli tradita collecturos nos messem; sic quidem, hocce uno duntaxat anno ubertate fruemur; tametsi forte dicat aliquis, ob malam Barbarorum fidem, rem incertam esse. Cum enim multa sæpe polliciti essent, contrarios pollicitationibus fines intulerunt. Concedo nihilominus servaturos pacta: haud enimvero omne sæculum, præsens annus erit; quin potius ille quidem consummabitur, ac fruges consumentur; rursumque virescent segetes; ac res imbecilli statu erunt; Barbarique venient velut febris periodus, ac escas ipsi necessarias habebimus. Quid ergo tunc sumus daturi, quo liceat fruges inferre? Selybriam dicet quis aut Perinthum, velut illi qui substantiæ semper reliquum oppignerant.

Enimvero neque nobis infinitæ sunt urbes, quibus datis annis singulis messem ac vindemiam redimamus; neque Barbari concessuri sunt ut gratis in deliciis vivamus. Superest ergo ut veniatur ad id quod est caput, illis quidem flagitantibus urbem ac libertatem, hæc enim postrema restant, nobisque non valentibus contradicere, ut quibus fruges ac messis obturent ora. Quamobrem necessario su-

A Εἰ δὲ τὴν Καλλίπολιν ὅρον ἔσεσθαι τῆς πλεονεξίας τοῖς βαρβάροις νομίζετε, καὶ ταύτην λαβόντας, τοῖς λοιποῖς ἡμῖν οἴεσθε μετ' ἀσφαλείας χρήσεσθαι συγχωρήσειν· ἴστω πᾶς τις ταῦτ' ὀνειροπολῶν, τῶν πραγμάτων παντελῶς ἁμαρτάνων. Ὁ γὰρ τοσαῦτα μὲν ὑπισχνούμενος, τοσαῦτα δὲ ἀπειλῶν ὑπὲρ τοῦ ταύτης γενέσθαι κύριος, τί οὐκ ἂν πιστεύοιτο δράσειν ὑπὲρ τοῦ τὴν μεγίστην τῶν πόλεων, καὶ ἧς οὐδ' ἂν τις εὕροι παράδειγμα, κτήσασθαι, καὶ τοιαύτῃ χρημάτων καὶ δόξης προσθήκῃ τὰ ὑπηργμένα κοσμῆσαι; Πῶς οὖν οὐκ εὔηθες, τῶν μικρῶν ὁρῶντας οὕτως ἀντιποιούμενον, οἴεσθαι τῶν μεγίστων αὐτὸν ἀμελήσειν; Ὥσπερ ἂν εἴ τις καὶ πληγῶν ἀνεχόμενον ὑπὲρ ὀβολοῦ τινα βλέπων, ἔπειτ' οἴοιτο ταλάντων ἑκόντα καταφρονήσειν. Μωρία καὶ ἄνοια τὰ τοιαῦτα ἐλπίζειν. B Μᾶλλον μὲν οὖν αἱ προσθῆκαι φύσει τοῖς ἀνθρώποις αὔξουσι τὰς ἐπιθυμίας, ἅτε τοῦ τέλους ἐγγύτερον γινομένοις, ὑπὲρ οὗ πάντα πράττουσιν.

Εἰ τοίνυν ὑμῖν μέλει τοῦ μὴ τὰς τῶν βαρβάρων ἐρεθίζειν ὀρέξεις, ἀνθεκτέον ὧν νῦν αἰτοῦσιν, ἵνα μὴ χαλεπωτέροις αὐτοῖς πρὸς τἄλλα χρησώμεθα· μηδὲ ἐρωτᾶτε, εἰ δίκαιον ἀντεχομένους ταύτης ἀπολέσαι τὸ θέρος, πρὸς ὃ πάντα ἀνάγετε, καὶ τῶν ἡμετέρων πόνων ἑτέρους ποιῆσαι κυρίους· μηδὲ τὸ τῶν ἀμπέλων πάθος οὕτως ἡγεῖσθε βαρὺ, ὥστ' εἶναι τοὺς βουλομένους αὐτοῖς τὰ μέλη πρὸ ἐκείνων τμηθῆναι. Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν εἰς ταῦτα ζημίαν χαλεπὴν ἡγοῦμαι καὶ λυπηρὰν οὐχ ἡμῖν μόνον τοῖς ὑπομένουσι ταύτην, C ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ὅσους εἰς τὰς τοιαύτας ἀνάγκας ἤγαγον οἱ καιροί· ἀλλ' ἀνδρῶν μὴ τοῦ παρόντος γίνεσθαι μόνον, καὶ τὸ νῦν λυπηρὸν θεραπεύειν, εἰ δέ τι χεῖρον εἰς τὸ μέλλον ἀπόκειται, τοῦτ' ἢ μὴ προβλέπειν, ἢ προορωμένους ἐπιτρέπειν τῇ τύχῃ· ἀλλ' αἱρεῖσθαι τὴν παροῦσαν εἰς τὰ κουφότερα λύπην τοῦ μετὰ μικρὸν εἰς τὰ μέγιστα ἐσομένου κινδύνου. Ἔστω γὰρ, καὶ συγκεχωρήσθω τὴν Καλλίπολιν ἐκδόντας, τὸν σῖτον κομίσασθαι· οὕτω μὲν οὖν ἓν τὸ παρὸν μόνον ἔτος ἐν ἀφθόνοις διάξομεν. Καίτοι τις ἂν ἴσως εἴποι διὰ τὴν τῶν βαρβάρων ἀπιστίαν μηδὲ τοῦτο βέβαιον εἶναι. Πολλὰ γὰρ πολλάκις ὑπισχνούμενοι, ἐναντία τὰ τέλη τοῖς ὑπεσχημένοις ἐξήνεγκαν. Ἐγὼ δὲ τίθημι τηρήσειν αὐτοὺς τὰς συνθήκας, πάντως οὐχ ὁ πᾶς αἰὼν τὸ νῦν ἔτος ἔσται· ἀλλὰ τελευτήσει μὲν τοῦτο· D ἀναλωθήσονται δὲ οἱ καρποί· καὶ πάλιν ὁ σῖτος ἐν ἀκμῇ, καὶ τὰ πράγματα ἀσθενῆ, καὶ οἱ βάρβαροι ὥσπερ πυρετοῦ περίοδος ἥξουσι· καὶ ἡμῖν δεήσει τροφῶν· τί ποτ' αὐτοῖς δώσομεν ὑπὲρ τῆς κομιδῆς τῶν ὡραίων; Σηλυβρίαν ἐρεῖ τις ἢ Πείρινθον, ὥσπερ οἱ τὸ λοιπὸν ἀεὶ τῆς οὐσίας ἐνεχυράζοντες.

Ἀλλ' οὔθ' ἡμῖν ἄπειροι πόλεις, δι' ὧν τοὺς καθ' ἕκαστον ἔτος ἀμητοὺς ἢ τρυγητοὺς ὠνησόμεθα, οὔθ' οἱ βάρβαροι συγχωρήσουσιν ἡμῖν προῖκα τρυφᾷν. Λοιπὸν τοίνυν ἐπὶ τὸ κεφάλαιον ἀπαντᾷν· ἐκείνων μὲν τὴν πόλιν αἰτούντων καὶ τὴν ἐλευθερίαν· ταῦτα γὰρ ὕστατα λείπεται· ἡμῶν δὲ ἀντιλέγειν μὴ δυναμένων, τῶν καρπῶν ἡμῖν καὶ τοῦ θέρους ἐμφραττόντων τὰ στόματα. Ὥστ' ἐξ ἀνάγκης δουλεύσομεν. Οὐ

γὰρ ἔγωγε ἄλλο τι μέσον ὁρῶ τῆς τε τῶν βαρβάρων A πλεονεξίας καὶ τοῦ μηδ' ἡμᾶς ἀνέχεσθαι τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἀπολέσαι. Ἀλλὰ μὴν καὶ χωρὶς τούτων δέδοικα μὴ τῶν ἐπετείων καρπῶν σφόδρα ἐπιθυμοῦντες, ἐφεξῆς πόλλ' ἔτη λιμώττειν ἀναγκασθῶμεν. Νῦν μὲν καὶ μὴ γεωργοῦσιν ἡμῖν ἡ θάλαττα τὰ παρὰ τῶν ἄλλων γεωργούμενα κομιεῖ· καὶ πολλάκις ἴσμεν τοῦτο συμβὰν, ὅταν ἢ παρὰ τῶν πολεμίων οὐρανίων ὁ τῆς γῆς τόκος κωλύηται, ἢ καὶ παρὰ τῶν πολεμίων τουτωνὶ βλάπτηται, ποιούντων ἃ νῦν ἀπειλοῦσι. Τότε γὰρ ἀντὶ τῶν ἀγρῶν ἡμῖν ἡ θάλαττα γίνεται· καὶ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων οἱ ταύτην ἀροῦντες καὶ σπείροντες· πολλοὶ δὲ καὶ οἱ πόῤῥωθεν κομίζοντες ἡμῖν ὧν δεόμεθα· καὶ πολλάκις ἡ πόλις τὰ τῆς περιοικίδος μὴ συγκομισαμένη, ἐν ἀφθονωτέροις διήγαγε. Καὶ ὅλως τῆς θαλάττης ἤρτηται τὸ πλέον τῆς ἐνταῦθα B τροφῆς, ἧς ἐκστάντες, ἀναγκασθησόμεθα συνεχῆ λιμὸν ὑπομένειν. Τίς δ' οὐκ οἶδεν, ὡς ἅμα τε τῆς Καλλιπόλεως οἱ βάρβαροι καὶ τῆς σιτοπομπίας ἔσονται κύριοι, καὶ οὔτε σιταγωγὸς, οὔτ' ἄλλο τι τῶν χρησίμων ἡμῖν κομίζουσα ναῦς οὐδεμία ἐπὶ τοὺς τῆς πόλεως ἥξει λιμένας; Τίς γὰρ ὑπὲρ τοῦ μὴ λιμώττειν ἑτέρους αὐτὸς αἱρήσεται κινδυνεύειν; Ἀνάγκη γὰρ τὸν ἐφ' ἡμᾶς ἥξοντα διὰ πολλῶν κινδύνων ἰέναι, τῶν βαρβάρων αὐτόθι συνεχῶς ἐγκαθημένων πρὸς τοῖς στενοῖς, καὶ ναυσὶ καὶ τριήρεσι καὶ πλοίοις ἄλλοις τοὺς στελλομένους εἰργόντων, καὶ τὸν πόρον ποιούντων οὐκ ἀδεᾶ. Ὥστ' εἴ τι τὰ παρὰ τῶν ὡρῶν πταίσειεν, οὐ γὰρ δυνατὸν ἀεὶ τοὺς γεωργοὺς εὐτυχεῖν, ἀθεραπεύτῳ συντυχεῖν ἀνάγκη λιμῷ, μήτ' ἄλλων C παρ' ἡμᾶς δυναμένων καταίρειν, μήθ' ἡμῶν ἐντεῦθεν ἀνάγεσθαι· καὶ συμβήσεται, τὴν τοῦ παρόντος ἔτους δυσχέρειαν ἐκφυγεῖν βουλομένους, κακοῖς ἀμηχάνοις περιπεσεῖν, λιμώττοντας διὰ βίου· ὃ τῆς φύσεως στέγειν μὴ δυναμένης, λοιπὸν ἢ θανεῖν δυστυχῶς, ἢ ζῆν δυστυχέστερον, αὐτοχειρίᾳ παραδόντας τὰ τείχη.

mus in servorum redigendi sortem. Neque enim ego aliud quid medium video, iniquæ Barbarorum cupiditatis, et ut ipsi nolimus fruges amittere. Atenim his quoque exceptis timeo, ne qui fruges annuas vehementius desideramus, longos deinceps annos fame confici cogamur. Nunc quidem tametsi non metamus, advehet mare, quas alii fruges messuerint, idque non raro scimus contigisse, vel adversis cœlorum influentiis prohibito terræ fetu, vel etiam ab hisce adversariis læso, id præstantibus quæ modo facturos comminantur. Iis namque casibus, agrorum loco, mare nobis succedit, suntque nostrum plures qui terram arent ac serant, multi vero etiam qui de longinquis necessarium nobis commeatum invehant; sæpiusque cum civitas vicinæ regionis fruges non intulisset, majori tamen annonæ ubertate vixit; ac plane præcipuum quo hic alimur, a mari ac mercatura pendet, utque illo excedamus, cogemur famem continuam pati. Quis vero nescit, ut mox Barbari Callipolis oppido potiti erunt, annonæque ac commeatus exstiterint domini, fore ut ne ulla frumentaria navis, aut quid aliud necessariarum mercium advehens, ad urbis portus appellatur? Quis enim, ut ne alii patiantur famem, pericula adire velit? Quippe necessum est, ut qui portus nostros petiturus sit, multa pericula subeat, Barbaris illic jugiter ad fauces incubantibus; navibusque, ac triremibus, aliisque navigiis, prohibentibus iter, ac male tutam navigationem reddentibus. Quocirca ut secus aliquid anni tempestates habuerint, nec enim fieri potest ut pro voto res semper succedant agricolis, irremediabili fame necessario conflictaturi sumus, cum neque alii apud nos possint solvere, neque nos inde possimus navigare: sicque fiet ut qui anni præsentis molestias effugere quærimus, in immensa mala prolabamur, totamque vitam famem patiamur: quod cum natura minime ferre possit, superest, ut vel misere mortem oppetamus, vel misere magis ducamus vitam, ipsi nos mœnia tradentes.

Τί οὖν; πολεμήσομεν, καὶ σὺ τοῦτο κελεύεις; Ἐγὼ δ' ἀντερήσομαι· Τί οὖν; δουλεύσομεν, καὶ ὑμεῖς ὅπως τοῦτ' ἔσται ποιεῖτε; Ἀλλ' οὔθ' ὑμᾶς τῆς ἐλευθερίας ποτὲ προδότας ἔγωγ' ἂν εἴποιμι, οὔτ' ἐγὼ δυναμένους ἄγειν εἰρήνην, ταύτης συμβουλεύσαιμ' ἂν ἀνθελέσθαι τὸν πόλεμον. Ἀλλ' εἰ τὰ πράγμαθ' ἡμᾶς ἐπὶ τοῦτ' ἄγει, οὐ τοῖς γε συμβούλοις δίκαιον τὰ τῶν D πραγμάτων λογίζεσθαι; Ὅμως οὐχ οὕτως ἁπλῶς οἱ ἄνθρωποι τὴν εἰρήνην ἢ τοὺς πολέμους αἱροῦνται· ἀλλ' ἐν ᾧ μᾶλλον αὐτοῖς ἡ σωτηρία καὶ τὸ τυγχάνειν ὧν βούλονται περιγίνεται, τοῦτ' αὐτοῖς προτιμᾶται θατέρου. Καὶ γὰρ πολεμοῦμεν ἐφ' ᾧ σώζεσθαι, καὶ τὴν εἰρήνην ἀσπαζόμεθα, εἰ διὰ ταύτην τὰ ὄντα τηροῦμεν. Τὸ δ' εἰρήνην ἄγειν ἐξ ἧς πάντα ἀπόλλυμεν, οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ δι' εὐπρεποῦς ὀνόματος τὸ διὰ τῶν πραγμάτων αἰσχρὸν ὑπομένειν. Εἰ μὲν οὖν ἡσυχάζουσιν ἀπολαύειν ἔξεστι τῶν οἰκείων, σύμφημι τοῖς μηδὲν περιεργάζεσθαι παραινοῦσιν· εἰ δὲ μέχρι μὲν ῥήματος μόνον τὸ σεμνόν ἐστι τῆς εἰρήνης, τὰ δὲ ὄντα πόλεμός ἐστι χαλεπώτατος, πῶς ἂν εἰκότως δυσχεραίνοιτε τοὺς πολεμεῖν ἀξιοῦντας, ἐφ' ὅπερ

Quid ergo? Bellum geremus, idque tu jubes? Enimvero vicissim respondeam: Quid ergo? Serviemus, vosque agitis ut ita habeat? Verum enim neque ego vos unquam libertatis proditores dixerim; neque ego, quandiu liceat pacem agere, auctor unquam fuerim ut præoptemus bellum. At si vos eo res ducant, haud æquum consiliarios cogitare, ac ratione dispicere, quid illæ velint? Nequaquam tamen sic temere homines pacem eligunt, aut bella; verum in quo magis eorum sit constituta salus, ac quo præcipue votorum compotes fiant, hoc demum alteri anteponunt. Nam et bellum gerimus ut saluti consultum sit; amplexamurque pacem, ut per eam res nostras liceat servare. At pacem agere, qua simus omnia amissuri, haud aliud sit quam specioso ejusmodi nomine, quod reipsa est turpissimum pati. Siquidem ergo agentibus quiete, rebus propriis frui liceat, ipse quoque in eorum concedo sententiam, qui nihil anxie inquirendum monent. Sin autem verbo tenus constat pacis venerabile nomen, resque ipsa bellum

gravissimum est, quomodo jure iis succenseatis qui bellum suscipi jubent, in quod ipsa nos rerum necessitas vel invitos cogit? Quod si quis belli discrimina ac difficultates animo reputans, inferre bellum detrectet; fuerit quidem ac dicatur alio rerum statu timor iste animi sobrii; hic autem, nihil non dilatio turpissimum habet. Quid enim non is merito probri auditurus sit, qui præter libertatem, aliis quoque universis privatus bonis, ne quidem tunc moveatur; sed inani spectro, quod adhuc superesse putat, affectu adhærens, illius ergo cum eis fœdus inire velit, qui cuncta abstulerunt? quique in servili vita, bono aliquo vel mediocri potiturum se arbitretur; ac neque hoc cogitet, ita servos comparatos esse, ac eam eorum sortem, ut concedant?

B Quamobrem ut spes ulla sit, reportaturos nos, quæ ex immensa quadam otiositate ac ignavia amisimus, suscipiendum bellum, nec quidquam rationibus subducendum: non reputandus labor, non periculum, non sumptus, ex quibus ad commodiorem fortunamredituri simus, ac eos juste ulturi, qui volunt in servitutem redigere, ac tot injurias intulerunt. Sin nullum belli eventum bonum ac finem speramus, sed necesse est desiderio frustratos perire, ne ea quidem mors spernenda, quæ honesta sit ac honorabilis, nec gloria careat: quam etiam fortes multi ac strenui viri percupierunt, tum viritim ipsi, tum per urbes. Quid enim ad honestatem honoremque majus, iis qui servarint quod justum esset, ac pro patria, proque civibus, suæmet ipsorum animæ, periculum prætulerint, ac mo- C ri, quam turpe aliquid sustinere maluerint? Nam mors quidem, ceu communis quidam terminus, procreatis omnibus, proposita est: nec fieri potest, ut quis eam caveat, vel si totam vitam otium captet: at cum virtute atque gloria mortem oppetere, id jam quidem paucis a Deo præmium conceditur, sitque virorum, tum concessum rapere, tum vitæ gloriosum finem imponere. Haud sane decet, quod communi omnino ac necessaria sorte futurum sit spectantes, quod est honestum virtutemque negligere: verum ut casus ferat haud utraque accipi posse, virtutem sane omnimodis colamus, qua nulla habentibus commodior exsistit possessio. Tametsi hic, haud nihil omnino fausti D sperantes sumus, bellum suscepturi. Primum quidem, quod jus a nostris partibus stet; quodque ut aperto marte cum eis fuerit conserenda manus, nostra semper victoria fuerit, jamque olim Romani, eos subjectos habere consueverint. Ante omnia vero illa in numen religio, quæ Deum maxime hominibus propitium reddit, multum nobis momentum afferet, atque in bello auxilio erit.

Prætcrea ea quoque imperia, quæ tyrannica vi plurimum promoverunt, haud quis raro in seipsis laborare videat, plurimaque circumferre occulta illa caduca, quorum ut quis periculum fecerit, ac bello tentaverit, minora quam pro eorum gloriæ opinione

A ἡμᾶς ὠθεῖ καὶ ἄκοντας; ἢ διὰ τῶν πραγμάτων ἀνάγκη; Εἰ δέ τις τὰς τοῦ πολέμου τύχας λογιζόμενος, καὶ τὰς δυσκολίας, ὀκνεῖ τοῦτον ἐκφέρειν, ἄλλοτε μὲν σωφρονοῦντος ἄν τις εἶπεν εἶναι τὴν εὐλάβειαν ταύτην· ἐνταῦθα δὲ πάντα τὰ αἴσχιστα πρόσεστι τῇ ἀναβολῇ. Τί γὰρ τῶν ὀνειδῶν οὐκ ἂν δικαίως ἀκούσειεν ὁ πρὸς πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς καὶ τῆς ἐλευθερίας στερούμενος, ἔπειτα μὴ κινούμενος, ἀλλ' εἰδώλου τινὸς ἔτ' αὐτῷ λειφθῆναι δοκοῦντος ἐχόμενος, καὶ διὰ τοῦτ' ἀξιῶν σπένδεσθαι πρὸς τοὺς πάντα ἀφελομένους· καὶ νομίζων ἐν τῇ δουλείᾳ μετρίου τινὸς ἀπολαύσεσθαι, καὶ μηδὲ τοῦτο λογιζόμενος, ὡς ἡ τῶν δούλων τύχη οὐδενὸς ἀπολαύειν χρηστοῦ, ἀλλὰ συλλήβδην πάντων τοῖς δεσπόταις ἐξίστασθαι;

nullis fruantur bonis, sed simul omnia dominis

Ὥστ' εἰ μὲν ἐλπίς ἐστι κομιεῖσθαι ὧν διὰ τὴν ἄγαν ἀπραγμοσύνην πρότερον ἐμπεπτώκαμεν, πολεμητέον, καὶ μηδὲν ὑπολογιστέον, οὐ πόνον, οὐ κίνδυνον, οὐ δαπάνην, ἐξ ὧν μέλλομέν τε εὖ πράξειν, καὶ τοὺς καταδουλοῦσθαι βουλομένους, καὶ τοσαῦτα ἠδικηκότας ἀμυνεῖσθαι δικαίως· εἰ δ' οὐδὲν χρηστὸν τέλος ἡμῖν ἐλπίζομεν οἴσειν τὸν πόλεμον, ἀλλ' ἀνάγκη σφαλέντας μηκέτ' εἶναι, οὐδὲ τὴν τελευτὴν ταύτην ἀτιμαστέον, καλήν τε οὖσαν καὶ ἔντιμον, καὶ δόξης οὐκ ἀμοιροῦσαν· ἧς καὶ πολλοὶ τῶν ἀρίστων καὶ γενναίων ἀνδρῶν ἐπεθύμησαν καὶ κατ' ἄνδρα, καὶ κατὰ πόλεις. Τί γὰρ σεμνότερον, τί δ' ἐντιμότερον ἀνθρώπων τὴν τοῦ δικαίου τάξιν τετηρηκότων, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ τῶν πολιτῶν κίνδυνον καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς προτετιμηκότων, καὶ θανεῖν μᾶλλον ἑλομένων, ἤ τι τῶν αἰσχρῶν ὑπομεῖναι; Θάνατος μὲν γὰρ ἅπασι πρόκειται κοινός τις ὅρος πᾶσι τῆς γενέσεως μετασχοῦσι, καὶ οὐκ ἔστι τοῦτον φυλάξασθαι, κἂν μέχρι τοῦ παντός τις τὴν ἀπραγμοσύνην τηρήσεται· τὸ δὲ μετ' ἀρετῆς τε καὶ δόξης ἐκείνου τυχεῖν, τοῦτ' ἤδη παρὰ Θεοῦ μὲν ὀλίγοις δίδοται γέρας· ἀνδρῶν δὲ δοθέν τε ἁρπάσαι, καὶ τῷ βίῳ τέλος εὐκλεὲς ἐπιθεῖναι. Οὐ δεῖ δή, τὸ κοινῇ πάντως καὶ μετ' ἀνάγκης ἐσόμενον σκοποῦντας, τοῦ καλοῦ τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν· ἀλλ' ὅπου μὴ ἄμφω λαβεῖν ἔνεστι, τῆς γοῦν ἀρετῆς πάντα τρόπον ἀντιποιώμεθα, ἧς τοῖς ἔχουσιν οὐδὲν ὠφελιμώτερον κτῆμα. Ἀλλὰ μὴν ἐνταῦθα οὐδ' ἀνέλπιστα παντάπασι πολεμήσομεν. Πρῶτον μὲν οὖν καὶ τὸ μεθ' ἡμῶν εἶναι τὴν τοῦ δικαίου μερίδα· καὶ τό, δεῆσαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ φανεροῦ συμπλέκεσθαι, ἀεὶ τῶν ἡμετέρων εἶναι τὴν νίκην, καὶ τὸ Ῥωμαίοις ἄνωθεν ἔθος εἶναι τούτους ὑπακούοντας ἔχειν· καὶ πρὸ πάντων ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐσέβεια, ἣ δὴ μάλιστα τὸν Θεὸν εὐμενῆ τοῖς ἀνθρώποις παρασκευάζει, πολλὴν ἡμῖν εἰσοίσει ῥοπήν, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον συναγωνιεῖται.

Ἔπειτα καὶ τὰς εἰς πολὺ μέγεθος ἐπιδούσας τυραννίδας ἴδοι τις ἂν νοσούσας ἐν ἑαυταῖς τὰ πολλά, καὶ πλεῖστα τῶν σαθρῶν περιφερούσας λανθάνειν, ὧν εἴ τις ἀποπειρῷτο καὶ πολέμῳ κινοίη, ἐλάττους αὐτὰς τῆς περὶ αὐτῶν δόξης εὑρήσει· καὶ τοῖς ἐπι-

χειροῦσι πολλαὶ φανήσονται πρὸς τὴν ἐκείνων A καθαίρεσιν ἀφορμαί. Καὶ τοῦτο μαρτυροῦσιν οἱ νῦν ἀποστάντες τῶν οἰκείων, καὶ πόλεμον φανερῶς πρὸς ἐκείνους ἐξενεγκόντες· οἷς εἴ τις ἐπικελεύοιτο, καὶ χρήμασιν ὀλίγοις καὶ συμμαχίᾳ τὰς ὁρμὰς ἐπιῤῥώσειε καὶ συμπροθυμοῖτο, ἴσως ἄν, ἀξιόμαχοι γενόμενοι, τράποιντο μὲν ἐφ' αὑτούς· ἡμᾶς δ' ἢ μηδὲν ἢ ἐλάττω βλάπτοιεν, ἀσχολούμενοι πρὸς ἀλλήλους. Ἀλλὰ μὴν καὶ παρὰ τῶν Τριβαλῶν ἥκουσι πρέσβεις, ἀξιοῦντες κοινῇ τοὺς κοινοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι, καὶ γάμους αἰτοῦντες, καὶ χρήματα ὑπισχνούμενοι, δι' ὧν οἴονται κινήσειν ἡμᾶς· οὓς βεβαίους χρὴ νομίζειν ἔσεσθαι συμμάχους ἡμῖν, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν βαρβάρων ἠδίκηνται. Ἀλλ' οὐχ ἡμῶν χάριν ἀμυνουμένους, εἴποι δ' ἄν τις, καὶ ἄλλα, ἃ νῦν μὲν χαλεπὸν καθέκαστα λέγειν· B αὐτὸς δ' ὁ πόλεμος κινούμενος σαφῶς πάντα δείξει. Οὐ δὴ δίκαιον τοιοῦτον παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφεῖναι· ἀλλ' ἐπεὶ μηδὲ βουλομένους ἡσυχάζειν συγχωροῦσιν οἱ βάρβαροι, ἀλλ' ἀνάγκη καθημένους τῆς τῶν ἀνδραπόδων τύχης κληρονομῆσαι· χρηστέον τοῖς καιροῖς, καὶ προθυμητέον ἢ καὶ τὴν πατρίδα καὶ τοὺς ὁμοφύλους ἐλευθεροῦν, ἢ γενναῖον γοῦν τι καὶ καλὸν πράξαντας, μνημεῖον ἀρετῆς τοῖς ἐσομένοις καταλιπεῖν. Εἰ δ' οἰόμεθα, προδόντας τὴν Καλλίπολιν, οἰκήσειν ἀσφαλῶς τὴν πατρίδα, δέδοικα μὴ καὶ ταύτης μετὰ μικρὸν ἐκπεσόντες, οὐδ' ἣν οἰκήσομεν εὕρωμεν τοῦ λοιποῦ. Τίς γὰρ ἂν τοὺς τῶν οἰκείων προδότας ἐπιβῆναι τῆς ἑαυτοῦ συγχωρήσειε; Τίς δὲ τοὺς τοῦ τοιούτου μύσους αὐτόχειρας, πρός C τινα τῶν σεμνῶν πράξεων ἐπιτηδείους ἡγήσεται; Ἀλλ' ὅσοισπερ ἂν ἡμῶν γένηται τὰς τῶν βαρβάρων χεῖρας διαφυγεῖν, πλανησόμεθα μὲν λανθάνοντες περὶ τὰς ἀλλοδαπάς· κἂν που φανῶμεν, ἀραὶ παρὰ πάντων ἡμῖν ἕψονται καὶ κατηγορίαι καὶ γέλως. Τούτους δὲ χρῆν ὁρᾶσθαι; μετέχειν δὲ συλλόγου; ἀναπνεῖν δὲ ὅλως; οἱ τοιαύτην μὲν ἔχοντες πόλιν, τοσαῦτα δὲ χρήματα, τοσαύτην δὲ δύναμιν· θαλάττης δὲ καὶ γῆς ὄντες κύριοι· πάντα δὲ ἐξ ἐπιτάγματος ἀνύειν δυνάμενοι, τὴν μὲν περιουσίαν ἐκείνην βλακευόμενοι καὶ καθεύδοντες καὶ ὑβρίζοντες πᾶσαν ἀνήλωσαν· τελευτῶντες δὲ, καὶ τὴν πατρίδα προδόντες, νῦν ὥσπερ κοινόν τι περιίασιν ἄγος· λοιμοί τινες, καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς νόσου μεταδιδόντες! Ἡμῖν δ' οὔτ' ἀντιλέγειν ἐξέσται. Τὸ γὰρ τῶν ἐλέγ- D χων δίκαιον τὴν παῤῥησίαν παντελῶς ἀφαιρήσεται· καὶ τὸ φέρειν ὑβριζομένους ποίας οὐ βαρύτερον συμφορᾶς! Ὥστ' ἀνάγκη φεύγειν μὲν πόλεις, φεύγειν δὲ συλλόγους· εἰς χηραμοὺς δέ τινας καταδύντας, ζῆν, κρύπτοντας ὅθεν ἐσμὲν, καὶ τὴν τελευτὴν εὐχομένους. Οὔκ, ἐὰν ἐμοὶ πείθησθε· ἀλλ' εἰ μὴ πρότερον, νῦν γοῦν παντελῶς ἀπιστήσαντες τοῖς βαρβάροις, καὶ πιστεύσαντες πρὸς ἓν αὐτοῖς πάντα τείνειν, ὅπως ἡμᾶς καταδουλωσάμενοι, αὐτοὶ μὲν ἀφέλοιντο τὰ ἡμέτερα, τοῖς δ' ἡμετέροις σώμασι τὰς τῶν ἀνδραπόδων ἐπιθεῖεν ἀνάγκας, οὐ μόνον ἀπόσχεσθε τῶν νυνὶ βουλευμάτων· ἀλλὰ καὶ δύσνους τῇ πόλει νομίσαντες τοὺς τὰ τοιαῦτα τολμῶντας ἡμῖν συμβουλεύειν, πέμπειν μὲν τοὺς τὴν Καλλί-

invenerit: multaque aggredientibus, quibus ea destrui possint, argumenta occurrent. Testes sunt qui a suis modo defecerunt, eisque palam bellum intulerunt, quibus ut quis jubeat, nonnullisque pecuniis ac belli subsidio eorum conatus roboret, ac sociam alacritatem ostendat, apti forte bellatores effecti, in suos convertantur, sibique mutuo inferentes bellum, vel nihil, aut quid modicum nos lædant. Quin et Tribali destinarunt legatos, rogantes ut communi consilio communes hostes ulciscamur, ac nuptiarum societatem ineamus, pollicentesque pecunias, quibus nos excitatum iri sperant: quos firmam belli societatem inituros putandum est, quod et ipsi experti sint Barbarorum injuriam: haud vero dicat aliquis eo fine, ut nostras injurias ulciscantur, aliaque, quæ nunc quidem grave sit sigillatim dicere, quæque nihilominus omnia motum bellum liquido declarabit. Haud sane æquum, incidentem ejusmodi rei gerendæ occasionem dimittere; verum quia ne volentes quidem Barbari permittunt quiescere, sed est necesse ut sedentes ac otiosi, servorum fortunam subeamus, utendum occasionibus, ac alacri audendum animo ut vel patriam ac gentiles nostros libertate donemus, vel certe strenuum quid ac præclarum designantes, virtutis monumentum posteris relinquamus. Quod si putatis fore ut tradentes Callipolim tuto patriam habitemus, timeo ne brevi eam ipsam amittentes, ne solum quidem in quo habitemus deinceps inveniamus. Quis enim eos qui sua ipsi prodiderint, in suam ipse patriam permittat ascendere? Quis tanti sceleris consultores auctoresque honestæ ulli actioni comparatos existimabit? Enimvero quotquot nostrum continget Barbarorum manus effugere, obscuri ignotique in extraneis provinciis sumus vagaturi: sin autem agnoscamur, omnium nos diræ et vituperia risusque prosequentur. Eosne videri par erat? in conventum admitti? prorsus autem ducere spiritum? qui urbe tanta potientes, tam multis divitiis, tanta potentia; qui maris ac terræ domini, soloque imperio omnia valentes conficere, illam omnem substantiam molli victu, ac dormientes, luxuriantesque consumpserunt; tandemque ipsam patriam prodentes, nunc ceu commune quoddam piaculum circumeunt? pestes quædam, morbique, contagie alios inficientes? Nos autem, ne quo contradicamus quidem habebimus. Justæ enim vituperationes ac criminationes, libertatem omnem excusandi auferent; ferre autem sic exceptos, qua non calamitate molestius? Quapropter necessum ut urbes fugiamus fugiamusque conventus, atque nos in antris quibusdam abdentes vitam agamus, celantes patriam, ac mortem in votis habentes. Haudquaquam vero si mihi creditis. Enimvero, sin prius hactenusque, modo saltem omni penitus Barbaris negata fide, certoque persuasi, eo sua omnia consilia dirigere, ut nos redigentes in servitutem, ipsi res auferant nostras, mancipiorumque obsequiis ac necessitatibus sub-

jiciant corpora, nedum a præsentibus vos consiliis abstinete; quin et urbi malevolos existimantes, eos qui nobis talia audent consulere, mittamus Callipolim præsidiarios, quique necessaria omnia ad urbem tuendam provideant pariter ac agant, quo ejus firma possessio urbi maneat: nosque virili assumpto animo fauste contingat vindicare patriam. Dixi quod conducere arbitror; vos eligite quod e re communi futurum sit

πολιν φυλάξοντας, καὶ πάνθ' ὅσων δέοι πρὸς τὴν ἀσφάλειαν καὶ προνοησομένου; καὶ πράξοντας, ὅπως ἂν βεβαία παραμένοι τῇ πόλει· αὐτοὺς δὲ ἄνδρας γεγονότας τύχῃ ἀγαθῇ τὴν πατρίδα ἐλευθεροῦν. Εἴρηκα ἃ νομίζω συμφέρειν· ὑμεῖς δὲ ἕλοισθε τὸ μέλλον κοινῇ συνοίσειν.

DEMETRII CYDONII

MONODIA

DE SEDITIONE THESSALONICENSI, ANNO MCCCXLIII.

Exstat inter Scriptores post Theophanem, hujusce Patrologiæ tom. CIX.

DEMETRII CYDONII

TRANSLATIO

LIBRI FRATRIS RICHARDI (1), ORDINIS PRÆDICATORUM, CONTRA MAHOMETI ASSECLAS.

(Basileæ 1543. De hac editione vide supra col. 371, not.)

—

BARTHOLOMÆUS PICENUS
DE MONTEARDUO,
FERDINANDO REGI ARAGONIÆ ET UTRIUSQUE SICILIÆ S. P. D.

Cum Demetrius Cydonius, vir utriusque linguæ peritissimus, e Latino in Græcum opus Richardi fratris ordinis Prædicatorum transtulisset, non ab re mihi visum est, serenissime atque catholice rex, illud rursus e Græco in Latinum convertere: non quod apud Latinos hujusmodi opus exstare non existimem, sed cum vidissem Demetrium Cydonium opusculum illud e Latino in Græcum elegantiori stylo transtulisse, idcirco pro viribus conatus sum libellum illum iterum ea dicendi elegantia quoquo modo in nostram linguam transferre, et eum in nitidiorem cultum candidioremque stylum pro viribus redigere, et tibi, serenissime atque catholice rex, illum dedicare debere, qui solus inter Christianorum reges hac nostra tempestate Mahometanam sectam maximis cladibus affecisti. Nam non minimam laudem tibi comparasti, cum Beticam provinciam, quæ per octingentos annos Mahometanam fidem coluerat, in Christianorum potestatem redegisti, et nunc universam Africam capere intendas: quam facile assequi poteris, cum gentes illæ hoc tempore imbelles sint, quoniam cum Christianis diu pugnare non consuevere. Difficilius enim tibi fuit Beticam provinciam expugnare, quam totam Africam in potestatem tuam asserere. Erant enim in Betica milites illi strenuissimi, cum Hispano milite bellari semper assueti; at hi contra homines ignavi, ventri et otio dediti, cum Christiano nomine jam diu præliari desueti, nec sunt in bello exercitati, quales olim duce Annibale Hispaniam et Italiam occuparunt. Nec eam copiam armorum habent, quam Hispanus miles, in bello strenuissimus et exercitatissimus, habere dicitur. Nec ibi magnæ desunt opes, quibus militum animi spe prædæ maximæ accendantur. Omnia tibi prospere succedent, si reliquias incepti belli prosequaris. Nec est quod vereare, bellum in Hispania tibi ab aliquibus moveri, præsertim hoc tempore, novo tibi ob affinitatem cum Christianissimo Francorum rege fœdere inito. Prosequere igitur inchoatum bellum, et omnes vires tuas in Africam transfer. Quam facile Deo duce subjugabis, et ea quidem subacta, et in Christianorum potestatem redacta, facile deinde Hierosolymam recuperabis, quæ tam ampla, tam fertilis, tam sancta terra sultano Babylonis hoc tempore paret. Qui autem nunc eam patriam tutantur, servi sunt venales, ex

(1) Nicolaus a Cusa *Ricoldum* nominat; *Richaldum* Joannes Cantacuzenus orat. 1 in Mahometum num. 4. Meminit illius Volaterranus.

diversis provinciis empti, et hi quidem ad summam viginti millium non ascendunt. Qui cum coacti essent a Christiana religione discedere, Mahometanam nunc sectam sequuntur. Reliqui vero Saraceni qui eis subjiciuntur, quam molles sint et effeminati, ex hoc conjectare possumus, quod his nunquam licet arma tractare, nec equum ascendere, nec virile quidquam facere, sed vel agriculturam, vel mercaturam, vel alia hujusmodi vilia exercent. Quod cum ita sit, nemini dubium est quin facillime ex ea expeditione victoriam cum maximo triumpho sis reportaturus, et civitatem sanctam Hierosolymam, in qua Salvator noster Dominus Jesus Christus Evangelium prædicavit et Novum Testamentum nobis constituit, ab immanissima Mahometanorum superstitione liberabis. Quæ quam vana sit, quam frivola, quam nullius momenti, in præsentiarum nihil attinet dicere, quoniam eam tunc primum intelliges, cum hanc Richardi fratris confutationem diligenter lectitaveris. Vale.

A *Ῥικάρδου τοῦ τῷ τάγματι τῶν παρὰ Λατίνοις καλουμένων Ἀδελφῶν Πρεδικατόρων κατειλεγμένου ἀνασκευὴ τῆς παρὰ τοῦ καταράτου Μαχουμὲθ τοῖς Σαῤῥακηνοῖς τεθείσης νομοθεσίας, μετενεχθεῖσα ἐκ τῆς Ἰταλῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα διά τινος Δημητρίου.*

« Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; Πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας· ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε. Πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια. Ἀδίκως κατεδίωξάν με. » Οὗτοι οἱ λόγοι τῆς στρατευομένης εἰσὶν Ἐκκλησίας, πενθούσης τε καὶ στενούσης, τῷ διαφόροις βαρυνθῆναι ταλαιπωρίαις, ὧν ῥυσθῆναι τῇ θείᾳ πέποιθε συμμαχίᾳ. Ἀλλ' εἰ καὶ ἀναρίθμητα πέπονθεν ἡ Ἐκκλησία πάθη καὶ λύπας, πάσας μέντοι καθόλου τὰς εἰς τρεῖς ἔστιν ἀναγαγεῖν. B Πρῶτον μὲν γὰρ φανερῶς ὑπέστη τὴν λύσσαν τοῦ διωγμοῦ, τὴν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν τυράννων ἐπενεχθεῖσαν αὐτῇ. Τοῦτο δὲ μάλιστα ταύτῃ συμβέβηκεν, ἀφ' οὗ πέπονθεν ὁ Χριστὸς μέχρι τῶν τοῦ Κωνσταντίνου καιρῶν, ἐν ἔτεσι δηλονότι τριακοσίοις καὶ δέκα, ὅτε οἱ κατέχοντες τὴν τοῦ κόσμου μοναρχίαν Ῥωμαῖοι, καὶ τῶν ἄλλων ἀσεβῶν ὁ κατάλογος πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀναριθμήτους τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ μαρτύρων ἀπέκτειναν. Ὑπὲρ οὗ χρόνου συμπάσχων ὁ Δαβὶδ τῇ Ἐκκλησίᾳ φησί· « Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; Πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; » Ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ τῶν ἁγίων αἵματος κράζοντος, καὶ τῶν θαυμάτων διαλαμπόντων, ἄφνω γέγονεν ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου· C καὶ οἱ πρὶν τῶν Χριστιανῶν ὄντες διῶκται τὰς ἐκκλησίας ἱδρύοντο, ἡγεμόνες τε τοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν πολέμου μετὰ θριάμβων γεγόνασιν. Ἀλλ' αὐτίκα ὁ δεύτερος διωγμὸς τῶν αἱρετικῶν ἐπανέστη. Αὐτίκα γὰρ ἀνεφάνη ὁ αἱμοβόρος δράκων, φρυαττόμενος ἐκ τοῦ φωλεοῦ, καὶ συρίττων διαφόρους αἱρέσεις, Ἀρείου δηλονότι, καὶ Σαβελλίου, Μακεδονίου τε καὶ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν. Δι' ὃν μάλιστα χρόνον ἔλεγεν ὁ Δαβίδ· « Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε. » Ἀλλ' ἐδόθη καὶ προσετέθη τότε τὸ φῶς τῆς διδασκαλίας τῇ ἐκκλησίᾳ, πολλῶν διδασκάλων ἀναφανέντων, καὶ τὴν θείαν διανοιγόντων Γραφήν. Ἱλάριος οὗτος ἦν, Αὐγουστῖνος, Ἱερώνυμος, καὶ Γρηγόριος· ἀνέστη τε καὶ πλῆθος ἁγίων Πατέρων ἐν ταῖς ἐρήμοις, τελείας

Richardi ex ordine Fratrum, qui apud Latinos Prædicatores appellantur, confutatio legis latæ Saracenis a maledicto Mahometo, translata ex Romana lingua in Græcam, per quemdam Demetrium.

« Quot sunt dies servi tui? Quando facies mihi de persequentibus me judicium? Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non sic lex tua, Domine. Omnia mandata tua veritas: injuste persecuti sunt me [1]. » Hæc verba militantis sunt Ecclesiæ, flentis et gementis, diversis se gravatam esse miseriis, quibus liberari divino confisa est auxilio. Sed etsi innumerabiles passa est Ecclesia passiones et tristitias, omnes tamen universaliter has in tres referendum est. Primum quidem manifeste sustinuit rabiem persecutionis, illatam ei ab impiis tyrannis. Hoc autem maxime sic accidit, a quo passus est Christus, usque ad tempora Constantini, in annis videlicet trecentis et decem, quando Romani, qui monarchiam tenebant, et aliorum infinitus catalogus, ubique in universo orbe terrarum innumerabiles sanctos Dei martyres interemerunt. Pro quo tempore compatiens David Ecclesiæ, dicit: « Quot sunt dies servi tui? Quando facies mihi de persequentibus me judicium [2]? » Sed ad Deum sanctorum sanguis cum clamaret, et miraculis ipsi splenderent, repente facta est mutatio dexteræ Altissimi: et qui prius Christianorum persecutores erant, ecclesias ædificaverunt, ducesque belli contra impios facti sunt. Sed statim secunda persecutio hæreticorum insurrexit. Repente enim apparuit cruentus draco, fremens ex squama, et sibilans diversas hæreses, Arii videlicet, et Sabellii, Macedoniique et aliorum hæreticorum. Propter quod maxime tempus dixit David: « Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non sic lex tua, Domine. » Sed data est et apposita tunc lux doctrinæ Ecclesiæ, cum multi magistri tunc apparerent, et divinam Scripturam aperirent: Hilarius hic fuit, Augustinus, Hieronymus et Gregorius; insurrexeritque et multitudo sanctorum Patrum, qui in eremis perfectæ et sincerissimæ vitæ erant: adeo ut et per eos draconis os debili et vulgari lino ligatum sit: et sic divinarum Scripturarum ef-

[1] Psal. CXVIII, 84, 85. [2] Psal. LXXVI, 11.

ficacia os loquentium iniqua obturatum est. Sed statim post hæc invaluit Ecclesiis tertia corruptio, ex falsis fratribus videlicet periculum. Unde et post Gregorii tempora statim tribulatio per corruptos homines intellectum roboravit, in hypocrisi mendacium loquentium, et tot mendacia et figmenta renata sunt vitæ, doctrinæ et justitiæ, ut multi essent, qui descenderent, et adjuvarent iniquos et tyrannos (in tantam enim hi fatuitatem et pravitatem prolapsi sunt), e converso perfectissimos homines oblatrarent, eisque detraherent. Hæc contra Ecclesiam corruptio usque ad senium et senectutem permanebit, ut nequaquam spes aliqua relicta sit, nisi divini auxilii, et pro veritate instantiæ. Unde et pro temporibus his dicit David: « Omnia mandata tua veritas; injuste persecuti sunt me; adjuva me. » Quasi dicens: Etsi prostrata est ad tempus veritas, oportet tamen hanc velocissime exsurgere, et efficaciter cognosci, maxime divino cooperante auxilio.

A καὶ ἁπλουστάτης ὄντων ζωῆς· ἵνα καὶ δι' αὐτῶν τὸ τοῦ δράκοντος στόμα ἀσθενεῖ καὶ ἰδιωτικῷ λίνῳ δεσμοῖτο. Καὶ οὕτω τῶν θείων Γραφῶν δραστηρίῳ τὸ στόμα τῶν τὰ ἄνομα λαλούντων πεφίμωται. Ἀλλ' εὐθὺς μετὰ ταῦτα ἐπεφύη ταῖς ἐκκλησίαις ἡ τρίτη φθορὰ, ὁ ἐκ τῶν ψευδαδέλφων δηλαδὴ κίνδυνος. Ὅθεν καὶ μετὰ τοὺς τοῦ μακαρίου Γρηγορίου χρόνους εὐθὺς ἡ θλίψις κατίσχυσε δι' ἀνθρώπων κατεφθαρμένων τὸν νοῦν, ἐν ὑποκρίσει λαλούντων ψεῦδος· καὶ τοσαῦτα ψεύδη καὶ πλάσματα ἀνεφύη βίου, διδασκαλίας τε καὶ δικαιοσύνης, ὥστε πολλοὺς εἶναι τοὺς συναγορεύοντας καὶ συναγωνιζομένους τοῖς πονηροῖς καὶ τυράννοις, κἂν εἰς ὅσον οὗτοι σκαιότητος καὶ πονηρίας ἐλάσωσι· καὶ τοὐναντίον, καὶ τῶν τελειοτάτων τοὺς καθυλακτοῦντας καὶ διασύροντας. Αὕτη
B δὲ ἡ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας φθορὰ ἕως γήρως καὶ πρεσβείου διαμενεῖ, ὥς τε μηδαμόθεν ὑπάρχειν ἐλπίδα, πλὴν θείας βοηθείας, καὶ τῆς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐνστάσεως. Ὅθεν καὶ ὑπὲρ τῶν καιρῶν τούτων φησὶ, « Πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια. Ἀδίκως κατεδίωξάν με. Βοήθησόν μοι. » Μονονουχὶ λέγων, Εἰ καὶ πρὸς καιρὸν τεταπείνωται ἡ ἀλήθεια, δεῖ μέντοι ταύτην τάχιστα ἀναστῆναι, καὶ παῤῥησίᾳ γνωσθῆναι, μάλιστα τῆς θείας συνεργούσης ῥοπῆς.

In hoc igitur tertio conditionis statu, post tempora videlicet beati Gregorii, in temporibus Heraclii, insurrexit veritati et Dei Ecclesiæ homo quidam diabolicus, primogenitus Satanæ, in libidinem proclivis, et ex fraude machinamentis deditus, nomine Mahometus. Qui consilio et auxilio illius qui mendax et mendacii pater est, iniquam et mendacii plenam, tanquam ex divino ore prolatam legem composuit: quam quidem legem Alcoranum nominavit, videlicet divinorum mandatorum collectionem. Hic Mahometus supra omnes qui fuerunt, vel futuri sunt, Ecclesiam Dei persecutus est. Non enim uno solum modo Ecclesiam percussit, sed tribus generalissimis: nunc quidem sæva tyrannide, nunc autem per deceptionem in legibus, nunc vero per hypocrisim simpliciores subvertens, ut jam magnam partem orbis terrarum deceptioni suæ subjecerit, ex Dei permissione, qui est terribilis in consiliis supra filios hominum. Ego igitur in ordine Prædicatorum minimus, tantam calamitatem deceptis compatiens, consideravi vias meas, et pedes meos in testimonia Dei converti. Unde cum transivissem multa maria, et loca deserta, et inclytam Saracenorum urbem Babylona deprehendens, ubi maxima et universalia studia apud eos exsistunt: illicque litteras et Arabicam linguam similiter discens, diligentissimeque et continue cum magistris apud eos disputans, magis magisque deprehendi prædictæ legis perversionem. Etiam hanc in Latinam linguam transferre incipiens, tot inveni fabulas, simul et mendacia, et blasphemias, et continuam per omnia fabulationem, ut tristitia plenus essem. Decrevique idcirco scribere quasdam epistolas de tantis blasphemiis, ad triumphantem Ecclesiam; conquestusque sum tanquam illa in amaritudine animæ. Nunc autem est mihi intentio, summa veritate confidenti, capita et prin-

Ἐν ταύτῃ τοίνυν τῇ τρίτῃ καταστάσει, μετὰ τοὺς χρόνους δηλονότι τοῦ μακαρίου Γρηγορίου, ἐπὶ τῶν καιρῶν Ἡρακλείου, ἐπανέστη τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ἄνθρωπός τις διάβολος, πρωτότοκος μὲν τοῦ Σατανᾶ, ἀσελγὴς δὲ, καὶ ταῖς ἐκ τῆς σκηνῆς τέχναις ἐκδεδομένος, ὀνόματι Μαχούμετ· ὃς τῇ βουλῇ καὶ τῇ συμμαχίᾳ ἐκείνου, ὃς ψεύστης τε ἐστὶ, καὶ τοῦ ψεύδους πατὴρ, ἀνόσιον καὶ ψεύδους γέμοντα,
C ὡς ἂν ἐκ τοῦ θείου στόματος ὑπηγορευμένον συνέθηκε νόμον· ὃν δὴ καὶ νόμον, Ἀλκοράνον ὠνόμασεν, δηλαδὴ τῶν θείων προσταγμάτων ἀναγωγήν. Οὗτος ὁ Μωάμεθ ὑπὲρ πάντας τοὺς γεγονότας ἢ ἐσομένους τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἐδίωξεν. Οὐ γὰρ ἑνί γε μόνον τρόπῳ προσέβαλεν, ἀλλὰ τρισὶ τοῖς γενικωτάτοις· νῦν μὲν ἀπηνεῖ τυραννεῖ τυραννίδι, νῦν δὲ διὰ τῆς ἐν τοῖς νόμοις ἀπάτης· νῦν δὲ δι' ὑποκρίσεως, ἀνατρέπων τοὺς ἁπλουστέρους· ὥστ' ἤδη τὸ ἥμισυ τῆς οἰκουμένης ὑποπεσεῖν τῇ ἀπάτῃ συγχωρήσει Θεοῦ, ὅς ἐστι φοβερὸς ἐν ταῖς βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἐγὼ τοίνυν, ὁ ἐν τῇ τάξει τῶν πρεδικατόρων ἐλάχιστος, τῆς τοσαύτης συμφορᾶς συναλγῶν τοῖς ἠπατημένοις, διελογησάμην τὰς ὁδούς μου, καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ
D μαρτύρια τοῦ Θεοῦ. Ὅθεν πελάγη διαπεράσας πολλὰ, καὶ ἐρήμους, καὶ τὴν περιώνυμον τῶν Σαῤῥακηνῶν πόλιν τὴν Βαβυλῶνα καταλαβὼν, ἔνθα τὰ μέγιστα καὶ καθολικώτατα τῶν παρὰ τούτοις μουσείων εἰσὶν, αὐτόθι τε τὰ γράμματα καὶ τὴν Ἀῤῥαβικὴν διάλεκτον ὁμοίως μαθὼν, ἀκριβέστατά τε τὸν τούτων νόμον ἀναλεξάμενος, σπουδαιότατά τε καὶ συνεχῶς μετὰ τῶν παρ' αὐτοῖς διδασκάλων διαλεγόμενος, μᾶλλον καὶ μᾶλλον διὰ τῆς πείρας κατείληφα τὸ τοῦ προειρημένου νόμου διάστροφον. Καὶ δὴ τοῦτον εἰς τὴν τῶν Λατίνων διάλεκτον μεταφέρειν ἀρξάμενος, τοσούτους εὗρον μύθους τε ἅμα καὶ ψεύδη καὶ βλασφημίας, καὶ συνεχῆ διὰ πάντων φλυαρίαν τε καὶ παλλιλογίαν, ὥστ' ἀηδίας με πληρωθῆναι, καὶ θαυ-

μάσαντα γράψαι τινὰς ἐπιστολὰς περὶ τῶν τοσούτων βλασφημιῶν πρὸς τὴν θριαμβεύουσαν Ἐκκλησίαν, ὥς περ ἐκείνη μεμφόμενον ἐν πικρίᾳ ψυχῆς. Νῦν δ' ἔστι μοι σκοπὸς, τῇ ἄκρᾳ ἀληθείᾳ θαῤῥήσαντι, τὰ κεφαλαιωδέστερά τε καὶ ἀρχικώτερα ψεύδη τοῦ παρανόμου νόμου τούτου διελέγξαι, καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ἀδελφῶν παρασχεῖν ἀφορμὴν, δι' ἧς ἂν ῥᾷον ἀνακαλέσασθαι πρὸς τὸν Θεὸν δυνηθεῖεν τοὺς τῆς ἀσεβείας ταύτης αἱρεσιώτας. Ὡς ἂν δὲ τοῦτο μετὰ τάξεως γένοιτο, εἰς ὡρισμένα κεφάλαια, δεῖν ἔγνων τὴν ὅλην διελεῖν πραγματείαν.

A cipalia mendacia iniquæ legis hujus ostendere, et aliis fratribus causam exhibere, propter quam facilius ad Deum revocare possent hujus impietatis hæreticos. Ut autem hoc cum ordine fiat, in determinata capita oportere cognovi totum tractatum dividere.

Operis digestio in capita XVII.

Τὸ πρῶτον κεφάλαιον περιέχει τὰς ἀρχικωτέρας τοῦ νομοῦ τούτου αἱρέσεις.

Δεύτερον, τίνι τρόπῳ δεῖ τούτοις συγγίνεσθαι.

Τρίτον, ὅτι ὁ νόμος οὗτος οὐκ ἔστι νόμος Θεοῦ· διὸ τὸ μήτε τὴν Παλαιὰν μήτε τὴν Νέαν Διαθήκην τούτῳ συμμαρτυρεῖν, καὶ ὅτι τοῖς Σαῤῥακηνοῖς πᾶσα ἀνάγκη πείθεσθαι τοῖς τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τοῖς τοῦ Εὐαγγελίου ῥητοῖς.

Τέταρτον, ὅτι μὴ ἔχει φράσιν καὶ ἦθος τοῖς ἄλλοις συμβαίνοντα.

Πέμπτον, ὅτι μὴ συμφωνεῖ κατὰ διάνοιαν ἑτέρῳ τινί.

Ἕκτον, ὅτι ἐν πολλοῖς ἑαυτῷ ἀντιλέγει.

Ἕβδομον, ὅτι μηδενὶ θαύματι βεβαιοῦται.

Ὄγδοον, ὅτι μὴ ἔστι κατὰ λόγον.

Ἔννατον, ὅτι ὁμολογούμενα περιέχει ψεύδη.

Δέκατον, ὅτι βίαιος καὶ περὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἐρχομένων.

Ἑνδέκατον, ὅτι ἄτακτος.

Δωδέκατον, ὅτι πονηρός.

Τρισκαιδέκατον, περὶ τῆς τοῦ Ἀλκοράνου συγγραφῆς, καὶ τίς ἐστι τοῦ νόμου τούτου δημιουργὸς καὶ εὑρετής.

Τεσσαρεσκαιδέκατον, περὶ τοῦ πεπλάσθαι τὴν ἀδοξοτάτην θεωρίαν.

Πεντεκαιδέκατον, περί τινων ἐκζητημάτων ἐπὶ τῷ Ἀλκοράνῳ κοινῶν, καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Μαχούμετ ὑπεροχῆς.

Ἑκκαιδέκατον, περὶ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς τὸ Ἀλκοράνον ὑπεροχῆς.

Ἑπτακαιδέκατον, περὶ τῆς τῶν Σαῤῥακηνῶν ἀπολογίας πρὸς τὰ προειρημένα.

Primum caput continet principales hujus legis errores.

Secundum, quis modus cum eis servandus est.

B Tertium, quod lex hæc non est lex Dei, propterea quod neque Vetus, neque Novum Testamentum hanc testantur; et quod necesse est Saracenis, parere dictis Veteris Testamenti et Evangelii.

Quartum, quod neque in stylo, neque in modo cum aliis convenit.

Quintum, quod non convenit secundum sententias cum aliquo altero.

Sextum, quod in multis sibi ipsi contradicit.

Septimum, quod nullo miraculo confirmatur.

Octavum, quod non est secundum rationem.

Nonum, quod manifesta continet mendacia.

Decimum, quod violenta. etiam in eos, qui ad C eam veniunt.

Undecimum, quod inordinata.

Duodecimum, quod iniqua.

Tertium decimum, de Alcorani institutione, et quis fuit hujus legis opifex et inventor.

Quartum decimum, de fictione improbatissimæ visionis.

Quintum decimum, de quibusdam sex quæsitis in Alcorano communibus, et de Christi ad Mahometum excellentia.

Sextum decimum, de Evangelii ad Alcoranum excellentia.

Decimum septimum, de Saracenorum responsione ad prædicta.

Α'. Ἀρχικώτεραι τοῦ νόμου τούτου αἱρέσεις.

Πρῶτον τοίνυν προσήκει μαθεῖν τὰς ἀρχοειδεστέρας αἱρέσεις, ἃς ὁ τῶν Σαῤῥακηνῶν τίθησι νόμος, καθὼς μάλιστα τῷ θείῳ νόμῳ ἐναντιοῦται. Ἰστέον τοίνυν, ὅτι πάντα τὸν τῶν ἀρχαίων αἱρετικῶν βόρβορον, ὃν ὁ διάβολος ἐν τοῖς ἄλλοις διῃρημένως κατέσπειρεν, εἰς τὸν Μαχούμετ ἀθρόον κατέμεσεν. Οὗτος γὰρ μετὰ μὲν τοῦ Σαβελλίου ἀρνεῖται παντελῶς τὴν Τριάδα· δυάδα δέ τινα τίθησιν ἐν τοῖς θείοις μηδὲν μὲν σεμνὸν καὶ τοῖς θείοις ἀνάλογον ἐκφαίνειν ἐν ἑαυτῇ δυναμένην, πάσης δὲ ἑτερότητος οὖσαν ἀρχήν. Ὑποτίθησι γὰρ αὐτήν τε τὴν θείαν οὐσίαν, καὶ τὴν ταύτης ψυχήν. Ὅθεν εἰς τὸ Ἀλκοράνον πληθυντικῶς εἰσάγει διαλεγόμενον τὸν Θεὸν, ὡς δοκεῖν αὐτὴν τὴν τοῦ Θεοῦ ψυχὴν,

D I. *De principalibus hujus legis erroribus.*

Primum igitur decet scire principales errores, quos Saracenorum lex ponit, secundum quos maxime divinæ legi adversatur. Notandum igitur, quod omne antiquorum cœnum, quod diabolus in aliis sparsim disseminavit, in Mahometum comprehensim evomuit. Hic enim cum Sabellio negat (1) omnino Trinitatem; dualitatem autem quamdam ponit in divinis, quæ nihil honestum et divinis simile in se ipsa potest demonstrare, cum totius alteritatis principium sit. Supponit enim divinam essentiam, et hujus animam. Unde in Alcorano inducit Deum pluraliter loquentem ut videatur ipsa anima Dei, et ipse Christus alterius præ-

(1) Hac ratione utitur et Cluniacensis abbas Petrus.

ter Deum esse essentiæ, et minoris Deo, et ei sub- A ditæ : conveniens in his cum Ario et Eunomio, supponit Christum excelsam esse creaturam, omnes tamen alias creaturas excedentem. Hæc autem opinio ex Platonicis mota esse videtur; qui supponunt summum Deum patrem omnium et creatorem, ex quo quamdam mentem dicebant primum defluxisse, in qua quidem sunt omnes rationes entium, et omnibus excelsior est : quem et paternam mentem appellabant. Post hunc esse mundi animam dicebant; deinceps autem reliquæ sunt creaturæ. Quæ igitur de Filio Dei in Scripturis dicuntur, hæc ad illam mentem illi referebant : maxime autem, quod et divina Scriptura Filium Dei sapientiam et Dei [1] Verbum appellat. Cum qua opinione B et ea quæ est Avicenæ convenit, qui supra primum cœlum primam intelligentiam supponit, quæ primum cœlum movet, ultra quam in summo Deum firmari dicit. Sic igitur Ariani existimaverunt de Filio Dei, quod esset creatura, quæ omnes alias creaturas excedit, quo mediante omnia Deus creavit. Unde et Mahometus supponit Christum sanctissimum, et hominem virtute præditum supra omnes alios. Palam autem quod in eo dicit esse supra hominem. Appellat enim eum Verbum Dei, et Spiritum Dei, et animam Dei; Deum autem secundum veritatem dici, omnino ridiculum putat. Et ad demonstrationem hujus, duobus maxime utitur : uno quidem, quod nunquam ipse Christus de seipso hoc asseruit, vel dixit; altero autem, C quia ipse contrarium dixisse videtur. Unde dicit Mahometus, quod Christiani dicunt Christum esse Deum. Etenim Judæis ipse Christus dixit : « Adorate Deum meum, et Deum vestrum, Dominum meum, et Dominum vestrum. » Hæc autem longius exposui, ut omnes cognoscant, quod illud quod in principio in mundo per Arium seductor diabolus non potuit perficere, hoc post hæc marcescente, quidem in Ecclesia zelo, malitia autem crescente, per Mahometum adimplevit, et tandem per Antichristi nequitiam roborabit. Qui persuadebit mundo, quod neque verus Deus, neque Dei Filius est Christus, et neque homo bonus. Principalis igitur intentio Mahometi est, persuadere, Christum neque Deum, neque Filium esse Dei, sed D sanctum quemdam et sapientem hominem, et prophetam maximum, absque patre ex virgine genitum. In quibus cum Carpocrate hæretico convenit. Item affirmat, impossibile esse Deum habere filium, propterea quod uxorem non habet. Cum eodem rursus hæretico etiam in hoc convenit. Additque, quod si Deus haberet filium, in periculo jam omnis res esset, tanquam futurum schisma esset inter eos ex necessitate. In quibus cum Judæis et Cerdonio hæretico convenit. Subjungitque, neque a Judæis Christum fuisse interemptum, neneque crucifixum, sed alium quemdam illi simi-

καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἄλλης παρὰ τὸν Θεὸν ὑπάρχειν οὐσίας, καὶ ἐλάττονος τοῦ Θεοῦ καὶ ὑποτεταγμένης αὐτῷ· συμφερόμενος ἐν τούτοις Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ, ὑποτιθέασι τὸν Χριστὸν ψιλὸν εἶναι κτίσμα, πάντων μέντοι τῶν ἄλλων ὑπερέχον. Αὕτη δὲ ἡ δόξα ἐκ τῶν Πλατωνικῶν ὡρμῆσθαι δοκεῖ, ὑποτιθεμένων τὸν ἄκρον Θεὸν πατέρα πάντων καὶ δημιουργὸν, ἐξ οὗ τινα νοῦν ἔλεγον πρῶτον ἀποῤῥυῆναι, ἐν ᾧ πάντας εἶναι τοὺς λόγους τῶν ὄντων, καὶ ὑψηλότερον πάντων, ὃν καὶ πατρικὸν νοῦν προσηγόρευον· καὶ μετὰ τοῦτον εἶναι τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν· ἐφεξῆς δὲ τὰ λοιπὰ κτίσματα. Τὰ τοίνυν ἐν ταῖς Γραφαῖς περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα, ταῦτ' ἐπ' ἐκεῖνον τὸν νοῦν ἀνῆγον ἐκεῖνοι· μάλιστα τῷ καὶ τὴν θείαν Γραφὴν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεοῦ σοφίαν, καὶ Θεοῦ Λόγον καλεῖν. Ἡ δόξῃ καὶ ἡ τοῦ Ἀβινσένα συνᾴδει, ὃς ὑπὲρ τὴν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ ψυχὴν τὴν πρώτην νόησιν ὑποτίθησι, κινοῦσαν τὸν πρῶτον οὐρανὸν, ἧς ἐπέκεινα ἐν τῷ ἄκρῳ τὸν Θεὸν καθιδρύει. Οὕτω τοίνυν οἱ Ἀρειανοὶ ἐνόμισαν περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς εἴη κτίσμα ὑπερέχον πάντων τῶν ἄλλων κτισμάτων· οὗ μεσιτεύοντος, πάντα τὸν Θεὸν δεδημιουργηκέναι. Ὅθεν καὶ ὁ Μωάμεθ ὑποτίθησι τὸν Χριστὸν ἁγιώτατον καὶ ἐναρετώτατον ἄνθρωπον ὑπὲρ πάντας τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Διαῤῥήδην δέ τι ἐν αὐτῷ φησιν εἶναι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον. Ὀνομάζει γὰρ αὐτὸν Λόγον Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ψυχὴν τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ Θεὸν κατ' ἀλήθειαν λέγεσθαι παντάπασι γελοῖον ἡγεῖται. Καὶ πρὸς τὴν ἀπόδειξιν τούτου δυσὶ μάλιστα χρῆται· ἑνὶ μὲν, τῷ μηδ' αὐτὸν τὸν Χριστὸν, μηδεπώποτε περὶ ἑαυτοῦ τοῦτο διισχυρίσασθαι ἢ εἰπεῖν· ἑτέρῳ δὲ, καὶ τοὐναντίον εἰπεῖν. Ὅθεν φησὶν, ὡς οἱ Χριστιανοὶ φασὶ τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν, καίτοι τοῖς Ἰουδαίοις εἰπόντος αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, « Προσκυνεῖτε τὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, τὸν Κύριόν μου καὶ Κύριον ὑμῶν. » Ταῦτα δὲ μακρότερον ἐξεθέμην, ἵνα πάντες γνοῖεν, ὡς οὗτινος τὴν ἀρχὴν ἐν τῷ κόσμῳ διὰ τοῦ Ἀρείου προκαταβαλλόμενος ὁ διάβολος, οὐχ οἷός τε ἐγένετο τελειῶσαι, τοῦτο μετὰ ταῦτα μαρανθέντος μὲν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ ζήλου, τῆς δὲ πονηρίας αὐξανομένης, ἀνεπλήρωσε διὰ τοῦ Μωάμεθ. Ἀλλ' ὅμως διὰ τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ εἰς τέλος ἐξοίσει τὴν πονηρίαν. Ὃς ἀναπείσει τὸν κόσμον, ὡς οὔτ' ἀληθὴς Θεὸς, οὔτε Θεοῦ Υἱός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' οὐδ' ἄνθρωπος ἀγαθός. Ὁ προηγούμενος τοίνυν σκοπὸς τοῦ Μωάμεθ ἐστὶ τὸ πείθειν τὸν Χριστὸν μήτε Θεὸν, μήτε Υἱὸν εἶναι Θεοῦ, ἀλλ' ἅγιόν τινα καὶ σοφὸν ἄνθρωπον, καὶ προφήτην μέγιστον, ἄνευ πατρὸς ἐκ παρθένου γεγεννημένον· ἐν οἷς Καρποκράτει τῷ αἱρετικῷ συμφωνεῖ. Ἔτι διισχυρίζεται ἀδύνατον εἶναι τὸν Θεὸν ἔχειν Υἱὸν, διὰ τὸ μηδὲ γυναῖκα ἔχειν. Τῷ αὐτῷ δὲ πάλιν αἱρετικῷ κἀν τούτῳ συνᾴδων. Προστίθησι δὲ ὡς εἴπερ ὁ Θεὸς εἶχεν Υἱὸν, ἐν κινδύνῳ ἂν εἶναι τὸ πᾶν, ὡς ἐσομένου καὶ σχίσματος ἐν αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης· ἐν οἷς Ἰουδαίοις καὶ Κέρδωνι συμφωνεῖ τῷ αἱρετικῷ. Διατεί-

[1] I Cor. I, 24.

Superato igitur Chosroe a prædicto Heraclio, et translata sancta cruce in Jerusalem cum triumpho, sexcentesimo vicesimo anno ab incarnatione Domini, decimo quinto autem imperii Heraclii, apparuit quidam Mahometus Arabs, qui primum dives factus per quamdam viduam, quam in uxorem duxit, et post hæc princeps latronum factus, in tantam prorepit superbiam, ut et rex Arabum fieri voluerit. Sed quia ipsi non susceperunt eum, quia de genere et opinione vilis erat, finxit se esse prophetam. Et cum comitiali morbo laboraret, ne firmiter quis eo detentum esse crederet, continue cadens, dicebat angelum cum eo colloqui. Dabat au-

Μαρίας τῆς Ἰακωβιτίσσης ἐπιορκεῖν, καὶ μὴ φυλάττειν πίστιν ἐν τοῖς ὑπεσχημένοις. Πονηρὸς ἄρα ἐστὶν οὗτος ὁ νόμος, ἀρέσκων μὲν τῷ διαβόλῳ, προτρέπων δὲ εἰς τὰ πονηρά. Οὐκ ἄρα παρὰ Θεοῦ ἐστιν, ὃς ἄκρως ἐστὶν ἀγαθὸς, καὶ παρ' οὗ ἀγαθὸν μόνον πρόεισι, κακὸν δὲ οὐδέν.

ΙΓʹ. *Περὶ τῆς τοῦ Ἀλκοράνου συγγραφῆς, καὶ τίς ἐστι τοῦ νόμου τούτου δημιουργὸς καὶ εὑρετής.*

Ἐπεὶ τοίνυν δέδεικται, ὅτι τὸ Ἀλκοράνον, ὁ τῶν Σαῤῥακηνῶν δηλονότι νόμος, οὐκ ἔστι παρὰ Θεοῦ, ἕπεται ζητῆσαι περὶ τῶν τοῦ Μωάμεθ μαθητῶν, καὶ τῆς συστάσεως τοῦ προειρημένου Ἀλκοράνου. Δεῖ τοίνυν γινώσκειν, ὅτι βεβαιότατα πιστεύεται ὑπὸ τῶν παρ' ἐκείνοις σοφῶν, καὶ ἰσχυροῖς ἀποδείκνυται λόγοις τὸν πρῶτον τοῦ Ἀλκοράνου ποιητὴν οὐκ ἄνθρωπον γενέσθαι, ἀλλὰ διάβολον, ὃς ἰδίῳ φθόνῳ καὶ παραχωρήσει θείᾳ διὰ τὰς τοῦ λαοῦ ἁμαρτίας κατίσχυσε, καὶ ἤρξατο ἀναπεπταμένως καὶ ἰσχυρῶς τῆς ἀπιστίας τοῦ Ἀντιχρίστου. Ὁρῶν τοίνυν ὁ διάβολος τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς αὐξάνουσαν μέρεσι, καὶ τὴν εἰδωλολατρείαν ἐκλείπουσαν, ἡττηθέντος ἤδη τοῦ Χοσρόου τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως καὶ Μήδων τοῦ εἰδωλολάτρου διὰ τοῦ Χριστιανικωτάτου βασιλέως Ἡρακλείου, ὃς δὴ κατέβαλε τὸν ὑψηλὸν πύργον ὃν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ὁ Χοσρόης ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθων τιμίων, διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ οὕτως ὑψωθέντα διὰ τοῦ Ἡρακλείου, καὶ ἔτι ὑψωθησόμενον, μηκέτι δυνάμενος ἐκτελεῖν τὴν πολυθεΐαν, μήτε παντελῶς τὸν τοῦ Μωσέως νόμον καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον ἐξαρνεῖσθαι, ἤδη κατὰ πάντα τὸν κόσμον διαπεφημισμένον, ἔγνω πλάσματι νόμου τινὸς, ὥσπερ ἐν μέσῳ τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς, ἀπατῆσαι τὸν κόσμον. Καὶ ἵνα τοῦτο εἰς ἔργον ἀγάγῃ, προσελάβετό τινα ἄνθρωπον διαβολικὸν, ὀνόματι Μωάμεθ, τῇ θρησκείᾳ εἰδωλολάτρην, τῇ τύχῃ πένητα, τῷ φρονήματι ὑπερήφανον, κακουργίαις ὑπερήφανον. Καὶ ἥδιον ἂν προσελάβετο ἄνθρωπον ἀγαθῆς φήμης, εἰ τοῦτο παρεχωρεῖτο· εἴπερ καὶ ἥδιον ἂν τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἐπείρασε δι' ἑτέρου ζώου ἢ δι' ὄφεως, ἐν ᾧ ἡ ἐκείνου πονηρία μᾶλλον ἂν ἀπεκρύβη. Ἀλλ' οὐ συνεχώρησεν ἡ θεία σοφία, καὶ διὰ τοῦτο τοιοῦτον ἀνέλαβε ζῶον, καὶ διὰ τοιούτου ἀνθρώπου τῷ κόσμῳ ἐπέθετο, ὥστ' αὐτὸν τὸν κόσμον ῥᾳδίως δυνηθῆναι κατανοῆσαι, ποταπὸς ἂν εἴη ὁ νόμος ἐκεῖνος, ὁ διὰ τοιούτου δοθεὶς νομοθέτου.

Τοῦ Χοσρόου τοίνυν ἡττηθέντος παρὰ τοῦ εἰρημένου Ἡρακλείου, καὶ μετενεχθέντος τοῦ ἁγίου σταυροῦ εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ θριάμβου κατὰ τὸ ἑξακοσιοστὸν εἰκοστὸν ἕκτον ἔτος ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου σαρκώσεως, πεντεκαιδεκάτῳ δὲ τοῦ βασιλέως Ἡρακλείου, ἀνεφάνη τις Μαχούμετ, Ἄραψ, ὃς τὸ πρῶτον πλούσιος γεγονὼς διά τινος χήρας, ἣν εἰς γυναῖκα ἠγάγετο, καὶ μετὰ ταῦτα ἄρχων λῃστῶν γεγονὼς, εἰς τοιαύτην κατέπεσεν ὑπερηφανίαν, ὥστε καὶ βασιλεὺς Ἀράβων γενέσθαι θελῆσαι. Ἐπιληπτικὸς δὲ ὢν, ἵνα βεβαίως κάτοχός τις εἶναι πιστεύηται, συνεχῶς πίπτων, ἔλεγεν ἄγγελον αὐτῷ συλλαλεῖν. Ἐδίδου δὲ μετὰ ταῦτα ἀποκρίσεις τινὰς, ἃς (ὡς ἔλεγεν)

ἤκουε δίκην κώδωνος περιηχούσης αὐτοῦ τοῖς ὠσί. A Καὶ ἐπεὶ ἰδιώτης ἦν, καὶ ἀγράμματος, δέδωκεν αὐτῷ ὁ διάβολος ἑτέρους οἰκείους αὐτῷ αἱρετικούς τινας καὶ Ἰουδαίους, καὶ Χριστιανοὺς ὁμοίως αἱρετικούς. Προσεκολλήθη γὰρ αὐτῷ τις Ἰακωβίτης, ὀνόματι Βαειρᾶ, καὶ διήρκεσε μετὰ τοῦ Μωάμεθ σχεδὸν μέχρι θανάτου. Φαίνεται δὲ ὡς μετὰ ταῦτα αὐτὸν ὁ Μαχούμετ ἀπέκτεινεν. Ἀλλὰ καὶ Ἰουδαῖοί τινες, Φινεὲς δηλονότι καὶ Αὐδιὰ, ὀνόματι Σαλὼν, μετὰ ταῦτα δὲ Αὐδαλλᾶ εἰρημένος, καὶ Σελὲμ, οἳ καὶ γεγόνασι Σαῤῥακηνοί· καί τινες Νεστοριανοὶ, οἳ μάλιστα κοινωνοῦσι Σαῤῥακηνοῖς λέγοντες μὴ Θεὸν γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς Μαρίας Παρθένου, ἀλλ' ἄνθρωπον Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ τότε συνέθηκεν ὁ Μωάμεθ τινὰ νόμου τρόπῳ διὰ τῶν ἑτέρων, λαμβάνων τινὰ B μὲν ἐκ τῆς Παλαιᾶς, τινὰ δὲ ἐκ τῆς Καινῆς Διαθήκης. Οὐ μὴν τότε ὁ λαὸς εἶχε τὸ Ἀλκοράνον. Λέγεται μέντοι ἐν ταῖς αὐτῶν ἱστορίαις εἰπεῖν τὸν Μαχούμετ· Κατῆλθεν ἐπ' ἐμὲ τὸ Ἀλκοράνον ἐν ἑπτὰ ἀνδράσι· καὶ ὅπερ ἂν πολὺ ᾖ, ἀρκεῖ. Λέγουσι δὲ τούτους γενέσθαι τὸν Ναφὲ, καὶ Ἐὸν, Ὀμὰρ, Ὀμβρὰ, Ἐλρεσὰρ, Ἀσὴρ τὸν υἱὸν τοῦ Κετὴρ, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Ἄμερ. Ἐροῦμεν τοίνυν αὐτοῖς, Ἀνέγνωσάν ποτε τοῦτο ἐνώπιον τοῦ Μωάμεθ; καὶ πάντες ἐροῦσι, Οὐχὶ, ἀλλ' ἐνώπιον τῶν πρεσβυτέρων, καὶ οὕτως μέχρι τοῦ Μωάμεθ. Βέβαιον δέ ἐστιν, ὅτι οὗτοι οὐ συνεφώνησαν τοῖς πρώτοις πρεσβυτέροις ἐν τῇ ἀναγνώσει ἣν νῦν κατέχουσιν. Ὃ δείκνυται ἐκ τοῦ τὸ τοῦ πρώτου μέρους ἀνάγνωσμα ἐναντίον εἶναι τῷ δευτέρῳ μέρει. Ἀπὸ γὰρ τοῦ καιροῦ τοῦ Μωάμεθ οὐδεὶς ἐπιστήμων C γέγονε τοῦ Ἀλκοράνου, εἰ μὴ ὁ Αὐδαλλᾶ ὁ υἱὸς τοῦ Μεσετοὺδ, καὶ ὁ Ζεῖθ ὁ υἱὸς τοῦ Ταμπὲθ, καὶ ὁ Κανὰν υἱὸς Ὀφὴν, καὶ ὁ Ἐμπῆ υἱὸς Τάπ. Περὶ δὲ τοῦ Ἀλῆ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀβιτελὲμ τινὲς λέγουσιν ἐπίστασθαι μέρος, τινὲς δὲ οὔ. Ἕκαστος δὲ τούτων συνέθηκεν Ἀλκοράνον, τῷ τῶν ἄλλων Ἀλκοράνῳ ἀνομοιότατον. Ἐπολέμησαν δὲ καὶ πρὸς ἀλλήλους μέχρι θανάτου, μὴ δεχόμενοι τὰ τῶν ἄλλων. Μετὰ δὲ τὸν ἐκείνων θάνατον ἐδιχονόησεν ὁ λαὸς ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ μέχρι τοῦ καιροῦ τοῦ Περπᾶν, τοῦ υἱοῦ Ἐλεκὲμ, ὃς συνέθηκεν αὐτοῖς τοῦτο τὸ Ἀλκοράνον ὃ νῦν ἔχουσιν. Ἐνέπρησε δὲ καὶ τὰ ἄλλα Ἀλκοράνα. Καὶ τότε οἱ εἰρημένοι ἑπτὰ τῶν πόλεων ἄρχοντες ἀντεῖπον ἀλλήλοις ἔν τε τῇ γραμματικῇ καὶ τοῖς ἰδίοις ἰδιώμασιν. Εὕρομεν δὲ ἐν ταῖς ἱστορίαις αὐτῶν, ὅτι τὸ D τοῦ ἀποστασίου κεφάλαιον ὑπερέβαινε· τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς βοὸς τὸ πρῶτον ἐν διακοσίαις τριάκοντα ἀποφάσεσιν ἦν, νῦν δὲ συνέστηκε τὸ ὅλον ἐκ δώδεκα. Φασὶ δὲ ἄλλοι καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς βοὸς χιλίας ἀποφάσεις περιέχειν ποτὲ, σήμερον δὲ τοσοῦτον καὶ ἔτι διακόσια ὀγδοήκοντα ἑπτά. Ἐμφέρεται δὲ καὶ περί τινος δυνατοῦ ὀνόματι Ἐλγὰν, ὅτι ἀφεῖλεν ἐκ τοῦ Ἀλκοράνου ὀγδοήκοντα πέντε ἀποφάσεις, καὶ προσέθηκεν ἄλλας τοσαύτας εἰς ἄλλον σκοπὸν ἀφορῶσας. Πῶς τοίνυν ἐστὶν ἀληθὲς, ὅπερ φασὶ περὶ τοῦ Ἀλκοράνου εἰπεῖν τὸν Θεὸν, ὅτι Ἡμεῖς καταβῆναι πεποιήκαμεν τὴν ἀνάμνησιν, καὶ ἡμεῖς αὐτὴν φυλάξομεν; Διηγοῦνταί δέ τινες αὐτῶν ἱστορίαν, ὡς τοῦ Μαχούμετ φαρμάκῳ ἀποθανόντος, οὐκ εἶχεν ὁ λαὸς

tem post hæc responsiones quasdam, quas (ut dixit) audiebat quasi per modum campanæ circumsonantis auribus ejus. Et quia idiota erat, et illitteratus, dedit ei diabolus socios proprios, et quosdam hæreticos et Judæos, et Christianos similiter hæreticos. Adhæsit enim ei quidam Jacobita, nomine Baira, et duravit cum Mahometo usque ad mortem.Ferturque, quod Mahometus postea interfecit. Sed et Judæi quidam, Phinees videlicet, et Audia, nomine Salon, post hæc autem Audala dictus, et Selem: qui etiam facti sunt Saraceni. Et quidam Nestoriani, qui maxime cum Saracenis conveniunt dicentes, quod Deus non est natus de beata Virgine, sed homo Jesus Christus. Et tunc composuit Mahometus quædam in modum legis per socios, assumens quædam quidem a Veteri, quædam autem a Novo Testamento. Non tamen tunc populus habebat Alcoranum. Dicitur tamen in eorum historiis, quod Mahometus dicit: Descendit ad me Alcoranum in septem viris, et quidquid est satis sufficit. Dicunt autem hos fuisse, Naphe, et Eon, Omar, Omra, Eleesar, Asir filium Cethir, et filium Amer. Diximus igitur eis, quando legerunt hoc coram Mahometo? Et omnes dixerunt, quod non, sed coram senioribus, et sic usque ad Mahometum. Firmum autem est, quod hi non convenerunt cum senioribus prioribus in littera quam nunc tenent. Quod probatur ex eo, quod littera primæ partis contraria est parti secundæ. A tempore enim Mahometi nullus peritus fuit Alcorani, nisi Audala filius Mesetud, et Zeith filius Tampeth, et Canan filius Ophyn, et Enpe filius Tap. De Ali autem filio Abitalem, quidam dicunt scire partem, quidam autem non. Quilibet autem horum composuit Alcoranum, aliorum Alcorano dissimillimum. Pugnaverunt autem et inter se usque ad mortem, non suscipientes quæ erant aliorum. Post mortem dissensit populus in Alcorano, usque ad tempus Merinpan filii Elezen, qui composuit eis hoc Alcoranum quod nunc habent. Combussit autem et alia Alcorana. Et tunc etiam civitatum præfecti septem contradicebant sibi in grammatica et propriis idiomatibus. Invenimus autem in eorum historiis, quod repudii capitulum excedebat capitulum bovis, quod primum in ducentis triginta sententiis fuit, nunc autem totum constitutum est in duodecim. Dicunt autem alii, quod et capitulum bovis aliquando mille sententias continebat, hodie tamen octoginta septem. Referunt etiam et de quodam potenti, nomine Elgas, quod abstulerit ab Alcorano octoginta quinque sententias, et addidit alias totidem alterius sensus. Quomodo igitur est verum quod dicunt de Alcorano, quod Deus dicit: Nos descendere fecimus monitionem, et nos eam servabimus? Narrant etiam quædam historiæ, quod Mahometus veneno mortuus est, nec habuit populus Alcoranum. Cum autem Empeumpecer susciperet principatum, præcepit ut quilibet colligeret quæ posset: et hoc quod est præ ma ibus, Alcoranum

composuit, reliqua autem combussit. Sed in capitulo Elamram de Alcorano dicitur, quod nullus præter Deum cognovit hujus expositionem. Et qui profunditatem sapientiæ habent, dicunt: Credimus ei, totum enim est a nostro Deo. Et vere in hoc libro multa sunt sic dispersa, sic inordinata, sicut etiam superius manifestum est, ut nullam sententiam dicant, dementiam potius et mendacia cooperiant. Factum autem fuit, quod convenerunt hoc esse Alcoranum, quod nunc in manibus habent, et dicunt Deum Mahometo revelavisse, et scripsisse ex ore Dei. Elphocaa autem, id est, magni doctores et expositores, nunquam convenerunt in expositione ejus, neque in æternum convenient.

A Ἀλκοράνου. Τοῦ δὲ Ἐμπεουμπεχὲρ τὴν ἀρχὴν λαβόντος, καὶ προστάξαντος ἀναμνησθῆναι ἕκαστον ὃ δύναται, συνετέθη τὸ νῦν ἐν χερσὶν ὂν Ἀλκοράνον, τὰ δὲ λοιπὰ κατεκαύθη. Ἐν δὲ τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλάμρὰμ περὶ τοῦ Ἀλκοράνου φησὶν, ὅτι οὐδεὶς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἔγνω τὴν τούτου ἐξήγησιν· καὶ οἱ βάθος σοφίας ἔχοντές φασι, Πιστεύομεν αὐτῷ· ὅλον γὰρ ἐστὶ παρὰ τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ. Καὶ ἀληθῶς ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ πολλά εἰσιν οὕτω σκοτεινὰ, οὕτω διεσπασμένα καὶ ἄτακτα, ὡς καὶ ἀνωτέρω γέγονε δῆλον, ὡς μηδὲ μίαν διάνοιαν λέγοντες, τὴν ἄνοιαν μᾶλλον καὶ τὰ ψεύδη συγκαλύπτειν. Γέγονε δὲ συμφωνῆσαι τοῦτ' εἶναι τὸ Ἀλκοράνον, ὃ νῦν ἔχουσιν ἐν χερσὶ, καὶ εἰπεῖν τὸν Θεὸν ἀποκαλύψαι τῷ Μαχούμετ, καὶ αὐτὸν γράψαι ἐκ στόματος τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ Ἐλφικαὰ, τουτέστιν οἱ διδάσκαλοι οἱ μεγάλοι καὶ οἱ ἐξηγηταὶ, οὐδέποτε συνεφώνησαν ἐν τῇ ἐξηγήσει αὐτοῦ, οὔτε εἰς τὸν αἰῶνα συμφωνήσουσι.

Et sic non solum Orientales ad Occidentales, sed Orientales inter se, et Occidentales inter se, et in eisdem scholis diversæ sunt sectæ, et tantum diversæ, ut una condemnet aliam. Quidam enim sequuntur Mahometum, et sunt plures: quidam autem Hali, et sunt pauciores et minus mali, et dicunt Mahometum tyrannica potentia sibi ipsi usurpavisse, quod fuit Hali. Insurrexerunt autem contra utrosque quidam philosophiæ experti, et incipientes legere in libris Aristotelis et Platonis, relinquebant omnes Saracenorum sectas, et ipsum Alcoranum. Quod intelligens ex Babylone calypha quidam nomine... ædificavit Academiam et Stanzeriam scholam, quæ charissimæ sunt, et transmutavit lectionem in Alcoranum. Et ordinavit, quod quicunque ex provinciis veniunt Babylona, ut Alcoranum discant, et habeant habitationes et expensas necessarias a publico. Et decrevit, quod Saraceni qui Alcorano vacant, nullo modo philosophiæ operam navent; propter hoc neque bonos Saracenos esse existimant, qui philosophiæ operam dant: propterea quod hujusmodi Alcoranum vilipendunt, propter causas superius dictas in octavo et nono capitulo.

B Καὶ τοῦτο οὐ μόνον οἱ ἀνατολικοὶ πρὸς τοὺς δυτικοὺς, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς πρὸς ἀλλήλους, καὶ οἱ δυτικοὶ πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς σχολείοις διάφοροί εἰσιν αἱρέσεις, καὶ τοσούτῳ διάφοροι, ὥστε μίαν τῆς ἄλλης καταψηφίζεσθαι. Τινὲς μὲν γὰρ ἕπονται τῷ Μαχούμετ, καὶ εἰσὶ πλείους· τινὲς δὲ τῷ Ἀλῇ, καὶ οὗτοί εἰσιν ἐλάττους, καὶ ἧττον κακοὶ, καὶ φασὶ τὸν Μαχούμετ τυραννικῇ δυνάμει νοσφίσασθαι ἑαυτῷ τὸ τοῦ Ἀλῆ. Ἐπανέστησαν δὲ ἑκατέροις Σαρρακηνοί τινες φιλοσοφίας ἔμπειροι, καὶ ἀρξάμενοι ἀναγινώσκειν ἐν τοῖς βιβλίοις Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος, ἀπεσκοράκιζον πάσας τὰς τῶν Σαρρακηνῶν αἱρέσεις, καὶ αὐτὸ τὸ Ἀλκοράνον. Ὁ νοήσας καλυφᾶς τις ἐκ Βαβυλῶνος, ὀνόματι... ᾠκοδόμησεν ἐν Βαβυλῶνι τὴν Ἀκαδημίαν καὶ τὴν C Μενστανζερίαν σχολὴν, λαμπροτάτας οὔσας· καὶ μετήμειψε τὴν παρὰ τὸ Ἀλκοράνον ἀνάγνωσιν. Καὶ ἔταξεν, ὅσοι ἂν ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν ἔρχωνται εἰς τὴν Βαβυλῶνα, ἵνα τὸ Ἀλκοράνον διδάσκωνται, ἔχουσι κατοικίας καὶ ἀναλώματα ἐκ τοῦ κοινοῦ ἀναγκαῖα. Καὶ διωρίσατο τοὺς Σαρρακηνοὺς καὶ τοὺς τῷ Ἀλκοράνῳ προσέχοντας μηδένα τρόπον σχολάζειν ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ· διὰ τοῦτο οὐδὲ καλοὺς Σαρρακηνοὺς εἶναι νομίζουσι τοὺς φιλοσοφίᾳ προσέχοντας· διὰ τὸ τοὺς τοιούτους φαυλίζειν τὸ Ἀλκοράνον διὰ τὰς ἀνωτέρω εἰρημένας αἰτίας ἔν τε τῷ ὀγδόῳ καὶ ἐννάτῳ κεφαλαίῳ.

XIV. *De fictione improbatissimæ visionis.*

Quarto decimo oportet speculari, quod fictam visionem Mahometus composuit, quæ est expositio cujusdam Alcorani. Dicit enim in capitulo filiorum Israel: Laus ei qui fecit transire servum ejus in una nocte ex oratorio Elaram, quod est domus Mecchæ, usque ad longissimum oratorium, quod est domus sancta Jerusalem, quam benediximus, et reliqua. Expositio autem sententiæ hujus est, quod Mahometus una dierum psallebat matutinam ejus horam; quam cum perfecisset, dixit hominibus: O vos homines, considerate. Heri postquam ego discessi a vobis, venit ad me Gabriel post ultimam vespertinam psalmodiam, et dixit mihi: O Mahomete, mandat tibi Deus ut visites eum. Cui dixi: Et ubi visitabo eum? Et dixit Gabriel: In

ΙΔ'. *Περὶ τοῦ πεπλάσθαι τὴν ἀδοξοτάτην θεωρίαν.*

Τεσσαρεσκαιδέκατον δεῖ θεωρεῖν, ὅπως πεπλασμένην θεωρίαν ὁ Μαχούμετ συνέθηκεν, ἐξήγησιν οὖσαν Ἀλκοράνου τινός. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ κεφαλαίῳ D τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, Αἶνος τῷ ποιήσαντι διελθεῖν τὸν δοῦλον αὐτοῦ ἐν μιᾷ νυκτὶ ἐκ τοῦ εὐκτηρίου τοῦ Ἐλαράμ, ὅ ἐστιν οἶκος Μεκκὰ, μέχρι τοῦ πορρωτάτου εὐκτηρίου, ὅ ἐστιν οἶκος ἅγιος Ἱερουσαλὴμ, ἣν εὐλογήσαμεν, καὶ τὰ λοιπά. Ἐξήγησις δὲ τῆς ἀποφάσεως ταύτης ἐστὶν, ὅτι ὁ Μαχούμετ ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἔψαλλε τὴν ἑωθινὴν αὐτοῦ ὥραν, ἣν καὶ τελέσας εἶπε τοῖς ἀνθρώποις, Ὦ ὑμεῖς ἄνθρωποι, κατανοήσατε. Χθὲς μετὰ τὸ διαστῆναί με ὑμῶν, ἦλθε πρός με ὁ Γαβριὴλ μετὰ τὴν ἐσχάτην ἑσπερινὴν ψαλμῳδίαν, καὶ εἶπέ μοι, Ὦ Μωάμεθ, ἐντέλλεταί σοι ὁ Θεὸς ἐπισκέψασθαι αὐτόν. Ὦ εἶπον, Καὶ

ποῦ αὐτὸν ἐπισκέψομαι; Καὶ εἶπεν ὁ Γαβριὴλ, Ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐστί. Καὶ ἤγαγέ μοι κτῆνος, μεῖζον μὲν ὄνου, ἔλαττον δὲ ἡμιόνου, καὶ τὸ ὄνομα Ἐλμπεράχ· καὶ εἶπέ μοι, Ἀνάβαινε τοῦτο, καὶ ἔλαυνε μέχρι τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου. Καὶ ὡς ἐφρόντιζον ἀναβαίνειν, ἔφυγε τὸ κτῆνος. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἵστασο ἀσφαλῶς· ὁ Μαχούμετ γάρ ἐστιν ὁ σὲ βουλόμενος ἀναβῆναι. Καὶ ἀπεκρίθη τὸ κτῆνος, Μὴ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπεστάλην; Ἀπεκρίθη ὁ Γαβριὴλ, Ναί. Καὶ εἶπε τὸ κτῆνος, Οὐ συγχωρήσω αὐτὸν ἀναβῆναι, εἰ μὴ πρότερον ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ Θεοῦ δεηθείη. Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην τοῦ Θεοῦ μου ὑπὲρ τοῦ κτήνους, ἐπέβην τε αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει ἐπικαθημένου μου πορείᾳ λεπτῇ· ἐστήριζέ τε τὴν χηλὴν τοῦ ποδὸς ἐν τῷ ὁρίζοντι τῆς ὄψεως αὐτοῦ. Καὶ οὕτως ἦλθον εἰς τὸν οἶκον τὸν ἅγιον ἐν ἐλάττονι διαστήματι, ἢ ὅσον ἂν ἡ βολὴ ὀφθαλμοῦ τελεσθείη. Ἦν δὲ καὶ ὁ Γαβριὴλ μετ' ἐμοῦ, καὶ ἤγαγέ με εἰς ἀποῤῥῶγα ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ἁγίῳ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἶπέ μοι ὁ Γαβριήλ· Κατάβηθι, ὅτι ἀπὸ τῆς πέτρας ταύτης ἀναβήσει εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ κατέβην. Καὶ ὁ Γαβριὴλ ἠσφαλίσατο μετὰ κύκλου πρὸς τὴν ἀποῤῥῶγα τὸ κτῆνος τὸ Ἐλμπαράχ, καὶ ἐβάστασέ με ἐν τοῖς ὤμοις αὐτοῦ μέχρι τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ὅτε ἤλθομεν πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἔκοψε τὴν θύραν ὁ Γαβριήλ· ἐῤῥέθη τε πρὸς αὐτὸν, Τίς εἶ; Ἀπεκρίθη, Ἐγώ εἰμι Γαβριήλ. Ἐῤῥέθη τε πάλιν αὐτῷ· Καὶ τίς ἐστι μετὰ σοῦ; Ἀπεκρίθη, Ὁ Μαχούμετ. Εἶπε δὲ ὁ θυρωρὸς, Μὴ ὑπὲρ τούτου ἦν ἡ ἀποστολή; Ναί. Καὶ ἤνοιξεν ἡμῖν τὴν πύλην. Καὶ εἶδον ἔθνη ἀγγέλων· καὶ δὶς κάμψας ὑπὲρ αὐτῶν τὰ γόνατα, ἐξέχεον προσευχήν. Καὶ μετὰ ταῦτα ἔλαβέ με ὁ Γαβριὴλ, καὶ ἤγαγέ με πρὸς τὸν δεύτερον οὐρανόν. Ἦν δὲ τὸ διάστημα τῶν δύο τούτων οὐρανῶν ὁδὸς πεντακοσίων ἐτῶν. Καὶ ὥσπερ πρῶτον ἔκοψε τὴν θύραν, καὶ ἀπόκρισις γέγονεν αὐτῷ κατὰ πάντα ὁμοία μέχρι καὶ τοῦ ἑβδόμου οὐρανοῦ. Ἐν ᾧ ἑβδόμῳ οὐρανῷ διαγράφει ἰδεῖν λαὸν ἀγγέλων. Τὸ μῆκος ἑνὸς ἑκάστου ἀγγέλου ἦν τοῦ κόσμου πολλάκις χιλιοπλάσιον, ὧν εἶχέ τις ἑπτακοσίας χιλιάδας κεφαλὰς, καὶ ἐν ἑκάστῃ κεφαλῇ ἑπτακοσίας μυριάδας στόματα, καὶ ἐν ἑκάστῳ στόματι χιλίας ἑπτακοσίας γλώσσας, αἰνούσας τὸν Θεὸν ἑπτακοσίοις μυριάδων ἰδιώμασι. Καὶ προσέβλεψεν ἕνα τῶν ἀγγέλων θρηνοῦντα. Καὶ ἐζήτησε τὴν αἰτίαν τοῦ θρήνου αὐτοῦ. Καὶ ἀπεκρίθη ἁμαρτίαν εἶναι. Αὐτὸς δὲ ἐδεήθη ὑπὲρ αὐτοῦ. Οὕτω τε, φησὶν, ὁ Γαβριὴλ παρέθετό με ἀγγέλῳ ἑτέρῳ, κἀκεῖνος ἄλλῳ, καὶ οὕτως ἐφεξῆς, μέχρις ἔστην ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ βήματος αὐτοῦ. Καὶ ἥψατό μου ὁ Θεὸς τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἐν μέσῳ τῶν ὤμων, ἕως οὗ ἡ ψυχρότης τῆς χειρὸς αὐτοῦ διῆλθε μέχρι τοῦ μυελοῦ τῆς ῥάχεως τοῦ νώτου. Καὶ εἶπέ μοι ὁ Θεὸς, Ἐπέθηκα σοὶ καὶ τῷ λαῷ σου εὐχάς. Καταβάντι δέ μοι πρὸς τὸν τέταρτον οὐρανὸν συνεβούλευσεν ὁ Μωϋσῆς ἐπανελθεῖν πρὸς τὸ κουφίσαι τὸν λαὸν, μὴ ὄντα δυνατὸν ἐξαρκεῖν τοσαύταις εὐχαῖς. Καὶ τῇ πρώτῃ ἐπανόδῳ ἔλαβον ἄνεσιν ἀπὸ δέκα μέχρι καὶ τῆς τετάρτης ἐπανόδου· καὶ τῇ πέμπτῃ ἐπανόδῳ τοσοῦτον εἰς τὸ ἔλαττον ἦλθεν ὁ ἀριθμὸς τῶν εὐχῶν, ὡς ὀλίγας ἐναπο-

A loco ubi est. Et adduxit mihi jumentum majus quidem asino, minus autem mulo, et nomen ejus Elmparac. Et dixit mihi: Ascende hoc, et equita usque ad domum sanctam. Cumque curarem ascendere, aufugit jumentum. Dixitque ei: Sta firmiter; Mahometus enim est, qui vult te ascendere. Et respondit jumentum: Numquid pro eo missum sum? Respondit Gabriel: Utique. Et dixit jumentum: Non permittam eum ascendere, nisi prius rogaverit Deum pro me. Ego autem intercessi pro jumento apud Deum meum, ascendique ipsum, et ambulabat me insidente tenui gressu, collocabatque ungulam pedis in horizonte visus sui. Et sic veni in domum sanctam in minori spatio, quam quantum oculi ictus perfici posset. Erat autem Gabriel mecum et
B duxit me ad rupem in domo sancta Jerusalem, et dixit mihi Gabriel: Descende, quoniam ab hac petra ascendes in cœlum. Et descendi. Et Gabriel ad rupem jumentum Elmparac cum cingulo ligavit, et portavit me in humeris suis usque ad cœlum. Cumque venissemus ad cœlum, pulsavit januam Gabriel. Dictumque fuit ei: Quis es? Respondit, Ego sum Gabriel. Dictumque fuit rursus ei: Et quis est tecum? Respondit, Mahometus. Dixit autem janitor: Numquid pro eo missus fuisti? Et dixit Gabriel, Etiam. Et aperuit nobis januam. Et vidi gentes angelorum, et bis flectens pro eis genua, effudi orationem. Et post hæc cepit me Gabriel, et duxit me ad secundum cœlum. Erat autem spatium horum
C duorum cœlorum iter quingentorum annorum. Et quam primum pulsavit januam, responsio facta est ei secundum omnia similis usque ad septimum cœlum. In quo septimo cœlo describit se vidisse populum angelorum. Prolixitas uniuscujusque angeli multo millies mundo major erat, quorum quisque habebat septuaginta millia capitum, et in quolibet capite septingenta millia ora, et in quolibet ore mille septingentas linguas, laudantes Deum septingentis millibus idiomatibus. Et aspexit unum angelorum flentem. Et quæsivit causam fletus ejus. Et respondit, se peccatum esse. Ipse autem oravit pro eo. Sicque, inquit, Gabriel commendavit me alteri angelo, et ille alii, et sic deinceps, quousque steti coram Deo et tribunali ejus. Et tetigit me
D Deus manu sua inter humeros, usque adeo ut ad medullam spinæ dorsi mei frigiditas manus ejus pertransiret. Et dixit mihi Deus: Imposui tibi et plebi tuæ orationes. Cumque descendissem ad quartum cœlum, consuluit mihi Moyses, ut reverterer ad levandum populum, qui tot orationes ferre non poterat. Et primo reditu obtinui remissionem a decem usque ad quartam, et a quarto reditu usque ad septimum. Et in fine tantum in minus venit numerus orationum, ut paucæ remanerent. Cumque diceret Moyses: Nec hoc poterunt ferre homines, ego præ confusione verecundatus, quod toties ascenderim, nolui plus ascendere, sed rediens ad Elmparac, equitavi descendens in domum Mechæ. Horum autem omnium tempus minus fuit

quam decima pars noctis. Visionis autem hujus plus est quod dimisimus, quam quod narravimus. Cumque narrasset Mahometus universis gentibus, mille homines a lege recesserunt. Dicentibus autem illis ei: Ascende de die in cœlum, ut nos aspiciamus, et videamus obviantes tibi angelos, non recognovit suiipsius mendacium, sed dixit: Laus Deo meo. Numquid aliud quoddam sum ego quam unus hominum, et apostolus? Sic in capitulo prophetarum narrat de his qui quærebant ab eo fieri miracula, sicque dixerunt Mahometo: Audivisti insomnia, blasphemias congregasti, vel forte poetice loqueris. Veni ad nos ad minus in uno miraculo, quo modo missi sunt et priores. Respondit: Subvertimus (dixit Deus) urbes coram non credentibus, numquid hi credent? et quomodo exspectant ab eo miracula? Et respondit eis: Quoniam qui præcesserunt vos, non crediderunt miraculis, et neque vos etiam miraculis crederetis, nisi per ensem.

μεῖναι. Εἰπόντος δὲ τοῦ Μωσέως μηδὲ τοσοῦτον δυνήσεσθαι τὸν λαὸν, ἐγὼ αἰσχυνθεὶς ὡς τοσαυτάκις ἀναβὰς, οὐκ ἀνέβην πλέον· ἀλλ' ἐλθὼν εἰς τὸ Ἐλμπαρὰκ, ἤλαυνον ἐπανιὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Μεκέ. Τούτων δὲ πάντων χρόνος ἐλάττων ἢ τὸ δέκατον μέρος τῆς νυκτός. Τῆς δὲ θεωρίας ταύτης πλέον ὃ παρελίπομεν, ἢ ὃ διηγησάμεθα, φησὶν ὁ συγγραφεύς. Ταύτην δὲ τὴν θεωρίαν διηγησαμένου τοῦ Μωάμεθ παντὶ τῷ λαῷ, ἀπέστησαν τοῦ νόμου αὐτοῦ χιλιάδες ἀνθρώπων. Εἰπόντων δ' ἐκείνων αὐτῷ, Ἀνάβηθι ἡμέρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ὁρώντων ἡμῶν, καὶ ἴδωμεν τοὺς συναντῶντάς σοι ἀγγέλους· οὐκ ἐπέγνω τὸ ἑαυτοῦ ψεῦδος, ἀλλ' εἶπεν· Αἴνεσις τῷ Θεῷ μου. Μὴ ἄλλο τι εἰμὶ ἐγὼ ἢ εἷς τῶν ἀνθρώπων καὶ ἀπόστολος; Οὕτως ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῶν προφητῶν διηγεῖται περὶ τῶν ζητούντων γενέσθαι παρ' αὐτοῦ σημεῖα. Εἶπον πρὸς τὸν Μωάμεθ· Ἤκουσας ἐνύπνια, βλασφημίας συνήγαγες, ἢ ἴσως ποιητικῶς φθέγγῃ. Ἐλθὲ πρὸς ἡμῶν τοὐλάχιστον ἐν ἑνὶ θαύματι, ὃν τρόπον ἀπεστάλησαν καὶ οἱ πρότερον. Ἀποκρίνεται· Ἀνετρέψαμεν (ἔφησεν ὁ Θεὸς) τὰς πόλεις ἔμπροσθεν τῶν μὴ πιστευόντων· μὴ οὗτοι πιστεύσουσι, Καὶ πῶς ἀναμενοῦσι παρ' αὐτοῦ τὰ θαύματα; Ἀποκρίνεται αὐτοῖς, ὅτι Οἱ πρὸ ἡμῶν οὐκ ἐπίστευσαν θαύμασιν, οὔτε πιστεύετε, εἰ μὴ διὰ ξίφους.

Responsio.

Audite igitur, Mahometani, si Alcoranum verum existimatis. Ipse enim Mahometus est, qui affirmat nullum miraculum se fecisse. Longe autem plures fuerunt quos ensis consumpsit, quam qui gratis eum secuti sunt, sicut superius demonstratum est. Hæc sola fictio visionis prædictæ debet sufficere ad confutandum quidquid dixit et fecit Mahometus. Sicut enim sæpenumero ante dictum est, sic permisit eum Spiritus sanctus mentiri, ut quilibet homo facile figmentum cognosceret. Nunc quidem dicit de seipso inaudita miracula, aliquando autem dicit se nullum miraculum fecisse. Et aliquando dicit, quod est solum nuntius et homo; aliquando vero, quod et plus est quam angelus, et supra angelos. Et quare indiguit asino vel jumento a Mecca usque ad Jerusalem, qui ex Jerusalem usque ad ultimum cœlum ascendit absque asino? Quomodo potuit tot splendores angelorum in cœlo sustinere, qui dicebat, quod quando apparebat sibi unus angelus, semper in terram concidebat, et spumans agitabatur, et incurvabantur et contrahebantur manus et pedes ejus? Et neque in prædicta visione ponit se raptum, sed dicit, quod ascendit cum corpore simul et anima, cujus signum est, quia dicit quod Deus manu sua tetigit eum inter humeros, et sensit frigiditatem usque ad medullam spinæ dorsi. Unde Deum et angelos supponit positionem habere spatio corporali.

Ἀντίῤῥησις.

Ἀκούσατε τοίνυν οἱ τὰ Μαχούμετ φρονοῦντες, εἰ ἀληθὲς τὸ Ἀλκοράνον νομίζετε. Αὐτὸς ὁ Μαχούμετ διαβεβαιοῦται μηδὲν πεποιηκέναι θαῦμα. Πολλῷ πλείους ἐγένοντο, οὓς τὸ ξίφος ἀνήλωσε τῶν ἑκόντων ἀκολουθησάντων αὐτῷ, ὥσπερ ἀνωτέρω δεδήλωται. Τοῦτο μόνον τῆς προειρημένης θεωρίας τὸ πλάσμα ἐχρῆν ἀρκέσαι πρὸς αἰσχύνην παντὸς, ὃ πεποίηκε, καὶ εἶπεν ὁ Μωάμεθ. Ὡς γὰρ πολλάκις προείρηται, οὕτω συνεχώρησεν αὐτὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ψεύσασθαι, ὥστε πάντα ἄνθρωπον ῥᾳδίως ἐπιγνῶναι τὸ πλάσμα. Νῦν μὲν γάρ φησι περὶ ἑαυτοῦ ἀνήκουστα θαύματα, ἄλλοτε δέ φησιν, ὅτι ἀπεσταλμένος ἐστὶ μόνον καὶ ἄνθρωπος· ἐνίοτε δὲ, ὅτι καὶ πλέον ἐστὶν ἀγγέλων καὶ ὑπὲρ ἀγγέλων δεῖται. Τί δὲ καὶ ἐδεῖτο ὄνου ἢ κτήνους ἀπὸ τῆς Μεκὲ μέχρι τῆς Ἱερουσαλήμ; Ὃς ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ ἐσχάτου οὐρανοῦ ἀνῆλθε χωρὶς ὄνου; Καὶ πῶς ἠδυνήθη τοσαύτας αὐγὰς ἀγγέλων ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπομεῖναι, ὁ λέγων, ὡς ὅτε αὐτῷ εἷς ἄγγελος ἐπεφαίνετο, καταπίπτειν συνεχῶς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἀφρὸν ἀποπτύειν καὶ συνέλκεσθαι τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ; Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ προειρημένῃ θεωρίᾳ ἑαυτὸν ἡρπάσθαι φησὶν, ἀλλὰ μετὰ σώματος καὶ ψυχῆς ἀνελθεῖν. Σημεῖον δὲ, ἅψασθαι τὸν Θεὸν αὐτὸν τῇ χειρὶ ἐν τοῖς ὤμοις, καὶ αἰσθέσθαι ψύξεως μέχρι καὶ τοῦ μυελοῦ τῆς ῥάχεως τοῦ νώτου. Καὶ τοὺς ἀγγέλους τοίνυν καὶ τὸν Θεὸν ὑποτίθησι θέσιν ἔχειν σωματικῇ διαστάσει.

XV. *De quibusdam sex quæstiis in Alcorano communibus, et de Christi ad Mahometum excellentia.*

Consequenter movendæ sunt dubitationes quædam et quæstiones in Alcorano, de quibus cum non possint rationem reddere Saraceni, non solum vocabuntur simpliciter, sed etiam cogentur de-

ΙΕ'. *Περὶ τινων ἓξ ζητημάτων ἐπὶ τοῦ Ἀλκοράνου κοινῶν, καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Μαχούμετ ὑπεροχῆς.*

Ἑπομένως κινητέον ἂν εἴη ἀπορίας τινὰς καὶ ζητήσεις ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ, περὶ ὧν μὴ δυνάμενοι λόγον οἱ Σαῤῥακηνοὶ ἀποδοῦναι, οὐ μόνον κληθήσονται ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ἀναγκασθήσονται ταῖς ἀποδεί-

ξεσι, βιαζόμενοι, εἰσελθεῖν εἰς τὸν δεῖπνον τῆς ἀληθείας.

Πρῶτον ζήτημά ἐστι, τί βούλεται τὸ Ἀλχοράνον λέγειν, ὅταν τοσαυτάκις εἰσάγῃ τὸν Θεὸν πληθυντικῶς περὶ ἑαυτοῦ διαλεγόμενον; Φησὶ γὰρ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἡλιμπαχερὰμ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, Εἴπομεν τοῖς ἀγγέλοις, Προσκυνήσατε τῷ Ἀδὰμ, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ τοῦτο μετὰ ταῦτα διόλου λέγει μέχρι τοῦ τέλους τοῦ βιβλίου, ποτὲ μὲν πληθυντικῶς περὶ Θεοῦ διαλεγόμενος, ποτὲ δὲ ἑνικῶς. Βεβαιότατον δέ ἐστι πᾶσι Χριστιανοῖς καὶ Ἰουδαίοις καὶ τῶν Σαῤῥακηνῶν τοῖς λόγῳ χρωμένοις ἕνα εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ μόνον καὶ ἁπλοῦν, καὶ μὴ δύνασθαι ἔχειν τινὰ κοινωνόν. Διατί τοίνυν πληθυντικῶς φθέγγεται περὶ ἑαυτοῦ; Ἀλλ' οὐ δύνανται λέγειν περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων τὸν Θεὸν λέγειν. B Λέγεται γὰρ ἐκεῖ, Εἴπομεν τοῖς ἀγγέλοις. Ἔστι τοίνυν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὗτος, οὐ τῶν ἀγγέλων, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀγγέλους. Ἔτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Σὰδ λέγεται ὅτι πάντες οἱ ἄγγελοι προσεκύνησαν τῷ Ἀδὰμ πλὴν τοῦ διαβόλου. Πᾶσιν ἄρα τοῖς ἀγγέλοις εἶπεν ὁ Θεὸς, Προσκυνήσατε τῷ Ἀδάμ. Ἔτι ἐν πολλοῖς τόποις τοῦ Ἀλχοράνου εἰσάγονται τοιαῦταί τινες διαλέξεις πληθυντικῶς περὶ τοῦ Θεοῦ ἐν τοιαύταις ἐνεργείαις, ἐν αἷς οἱ ἄγγελοι οὐδαμῶς τῷ Θεῷ κοινωνοῦσιν, ὥσπερ ἐν τῇ τοῦ κόσμου δημιουργίᾳ, καὶ τῇ δικαιώσει τοῦ ἀσεβοῦς. Λέγεται γὰρ ἐν πλείστοις τόποις τοῦ Ἀλχοράνου, Ἡμεῖς (φησὶν) ἐδημιουργήσαμεν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ μεταξὺ οὐ παρέργως· καὶ ἡμεῖς ἐδικαιώσαμεν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἡμεῖς ἀπεστάλκαμεν τὸν C υἱὸν τῆς Μαρίας, καὶ δεδώκαμεν αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ θαύματα, καὶ τοιαῦτά τινα ἐν οἷς οἱ ἄγγελοι οὐδαμῶς δύνανται κοινωνεῖν τῷ Θεῷ. Οἱ γὰρ ἄγγελοι ἐδημιουργήθησαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐ συνδημιουργοῦσι τῷ Θεῷ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ μεταξύ. Καὶ οὐ δύνανται λέγειν οἱ Σαῤῥακηνοὶ, ὡς ἡ πληθυντικὴ ἐκείνη φωνὴ φωνή ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἢ φωνὴ Θεοῦ καί τινος ἑτέρου νοῦ ὑπερβεβηκότος κτιστοῦ, δι' οὗ πάντα πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ὥς φασι. Δῆλον γὰρ, ὅτι πᾶν ὅπερ ἂν ᾖ παρὰ τὸν Θεὸν κτίσμα ἐστὶ, καὶ οὐδὲν κτίσμα δύναται συνδημιουργεῖν τῷ Θεῷ. Ἔτι οὐ δυνατὸν λέγειν πληθυντικῶς τὸν Θεὸν διαλέγεσθαι διὰ τὰς ἐν αὐτῷ διαφόρους ποιότητας, οἷον δύναμιν, σοφίαν, D δικαιοσύνην, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἃ οἱ Ἄραβες καλοῦσι σαφά. Ταῦτα γὰρ οὐ συμβεβηκότα εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ, οὔτε διάφορα, ἀλλ' εἰσὶν αὐτὴ ἡ θεία οὐσία. Ὅθεν ἐν τῷ Θεῷ οὐδὲ μίαν σύνθεσιν ἢ πλῆθος ποιοῦσιν, ὥστε διὰ ταῦτα τὸν Θεὸν πληθυντικῶς διαλέγεσθαι. Μᾶλλον μὲν οὖν οὔτ' ἄνθρωπος οὔτ' ἄγγελος διὰ τὴν τούτων διαφορὰν δύναται περὶ ἑαυτοῦ πληθυντικῶς λέγειν· καίτοι ταῦτα ἐν τῷ ἀγγέλῳ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ συμβεβηκότα εἰσὶ, καί τινα σύνθεσιν ἐν τούτοις ποιοῦσι. Καὶ ὄντως, ὅτι οὗτος τῆς διαλέξεως τρόπος, τὸ τὸν Θεὸν δηλονότι ἕνα ὄντα πληθυντικῶς περὶ ἑαυτοῦ διαλέγεσθαι, ἅπαξ ὑπὸ τοῦ Μωσέως

A monstrationibus, coacti in convivium veritatis introire.

Prima quæstio est, Quid vult Alcoranum dicere, quando toties inducit Deum pluraliter de seipso loquentem? Dicit enim in Elimpaceram ex persona Dei: Diximus angelis adorare Adam, et reliqua. Et post hæc per totum dicit usque ad finem libri, aliquando pluraliter de Deo loquens, aliquando autem singulariter. Firmissimum enim est omnibus Christianis et Judæis et Saracenis, qui ratione utuntur, unum esse Deum, et solum et simplicem, et non posse habere consortem quemdam. Quare igitur pluraliter loquitur de eo ipso? Et non possunt dicere, quod Deus loquitur de seipso et de angelis. Dicitur enim ibi: Diximus angelis. Est igitur locutio hæc Dei, non angelorum, sed ad angelos. Item in capite Sad dicitur, quod omnes adoraverunt Adam, præter diabolum. Omnibus igitur angelis dixit Deus: Adorate Adam. Item in multis Alcorani locis inducuntur tales quædam locutiones pluraliter de Deo, in talibus actionibus in quibus angeli nequaquam cum Deo communicant, sicut in creatione mundi et justificatione impii. Dicitur enim in pluribus locis Alcorani: Nos, dicit, creavimus cœlum et terram, et quæ sunt in medio, et non incassum judicavimus hominem, et nos misimus filium Mariæ, et dedimus ei Spiritum sanctum et Evangelium, et miracula, et talia quædam in quibus angeli nequaquam possunt communicare cum Deo. Angeli enim creati sunt a Deo, sed non simul creant cum Deo cœlum et terram, et quæ sunt in medio. Et non possunt dicere Saraceni, quod pluralis illa vox est Dei, et cujusdam alterius intellectus qui excedit creatum, per quem fecit omnia Deus. Constat enim, quod quidquid est præter Deum, creatura est, et a Deo creatum, et nulla creatura potest esse simul creatrix cum Deo. Item non possibile est dicere, quod Deus pluraliter loquitur propter diversas quæ in eo sunt qualitates, sicut est potentia, sapientia, justitia et talia quæ Arabes vocant Saphat. Hæc enim non accidentia sunt in Deo, neque differentia, sed sunt in ipsa divina essentia. Unde in Deo nullam compositionem nec pluralitatem faciunt, ut per illa Deus de seipso pluraliter loquatur. Quin imo nec homo, nec angelus propter eorum differentiam potest de seipso pluraliter loqui, etsi hæc in homine et angelo accidentia sunt, et quamdam in his compositionem faciunt. Et vere talis locutionis modus, Deum videlicet unum exsistentem pluraliter de seipso loqui, semel a Moyse invenitur in Genesi illatus. In formatione enim hominis locutus est Deus, dicens: « Faciamus hominem ad imaginem nostram[25]. » Quod dicunt Judæi, vocem esse Dei ad angelos. Quod quidem est contrarium divinæ Scripturæ, quæ nunquam dicit angelum secundum imaginem hominis formatum esse, sed secundum ima-

[25] Gen. I, 26.

ginem Dei. Et hoc est quod etiam addit Moyses deinceps, post illos sermones dicens : « Et fecit Deus hominem secundum imaginem et similitudinem sui ipsius, secundum imaginem Dei fecit eum [26]. » Est igitur vox illa Patris ad Filium, vel totius Trinitatis ad seipsam. Unus enim et simplex Deus essentia, trinus est in personis. Et hoc dicere potuisset Alcoranum simpliciter, nisi timuisset posse esse personarum discretionem, discretione secundum essentiam. Propter hoc dicit in capitulo Elnesan : O societas libri, ne vacetis in lege vestra, et ne dicatis de Deo præter veritatem, quod Christus Jesus filius est Mariæ, et apostolus Dei, et Verbum Dei, quod in ea posuit per Spiritum sanctum. Ecce hic nominat Deum, et Verbum Dei, et Spiritum sanctum ; sed timens, ne propter hæc divina essentia dividatur, vel multiplicetur, vel terminetur, subjungit statim : Et ne dicatis tres deos, quoniam Deus Deus unus est. Ecce quantum appropinquavit ad illud quod est maxime arduum in fide, modo quodam hoc dicens Joannis : « Pater et Verbum et Spiritus, et hi tres unum sunt [27]. » Inducit igitur in Alcorano Mahometus Deum pluraliter loquentem, ignorans causam. Manifesta igitur hinc prima quæstio, quod communiter credimus cum his Deum esse unum et solum et simplicem. Ipsi autem habent in Alcorano, Deus habet et Verbum et Spiritum : et sic credimus verum et unum et simplicem Deum. Et proprie de se loquitur singulariter ; propterea autem quod trinus est in personis, aliquando de se pluraliter loquitur.

εὕρηται ἐν τῇ Γενέσει εἰσενηνεγμένος. Ἐν γὰρ τῇ πλάσει τοῦ ἀνθρώπου ἐλάλησεν ὁ Θεὸς λέγων, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. Ὅ φασιν οἱ Ἰουδαῖοι φωνὴν εἶναι τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἀγγέλους· ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον τῇ θείᾳ Γραφῇ, ἥτις οὐδέποτε φησὶ τὸν ἄγγελον κατ' εἰκόνα ἀνθρώπου πεπλάσθαι, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα Θεοῦ. Ὃ καὶ προστίθησιν ὁ Μωϋσῆς, ἐφεξῆς μετ' ἐκείνους τοὺς λόγους λέγων, « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. » Ἔστι τοίνυν ἡ φωνὴ ἐκείνη τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν, ἢ ὅλης τῆς Τριάδος πρὸς ἑαυτήν· ὁ γὰρ εἷς καὶ ἁπλοῦς Θεὸς τῇ οὐσίᾳ τριαδικός ἐστι τοῖς προσώποις. Καὶ τοῦτ' ἂν εἶπε καὶ τὸ Ἀλκοράνον ἁπλῶς, εἰ μὴ ἐδεδοίκει τὸ μὴ δύνασθαι εἶναι προσώπων διάκρισιν ἄνευ τῆς κατ' οὐσίαν διακρίσεως. Διὰ τοῦτό φησιν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλνεσάν, Ὦ ἑταιρεία τῆς βίβλου, μὴ σχολάζετε ἐν τῷ νόμῳ ἡμῶν, καὶ μὴ λέγετε περὶ Θεοῦ πλὴν τῆς ἀληθείας, ὅτι ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς υἱός ἐστι τῆς Μαρίας, καὶ ἀπόστολος τοῦ Θεοῦ, καὶ Λόγος Θεοῦ, ὃ ἐν αὐτῇ ἔθηκε διὰ Πνεύματος. Ἰδοὺ ἐνταῦθα ὀνομάζει Θεὸν, καὶ Λόγον Θεοῦ καὶ Πνεῦμα ἅγιον. Ἀλλὰ φοβούμενος ἵνα μὴ διὰ ταῦτα ἡ θεία οὐσία μερισθῇ, ἢ πληθυνθῇ, ἢ ὁρισθῇ, προστίθησι παρευθύς· Καὶ μὴ εἴποιτε τρεῖς, ὅτι ὁ Θεὸς Θεός ἐστιν εἷς. Ἰδοὺ πόσον πεπλησίακεν, ὃ μάλιστα μέγιστόν ἐστιν ἐν τῇ πίστει, τρόπον τινὰ ταυτὰ λέγων τῷ Ἰωάννῃ· « ὁ Πατὴρ, ὁ Λόγος καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς τὸ ἕν εἰσιν. » Εἰσάγει τοίνυν ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ ὁ Μωάμεθ τὸν Θεὸν πληθυντικῶς διαλεγόμενον, ἀγνοῶν τὴν αἰτίαν. Δῆλον τοίνυν ἐντεῦθεν τὸ πρῶτον ζήτημα, ὅτι κοινῶς πιστεύομεν μετ' αὐτῶν τὸν Θεὸν ἕνα καὶ μόνον εἶναι καὶ ἁπλοῦν. Αὐτοὶ δὲ ἔχουσιν ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ· Ὁ Θεὸς ἔχει καὶ Λόγον καὶ Πνεῦμα. Καὶ οὕτω πιστεύομεν τὸν ἀληθῆ καὶ ἕνα καὶ ἁπλοῦν Θεὸν, ὡς μὲν ἕνα ἑνικῶς διαλέγεσθαι· διὰ δὲ τὸ τριαδικὸν εἶναι τοῖς προσώποις, ἐνίοτε καὶ πληθυντικῶς.

Secunda quæstio est, quod Alcoranum continue meminit Spiritus sancti, et Verbi Dei. Quis est ille Spiritus sanctus, et quod est illud Verbum Dei? De Spiritu sancto quidem dicit in capitulo Elpaceram ex persona Dei : Dedimus Jesu filio Mariæ ut faceret prodigia et miracula manifesta, et perfecimus eum per Spiritum sanctum ; et hoc idem repetit per totum capitulum. Item dicit in capitulo Elempai de Maria : Inspiravimus in eam ex Spiritu sancto. Et in pluribus aliis locis similia dicit de Spiritu sancto. Et non possunt dicere Saraceni, creaturam quamdam esse, sicut angelus quidam, scilicet bonus, quoniam singulariter de eo loquitur, tanquam de uno sancto. Sancti autem angeli plures sunt, et omnes sunt Dei. Quæ igitur causa, ut de illo singulariter diceret, nostro et sancto? Item non esset magna laus de Christo, quem Alcoranum intendit singulariter commendare, quod Deus dedisset ei angelum custodem. Quisque enim hominum habet angelum custodem. Etenim Deus facit angelos spiritus, et nostros apostolos, sicut dicit Alcoranum in capitulo Elmaice. Item angeli non

Δεύτερον ζήτημά ἐστιν, ὅτι τὸ Ἀλκοράνον συνεχέστατα μέμνηται τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Τί τοίνυν ἐστὶ τοῦτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τίς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ; Περὶ μὲν οὖν τοῦ ἁγίου Πνεύματός φησιν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλπακεράμ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· Ἐδώκαμεν τῷ Ἰησοῦ τῷ υἱῷ τῆς Μαρίας ποιεῖν τέρατα καὶ θαύματα φανερὰ, καὶ ἐτελειώσαμεν αὐτὸν διὰ Πνεύματος ἁγίου· καὶ τοῦτ' αὐτὸ ἐπαναλαμβάνει διὰ παντὸς τοῦ κεφαλαίου. Ἔτι φησὶν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλπιᾶ περὶ τῆς Μαρίας, Ἐνεφυσήσαμεν εἰς αὐτὴν ἐκ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· καὶ ἐν πλείοσιν ἄλλοις τόποις τὰ ὅμοια διαλέγεται περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ οὐ δύνανται λέγειν οἱ Σαρρακηνοὶ κτίσμα τι εἶναι, οἷον ἄγγελός τις ἀγαθός· ἐπεὶ ἑνικῶς περὶ αὐτοῦ διαλέγεται, ὡς περὶ ἑνὸς ἁγίου. Οἱ δὲ ἅγιοι ἄγγελοι πολλοί εἰσι, καὶ πάντες εἰσὶ τοῦ Θεοῦ. Τίς τοίνυν ἡ αἰτία ἑνικῶς περὶ αὐτοῦ διαλέγεσθαι, καὶ λέγειν ἡμετέρου καὶ ἁγίου ; Καὶ ἔτι οὐκ ἂν ἦν μέγα ἐγκώμιον περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὃν τὸ Ἀλκοράνον ἰδίως σκοπεῖ συνιστᾶν, τὸ δοῦναι τὸν Θεὸν αὐτῷ ἄγγελον φύλακα. Ἕκαστος γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἔχει ἄγγελον φύλακα. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ποιεῖ τοὺς ἀγ-

[26] Gen. I, 27. [27] Joan. V, 7.

γέλους πνεύματα καὶ ἡμετέρους ἀποστόλους, ὥς A φησὶ τὸ Ἀλκοράνον ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἑλμελαικέ. Ἔτι οἱ ἄγγελοι οὐχ ἁγιάζουσι τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἀμέσως καὶ μόνος· ὥσπερ μόνος ὁ Θεὸς τὰς ἁμαρτίας ἀφίησι, καθὼς λέγεται ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ. Τὸ προειρημένον τοίνυν Πνεῦμα ἀληθὴς ἐστι Θεός. Ἀληθὴς δὲ Θεὸς καὶ ὁ περὶ τοῦ Πνεύματος διαλεγόμενος, ὁ λέγων· « Δεδώκαμεν αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἐνεφυσήσαμεν ἐκ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. » Ἐπεὶ τοίνυν ἡ θεία οὐσία μία ἐστὶ καὶ ἁπλῆ, καὶ οὐ δύναται διακρίνεσθαι, ἢ διαιρεῖσθαι· ἐκεῖ δέ ἐστι διδοὺς καὶ διδόμενον, διδοὺς μὲν ὁ λέγων, « Δεδώκαμεν, » διδόμενον δὲ τὸ Πνεῦμα ὃ δεδόται καὶ ἐμφυσᾶται· μεταξὺ δὲ τοῦ διδόντος καὶ διδομένου ζητεῖται διάκρισις· ἀνάγκη τὸν διδόντα καὶ ἐμφυσῶντα Θεὸν, καὶ τὸ διδόμενον καὶ ἐμφυσώμενον Πνεῦμα προσωπικῶς διακρίνεσθαι μόνον, ἀλλ' οὐκ οὐσιωδῶς. Καὶ οὕτω μόναις ταῖς ἀναφοραῖς διακρίνονται· καὶ αὕτη ἐστὶ μόνη ἡ διάκρισις, ἣν οἱ Χριστιανοὶ ἐν τοῖς θείοις προσώποις τιθέασι.

Τὸ δὲ αὐτὸ παντάπασι ζήτημα, ὃ περὶ τοῦ ἁγίου B Πνεύματος ἐζητήσαμεν, δυνάμεθα ζητεῖν καὶ περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ συνεχῶς μέμνηται τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Λέγεται γὰρ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἀμβράμ, Εἶπον οἱ ἄγγελοι τῇ μακαρίᾳ Μαρίᾳ, Ὦ Μαρία, ὁ Θεὸς προέθηκέ σε ὑπὲρ πάσας τὰς γυναῖκας. Καὶ μετὰ ταῦτα εἶπον οἱ ἄγγελοι, Ὦ Μαρία, εὐαγγελίζεταί σοι ὁ Θεὸς, ἢ ἀναγγέλλει σοι τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Χριστὸς Ἰησοῦς υἱὸς τῆς Μαρίας. Καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἑλνεσᾶ λέγεται, Μὴ εἴπῃς περὶ τοῦ Θεοῦ πλὴν τῆς ἀληθείας, ὅτι ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ υἱὸς τῆς Μαρίας ἀπόστολός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὃν αὐτὸς ἔθηκεν ἐν αὐτῇ διὰ Πνεύματος ἁγίου. Διισχυρίζεται τοίνυν παντάπασι τὸν Χριστὸν Λόγον εἶναι Θεοῦ. Ζητεῖται τοίνυν, τίς ἂν εἴη οὗτος ὁ τοῦ C Θεοῦ Λόγος; πότερον Λόγος συμβεβηκὼς, ἢ μᾶλλον προσωπικὸς καὶ πραγματικός; Εἰ λέγει λόγον εἶναι φωνητικὸν μόνον, καὶ συμβεβηκότα, τοῦτο οὐκ ἂν δύναιτο λέγειν. Διαλέγεται γὰρ περὶ αὐτοῦ τὸ Ἀλκοράνον καὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἑνικῶς, ὡς περὶ ἑνὸς μόνου Λόγου. Ὁ δὲ φωνητικὸς λόγος καὶ συμβεβηκὼς οὐχ εἷς, ἀλλὰ πολλοί. Πάντες γὰρ οἱ ἀγαθοὶ λόγοι καὶ ἅγιοι, καὶ ἀληθεῖς, λόγοι Θεοῦ δύνανται λέγεσθαι. Ἔτι δὲ οὐκ ἂν ἦν ὑπερβάλλον τι ἐγκώμιον τοῦ Χριστοῦ, ὃν ἰδίως τὸ Ἀλκοράνον βούλεται ἐπαινεῖν, εἰ διὰ τοῦτο λέγοιτο Λόγος Θεοῦ, ὡς τοὺς λόγους εἰπὼν τοῦ Θεοῦ. Οὐ μόνος γὰρ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι προφῆται τοὺς λόγους ἀνήγγειλαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅμως οὐδεὶς ἐκείνων Λόγος λέγεται τοῦ Θεοῦ. Περὶ μόνου γὰρ τοῦ Χριστοῦ τὸ Εὐαγγέλιον D καὶ τὸ Ἀλκοράνον φησὶν, ὡς εἴη Λόγος Θεοῦ. Εἰ δὲ οὐσιωδῶς καὶ προσωπικῶς ὁ Λόγος λαμβάνοιτο, δῆλον, ὡς ἀΐδιος ἂν εἴη ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ Θεὸς ἀληθής. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ φθαρτοῦ ἀνθρώπου προϊὼν λόγος φθαρτὸς ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν, οὕτω καὶ ὁ ἐξ ἀϊδίου προελθὼν τοῦ στόματος τοῦ Θεοῦ Λόγος, δι' οὗ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ μεταξὺ (ἵνα τῷ τοῦ Ἀλκοράνου χρήσωμαι λόγῳ) ἐποίησεν, ἄφθαρτον καὶ ἀΐδιον εἶναι ἀνάγκη. Πᾶν δὲ τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ προϊὸν οὐσιωδῶς ἐστι Θεὸς, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον Θεός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. Ὅθεν

A sanctificant homines, sed Deus immediate, et solus: tanquam solus Deus potest peccata dimittere, sicut dicit in Alcorano. Prædictus igitur Spiritus verus est Deus; verus autem Deus et qui de prædicto Spiritu loquitur dicens: « Dedimus ei Spiritum sanctum, et inspiravimus ex Spiritu sancto. » Quoniam igitur divina essentia una est et simplex, non potest discerni, vel dividi, et ibi est dans et datum. Dans, qui dicit, «Dedimus; » et datus, qui dicitur Spiritus sanctus, qui dicitur datus et inspiratus. Inter dantem autem, et qui datur, requiritur ut distinguatur personaliter solum, non essentialiter, et sic solis relationibus distinguuntur. Et hæc est sola discretio, quam Christiani in personis divinis faciunt.

B Hanc eamdem omnino quæstionem quam de Spiritu sancto quæsivimus, possumus quærere etiam de Verbo Dei. Dicitur enim in capitulo Abraham: Dixerunt angeli beatæ Mariæ: O Maria, Deus præposuit te supra omnes mulieres. Et post hæc dixerunt angeli: O Maria, nuntiat tibi Deus, vel nuntiat tibi Verbum ejus, et nomen ejus Christus Jesus filius Mariæ. Et in capitulo Elnesa dicitur: Ne dicas de Deo præter veritatem, quod Christus Jesus filius Mariæ apostolus est Dei, et Verbum Dei, quod ipse posuit in ea per Spiritum sanctum. Affirmat igitur omnino, Christum Verbum esse Dei. Quæritur igitur, quod sit hoc Verbum Dei? utrum Verbum accidentale, vel potius personale et reale? Si dicit verbum esse vocale solum, et C accidentale, hoc non potest dici. Loquitur enim de Deo Alcoranum et Evangelium singulariter, et de uno Verbo tantum, verbum autem Dei vocale et accidentale, quod a Deo exit, non unum, sed multa. Omnia enim bona verba et sancta et vera verba Dei dici possunt. Item non esset excellens commendatio Christi, quem Alcoranum intendit singulariter commendare, si propter hoc dicatur Verbum Dei, tanquam verba Dei dicens. Non enim solus Christus, sed etiam alii prophetæ verba Dei nuntiaverunt, et tamen nullus illorum dicitur Verbum Dei. De solo enim Christo Evangelium et Alcoranum dicit, quod sit Verbum Dei. Si autem essentialiter Verbum capiatur, manifestum quod sempiternum esset Verbum Dei, et Deus verus. D Sicut enim verbum quod procedit ex ore corruptibilis hominis, corruptibile est ex necessitate: sic Verbum quod ex sempiterno ore procedit, per quod cœlum et terram et quæ sunt in medio (ut Alcorani verbo utar) fecit, sempiternum et incorruptibile esse necesse est. Quidquid ex Deo autem procedit, essentialiter est Deus, et hoc modo Deus est Dei Verbum. Unde cum Verbum aliquo modo differat a dicente et continente Verbum, et in Dei essentia non possit esse divisio seu distinctio essentialis, oportet quod ibi sit distinctio personalis: et quod Verbum a dicente propriis et solis relatio-

nibus distinguatur, sicut et de Spiritu dictum est. Et hoc est Verbum, quo Deus omnia quæ sunt dixit, « Fiant et facta sunt : » sicut et in Alcorano dicitur Et secundum hoc convenit Alcoranum cum Evangelio Joannis, qui dicit : « Omnia per ipsum facta sunt [38]. » Quoniam igitur ab eo qui loquitur, Verbum comprehenditur, et intellectualiter gignitur : et quod ab altero generatur secundum similitudinem speciei et naturæ, dicitur filius ; propter hoc, Verbum Dei dicimus Filium Dei, sicut sol si generaret ex se talem splendorem qui esset sol, illum solem et splendorem diceremus filium solis. In hoc tamen est differentia, quod in creaturis, in quibus esse et essentia differunt, non possunt multiplicari subjecta, cum non multiplicatur natura. Unde et homo alium hominem gignit : Deus autem, in quo idem est esse et essentia, ex seipso verbum gignens, non alium Deum generat. Divina enim essentia neque dissimilis est, neque innata est multiplicari secundum aliquem modum, propter summam perfectionem et simplicitatem. Mahometus igitur audiens Christianos dicentes Deum habere filium, nescivit considerare, quod possibile est esse filium absque muliere. Et propter hoc nullam aliam adduxit argumentationem nisi quod Deus non potest habere Filium, quia uxorem non habet. Et non excogitavit quod dixit David, quem tantum commendavit Mahometus, qui præter filium naturalem dixit Deum multos habere filios adoptivos, dicens : « Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes [39], » et non ex muliere. Alias tamen licet Mahometum simul cum eo intelligere, qui dicit Mariam posse habere filium absque viro : sed quomodo, non convenienter consideravit, quod Deus et absque muliere potuisset habere filium. Verum igitur dixit Mahometus, quando dixit Christum Jesum filium Mariæ, et Verbum Dei esse : sed non intellexit. Si enim intellexisset, dixisset : Ex quo est filius Mariæ, est verus homo ; ex quo est Verbum Dei, est verus Deus. Non enim est Deus compositus et imperfectus, sicut homo, cujus verbum et comprehensio mentis, et ars et actio, non est homo. Quidquid autem est Dei, est Deus. Unde et Verbum Dei Deus est, et intellectus Dei Deus est et actio Dei Deus est. Alcoranum autem hominem solum cepit Christum. Et propter hoc postquam dixit, quod Verbum est Dei, addidit, quod Jesus sic est apud Deum, sicut Adam, quem creavit de limo terræ ; et dixit ei, Esto. Et quomodo hoc cum præcedentibus convenit ? Cum enim dixerit, quod Deus infuderit Verbum Mariæ, et Spiritum ejus, ex quo natus est Christus, et post hæc rursus opinatur, ut Adam is sit quem formavit ex terra, inconveniens igitur, Verbum Dei et Spiritum ejus terram esse. Nisi aliquo modo Dei naturam terram supponamus, quod absit. Esset enim Verbum ejus, et Spiritus ejus sicut quædam statua, quæ neque in-

A ἐπεὶ ὁ λόγος τοῦ λέγοντος καὶ τοῦ νοοῦντος τὸν λόγον διαφέρει τρόπον τινά, ἐν δὲ τῇ θείᾳ οὐσίᾳ οὐ δύναται εἶναι διαίρεσις ἢ διάκρισις· ἀνάγκη ἐκεῖ εἶναι προσωπικὴν μόνην διάκρισιν, ὥστε τὸν λόγον τοῦ λέγοντος ἀναφοραῖς διακρίνεσθαι μόναις, ὥσπερ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἴρηται. Καὶ οὗτός ἐστιν ὁ λόγος, ᾧ ὁ Θεὸς, Πάντα τὰ γινόμενα εἶπε, « Γενέσθω, καὶ γέγονεν· » ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ λέγεται. Καὶ κατὰ τοῦτο συμφωνεῖ τὸ Ἀλκοράνον τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Ἰωάννου, ὅς φησι, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. » Ἐπεὶ τοίνυν ὑπὸ τοῦ λέγοντος ὁ λόγος συλλαμβάνεται, καὶ νοερῶς γεννᾶται· καὶ τὸ ἀφ' ἑτέρου γεννώμενον καθ' ὁμοιότητα τοῦ εἴδους καὶ τῆς φύσεως λέγεται υἱὸς, διὰ τοῦτο τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ λέγομεν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ὥσπερ ὁ ἥλιος εἰ
B τοιοῦτον ἀπαύγασμα ἐγέννα ἐξ ἑαυτοῦ, ὥστε εἶναι ἥλιον, πάντως ἐκεῖνον τὸν ἥλιον καὶ τὸ ἀπαύγασμα καὶ υἱὸν ἂν ἐλέγομεν τοῦ ἡλίου. Ἐν τούτῳ μέντοι ἐστὶν ἡ διαφορὰ, ὅτι ἐν μὲν τοῖς κτίσμασιν ἐν οἷς διαφέρει τὸ εἶναι καὶ ἡ οὐσία, οὐ δύνανται πολλαπλασιάζεσθαι τὰ ὑποκείμενα, μὴ καὶ τῆς φύσεως πολλαπλασιαζομένης. Ὅθεν ὁ ἄνθρωπος ἄλλον ἄνθρωπον γεννᾷ· ὁ δὲ Θεὸς, ἐν ᾧ ταυτόν ἐστι τὸ εἶναι καὶ ἡ οὐσία, ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν Λόγον, οὐκ ἄλλως Θεὸν γεννᾷ. Ἡ γὰρ θεία οὐσία, οὔτ' ἀνόμοιός ἐστιν, οὔτε πέφυκε πολλαπλασιάζεσθαι κατά τινα τρόπον διὰ τὴν ἄκραν τελειότητα καὶ ἁπλότητα. Ὁ Μωάμεθ τοίνυν ἀκούσας τοὺς Χριστιανοὺς λέγοντας τὸν Θεὸν ἔχειν Υἱὸν, οὐκ ἠδυνήθη λογίσασθαι, ὡς δυνατὸν εἶναι υἱὸν χω-
C ρὶς γυναικός. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν ἄλλο παρήγαγεν ἐπιχείρημα περὶ τοῦ μὴ ἔχειν υἱὸν τὸν Θεὸν, ἢ ὅτι οὐκ ἔχει γυναῖκα. Καὶ οὐκ ἐνενόησεν ὅτι ὁ Δαβὶδ, ὃν τοσοῦτον ἐγκωμιάζει, παρὰ τὸν φύσει υἱὸν εἶπε καὶ ἄλλους υἱοὺς εἰσποιητοὺς ἔχειν, λέγων· « Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· » καὶ οὐκ ἐκ γυναικός. Ὅμως ἔξεστι συνανοηταίνειν αὐτῷ. Ὁ Μαχούμετ εἰπὼν τὴν Μαρίαν δύνασθαι ἔχειν υἱὸν ἄνευ ἀνδρὸς, πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ἐλογίσατο, ὅτι ὁ Θεὸς καὶ ἄνευ γυναικὸς ἐδύνατο ἂν ἔχειν υἱόν; Ἀληθὲς τοίνυν ἔφησεν ὁ Μαχούμετ, ὅτε εἶπε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τῆς Μαρίας καὶ Λόγον εἶναι Θεοῦ· ἀλλ' οὐκ ἐνενόησεν. Εἰ γὰρ ἐνόει, εἶπεν ἄν, Εἰ καθὸ υἱός ἐστι τῆς Μαρίας, ἀληθής ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ καθὸ Λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ἀληθής ἐστι Θεός. Οὐ
D γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς σύνθετος ἢ ἀτελὴς, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος, οὗ ὁ λόγος, καὶ ἡ σύλληψις τῆς διανοίας, καὶ ἡ τέχνη, καὶ ἡ ἐνέργεια οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. Μᾶλλον μὲν οὖν ὅπερ ἂν ᾖ τοῦ Θεοῦ, Θεός ἐστιν. Ὅθεν καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος Θεός ἐστι· καὶ ὁ νοῦς τοῦ Θεοῦ Θεός ἐστι· καὶ ἡ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ Θεός ἐστι. Τὸ δὲ Ἀλκοράνον ἄνθρωπον μόνον ἔλαβε τὸν Χριστόν. Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι Λόγος ἦν τοῦ Θεοῦ, προσέθηκεν, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὕτως ἐστὶ πρὸς τὸν Θεὸν, ὥσπερ ὁ Ἀδὰμ, ὃν ἔπλασεν ἐκ τῆς γῆς· καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἔσο. Καὶ τοῦτο πῶς τοῖς προηγουμένοις συνᾴδει, ὥστε τὸν αὐτὸν δοξάζειν ἐνθεῖναι μὲν τῇ Μαρίᾳ τὸν Λόγον καὶ τὸ

[38] Joan. I, 3. [39] Psal. LXXXI, 6.

(A) Πνεῦμα αὐτοῦ, ἐξ οὗ γενέσθαι τὸν Χριστόν· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν δοξάζειν, ὡς τὸν Ἀδὰμ αὐτὸν εἶναι, ὃν ἔπλασεν ἐκ τῆς γῆς; Ἀσύμβατον παντελῶς τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ χοῦν εἶναι· εἰ μή που τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν χοῦν ὑποθώμεθα, ὅπερ ἀπείη. Ἦν γὰρ ἂν ὁ Λόγος αὐτοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ὥσπερ τις ἀνδριάς, μήτε νοῶν, μήτε πνέων. Νῦν δὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅς ἐστιν εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁρᾷ καὶ ἀκούει πάντα, καὶ ἔχει Λόγον σεσαρκωμένον ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ Πνεῦμα τῇ Παρθένῳ ἐπισκιάσαν, καὶ τὴν ἀνδρότητα τοῦ Λόγου πληρῶσαν. Εἰ δ' ὑπολαμβάνουσιν ὁμοίως καὶ ἐν τῷ Ἀδὰμ τόν τε Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα γενέσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐκφεύξονται τοῦ ψεύδους τὸ φανερόν. Εἰ γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ τῇ σαρκὶ καὶ τῷ χοῒ ἐκείνου ἥνωτο, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπλήρωσε τὸν (B) Ἀδάμ, οὐδέποτ' ἂν ἠπάτησεν ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς, ἢ κατέβαλεν· τῷ δὲ Λόγῳ αὐτοῦ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀδάμ, Ἔσο, ᾧ πάντα πεποίηκε, καὶ ὃς ἐξ ἀϊδίου ἦν παρ' αὐτῷ. Ἔστι τοίνυν ὁ Χριστὸς Θεὸς ἀληθής, ἐπεὶ καὶ Λόγος Θεοῦ. Οὐ γάρ ἐστι ἐλάττων τοῦ Θεοῦ ὁ Λόγος αὐτοῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἄνθρωπος ἀληθὴς ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας γεγεννημένος, καὶ καθόσον ἄνθρωπος καὶ ἀπόστολός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ προφήτης αὐτοῦ καὶ δοῦλος. Καὶ ὅσον πρὸς τοῦτο καλῶς φησι τὸ Ἀλκοράνον ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλνεσᾶ, ὅτι οὔτε ὁ Χριστὸς, οὔτε οἱ πιστοὶ ἄγγελοι ἀρνήσονται δοῦλον αὐτὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ, τουτέστι καθὸ ἄνθρωπον. Οὐχ εὑρίσκεται μέντοι ἐν ὅλῳ τῷ Εὐαγγελίῳ αὐτὸν τὸν Χριστὸν εἰπεῖν περὶ ἑαυτοῦ ὡς εἴη δοῦλος (C) Θεοῦ, ἵνα μὴ πλάνην εἰσαγάγῃ. Ἀλλ' οὐδὲ διαῤῥήδην εἶπεν, Ἐγώ εἰμι Θεὸς, οὐδ' ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀληθέσι καὶ φανεροῖς ἔργοις ἔδειξεν ἑαυτὸν καὶ Θεὸν ὄντα ἀληθῆ, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῆ. Καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν, « Εἰ ἐμοὶ οὐ θέλετε πιστεύειν, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε. » Καὶ αὕτη ἐστὶ δραστικωτέρα ἀπόδειξις, ἢ εἰ λόγοις μόνοις τοῦτο εἶπεν. Εἴρηται δὲ ἀνωτέρω, διὰ τί πρὸ τοῦ πάθους τοῦτο οὐκ εἴρηκε διαῤῥήδην. Οἱ δ' ἀπόστολοι καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ καὶ πρότερον καὶ μετὰ ταῦτα οὕτω φανεροὺς λόγους καὶ θαύματα καὶ εἶπον καὶ ἔδειξαν, ὡς πάντα τὸν κόσμον συνελαθῆναι, τοῦτο πιστεῦσαι. Ὁ δὲ Μαχούμετ, μετὰ τὸ καλῶς εἰπεῖν τὸν Χριστὸν εἶναι Λόγον Θεοῦ, οὐκ ἔστη ἐν τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' ἀντεῖπεν ἑαυτῷ, εἰπὼν αὐτὸν τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι Θεόν· τοῦτο μὲν ὡς εἰπὼν (D) παραιτήσασθαι τὸν Χριστὸν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ περὶ τούτου, ὃ φανερῶς ἐδείχθη ψεῦδος ὂν ἐν τῷ ἐννάτῳ κεφαλαίῳ· τοῦτο δὲ ὅτι εἶπεν αὐτὸν Χριστὸν εἰπεῖν· « Προσκυνεῖτε τὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, τὸν Κύριόν μου καὶ Κύριον ὑμῶν. » Τοῦτο δὲ οὐδαμῶς τῷ λόγῳ προσίσταται. Καθόσον γὰρ ἀληθὴς ἄνθρωπος ἦν, καὶ ἀληθὴς δοῦλος ἦν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀνωτέρω γέγονε δῆλον. Συμβέβηκε τοίνυν τῷ Μαχούμετ, ὃ περὶ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἔγραψεν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τοῦ Ἰωνᾶ, λέγων, εἶναί τινας ἀποδοκιμάζοντας ἃ μὴ νοοῦσι, καὶ ἃ μὴ δύνανται ἐξηγεῖσθαι· ὥσπερ καὶ αὐτὸς ἀπεδοκίμασε τὸ μυστήριον τῆς σαρκώσεως, διὰ τὸ μήτε νοεῖν μήτε δύνασθαι ἐξηγεῖσθαι τὰ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λεγόμενα περὶ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲ

telligit, neque spirat. Nunc autem Deus noster, qui est benedictus in sæcula, videt et audit omnia, et habet Verbum incarnatum ex Maria Virgine, et Spiritum sanctum qui eam obumbravit, et humanitatem Verbi adimplevit. Si autem existimant et in Adam Verbum Dei et Spiritum fuisse, non effugient manifestum mendacium. Si enim Verbum Dei cum carne et terra illius unitum esset, et Spiritus replevisset Adam, nunquam decipere potuisset illum Satanas, vel fefellisset. Verbo tamen suo dixit Deus Adæ: Esto, hoc eodem verbo quo fecit omnia, quod quidem ab æterno erat apud Deum. Itaque Christus verus est Deus et Verbum Dei. Neque enim Verbum Dei minus est quam totus Deus. Est etiam homo verus, ex Virgine Maria genitus; et in quantum homo, et apostolus est Dei, et propheta Dei, et servus Dei. Et quantum ad hoc, bene dicit Alcoranum in capitulo Elnesa, quod neque Christus, neque fideles angeli negabunt eum servum esse Dei, id est, in quantum homo est. Non invenitur tamen in toto Evangelio, quod ipse Christus dicat de seipso, quod sit servus Dei, ne errorem inducat. Sed neque palam dixit: Ego sum Deus, neque homo, sed veris et manifestis operibus ostendit, seipsum et Deum esse verum, et hominem verum. Et propter hoc dixit: « Si mihi non vultis credere, operibus credite [30]. » Et hæc est efficacior probatio, quam si verbis solis hoc dixisset. Dictum est autem superius, quare ante passionem hoc non dixit palam. Apostoli autem et evangelistæ prius, et posthæc et alii prædicatores, sic manifesta verba et dixerunt et ostenderunt, ut totus mundus convinceretur hoc credere. Mahometus autem, postquam bene dixit Christum esse Verbum Dei, non stetit in veritate, sed contradixit sibi ipsi, dicens, ipsum Christum non esse Deum. Tamen dixit, quod apud Deum se excusavit, quod patuit superius in nono capitulo, manifeste falsum esse, tum quia dicit quod ipse Christus dixit: « Adorate Deum meum et Deum vestrum, Dominum meum et Dominum vestrum [31]. » Hæc autem ratio nequaquam constat. In quantum enim verus homo fuit, verus servus est Dei, ut superius manifestum fuit. Contingit ergo de Mahometo, quod de aliis ipse scripsit in capitulo Jonæ, dicens, quod quidam reprobant quæ non intelligunt, et quæ non possunt exponere. Sicut et ipse reprobavit mysterium incarnationis, propterea quod ipse non intelligebat, nec poterat exponere quæ in Evangelio dicebantur de Christo. Et secundum eamdem rationem neque Trinitatis mysterium suscepit; non enim potuit intelligere personarum discretionem, absque discretione quæ est secundum essentiam. Et quid mirum si homo carnalis non percipit excellentissima Dei mysteria? Hæc quidem igitur sufficiant de tertia quæstione.

[30] Joan. x, 38. [31] Joan. xx, 17.

τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον προσεδέξατο. Οὐ γὰρ ἠδύνατο νοεῖν τὴν τῶν προσώπων διάκρισιν, ἄνευ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν διακρίσεως. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἄνθρωπος σαρκικὸς οὐκ ἐνόησε τὰ ὑπερβεβηκότα τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων; Ταῦτα μὲν οὖν ἀρκείτω περὶ τοῦ τρίτου ζητήματος.

A Quarta quæstio est, quod Mahometus continue in Alcorano laudat legem Moysi, et Job, et David, et dicit Psalterium librum esse clarum. Supra omnes autem libros commendat Evangelium, in quo dicit esse salutem et deductionem. Quæritur igitur, Quare neque habent, neque legunt Saraceni libros istos, neque interpretantur? Christum enim, cum commendasset Moysen et alios prophetas, Christiani cum hos non haberent, acceperunt illos a Judæis, et eos in diversas linguas transferri fecerunt, habentque illorum libros authenticos, leguntque eos in scholis. Dicunt autem Saraceni, Judæos quidem corrupisse libros Veteris, Christianos Evangelium et libros Novi Testamenti, et quod nihil veritatis remansit in mundo, præterquam quod est in Alcorano. B Sed ante demonstratum est hoc in tertio capitulo, quod hoc est falsum et contrarium Alcorano. Item, Quomodo tantus propheta, qualem existimant esse Mahometum, tantum commendasset corrupta exemplaria, et dixisset in his esse salutem et deductionem? Vel quomodo non prædixisset in posterum esse corrumpenda? Sed potius contrarium dixit. Quod si in ambiguo quodam de Alcorano fuerint Saraceni, quærant ab his, qui ante eos libros legerunt, id est, a Christianis et Judæis. Et hoc dicit in capitulo Jonæ. Oportebat autem potius dicere: Ne credatis his qui corruptos libros habent. Item in capitulo Abraham docet, ut Saraceni quærant auctoritatem legis Moysi, dicens: « Afferte Pentateu- C cum, si veraces estis, et legite in eo, » et reliqua. Causa autem quod Saraceni non legunt prædictos libros, nulla alia est, nisi quod sciunt horum sapientes, quod facile deprehenderetur mendacium Alcorani, si sanctos et veraces libros legerent. Unde et Alcoranum malitiose providit sibi ipsi, et quatuor medelas supposuit, ut mendacium ejus non manifestum constitueretur. Quorum unum quidem est, mandare interimi qui contrarium aliqu d Alcorano dicerent, quod manifestum fuit superius in quarto capitulo. Secundum dicit, ne disputent cum hominibus alterius sectæ. Tertium, prohibet his credere. Dixit enim in capitulo Abraham: Ne credatis alicui, nisi his qui sequuntur nostram legem, et quod in Evangelio est salus et D deductio. Dicit etiam, quod Saraceni nihil sunt, nisi adimpleant legem et Evangelium. Ergo debent Evangelium habere. Quartum, separat se omnino ab illis, et dicit: Mihi mea lex, et vobis vestra, et reliqua. Et post hæc: Liberi estis vos, a quibus ego facio, et ego, a quibus et vos. Et hoc dicit in capitulo Jonæ. Si igitur Saraceni bene acciperent consilium Alcorani, procul dubio deducerentur; habuissent enim Evangelium et legem Moysi, et alias Scripturas: maxime, cum ipsum Alcoranum continue commendet Moysen, David, Salomonem,

Τέταρτον ζήτημά ἐστι τὸ τὸν Μαχούμετ συνεχέστατα ἐν τῷ Ἀλχοράνῳ ἐγκωμιάζειν τὸν νόμον Μωϋσέως, καὶ τὸν Ἰὼβ, καὶ τὸν Δαβὶδ, καὶ λέγειν τὸ Ψαλτήριον βιβλίον φωτεινόν. Ὑπὲρ δὲ πάντα τὰ ἄλλα βιβλία ἐγκωμιάζει τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ φησιν εἶναι σωτηρίαν καὶ ὁδηγίαν. Ζητεῖται τοίνυν, διατί οὔτ' ἔχουσιν, οὔτε ἀναγινώσκουσιν οἱ Σαῤῥακηνοὶ ταύτας τὰς βίβλους, οὔθ' ἑρμηνεύουσιν ἐν ταῖς σχολαῖς; Τοῦ γὰρ Χριστοῦ τὸν Μωϋσῆν συστήσαντος καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας, οἱ Χριστιανοὶ μὴ ἔχοντες αὐτοὺς, ἔλαβον ἐκ τῶν Ἰουδαίων, καὶ μετενεχθῆναι τούτους ἐκ διαφόρων γλωσσῶν πεποιήκασιν, ἔχοντες τὰ ἐκείνων βιβλία αὐθεντικὰ, ἀναγινώσκουσί τε αὐτὰ ἐν τοῖς σχολείοις. Λέγουσι δὲ οἱ Σαῤῥακηνοὶ τοὺς μὲν Ἰουδαίους διαφθεῖραι τὰ βιβλία τῆς Παλαιᾶς, τοὺς δὲ Χριστιανοὺς τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὰ βιβλία τῆς Καινῆς· καὶ ὅτι οὐδὲν ἐν ταῖς Γραφαῖς ἀληθείας ἐναπέμεινε τῷ κόσμῳ πλὴν τῆς ἐν τῷ Ἀλχοράνῳ οὔσης. Ἀλλὰ προαποδέδεικται ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ, ὅτι τοῦτό ἐστι ψεῦδος, καὶ ἐναντίον τῷ Ἀλχοράνῳ. Ἔτι πῶς ὁ τοσοῦτος προφήτης, ὁποῖον νομίζουσιν εἶναι τὸν Μωάμεθ, τοσοῦτον ἂν ἐπῄνεσε τὰ διεφθαρμένα ἀντίγραφα, ὥστ' εἰπεῖν ἐν αὐτοῖς εἶναι σωτηρίαν καὶ ὁδηγίαν; Ἢ πῶς οὐ προεῖπε ταῦτα φθαρησόμενα μετὰ ταῦτα; Μᾶλλον μὲν οὖν εἶπε τοὐναντίον. Ὡς εἴπερ ἐν ἀμφιβόλῳ τινὶ περὶ τοῦ Ἀλχοράνου γένοιντο οἱ Σαῤῥακηνοὶ, ζητεῖν ἐκ τῶν πρὸ αὐτῶν λαβόντων τὰς βίβλους, τουτέστι παρὰ τῶν Χριστιανῶν καὶ τῶν Ἰουδαίων. Καὶ τοῦτό φησιν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τοῦ Ἰωνᾶ. Ἔδει δὲ μᾶλλον εἰπεῖν, Μὴ πιστεύητε τούτοις διεφθαρμένας ἔχουσι βίβλους. Ἔτι ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἀμρὰμ διδάσκει τοὺς Σαῤῥακηνοὺς ζητεῖν τὸ ῥητὸν τοῦ νόμου Μωϋσέως, λέγων· Ἐνέγκατε τὴν Πεντάτευχον, εἰ ἀληθεῖς ἐστε, καὶ ἀνάγνωτε, καὶ τὰ λοιπά. Ἡ δὲ αἰτία τοῦ μὴ ἀναγινώσκειν Σαῤῥακηνοὺς τὰ προειρημένα βιβλία οὐδεμία ἄλλη ἐστὶ, πλὴν ὅτι ἴσασιν οἱ σοφοὶ τούτων, ὡς ῥᾳδίως ἁλώσεται τὸ ψεῦδος τοῦ Ἀλχοράνου, εἰ τὰς ἁγίας καὶ ἀληθεῖς γινώσκοιεν βίβλους. Ὅθεν καὶ τὸ Ἀλχοράνον κακούργως προσενοήσατο ἑαυτοῦ, καὶ τέσσαρας θεραπείας ὑπέθετο, τοῦ μὴ τὸ ψεῦδος αὐτοῦ φανερὸν καθίστασθαι. Ὧν μέν ἐστι τὸ ἐντείλασθαι τοὺς ἐναντίον τι τῷ Ἀλχοράνῳ λέγοντας, ὃ γέγονε δῆλον ἀνωτέρω ἐν τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ· δεύτερον τὸ εἰπεῖν μὴ διαλέγεσθαι μετὰ ἀνθρώπων ἄλλης αἱρέσεως· τρίτον τὸ κωλῦσαι τούτοις πιστεύειν· φησὶ γὰρ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἀμρὰμ, Μὴ πιστεύσητέ τινι πλὴν τῶν ἑπομένων τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ· καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ σωτηρίαν εἶναι καὶ ὁδηγίαν. Φησὶ δὲ καὶ τοὺς Σαῤῥακηνοὺς μηδὲν εἶναι μὴ πληρώσαντας τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὸν νόμον. Ὀφείλουσιν ἄρα ἔχειν αὐτά. Τέταρτον τὸ χωρίζεσθαι παντελῶς ἐκείνων, καὶ λέγειν, Ἐμοὶ ὁ ἐμὸς νόμος, καὶ ὑμῖν ὁ ὑμέτερος, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ μετὰ ταῦτα, Ἐλεύθεροί ἐστε ὑμεῖς, ὧν ἐγὼ πράττω, κἀγὼ ὧν ὑμεῖς. Καὶ τοῦτό φησιν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τοῦ Ἰωνᾶ. Εἰ τοίνυν οἱ Σαῤῥακηνοὶ κα-

λῶς ἐλάμβανον τὴν τοῦ Ἀλχοράνου συμβουλήν, ἀναμφιβόλως ἂν ὡδηγοῦντο· εἶχον γὰρ ἂν τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὸν νόμον Μωϋσέως, καὶ τὰς ἄλλας ἁγίας Γραφάς, μάλιστα αὐτοῦ τοῦ Ἀλχοράνου ὅταν ἐγκωμιάζῃ τὸν Μωϋσῆν, τὸν Δαβίδ, τὸν Σολομῶντα, καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας, λέγοντος συνεχῶς, ὡς τούτων οὐδέν ἐστι προτιμότερον τοῦ ἑτέρου. Ταῦτα καὶ πρὸς τὸ τέταρτον ζήτημα.

et alios prophetas, et frequentissime dicat, quod alterum alteri non præfert. Et hæc ad quartam quæstionem.

Πέμπτον ζήτημά ἐστι· Τί ἂν βούλοιτο λέγειν ὁ Μαχούμετ, ἐν τῷ Ἀλχοράνῳ τοσαυτάκις παλιλλογῶν περὶ ἑαυτοῦ καὶ γράφων, Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν καὶ ἀπόστολον, ὑπακούετε τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀποστόλῳ, ἀκολουθεῖτε τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀποστόλῳ; Ἴσμεν γὰρ μόνῳ τῷ Θεῷ ὀφείλεσθαι πίστιν, τιμὴν λατρείας, ἐνέργειαν ὑπακοῆς, καὶ ἀκολούθησιν ὁδοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστι μόνος ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος πάντων. Ὅθεν οὐδεὶς οὐδέποτε προφήτης ἐτόλμησε ταῦτα εἰπεῖν, καὶ τῷ Θεῷ ἐξομοιοῦν ἑαυτὸν ἐν τοῖς τοιούτοις, ᾧ μηδένα μηδέποτε κοινωνὸν ἢ συμμεριστὴν γενέσθαι. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Μωϋσέως τοῖς Ἰουδαίοις φησίν, «Ἴδετε ὅτι ἐγώ εἰμι μόνος.» Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἡλίας φησίν, «Εἰ Κύριος ὁ Θεός ἐστι, πορεύεσθε ὀπίσω αὐτοῦ· εἰ δὲ Βάαλ, ἀκολουθήσατε αὐτῷ.» Δοκεῖ τοίνυν ἐκ τῶν τοιούτων ὁ Μαχούμετ οὐ μόνον διδόναι τὸν Θεὸν κοινωνόν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ποιεῖν ἐκείνου κοινωνὸν καὶ συμμεριστήν. Καὶ οὕτω λέγεται ἐν τῷ Ἀλχοράνῳ, ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλνεσά· Οὐ φείσεται ὁ Θεός, εἴ τις αὐτῷ διδοίη κοινωνόν. Μόνος δὲ ὁ Χριστὸς μήτε κοινωνός, μήτε συμμεριστὴς ὢν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ Θεὸς ὢν ἀληθὴς καὶ ἄνθρωπος ἀληθὴς δεδύνηται λέγειν, «Πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε·» καίτοι ἐκεῖνος οὐδέποτε εἶπε, Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν καὶ εἰς ἐμέ, ἤ, Ὑπακούετε τῷ Θεῷ καὶ ἐμοί, ἵνα μὴ πιστεύωσιν οἱ ἄνθρωποι κοινωνὸν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ καὶ συμμέτοχον.

Quinta quæstio est: Quid vult dicere Mahometus in Alcorano, quod toties dicit et repetit de se scribens, Credite in Deum et apostolum, obedite Deo et apostolo, sequamini Deum et apostolum? Scimus enim, soli Deo deberi fidem, honorem divini cultus, actionem obedientiæ, et sequelam viæ. Ipse enim solus est principium, et finis omnium. Unde nullus unquam propheta ausus est hæc dicere, et Deo seipsum in talibus associare; cui nullum unquam possibile est socium vel simul participem fieri. Dominus enim in lege Moysi Judæis dixit: « Scitis quod ego sum solus [32]. » Propter hoc autem et Elias dicit: « Si Dominus est, ite post ipsum, si autem Baal, sequamini eum [33]. » Videtur igitur ex talibus, Mahometum non solum dare se Deo participem, sed facere seipsum illius socium, et simul consortem. Et sic dicitur in capitulo Elnesa: Non parcet Deus, si quis ei dederit participem. Solus autem Christus, neque consors neque particeps Dei, sed Deus verus et homo verus, potuit dicere: « Credite in Deum, et in me credite [34]. » Qui tamen nunquam dixit: Credite in Deum et in me, vel obedite Deo et mihi, ne homines crederent eum Dei participem et consortem.

Ἕκτον ζήτημά ἐστιν, ὅπως τὸ Ἀλχοράνον περὶ μὲν τοῦ Χριστοῦ πολλά φησι καὶ μεγαλοπρεπῆ, τοὐναντίον δὲ εὐτελῆ περὶ τοῦ Μωάμεθ· ζητεῖται τοίνυν, Διατί οἱ Σαῤῥακηνοὶ οὐ μᾶλλον ἀκολουθοῦσι τῷ Θεῷ ἢ τῷ Μωάμεθ, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ ἢ τῷ Ἀλχοράνῳ; Καὶ ἐπεὶ τἀναντία παράλληλα τιθέμενα μᾶλλον ἐκφαίνονται, ἴδωμεν καὶ παραβάλλοντες ἀλλήλοις, τί τὸ Ἀλχοράνον περὶ ἑκατέρου διέξεισι. Φησὶ γὰρ τὸ Ἀλχοράνον τὸν Χριστὸν τῇ ἑαυτοῦ μητρὶ δι' ἀγγέλου εὐηγγελῆσθαι, καὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου ἡγιάσθαι, καὶ δυνάμει Θεοῦ συνειλῆφθαι, ἀλλ' οὐ φύσεως ἐνεργείᾳ· καὶ ἐκ Παρθένου ἁγιωτάτης, καὶ ὑπὲρ πάσας τὰς ἄλλας γυναῖκας καθαρὰς γεγεννῆσθαι. Περὶ δὲ τοῦ Μωάμεθ οὐδὲν τοιοῦτόν φησιν, ἀλλ' ὅτι ἦν ὀρφανὸς καὶ πλανήτης, ὑπὸ Θεοῦ συναχθείς. Ἔτι φησὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἐστὶ Λόγος Θεοῦ· καὶ κατὰ τοῦτο οὐδὲν ἠδύνατο ἀγνοεῖν. Ὁ δὲ Μαχούμετ ἦν προφήτης ἀμφίβολος. Φησὶ γὰρ ἑαυτὸν ἀγνοεῖν, τί ἔσται αὐτῷ, ἢ τοῖς ἰδίοις. Αὐτός τε εἶπεν, Ἀγνοῶ πότερον ἐγὼ ἢ ὑμεῖς ἐστε ἐν εὐθύτητι. Ὅθεν καὶ φέρεται εἰπεῖν αὐτὸν περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρός, Εἴθ' ᾔδειν τί ἐστι τὸ ἔργον αὐτῶν. Ἔτι τε φέρεται, ὅτι αὐτὸς γέγονε παρὰ τῶν Ἰουδαίων ..... καὶ εἰς φρέαρ ἀποῤῥιφείς. Ἐπικρατεῖ τε κοινῇ αὐτὸν τὸν Μαχούμετ δηλητηρίῳ τὴν ζωὴν ἐκτελέσαι, ὅπερ ἐνέβαλε τούτῳ τὴν φλέβα τεμνομένη Ἰουδαία

Sexta quæstio est: Cum Alcoranum de Christo quidem multa dicit et magnifica, e contrario autem pauca de Mahometo, et quidem vilia, quæritur igitur, quare Saraceni non potius sequuntur Christum quam Mahometum, et Evangelium quam Alcoranum? Et quia contraria juxta se posita magis elucescunt, videamus e regione et intrinsecus, quid Alcoranum de utroque narrat. Dicit enim Alcoranum, quod Christus suæ matri fuit annuntiatus per angelum, et sanctificatus per Spiritum sanctum, et virtute Dei conceptus, non operatione naturæ, et ex sanctissima Virgine Maria, et supra omnes alias mulieres mundas, genitus est. De Mahometo autem nihil tale dicit, sed quod fuit orphanus, et vagus, a Deo conductus. Item dicit de Christo, quod est Verbum Dei, et secundum hoc nihil potuit ignorare: Mahometus autem fuit propheta incertus; dicit enim, se nescire quid de se fiet ac suis. Dicit etiam ipse: Nescio utrum ego aut vos sumus in rectitudine. Unde et fertur dixisse de patre et matre sua, Utinam scirem quod est opus eorum. Item fertur, quod ipse fuit præstigiatus a Judæis, acubus ab aliquibus mulieribus in vultum cæreum immissis et projectis in puteum. Affirmantque communiter, ipsum Mahometum veneno vitam finivisse, quod assumpsit, cum

[32] Deut. xxxii, 39. [33] III Reg. xviii, 21. [34] Joan. xiv, 1.

huic Judæa quædam venam secuisset. Item, ipse quidem Christus ab Abraham descendit et Isaac, cui facta est promissio de benedictione et consequenda hæreditate. Mahometus autem descendit per Ismael, ad quem non pervenit promissio; sed de eo scriptum est, quod « Erit ferreus homo, et manus ejus contra omnes, » et reliqua [35]. Item Christus nullum unquam peccatum commisit. Spiritus enim Dei et Verbum Dei non potuit peccare. Mahometus autem idololatra fuit et homicida, lascivus et rapax, multisque aliis peccatis obnoxius, in quibus Deus, ut dicunt, ei pepercit. Item Christus stupenda fecit miracula et utilia. Sicut enim dicitur in capitulo Elmaida, in fine, Christus cæcos illuminavit, leprosos mundavit, et mortuos suscitavit: Mahometus autem nullum miraculum fecit, secundum Alcoranum. Et quæ de eo dicuntur, vel inconvenientia, vel impossibilia sunt et absona, sicut lunam divisam reintegrare, vel inutilia, sicut camelum loqui, vel omnino occulta. Multa enim dixit seipsum in occulto et nocte facere, quæ in die requisitus, ostendere non potuit. Unde ei dixerunt: Dicis te ascendere in cœlum ad Deum nocte, ascende de die, ut videamus nos, et credemus. Christus autem maxima et magnifica miracula faciebat de die, et in manifesto, et coram multis testibus videntibus: quare manifesta sunt opera illius. Præterea Christus quidem magister fuit excellens, sicut dicitur in Alcorano. Et in capitulo Elmeide, quasi ex persona Dei: O Christe, considera quem dedi tibi Spiritum sanctum, ut loquaris. Item, in cunabulis docui te librum, et sapientiam, et legem Moysi, et Evangelium. Mahometus autem doctor fuit ignarus, et homo idiota, nesciens aliam linguam nisi suam, ignorans etiam interpretationem legis suæ. Dicit enim, solum Deum scire Alcorani expositionem. Item Christus, secundum Evangelium, crucifixus est, et mortuus, et resurrexit vere, et ascendit in cœlos, et sedet ad dexteram Dei. Alcoranum autem dicit, quod non est mortuus, sed assumpsit eum Deus. Quare et secundum Evangelium, et secundum Alcoranum, et in omnem eventum Christus vivit. Mahometus autem omnino mortuus est. Sed melior est adjutor vivus, quam mortuus. Omitto alias secundum quodlibet excellentias, quas de Christo Evangelium posuit. Mirum igitur, quare Saraceni non sequuntur potius Christum quam Mahometum, et Evangelium potius quam Alcoranum, cum valde credibile sit, per meliorem legislatorem meliorem legem datam esse, et melius a Deo conservatam veracem et incorruptam, sicut superius demonstratum est in tertio capitulo.

XVI. *De Evangelii ad Alcoranum excellentia.*

Evangelii autem ad Alcoranum excellentiam,

[35] Gen. xvi, 12.

A τις. Ἔτι αὐτὸς μὲν ὁ Χριστὸς ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ κατήγετο διὰ τοῦ Ἰσαὰκ, ᾧ γεγόνασιν αἱ ἐπαγγελίαι περὶ τῆς εὐλογίας καὶ τῆς ἑψομένης κληρονομίας· ὁ δὲ Μαχούμετ κατήγετο διὰ τοῦ Ἰσμαὴλ, ᾧ οὐκ ἀνῆκεν ἡ ἐπαγγελία· ἀλλὰ περὶ ἐκείνου γέγραπται μόνον, « Ἔσται σιδηροῦς ἄνθρωπος, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπὶ πάντας, » καὶ τὰ λοιπά. Ἔτι ὁ μὲν Χριστὸς οὐδέποτε οὐδεμίαν ἐποίησεν ἁμαρτίαν· τὸ γὰρ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, οὐ δύναται πλανηθῆναι· ὁ δὲ Μαχούμετ εἰδωλολάτρης γέγονε, καὶ φονεὺς, ἀσελγής τε καὶ ἅρπαξ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἁμαρτήμασιν ἔνοχος, ἐφ' οἷς ὁ Θεὸς (ὥς φασιν) αὐτῷ συνέγνω. Ἔτι ὁ μὲν Χριστὸς φρικτὰ πεποίηκε θαύματα καὶ χρήσιμα· ὡς γὰρ λέγεται καὶ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλμοΐδε πρὸς τῷ τέλει, ὁ Χριστὸς τυφλοὺς

B ἐφώτισε λεπροὺς ἐκαθάρισε, καὶ νεκροὺς ἀνέστησεν· ὁ δὲ Μωάμεθ πεποίηκε θαῦμα οὐδὲν κατὰ τὸ Ἀλχοράνον· καὶ ἅτινα περὶ αὐτοῦ λέγοιντο, ἢ ἄτοπα, ἢ ἀδύνατά εἰσι καὶ ἀπηχῆ, ὥσπερ τὸ τὴν σελήνην διαιρεθεῖσαν ἐπισκευάσαι· ἢ ἄχρηστα, ὥσπερ τὸ τὴν κάμηλον φθέγξασθαι· ἢ παντάπασι κεκρυμμένα· πολλὰ γὰρ ἔλεγεν ἑαυτὸν ποιεῖν ἐν κρυπτῷ καὶ νυκτὸς, ἃ τῆς ἡμέρας ἀπαιτούμενος δεικνύναι οὐκ εἶχεν. Ὅθεν αὐτῷ ἔλεγον, Φῂς ἀνέρχεσθαι εἰς τὸν οὐρανὸν νυκτὸς πρὸς τὸν Θεόν· ἀνάβηθι καὶ ἡμέρας ὁρώντων ἡμῶν, καὶ πιστεύσομεν. Ὁ δὲ Χριστὸς μέγιστα καὶ μεγαλοπρεπῆ θαύματα ἐποίει ἡμέρας καὶ ἐν τῷ φανερῷ, καὶ πολλῶν ὁρώντων ἐνώπιον, ὥστε φανερὰ εἶναι τὰ ἔργα ἐκείνου. Μετὰ ταῦτα ὁ μὲν Χριστὸς

C διδάσκαλος γέγονεν ἔξοχος. Ὡς γὰρ λέγεται ἐν τῷ Ἀλχοράνῳ, ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλμεΐδε, ὥσπερ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· Ὦ Χριστὲ, ἀναλόγισαι πῶς σοι δέδωκα Πνεῦμα ἅγιον, ὥστε διαλέγεσθαι ἔτι ἐν τῇ βρεφικῇ κλίνῃ κείμενον, καὶ ἐδίδαξά σε βίβλον καὶ σοφίαν, τὸν Μωσέως νόμον καὶ τὸ Εὐαγγέλιον· ὁ δὲ Μωάμεθ διδάσκαλος ἦν ἀγνοῶν, ἄνθρωπος ἰδιώτης, οὐδὲ μίαν εἰδὼς γλῶσσαν πλὴν τῆς ἑαυτοῦ, ἀγνοῶν καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ἑαυτοῦ νόμου. Φησὶ γὰρ μόνον τὸν Θεὸν εἰδέναι τὴν τοῦ Ἀλχοράνου ἐξήγησιν. Ἔτι ὁ μὲν Χριστὸς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐσταύρωται, καὶ τέθνηκε, καὶ ἐγήγερται ἀληθῶς, ἀνῆλθέ τε εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ κάθηται ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ Ἀλχοράνον φησὶν, ὅτι οὐ τέθνηκεν. ἀλλ' ἀνέλαβεν αὐτὸν ὁ Θεός. Ὥστε κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ κατὰ τὸ

D Ἀλχοράνον καὶ κατὰ πᾶσαν ἔκβασιν ὁ Χριστὸς ζῇ, ὁ δὲ Μαχούμετ παντελῶς τέθνηκε. Βελτίων δέ ἐστι τοῦ τεθνηκότος βοηθοῦ ὁ ζῶν βοηθός. Καὶ παραλείπω τὰς ἄλλας καθ' ἕκαστον ὑπεροχὰς, ἃς περὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ Εὐαγγέλιον τίθησι. Θαυμαστὸν τοίνυν, πῶς οἱ Σαρρακηνοὶ οὐ μᾶλλον ἀκολουθοῦσι τῷ Χριστῷ ἢ τῷ Μωάμεθ· καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ μᾶλλον ἢ τῷ Ἀλχοράνῳ, μάλιστα λίαν ὄντος πιθανοῦ διὰ τοῦ βελτίονος νομοθέτου βελτίονα νόμον δεδόσθαι, καὶ βέλτιον συντηρούμενον ὑπὸ Θεοῦ, ἀληθῆ τε καὶ ἀδιάφθορον, ὡς ἀνωτέρω δέδεικται ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ.

ΙϚʹ. *Περὶ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς τὸ Ἀλχοράνον ὑπεροχῆς.*

Τὴν δὲ τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς τὸ Ἀλχοράνον ὑπερο-

χὴν ἐκ τῶν ἀνωτέρω εἰρημένων ῥᾳδίως δυνάμεθα γνῶναι. Προαποδέδεικται γὰρ μὴ εἶναι τὸ Ἀλκοράνον νόμον Θεοῦ, διὰ τὸ μήτε τὴν Παλαιὰν, μήτε τὴν Νέαν τούτῳ συμμαρτυρεῖν· καὶ ὅτι οὔτε ἐν τῇ φράσει, οὔτε ἐν ταῖς ἀποφάσεσι, συμβαίνει τοῖς ἄλλοις· καὶ ὅτι ἀντιλέγει ἑαυτῷ· καὶ ὅτι οὐδενὶ θαύματι βεβαιοῦται· καὶ ὅτι ἐστὶν ἄλογον· καὶ ὅτι φανερὰ περιέχει ψεύδη· καὶ ὅτι βίαιον, καὶ ὅτι ἄτακτον, καὶ ὅτι πονηρόν· καὶ ὅτι ἀμφίβολον. Ταῦτα γὰρ πάντα ὡς ἐν βραχεῖ δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀλκοράνου προαποδέδεικται. Πλὴν τοῖς ἐν αὐτῷ τῷ Ἀλκοράνῳ ἀναγινώσκουσι βέλτιον δείκνυται ταῦτα. Ὥσθ' ἡμᾶς θαῤῥούντως δύνασθαι λέγειν, Εἰ ἡμῖν πιστεύειν οὐ βούλεσθε, τὸ Ἀλκοράνον ἀνάγνωτε. Τούτων δὲ τἀναντία ἐπὶ τῆς Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας φαίνεται καθαρῶς. Καὶ γὰρ ὁ Μαχούμετ, ὥσπερ ἐξῃρημένως ὑπὲρ πάντας τοὺς ὄντας προφήτας ἢ ἐσομένους ἐπῄνεσε τὸν Χριστὸν, οὕτω καὶ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλίαν ἐμεγάλυνεν ὑπὲρ πάσας τὰς θείας Γραφάς. Ἴσμεν δὲ ὡς οὐδέν ἐστιν οὕτως ἰσχυρὰ καὶ δυνατὴ μαρτυρία διδασκαλίας ἢ βίου ἢ ὁ παρὰ τῶν ἐπάγειν αὐτοῖς μέμψιν ἐπιχειρούντων ἔπαινος. Φησὶ δὲ αὐτὸς ὁ Μαχούμετ ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ, ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλμεϊδὲ, Ὡρίσαμεν τὴν ὁδὸν τῶν ἀνθρώπων διὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τῆς Μαρίας, τοῦ ἀληθεστάτου προφήτου· καὶ δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁδηγία, καὶ φῶς, καὶ ἀλήθεια φανερά. Ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς τόποις τοῦ Ἀλκοράνου ἐξῃρημένως ἐγκωμιάζει τὸ Εὐαγγέλιον. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ Εὐαγγέλιον ἐν πάσῃ χώρᾳ καὶ διαλέκτῳ ὑψηλότατα τῷ κόσμῳ φανεροῖ ἑαυτό. Ὥστε θαῤῥούντως εἴποιμι ἂν περὶ αὐτοῦ τοῖς Σαρρακηνοῖς, Εἰ τῷ ὑμετέρῳ Μωάμεθ βούλοισθε ἢ μὴ βούλοισθε πιστεύειν περὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ἐν αὐτῷ τῷ Εὐαγγελίῳ ἀνάγνωτε. Καὶ ἐπεὶ, καθὼς λέγεται ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλενφὰν, βουλόμενος ὁ Θεὸς ἀληθεύειν τὴν ἀλήθειαν διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ διακόπτεσθαι τὴν ἀρχὴν τῶν αἱρετικῶν, ὥστε τὴν ἀλήθειαν ἀληθεύειν, καὶ τὴν ματαιότητα ματαιοῦσθαι, προενοήσατο, καὶ ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ὁ κόσμος δι' ἄγνοιαν ἀπόλλυται, τὸν κοινῶς πᾶσι καὶ μόνον ἀναγκαῖον νόμον, τουτέστιν τὸν τοῦ Εὐαγγελίου, οὐκ ἐν ἑνὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν διαφόροις ἐπαρχίαις, οὐδ' ἐν ἑνὶ ἰδιώματι, ἀλλὰ διαφόροις καὶ καθολικαῖς διαλέκτοις γραφῆναι, ἑβραϊκῶς καὶ ῥωμαϊκῶς, καὶ μετὰ ταῦτα πιστῶς, εἰς πάσας μετενεχθῆναι τὰς διαλέκτους. Πρὸς δὲ τῷ τοῦ Εὐαγγελίου τέλει ἐνετείλατο τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ὁ Χριστὸς εἰς πάντα τὸν κόσμον δραστηρίως κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον. Ὅπερ ἵνα τελειῶσαι ἰσχύσωσι, δέδωκεν αὐτοῖς χάρισμα γλωσσῶν, καὶ δύναμιν θαυμάτων. Τὸ δ' Ἀλκοράνον ἀραβικῶς μόνον ἑαυτῷ φησιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδόσθαι· καὶ οἱ Σαῤῥακηνοὶ βεβαίως πιστεύουσι μηδένα δύνασθαι τοῦτο γινώσκειν, τὴν ἀραβικὴν ἀγνοοῦντα διάλεκτον. Ἕπεται δὲ μὴ πάντας γινώσκειν τὴν ἀραβικὴν γλῶσσαν, μήτε δύνασθαι ταύτην μανθάνειν. Γέγραπται δὲ ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ, καθὼς καὶ ἀποδέδεικται, μηδένα δύνασθαι σωθῆναι πλὴν ἐν τῷ νόμῳ τῶν

A facile ex superioribus dictis possumus cognoscere. Ante enim demonstratum est, non esse Alcoranum legem Dei, propterea quod neque Vetus neque Novum Testamentum hanc testantur, et quod neque in stylo, neque in sententiis cum aliis convenit, et quod contradicit sibi ipsi, et quod nullo miraculo confirmatur, et quod est irrationabile, et quod manifesta continet mendacia, et quod violentum, et quod inordinatum, et quod iniquum, et quod ambiguum. Hæc enim omnia per ipsum Alcoranum breviter sunt ante demonstrata. Veruntamen idipsum Alcoranum legentibus, melius hæc demonstrantur. Quare nos audacter dicere possumus, Si nobis credere non vultis, Alcoranum legite. Horum autem contraria in evangelica doctrina B manifeste apparent. Etenim Mahometus præcipue, quasi supra omnes prophetas qui sunt vel qui futuri sunt, Christum commendavit, et Evangelii doctrinam supra omnes divinas Scripturas magnificavit. Scimus autem, quod nullum sic est tam validum, tamque potens testimonium doctrinæ vel vitæ, quam laus ab his qui conantur reprehensionem inducere. Dicit autem ipse Mahometus in Alcorano, in capitulo Elmeide : Terminavimus viam hominum per Jesum Christum filium Mariæ, veracissimum prophetam, et dedimus ei Evangelium, in quo est deductio et lux et veritas manifesta. Et in multis locis Alcorani præcipue commendat Evangelium. Etenim ipsum Evangelium in omni loco et lingua excellentissime mundo seipsum C manifestat. Quare confidenter dicere possem de eo Saracenis : Si vestro Mahometo vultis, vel non vultis credere de Evangelio, id ipsum Evangelium legite. Et quoniam, sicut dicitur in Alcorano in capitulo Elemphal, volens Deus quod verificetur veritas per verbum suum, et intercidatur gubernatio hæreticorum, et ut veritas verificetur et vanitas evanescat, providit et dispensavit Deus, ne mundus per ignorantiam periret, ut lex illa, quæ generaliter omnibus et sola necessaria erat, lex ea quæ est Evangelii, non in uno loco, sed in diversis provinciis; neque in uno idiomate, sed diversis et in omnibus linguis scriberetur, Hebraice, Græce, et Latine, et post hæc fideliter trans- D ferretur. In fine autem Evangelii mandavit discipulis suis Christus, ut in universo mundo efficaciter Evangelium prædicarent. Quod ut perficere possent, dedit eis gratiam linguarum et virtutem miraculorum. Alcoranum autem Arabice solum sibi ipsi dicit a Deo datum esse; et Saraceni firmiter credunt, nullum posse hoc scire qui Arabicam linguam ignoret. Sequitur autem, non omnes scire Arabicam linguam, neque posse hanc discere. Scriptum autem est in Alcorano, sicut et ante demonstratum est, nullum posse salvari, præter eos qui sunt in lege Saracenorum. Quare convenienter quæri posset, si solos velit Saracenos Deus salvos fieri, et eos qui Arabicam linguam sciunt. Christianorum autem lex, quæ scripta est in omnibus lin-

guis, dicit, quod Deus vult omnes homines salvos fieri. Saraceni igitur, qui solo nomine salvati dicuntur, sicut ante dictum est, et alii omnes qui secundum veritatem salvos se fieri volunt, discant Christum esse Salvatorem, legantque Evangelium in quacunque lingua volunt, et invenient fere contraria omnia quæ prædicta sunt et demonstrata ab Alcorano. Invenientque, quod Moysi lex et prophetæ ipsum testantur, et nullam esse Evangelii contrarietatem, sed potius complementum et perfectionem omnium aliarum Scripturarum. Invenient quoque in Evangelio stylum non metricum vel rhythmicum, sed simplicem et communem, non quidem propter simplicitatem scribentium, sed propter utilitatem legentium, ut ab omni simplici et idiota convenienter intelligi posset. Modum non habet assentatorium; neque turpia vel desueta nomina, sed communia et honestissima. Fabulam autem omnino nullam continet Evangelium; et si quasdam aliquando parabolas apponit, ex ipsa verbi consequentia manifeste ostenditur, quod parabolice loquitur. Convenit autem in sententiis, non solum cum aliis sacris Scripturis, sicut dictum est, sed etiam cum philosophis, qui de virtutibus et de extremo hominum fine demonstrative, vel rationabiliter tractaverunt. Addit etiam quædam excelsissima, ad quæ naturalis humana ratio non potest pervenire. Et nequaquam aliquid dicit, cui quis demonstrative possit instare, quia cum demonstratio contineat verum, nihil potest esse ei contrarium nisi falsum. Speculantibus autem diligenter, nulla contradictio in Evangeliis continetur. Quare non solum unum Evangelium cum seipso convenit, sed etiam quatuor inter se, in omnibus necessariis circa fidem, simpliciter conveniunt; id est, de incarnatione, doctrina, passione, resurrectione, ascensione Christi, et Spiritus sancti missione, et si quatuor Evangelia in diversis locis et diversis linguis, nec non a diversis auctoribus a principio conscripta sunt, ut ante dictum est. Quidam tamen simpliciores existimaverunt, in Evangelio esse contrarietatem, propterea quod illud quod in alio Evangelio continetur, in alio Evangelio non continetur. Hoc autem non est contradictio, sed potius dispensatio Dei, quasi inspirante Spiritu sancto, ut quod ab uno Evangelista prætermissum est, alter dicat, quod autem ab uno evangelista scriptum est, nullus aliorum trium negavit, vel contrarium aliquid dixit. Sed hi quatuor non omnia opera, vel verba Christi conscripserunt, sed solum quæ ad salutem sunt magis necessaria.

A Σαρρακηνῶν. Ὥστ' εἰκότως ἂν ζητηθείη, εἰ μόνους βούλοιτο σωθῆναι τοὺς Σαρρακηνοὺς ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς γινώσκοντας τὴν τῶν Ἀράβων γλῶσσαν. Ὁ δὲ τῶν Χριστιανῶν νόμος, ὁ ἐν πάσαις γεγραμμένος ταῖς διαλέκτοις, φησὶ τὸν Θεὸν πάντας ἀνθρώπους θέλειν σωθῆναι. Οἱ Σαρρακηνοὶ τοίνυν οἱ μόνῳ τῷ ὀνόματι λεγόμενοι σεσωσμένοι, καθὼς προείρηται, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ κατὰ ἀλήθειαν σωθῆναι βουλόμενοι, μαθέτωσαν τὸν Χριστὸν εἶναι Σωτῆρα, ἀναγινωσκέτωσάν τε τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ᾗ ἂν βούλονται διαλέκτῳ, καὶ εὑρήσουσι σχεδὸν ἐναντία πάντα τοῖς προειρημένοις καὶ δεδειγμένοις ὑπὸ τοῦ Ἀλκοράνου. Εὑρήσουσι συμμαρτυροῦντα αὐτῷ τὸν τοῦ Μωσέως νόμον καὶ τοὺς προφήτας, μηδεμιᾶς οὔσης πρὸς αὐτοὺς τοῦ Εὐαγγελίου ἐναντιότητος, μᾶλλον B μὲν οὖν συμπληρωτικὸν καὶ τελειότητα πάντων τῶν ἄλλων. Εὑρήσουσί τε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φράσιν οὐ μετρικὴν ἢ ῥυθμικὴν, ἀλλ' ἁπλῆν καὶ κοινὴν, οὐ διὰ τὴν ἁπλότητα τῶν γραφόντων, ἀλλὰ διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν ἀναγινωσκόντων, ὥσθ' ὑπὸ παντὸς ἁπλοῦ τε καὶ ἰδιώτου οἰκείως ἀναγινώσκεσθαι δύνασθαι. Ἦθος δὲ ἔχει οὐ κολακευτικὸν, ἀλλ' οὐδ' αἰσχρὰ ἢ ἀήθη ὀνόματα, ἀλλὰ κοινὰ καὶ σεμνότατα. Μῦθον δὲ οὐδένα παντελῶς περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλὰ καὶ εἴ τινας ἐνίοτε παραβολὰς παρατίθησιν, ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας δείκνυται φανερῶς, ὅτι παραβολικῶς διαλέγεται. Συνᾴδει δὲ ἐν ταῖς ἀποφάσεσιν οὐ μόνον ταῖς ἄλλαις ἱεραῖς Γραφαῖς, καθὼς εἴρηται, ἀλλὰ καὶ τοῖς φιλοσόφοις τοῖς περὶ ἀρετῶν καὶ τοῦ ἐσχάτου τῶν ἀνθρώπων τέλους C ἀποδεικτικῶς ἢ λογικῶς πραγματευσαμένοις. Προστίθησι μέντοι καί τινα ὑψηλότατα, ἐφ' ἃ ὁ φυσικὸς καὶ ἀνθρώπινος λόγος οὐ δύναται ἐφικέσθαι. Καὶ οὐδὲν οὐδαμῶς φησιν, ᾧ ἄν τις ἀποδεικτικῶς ἐνσταίη. Τῆς γὰρ ἀποδείξεως ἀληθὲς περιεχούσης, μόνον τὸ ψεῦδος ταύτῃ δυνατὸν ἐναντιωθῆναι. Ἀκριβῶς τε σκοπουμένοις, οὐδὲ μία ἐναντιολογία ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὑρίσκεται. Ὥστε μὴ μόνον ἓν Εὐαγγέλιον ἑαυτῷ συμφωνεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ τέσσαρα ἀλλήλοις ἐν πᾶσι τοῖς περὶ τὴν πίστιν ἀναγκαίοις, τουτέστι περὶ τῆς σαρκώσεως, τῆς διδασκαλίας, τοῦ πάθους, τῆς ἀναστάσεως, τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ, καίτοι γε τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων ἐν διαφόροις τόποις καὶ διαφόροις διαλέκτοις, ἔτι τε ὑπὸ D διαφόρων συγγραφέων ἐξ ἀρχῆς συγγεγραμμένων, ὡς προείρηται. Τινὲς μέντοι τῶν ἁπλουστέρων ὑπέλαβον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἶναι ἐναντιότητα, διὰ τὸ ὅπερ ἐν ἑνὶ Εὐαγγελίῳ γέγραπται, ἐν ἄλλῳ μὴ περιέχεσθαι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἐναντιολογία, ἀλλὰ μᾶλλον οἰκονομία Θεοῦ. Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος παροτρύνοντος τὸ παρ' ἑνὸς εὐαγγελιστοῦ σεσιωπημένον ἕτερος εἶπε. Τὸ δὲ ὑφ' ἑνὸς εὐαγγελιστοῦ γραφὲν οὐδεὶς ἠρνήσατο τῶν ἄλλων τριῶν, ἢ ἐναντίον τι εἶπεν. Ἀλλὰ καὶ οὗτοι οἱ τέσσαρες, οὐ πάντα τὰ ἔργα ἢ τοὺς λόγους τοῦ Χριστοῦ συνεγράψαντο, ἀλλὰ μόνον τὰ πρὸς σωτηρίαν ἀναγκαιότερα.

Quomodo autem doctrina Christiana perfecte miraculis sit confirmata, in septimo capitulo manifeste ante demonstratum est, quare non oportet amplius in eisdem versari. Nulla autem est in mundo doctrina, vel lex, quæ sic rationabilis exsi-

Πῶς δὲ ἡ Χριστιανικὴ διδασκαλία τελείως θαύμασι βεβαιοῦται, φανερῶς ἐν τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ προαποδέδεικται· καὶ οὐ δεῖ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς αὐτοῖς διατρίβειν. Οὐδεμία δέ ἐστιν ἐν τῷ κόσμῳ διδασκαλία ἢ νόμος οὕτως εὔλογος ὢν καὶ τέλειος, ὥσπερ

ὁ εὐαγγελικὸς, ὃς πάντα τὰ πάθη ἐκ τῆς ῥίζης A ἀνέσπασεν· οὐ μόνον τὴν ἄτακτον ἐνέργειαν, ἢ τὸ ἔξωθεν ῥῆμα κωλύων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄτακτον τοῦ λογισμοῦ κίνησιν, ἢ τὴν ἔνδον διάθεσιν, οἷον ἐπιθυμίαν, ὀργὴν ἄτακτον, καὶ τὰ τοιαῦτα, οἷς πάντα τὰ ἔξω κακὰ ἕπονται. Ἐφύτευσε δὲ καὶ ἀπήρτησε πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐν τῇ ἐντολῇ τῆς τελειοτάτης ἀγάπης, τοῦ Θεοῦ δηλονότι καὶ τοῦ πλησίον· ἥτις ἐστὶ πλήρωμα νόμου. Φυτευθείσης γὰρ φιλίας καὶ ἀγάπης τελείας, ἡ τῶν ἰδίων ἀγαθῶν τοῖς ἄλλοις κοινωνεῖν ἀναγκάζει, οὐκ ἔτι ἐστὶν ἀναγκαῖον δικαιοσύνην ζητεῖν, ἐνάγουσαν πρὸς τὸ τὰ ἀλλότρια ἀποδιδόναι. Ἔτι περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον τὸ οἰκειότατον καὶ φυσικὸν πρόσταγμα· « Ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε ὁμοίως αὐτοῖς. » Ὃ μόνον τοῖς κτησαμένοις οὐδὲ ἓν B ἄλλο ἐστὶν ἀναγκαῖον πρόσταγμα, ὅσον πρὸς τοὺς πλησίον. Οὐ μόνον δὲ ἀλήθειαν περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλ' ὥσπερ πιστεύουσιν οἱ διδάσκαλοι τῶν Χριστιανῶν, εἰ ἓν μόνον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εὕροιτο ψεῦδος, ὅλον εἰκότως ἂν ὑπωπτεύθη, ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω διώρισται ἐν τῷ ἐννάτῳ κεφαλαίῳ. Βίαν δὲ οὐδὲ μίαν συγχωρεῖ τὸ Εὐαγγέλιον· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ αὐτὴν τὴν βίαν καὶ τὴν ἀδικίαν μακροθύμως δεῖν φέρειν φησὶν, λέγων, « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· καὶ εἴ τις ἀπὸ σοῦ λάβοι τὸν χιτῶνα, μὴ κωλύσῃς αὐτὸν, ἀλλὰ δὸς καὶ τὸ ἱμάτιον. » Διδάσκει δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς ἐπενεχθείσης ἀδικίας καὶ μίσους εὐποιΐαν καὶ ἀγάπην ἀποδιδόναι, λέγων, « Ἀγαπᾶτε τοὺς C ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων ὑμᾶς. » Οὐ μὴν τοῦτο ἐναντιοῦται, εἴ τινες τῶν Χριστιανῶν πονηροὶ οὐ φυλάσσουσι ταῦτα πάντα. Οὐ γὰρ ἡ τῶν πονηρῶν διαστροφὴ κωλύει τὴν τοῦ ἁγιωτάτου νόμου τελειότητα καὶ ἀλήθειαν.

Εὐτακτοτάτη δέ ἐστιν ἡ τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλία, καθὼς προαποδέδεικται ἐν τῷ ἐνδεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ τοῦ χρόνου τάξει, καὶ τόπου, καὶ διδασκαλίας, καὶ ὕλης. Ἄρχεται μὲν γὰρ ἐκ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ διορίζεται τὰ πρὸς τὴν γέννησιν τούτου ἀνήκοντα. Καὶ μετὰ τὴν γέννησιν, τῷ προσήκοντι καιρῷ δείκνυσι τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν δύναμιν καὶ τὰ θαύματα· καὶ ἐφεξῆς τὸ πάθος καὶ τὸν D θάνατον, ἔσχατον δὲ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν. Ἀληθῶς μὲν οὐδὲν πονηρὸν δυνατὸν εὑρεθῆναι ἐν διδασκαλίᾳ τοσαύτης τελειότητος· εἰ καὶ οἱ ἄστατοι καὶ ἀπαίδευτοι λέγουσι βλασφημίας τινὰς περιέχεσθαι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὥσπερ περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ πάθους, ἔτι τε περὶ τοῦ τῆς Τριάδος μυστηρίου, περὶ ὧν (ὡς προείρηται) γέγραπται ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ, ἀποδοκιμαζόντων ὃ μὴ νοοῦσι. Βεβαιοτάτη δέ ἐστιν, ὡς βεβαιότατα γινωσκομένη, τίνι χρόνῳ, τίνι τόπῳ, καὶ παρὰ τίνων ἀνθρώπων ἡ εὐαγγελικὴ συνεγραφὴ διδασκαλία. Ἔτι τε βεβαιοτάτη ἐστὶν,

stat et perfecta sicut evangelica, quæ omnes passiones radicitus avellit. Non solum inordinatam actionem et exterius verbum prohibet, sed et inordinatum animi motum, vel intrinsecum affectum, sicut concupiscentiam, iram inordinatam, et similia, ex quibus omnia mala exteriora sequuntur. Plantavitque et conservavit omnia bona in mandato perfectissimæ dilectionis, Dei videlicet et proximi. Habita enim amicitia et charitate perfecta, quæ propria bona cum aliis communicare cogit, non est necessarium justitiam quærere, quæ nos inducit ad restituendum aliena. Item continet Evangelium naturalissimum et propriissimum mandatum : « Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite similiter eis [36]. » Quo solo habito, non est necessarium aliud præceptum respectu proximi. Non solum etiam veritatem continet Evangelium, sed, sicut credunt Christiani doctores, si unum solum mendacium in Evangelio inveniretur, totum Evangelium merito suspectum haberetur, sicut superius determinatum est in nono capitulo. Violentiam autem nullam permittit Evangelium, quin imo et ipsam violentiam et injuriam patienter oportere ferre ait, dicens : « Si quis te alapis percusserit ad dexteram genam, verte et alteram, et si quis a te capiat pallium, ne prohibeas eum, sed da etiam tunicam [37]. » Docet etiam pro illata injuria et odio, beneficium et dilectionem reddere, dicens : « Diligite inimicos vestros, benefacite odio habentibus vos, et orate pro malignantibus, et his qui vos persequuntur [38]. » Non tamen hoc adversatur, si quidam Christianorum iniqui non servant hæc omnia. Non enim iniquorum perversio prohibet sanctissimæ legis perfectionem et veritatem.

Bene ordinatissima autem est Evangelii doctrina, sicut ante demonstratum est decimo in capitulo, et temporis ordine, et loci, et doctrinæ, et materiæ. Incipit enim ab incarnatione Christi, determinans quæ ad nativitatem hujus sunt convenientia. Et post nativitatem convenienti tempore ostendit doctrinam et sapientiam ejus. Et post hæc, et potentiam et miracula, et deinceps passionem et mortem, ultimo autem resurrectionem, et in cœlos ascensionem. Sane nullum malum potest inveniri in doctrina tantæ perfectionis : etsi instabiles et indocti dicant, blasphemias quasdam in Evangelio contineri, sicut de incarnatione Christi et passione, item de Trinitatis mysterio : de quibus, ut ante dictum est, scriptum est in Alcorano, quod ipsi reprobant quæ non intelligunt. Certissima vero est lex evangelica, quia certissime scitur quo tempore, quo loco, a quibus hominibus conscripta est evangelica doctrina. Certissimum etiam est, quod convenientissime et facillime intelligibilis est, quia credenda proponuntur per revelationem Dei, et

[36] Matth. vii, 12. [37] Matth. v, 39. [38] ibid. 44.

non investiganda per rationem, ut simpliciores ad eam facile accedere possint. Item oportet scire, quod nihil est in Evangelio, quod non possibile sit a nobis intelligi, qui fidei lumine sumus adjuti. Et licet in se certissima, tamen non ab omnibus intelligitur, sed ab humilibus solum, et humilibus corde. Superbi autem et carnales non possunt hanc intelligere; quorum intellectus sic se habet ad eam, sicut vespertilionis oculus ad solem. Sacri autem Christianæ fidei doctores non tanquam vespertiliones in nocte volant, sed attentis oculis, tanquam aquilæ, veritatis radios in seipsis contemplantur; aliis autem ignorantibus, et rationem quærentibus, propriæ interpretantur fidei et veritatis mysteria. Et non dicunt eis, sicut in Alcorano in capitulo Jonæ, et in capitulo Elcapherim, quod conveniens est Saracenos dicere aliis nationibus quæ non credunt, et contradicunt Alcorano: Mihi mea fides, et vobis vestra. Sed sunt parati ad responsionem cuicunque poscenti rationem de fide et spe quæ in eis est. Hoc autem est proprium sapientis, rationem et causam sui operis reddere. Aliter enim quilibet futurus posset legem condere, et concludere quidquid vellet, et dicere, Nihil oportet contrarium credere his quæ ab eo posita sunt.

A ὡς τελείως νοουμένη, καὶ κατὰ τὸν προσήκοντα τρόπον· προτίθεται γάρ, ὡς δέον ταύτῃ πιστεύειν θείᾳ ἀποκαλύψει, ἀλλ' οὐ ζητήσει ἢ καταλήψει λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ὥστε καὶ τοὺς ἁπλουστέρους ἐπ' αὐτὴν ῥᾳδίως ἀναβαίνειν δύνασθαι. Ἔτι δὲ δεῖ γινώσκειν, ὅτι μηδέν ἐστιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὃ μὴ δυνατὸν ὑφ' ἡμῶν νοεῖσθαι, τῷ τῆς πίστεως βοηθουμένων φωτί. Εἰ δὲ καὶ ἀσφαλεστάτη ἐστὶν, ἀλλ' ὅμως οὐχ ὑπὸ πάντων νοεῖται, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ταπεινῶν μόνον, καὶ ταπεινῶν τῇ καρδίᾳ. Οἱ δὲ ὑπερήφανοι καὶ σαρκικοὶ οὐ δύνανται ταύτην νοεῖν, ὧν ὁ νοῦς οὕτως ἔχει πρὸς αὐτὴν, ὥσπερ ὁ τῆς νυκτερίδος ὀφθαλμὸς πρὸς τὸν ἥλιον. Οἱ δὲ ἱεροὶ τῆς Χριστιανικῆς πίστεως διδάσκαλοι, οὐχ ὡς νυκτερίδες ἐν νυκτὶ πέτονται, ἀλλ' ἀτενέσιν ὀφθαλμοῖς,
B ὥσπερ ἀετοὶ, τὰς τῆς ἀληθείας ἀκτῖνας ἐν ἑαυτοῖς θεωροῦσι. Τοῖς δὲ ἄλλοις τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ λόγον ζητοῦσιν, οἰκείως ἑρμηνεύουσι τὰ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀληθείας μυστήρια. Ἀλλ' οὐ λέγουσιν αὐτοῖς, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλχοράνῳ, ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλχαφερεὶμ, ὅτι δέον τοὺς Σαῤῥακηνοὺς λέγειν τοῖς ἄλλοις γένεσι τοῖς μὴ πιστεύουσι καὶ λέγουσι τῷ Ἀλχοράνῳ, Ἐμοὶ ἡ πίστις ἡ ἐμὴ, καὶ ὑμῖν ἡ ὑμετέρα· ἀλλ' εἰσὶν ἕτοιμοι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι λόγον περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς πίστεως καὶ ἐλπίδος. Τοῦτο δέ ἐστιν ἴδιον τοῦ σοφοῦ, λόγον τοῦ ἰδίου ἔργου ἀποδιδόναι. Ἄλλως γὰρ ἂν πᾶς ἀνόητος ἠδύνατο νόμον συντιθέναι, καὶ συμπεραίνειν ὅπερ ἂν βούλοιτο, καὶ λέγειν μηδὲν δεῖν ἐναντίον πιστεύεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ τεθειμένοις.

XVII. *De Saracenorum responsione ad prædicta.*

Ad hæc autem conantur respondere quidam superstitiosi et contentiosi Saraceni, dicentes: Non dicimus quod Evangelium non sit a Deo, cum Alcoranum hoc manifeste testetur, neque dicimus imperfectum esse, cum a Deo sit, sed tam ardua et perfecta continet Evangelium, ut non sufficiat mundus ea perficere. Quis enim Deum ex toto corde, et proximum sicut seipsum potest diligere? Quis potest pro persequentibus et calumniantibus orare? Quis ex toto corde benefacere malefacientibus? Et alia quædam perfectissima mandat Evangelium. Quoniam igitur non erat lex quæ potuisset servari, providit mundo Deus per legem salutis, et levia fecit mandata, et dedit mundo Alcoranum, quod minime continet difficilia hæc, sed facile est ad salvandum homines per ipsum. Unde dicunt, Alcoranum magis esse commune, et valde sufficere ad salutem mundo. Et propter hoc vocant Alcoranum antonomastice legem salutis. Dicunt igitur, quod Alcoranum successit quasi loco Evangelii, et quidquid boni erat in Evangelio, totum est in Alcorano, et quod jam non est opus Evangelio. Sed hoc manifestum continet mendacium. Non enim possibile est dicere, ad tempus datum esse Evangelium, ut puta usque ad Alcoranum, et post hæc Alcoranum ei successisse ad salutem hominum, cum Alcoranum manifeste testetur, quod in Evangelio est deductio et salus. Præterea non po-

C ΙΖ'. *Περὶ τῆς τῶν Σαῤῥακηνῶν ἀπολογίας πρὸς τὰ προειρημένα.*

Πρὸς ταῦτα δὲ ἐπιχειροῦσιν ἀπολογεῖσθαί τινες δεισιδαίμονες Σαῤῥακηνοὶ, καὶ δυσέριδες, λέγοντες· Οὐ φαμὲν τὸ Εὐαγγέλιον οὐκ εἶναι παρὰ Θεοῦ, τὸ γὰρ Ἀλχοράνον τοῦτό φησιν· οὔτε φαμὲν ἀτελὲς εἶναι, παρὰ Θεοῦ ὄν· ἀλλ' οὕτω μεγάλα καὶ τέλεια περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον, ὥστε μὴ ἀρκεῖν τὸν κόσμον ταῦτα τελέσαι. Τίς γὰρ τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν δύναται ἀγαπᾷν; Τίς δύναται ὑπὲρ τῶν διωκόντων εὔχεσθαι, καὶ συκοφαντούντων; Τίς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας εὐεργετεῖν τοὺς κακοποιοῦντας; Καὶ ἄλλα δέ τινα τελειότατα προστάττει τὸ Εὐαγγέλιον. Ὅτι τοίνυν οὐκ ἦν νόμος τηρεῖσθαι δυνάμενος, προενοήσατο τοῦ κό-
D σμου ὁ Θεὸς διὰ τοῦ νόμου τῆς σωτηρίας, καὶ ἐκούφισε τὰς ἐντολὰς, δοὺς τῷ κόσμῳ τὸ Ἀλχοράνον, μὴ περιέχον τὰ δυσχερῆ ταῦτα, ἀλλὰ ῥᾴδιον ὂν πρὸς τὸ σώζεσθαι δι' αὐτοῦ τοὺς ἀνθρώπους. Ὅθεν φασὶ τὸ Ἀλχοράνον μᾶλλον εἶναι κοινὸν, καὶ λίαν ἀρκεῖν πρὸς σωτηρίαν τῷ κόσμῳ. Καὶ διὰ τοῦτο καλοῦσι τὸ Ἀλχοράνον παρωνύμως νόμον σωτηρίας. Φασὶ τοίνυν, ὅτι τὸ Ἀλχοράνον διεδέξατο τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ πᾶν ὅπερ ἦν ἀγαθὸν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὕτως ὅλον ἐν τῷ Ἀλχοράνῳ ἐστίν. Ὥστ' ἤδη μὴ εἶναι χρείαν τοῦ Εὐαγγελίου. Ἀλλὰ ταῦτα φανερὸν περιέχουσι ψεῦδος. Οὐ γὰρ δυνατὸν λέγειν πρὸς καιρὸν δεδόσθαι τὸ Εὐαγγέλιον, οἷον μέχρι τοῦ Ἀλχοράνου· καὶ μετὰ ταῦτα τὸ Ἀλχοράνον αὐτὸ διαδέξασθαι πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Αὐτὸ

γὰρ τὸ Ἀλκοράνον φανερῶς μαρτυρεῖ, ὅτι ἐν τῷ A Εὐαγγελίῳ ἐστὶν ὁδηγία καὶ σωτηρία. Ἔτι οὐ δυνατὸν λέγειν, ὅτι μετὰ τὸ δοῦναι τὸ Εὐαγγέλιον, ὁ Θεὸς συνεῖδεν, ὡς οὐ δυνήσεται ὁ κόσμος τηρῆσαι αὐτὸ, καὶ διὰ τοῦτο διωρθώσατο μὲν τὴν ἑρμηνείαν, τὴν δὲ ἐντολὴν κουφοτέραν ἐποίησεν, ὡς ἂν ἀπὸ τῶν ἀποβαινόντων τὰ δέοντα γινώσκεσθαι συνιείς. Ἤδει γὰρ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς, τί μὲν τὸ Εὐαγγέλιον περιέξει, τί δὲ οἱ ἄνθρωποι συνήδονται. Καὶ ἄνευ δὲ τούτων καὶ αὐτὸ τὸ Ἀλκοράνον φησὶν,! ὡς οὐδέν εἰσιν οἱ Σαῤῥακηνοὶ, εἰ μὴ πληρώσαιεν τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὸν νόμον Μωϋσέως, καὶ τὸ Ἀλκοράνον, ὡς εἴρηται ἀνωτέρω. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον πληρῶσαι ὀφείλουσιν. Ἔτι πῶς ἂν ἠδύνατο τὸ Εὐαγγέλιον τέλειον λέγεσθαι, μὴ ἀνάλογον ὂν τῇ τῶν ἀνθρώπων δυνάμει, μηδὲ κοινῶς B τηρεῖσθαι δυνάμενον; Ἔτι εἰ τέλειόν ἐστι τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ περιέχει τὰ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀναγκαῖα, τί δὲ θαυμαστὸν εἴ τινας καὶ ἄλλας συμβουλὰς ὑψηλὰς περιέχει, μεγάλης οὔσας τελειότητος, ταύτας μέντοι μὴ λέγειν ἀναγκαίας εἶναι πρὸς σωτηρίαν; Ἔτι ὅσον τις νόμος μᾶλλόν ἐστιν ἄνετος, τοσοῦτόν ἐστι καθ' ἑαυτὸν ἧττον ἔμμισθος. Εἰ τοίνυν τὸ Ἀλκοράνον κουφότερόν ἐστι τοῦ Εὐαγγελίου, οὐχ ὁμοίως ἄρα ἐστὶ πρὸς σωτηρίαν δραστήριον. Οὐ γὰρ ἂν ἔδωκεν ὁ Θεὸς νόμον ἀδρανέστερον μὲν πρὸς σωτηρίαν, ἐπιπονώτερον δέ. Λέγεται δὲ ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ, ὅτι δι' αὐτοῦ καὶ οἱ δαίμονες σωθῆναι δύνανται, ὡς ἀνωτέρω γέγονε δῆλον ἐν τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ, οἵτινες οὐ δύνανται C διὰ τοῦ Εὐαγγελίου σωθῆναι. Ἔστιν ἄρα τὸ Ἀλκοράνον σωτηριῶδες μᾶλλον ἢ τὸ Εὐαγγέλιον· ὥστε ἐπιπονώτερον καὶ δυσχερέστερον. Ἔτι εἰ τὸ Ἀλκοράνον ῥᾴων νόμος ἐστὶν, ἐπικινδυνώτερον καὶ μείζονος ἄξιον μέμψεως ἔσται τὸ μὴ φυλάττειν αὐτόν. Ἀλλ' οἱ Σαῤῥακηνοὶ τοῦτον οὐ τηροῦσιν· ἐπικινδυνώτερον ἄρα ἁμαρτάνουσιν. Ὅτι δὲ τοῦτο παραβαίνουσι, δῆλον. Πίνουσι γὰρ οἶνον, καὶ βοτάναις μεθύσκονται, ἐσθίουσί τέ τινα ἀκάθαρτα παρ' αὐτοῖς, οὐ τηροῦσί τε τὴν νηστείαν, οὔτε τὴν προσευχὴν, οὔτ' ἀναλίσκουσι κατὰ τὴν αὐτῶν εὐπορίαν· καὶ ἄλλα πολλὰ, ἃ βέλτιον οἶδεν ὁ ἐν τῇ πρὸς αὐτοὺς ἀναστροφῇ πεῖραν τούτων λαβών. Εἴτ' ἄρα ῥᾴδιον τοῦτο φαῖεν, εἴτε δυσχερὲς, τὸν κίνδυνον οὐκ ἐκφεύγουσιν. Ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας ὁ Μαχούμετ ἐπεχείρησε D μὲν ῥᾴδιον δοῦναι νόμον, οὐ συγκεχώρηται μέντοι παρὰ Θεοῦ οὕτω διαθεῖναι τὸν κάλαμον, ὥστε μὴ πολλὰ δυσχερῆ παραμῖξαι. Περιέχει μὲν γὰρ ὁ νόμος ἐκεῖνος δυσχέρειαν πολλὴν ἐν τῷ νοεῖσθαι. Λέγεται γὰρ ἐν αὐτῷ, ὡς ὑπὸ μόνου νοεῖται τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ ὅπως ἐστὶν ἄλογον, δῆλον γέγονεν ἀνωτέρω ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ. Ἔτι τε δυσχερής ἐστι περὶ τὸ πιστεύεσθαι. Φησὶ γὰρ τὴν Παρθένον Μαρίαν παρθένον γεννῆσαι τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὸν Θεὸν ἔχειν Λόγον καὶ Πνεῦμα ἅγιον· ἅτινα ἀναγκαῖά εἰσιν πρὸς τὴν ἡμετέραν πίστιν, πλὴν θαύμασι βεβαιωθέντα. Ἔτι τε δυσχερής ἐστιν ἀποπληρωθῆναι δι' ἔργων· οἷόν ἐστι τὸ περιτέμνεσθαι, καὶ τὸ μὴ πίνειν οἶνον, καὶ περὶ τοῦ φυλάττεσθαι διὰ τοῦ

test dici, quod postquam dedit Evangelium, advertit quod mundus non poterit ipsum servare, et correxit stylum, et temperavit præceptum, ut Deus facta nostra putet ab eventu. Sciebat enim Deus a principio, et quid Evangelium continet, et quid homines ferre possunt. Præterea et ipsum Alcoranum dicit, quod nihil sunt Saraceni, nisi adimpleant Evangelium, et legem Moysi, ut superius dictum est. Christiani autem solum Evangelium adimplere debent. Item quomodo posset Evangelium perfectum dici, si non posset secundum vires ab hominibus servari? Item, si perfectum est Evangelium, et ad salutem necessaria continet, quid obstat, si quædam alta consilia continet, quæ magnæ perfectionis exsistant? Hæc tamen non dicit necessaria esse ad salutem. Item, quantum quæque lex magis remissibilis est, tantum est per se minus mercede digna. Si igitur Alcoranum est remissibilius quam Evangelium, non ergo similiter est ad salutem efficax. Non enim dedit Deus legem minoris efficaciæ, et ad salutem laboriosiorem. Et constat in Alcorano, quod et per ipsum Alcoranum dæmones salvari possunt, ut superius manifestum fuit in septimo capitulo, qui non possunt salvari per Evangelium. Est igitur Alcoranum magis salutare quam Evangelium, ergo et laboriosius et difficilius. Item, si Alcoranum facilior lex est, periculosius et majore reprehensione dignum erit eam non observari. Sed Saraceni eam non servant; periculosius igitur peccant. Quod autem eam non servant, nec complent, manifestum est. Bibunt enim vinum, et inebriantur, comeduntque illicita apud eos; non servant jejunium, neque orationem, neque expendunt juxta eorum facultatem; et alia multa, quæ melius scit qui in conversatione inter eos experientiam horum capit. Sive facilem hanc dicunt, sive difficilem, periculum non evadunt. Sed in veritate, Mahometus conatus est quidem facilem legem dare, non tamen permissum est sic calamum temperare quin difficilia multa interseruerit. Continet enim lex illa difficultatem multam ad eam intelligendam. Dicitur enim in Alcorano, quod a solo Deo intelligitur. Hoc autem quomodo sit irrationabile, manifestum fuit in octavo capitulo. Item continet etiam difficultatem ad credendum. Dicit enim, virginem Mariam peperisse Jesum, et Deum habere Verbum et Spiritum sanctum, quæ necessaria sunt ad nostram fidem, et tamen miraculis confirmata. Item difficilis est propter opera adimpleri, sicut circumcidi, et non bibere vinum, et cavere ebrietatem per ciceram, et alia quæ sunt de jejunio et oratione, et de collatione cuilibet secundum facultatem sibi datam a Deo, et multa alia, quæ pauci Saracenorum servant. Sicut igitur fuit mundo necessarium, quod alleviarentur præcepta Evangelii, et daretur Alcoranum levius: ita posset dici ab aliquo, quod esset necessarium ut daretur alia lex levior, quæ posset ab hominibus observari, et tam Evangelium

quam Alcoranum delerentur. Vel si pauci salvarentur, esset culpa Dei qui talem legem dedit quam homines servare non possent. Quod si hoc est inconveniens, standum est in primo, scilicet quod Evangelium sit lex a Deo, sanctissima pariter et observabilis mundo, et quæ vires hominum non excedit.

σίκερα· καὶ δι' ἄλλων τὴν μέθην, καὶ περὶ νηστείας καὶ προσευχῆς, καὶ περὶ μεταδόσεως κατὰ τὴν παρὰ Θεοῦ δεδομένην εὐπορίαν ἑκάστῳ· καὶ πολλὰ ἄλλα, ἅπερ ὀλίγοι φυλάττουσι τῶν Σαῤῥακηνῶν. Ὥσπερ τοίνυν γέγονε τῷ κόσμῳ ἀναγκαῖον κουφοτέρας γενέσθαι τὰς τοῦ Εὐαγγελίου ἐντολὰς, καὶ ὡς κουφότερον τὸ Ἀλχοράνον δοθῆναι, οὕτω καὶ περαιτέρω πάντως ἦν ἀναγκαῖον ἄλλον ἐλαφρότερον νόμον δοθῆναι ῥᾷον δυνάμενον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τηρεῖσθαι. Ἢ ὀλίγων ὄντων τῶν σωζομένων, μέμψις ἂν ἠκολούθει τῷ Θεῷ, τοιοῦτον δεδωκότι νόμον, ὃν οὐκ ἂν ἠδύναντο φυλάττειν οἱ ἄνθρωποι. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἄτοπον, δεῖ ἄρα ἐπὶ τοῦ πρώτου ἵστασθαι· ὥστε δηλονότι τὸ Εὐαγγέλιον εἶναι νόμον παρὰ Θεοῦ ἁγιώτατόν τε ὁμοῦ, καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἀνθρώπων οὐχ ὑπεραίροντα.

CHRISTIANÆ FIDEI

CONFESSIO, FACTA SARACENIS,

INCERTO AUCTORE.

Sive Richardus Florentinus, quod stylus et aliæ quædam circumstantiæ subindicant, sive alius hanc fidei Christianæ exomologesin fecit : pia certe est, et spiritum apostolicum redolet. Exhibet autem formam profitendi catholicam et orthodoxam Christi religionem citra petulantiam et maledicta, rursumque sine omni fuco figuratæ potius abnegationis, quam confessionis. Quod si ardentibus votis a patre messis impetraremus aliquot ejusmodi operarios, qui peritia divinarum Scripturaram instructi, et amore divino inflammati adirent nationes alienas a Christo, ut ille vir eximius Ægyptum adiit, didicitque linguam Arabicam, et doctrinam istius sectæ propius inspexit, mox inde Christianam fidem exposuit, et eorum dogmata refellit, servata Christiana moderatione, videremus brevi fructus copiosos in horrea Domini Dei nostri colligi.

—

Nos tales, etc., Christianæ fidei professores, a longinquis partibus venientes, exsistentesque gratia Dei sanæ mentis, hodie in nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus sancti, unius summi et omnipotentis Dei, creatoris et gubernatoris universorum, pura et sincera intentione, et nulla humana passione moti, coram tua et tuorum terrena et transitoria potestate nos humiliter præsentamus, ad duo firmiter et constanter faciendum. Primo quidem ad profitendum nomen Domini nostri Jesu Christi, ejusque sinceræ et immaculatæ fidei, atque sancti Evangelii veritatem : secundo ad annuntiandum vobis viam, extra quam salvi esse non potestis. Ad primum cogit nos divinus honor atque amor. Etenim in lege divina scriptum est : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua [39]. » Quæ quidem dilectio ad divinum pertinet honorem et amorem, qui quidem honor et amor in libera tandem, spontanea et voluntaria coram hominibus confessione ostenditur et declaratur. Unde et Dominus Jesus in Evangelio suo ait : « Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis, et qui erubuerit me, et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet in majestate sua et Patris, et

Ἡμεῖς οἱ δεῖνες, καὶ τὰ λοιπὰ, τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ὁμολογηταὶ, ἀπὸ μακρῶν τόπων ἐρχόμενοι, καὶ ὑπάρχοντες τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ὑγιοῦς διανοίας, σήμερον ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ἁγιωτάτης Τριάδος, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς ἄκρου καὶ παντοκράτορος Θεοῦ, τοῦ δημιουργοῦ καὶ κυβερνήτου τῶν ὅλων, καθαρῷ καὶ εἰλικρινεῖ σκοπῷ καὶ μηδενὶ ἀνθρωπίνῳ πάθει κινούμενοι, ἔμπροσθεν τῆς σῆς καὶ τῶν σῶν γηΐνου καὶ παρερχομένης ἐξουσίας, ταπεινῶς παριστάμεθα, ὥστε δύο τινὰ ποιῆσαι βεβαίως καὶ εὐσταθῶς· πρῶτον μὲν, ὥστε ὁμολογῆσαι τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμωμήτου πίστεως αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου τὴν ἀλήθειαν· δεύτερον, ὥστε ἀναγγεῖλαι ὑμῖν τὴν ὁδὸν, ἧς ἔξω σωθῆναι οὐ δύνασθε. Πρὸς τὸ πρῶτον ἀναγκάζει ἡμᾶς ἡ τοῦ Θεοῦ τιμὴ καὶ ἀγάπη. Καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ γέγραπται, « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου, » ἥτις δὴ ἀγάπη ἀνάγεται πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ. τιμὴν καὶ τὸν πόθον. Αὕτη δὲ ἡ τιμὴ καὶ ὁ πόθος δείκνυται καὶ φανεροῦται ἐν τῇ ἐλευθέρᾳ καὶ ἑκουσίῳ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὁμολογίᾳ. Ὅθεν καὶ ὁ Δεσπότης Ἰησοῦς ἐν τῷ ἰδίῳ Εὐαγγελίῳ λέγει, « Πᾶς ὅστις με ὁμο-

[39] Deut. vi, 5; Matth. xxii, 37.

λογήσει ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω καὶ ἐγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· καὶ ὃς ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. » Πρὸς τὸ δεύτερον διεγείρει ἡμᾶς ὁ ζῆλος καὶ ἡ ἀγάπη ἡ ἀδελφική. Ὅθεν καὶ τῇ ἀνωτέρω εἰρημένῃ ἐντολῇ περὶ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ ἀμέσως συνάπτεται ἡ ἐντολὴ περὶ τῆς ἀγάπης τοῦ πλησίον. Ὅταν γὰρ λέγεται, « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, » καὶ τὰ λοιπά, εὐθὺς ἐπάγεται, « καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· » τουτέστι πρὸς τὸ αὐτὸ τέλος, πρὸς τὴν αὐτὴν σωτηρίαν καὶ εὐδαιμονίαν, πρὸς ἣν σεαυτὸν ἀγαπᾷς καὶ ἀπευθύνεις, ἀγαπήσεις καὶ τὸν πλησίον σου, καὶ τὴν αὐτὴν αὐτῷ φροντιεῖς σωτηρίαν.

sanctorum angelorum [69]. » Ad secundum incitat nos zelus et amor fraternus. Unde et superiori mandato de dilectione Dei immediate adjungitur præceptum de dilectione proximi. Cum enim dicitur : « Diliges Dominum Deum tuum, » etc., subjungitur et statim : « et proximum tuum sicut te ipsum, » id est, ad eumdem finem, ad eamdem salutem et felicitatem, ad quam teipsum diligis et dirigis, diligas et proximum tuum, et eamdem ei procures salutem.

Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ποθεινότατοι, ἡμᾶς εἶναι αὐτούς, ἀπὸ πολλῶν ἤδη ἐνιαυτῶν τῇ θεραπείᾳ τοῦ Θεοῦ ἀφιερωμένους, εἰ καὶ ἀναξίους καὶ ἁμαρτωλούς, καὶ πεφυτευμένους ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, πρὸς τὸ μελετᾷν ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἡμέρας καὶ νυκτός, καὶ ἐν τῇ ἀκριβεῖ μελέτῃ αὐτοῦ καὶ ἐξετάσει ἀληθέστατα ἐδιδάχθημεν, ὅτι ἡ πίστις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν, ἥστινος ἡμεῖς ἐσμεν ὁμολογηταί, ἐστιν ἀληθεστάτη, οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῇ περιέχουσα ἀπάτην ἢ ψεῦδος. Καὶ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἐστι νόμος Θεοῦ ἄμωμος, ἐπιστρέφων τὰς ψυχάς· μαρτυρία τοῦ Κυρίου πιστή, σοφίαν παρέχων νηπίοις. Δικαιοσύναι Κυρίου εὐθεῖαι, εὐφραίνουσαι καρδίας· ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγής, φωτίζουσα ὀφθαλμούς, ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διὰ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, διὰ τῆς σοφίας αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ, δι' οὗ πᾶσαν ἐκ τοῦ μηδενὸς παρήγαγε κτίσιν, νομοθετηθεὶς ὑπὸ τῶν πατριαρχῶν, πολυτύπως προορισθείς, ὑπὸ τῶν προφητῶν προῤῥηθείς, καὶ διαφόροις αἰνίγμασι καὶ τύποις προτυπωθεὶς πρὸ πολλῶν χρόνων, ἐν ἑκατέρῳ τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, τῷ τε καλουμένῳ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῷ τῶν ἐθνῶν· καὶ ὕστερον δι' αὐτῆς τῆς θείας σοφίας ἐνανθρωπισάσης τῷ κόσμῳ παραδοθείς τε καὶ φανερωθείς, θαυμασίοις σημείοις καὶ δυνάμεσι βεβαιωθείς, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων κηρυχθείς, καὶ τῷ αἵματι καθαγιασθεὶς αὐτοῦ τε τοῦ νομοδότου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἀναριθμήτων ἐφεξῆς μαρτύρων, τῶν τε ἁγίων τοῦ Χριστοῦ ὁμολογητῶν καὶ διδασκάλων ῥήμασι καὶ παραδείγμασι πολλαχῶς καὶ θαυμασίως φανερωθείς, καὶ τῶν ἁγίων χηρῶν καὶ παρθένων θείᾳ μᾶλλον ἢ ἀνθρωπίνῃ ἐγκρατείᾳ καὶ καθαρότητι παρθενικῇ στεφανωθείς, καὶ τῇ τῶν μετανοούντων αὐτῶν θαυμασίᾳ καθάρσει ὑπὲρ χιόνα λευκανθείς. Ἐν ὁποίῳ νόμῳ πάντα τὰ τὸν ἀνθρώπινον ὑπερβαίνοντα νοῦν κηρύττονται, αἱ τῆς σαρκὸς ἡδοναὶ κωλύονται, τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα διδάσκονται καταφρονεῖσθαι, τὰ δὲ ἀόρατα καὶ ἄϋλα, καὶ πνευματικὰ καὶ αἰώνια, οὐχ ὁποῖα ἡ σὰρξ καὶ τὸ αἷμα συμβουλεύουσιν, ἐπαγγέλλονται· καὶ ἵνα μετὰ τοῦ Ἀλκοράνου συμπεράνωμεν, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ διόρθωσις, καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ φανερωθεῖσα ἀλήθεια.

Notum itaque sit vobis, dilectissimi, nos esse homines jam a pluribus annis divino cultui dedicatos, licet indignos et peccatores, plantatosque in domo Domini ad meditandum in lege ipsius die ac nocte. In cujus diligenti meditatione et perscrutatione verissime didicimus, quod fides Ecclesiæ catholicæ Christianorum, cujus nos sumus professores, est verissima, nullam in se continens falsitatem aut mendacium. Et Evangelium Christi est lex Domini immaculata, convertens animas; testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : præceptum Domini lucidum, illuminans oculos, utpote ab ipso Deo Patre per Verbum suum, per sapientiam suam, per ipsum unigenitum suum Filium, per quem universam ex nihilo produxit creaturam, dictata a patriarchis multis præsignata, a prophetis prædicta variis ænigmatibus et figuris, multis antea sæculis apud utrumque populum Dei, scilicet qui Judæorum dicebatur, et gentilem, præfigurata. Et tandem per ipsam divinam sapientiam humana tam mundo tradita, et manifestata, mirabilibus signis et portentis confirmata, ab apostolis prædicata : ipsius legislatoris Jesu Christi, ipsorumque suorum apostolorum, et innumerabilium subsequentium martyrum sanguine consecrata : sanctorum Christi confessorum et doctorum verbis et exemplis multipliciter et mirabiliter declarata : sanctarum viduarum et virginum divina potius quam humana continentia et puritate virginali decorata : ipsorum pœnitentia mirabibili purgatione super nivem dealbata. In qua omnem humanum intellectum excedentia prædicantur, voluptates carnis cohibentur, omnia quæ in mundo sunt, contemni docentur, et invisibilia, immaterialia, spiritualia, et æterna, non qualia caro et sanguis persuadent, promittuntur, et ut cum Alcorano concludamus, in qua est directio, et lux et veritas manifesta.

Ὅσον οὖν πρὸς τὸ πρῶτον ὅλῃ τῆς διανοίας ἡμῶν τῇ σχέσει, ὅλῃ τῆς καρδίας τῆς ἡμετέρας

Quantum igitur ad primum, tota mentis nostræ devotione, toto cordis nostri desiderio et fervore

[69] Matth. x, 32.

prædicamus et confitemur nomen Domini nostri Jesu Christi, quod est super omne nomen; ita ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria Dei Patris. Ipsam etiam quæ de ipso est fidem unusquisque nostrum sic cum Ecclesia catholica summa cum devotione profitetur: « Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli et terræ; et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum; qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine; passus sub Pontio Pilato; crucifixus, mortuus, et sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem ad vitam æternam, amen. » Credimus etiam, quidquid cum his credit sancta mater Ecclesia: sive ad ministerium fidei, sive ad divina præcepta, sive ad sacramenta quibus regeneramur ad vitam, sive ad evangelicam quocunque modo pertineat legem.

Quantum ad secundum annuntiamus, prædicamus, et firmiter profitemur, quod Dominus noster Jesus Christus vere Filius Dei, verus Deus et verus homo est via per quam itur ad salutem veram, et in cœlum ascenditur, ipso in Evangelio dicente: « Ego sum via, veritas, et vita [41]. » Via videlicet, qua dirigimur ne erremus; veritas, qua illuminamur, ne decipiamur; vita qua vivificamur, ne deficiamus a termino. Unde quicunque non est in hac via, errat; quicunque hanc non aspicit veritatem, in tenebris est; qui hac non vivificatur vita, mortuus est. Unde et magnus quidam evangelicæ legis eximius prædicator clamat, loquens de nomine Jesu: « Non est aliud nomen datum sub cœlo, in quo oportet nos salvos fieri [42]. » Hæc est igitur via, a qua si quis declinat ad dexteram vel ad sinistram, errat, nec pertinget ad terminum salutis et felicitatis æternæ. Hæc est via, quam lex nostra evangelica ostendit et demonstrat. Et ut aliquid summarie et salubriter proferamus: Hæc lex nostra evangelica ostendit prædictam viam in tribus. Primo, qualiter hanc viam videamus et cognoscamus, et hoc per fidem. Secundo, qualiter in illa via ponamur et statuamur, et hoc per sacramenta. Tertio, qualiter jam in ipsa positi dirigamur, ne ipsam deseramus, et terminum salutis et felicitatis attingamus, et hoc per præcepta et virtutes. Quicunque igitur vult salvus esse, ante omnia opus est ei ut teneat catholicam fidem, scilicet Ecclesiæ catholicæ Christianorum, prout ipsi Ecclesiæ per Evangelium traditur ad hoc ut illuminetur, et videat, atque

[41] Joan. xiv, 6. [42] Act. iv, 12.

A τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῇ ζέσει κηρύσσομεν καὶ ὁμολογοῦμεν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, οὕτως ὥστε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κλίνεσθαι ἐπουρανίων, ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσαν γλῶσσαν ἐξομολογεῖσθαι, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς ἐστιν εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Καὶ αὐτὴν τὴν περὶ αὐτοῦ πίστιν ἕκαστος ἡμῶν οὕτω μετὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας σὺν ἄκρᾳ εὐλαβείᾳ ὁμολογεῖ· « Πιστεύω εἰς Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς· καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τὸν μονογενῆ, τὸν Κύριον ἡμῶν, συλληφθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, παθόντα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, ἀποθανόντα, ταφέντα, κατελθόντα εἰς τὸν ᾅδην, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ B ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν, ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καθήμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, μετὰ ταῦτα ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύω εἰς Πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν Ἐκκλησίαν καθολικὴν, ἁγίων κοινωνίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰωνίαν. Ἀμήν. » Ἔτι πιστεύομεν, εἴ τι σὺν τούτοις πιστεύει ἡ αὐτὴ ἁγία μήτηρ Ἐκκλησία, εἴτε εἰς μυστήριον τοῦ Θεοῦ, εἴτε εἰς θείας ἐντολὰς, εἴτε πρὸς τὰ μυστήρια δι' ὧν ἀναγεννώμεθα πρὸς τὴν ζωὴν, εἴτε πρὸς τὸν εὐαγγελικὸν νόμον τρόπῳ τινὶ ἀναφέρεται.

Ὅσον πρὸς δεύτερον, ἀναγγέλλομεν, κηρύττομεν, καὶ βεβαίως ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἀληθῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀληθὴς C Θεὸς καὶ ἀληθὴς ἄνθρωπος, ἐστὶν ὁδὸς, δι' ἧς ἐρχόμεθα πρὸς τὴν ἀληθινὴν σωτηρίαν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀναβαίνομεν, αὐτοῦ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγοντος, « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. » Ὁδὸς δηλονότι, δι' ἧς ἀπευθυνόμεθα, μὴ πλανηθῶμεν· ἀλήθεια, δι' ἧς φωτιζόμεθα, μὴ ἀπατηθῶμεν· ζωὴ, δι' ἧς ζωοποιούμεθα, μὴ ἐκλίπωμεν ἀπὸ τοῦ ὅρου. Ὅθεν ὅστις ἂν μὴ ὑπάρχῃ ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ, πλανᾶται· ὅστις ταύτην μὴ ἀτενίζει τὴν ἀλήθειαν, ἐν τῷ σκότει ἐστίν· ὅστις μὴ ζωοποιεῖται ταύτῃ τῇ ζωῇ, νεκρός ἐστιν. Ὅθεν καὶ μέγας τις τοῦ εὐαγγελικοῦ νόμου διάπυρος κήρυξ βοᾷ διαλεγόμενος περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, « Οὐκ ἔστιν ἄλλο ὄνομα δοθὲν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, ἐν ᾧ δεῖ ἡμᾶς σώζεσθαι. » Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἀφ' ἧς ἐάν τις D ἐκκλίνῃ πρὸς δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ, πλανᾶται, οὐδὲ φθάνει εἰς τὸν ὅρον τῆς σωτηρίας καὶ τῆς αἰωνίου εὐδαιμονίας. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἣν ὁ ἡμέτερος νόμος ὁ εὐαγγελικὸς δείκνυσι καὶ ὑφηγεῖται. Καὶ ἵνα εἴπω μέν τι συλληπτικῶς καὶ σωτηρίως, οὗτος ὁ νόμος ἡμῶν ὁ εὐαγγελικὸς δείκνυσι τὴν προειρημένην ὁδὸν ἐν τρισί· πρῶτον, πῶς ἂν ταύτην τὴν ὁδὸν βλέπωμεν καὶ γινώσκωμεν, καὶ τοῦτο διὰ τῆς πίστεως· δεύτερον, πῶς ἂν ἐν αὐτῇ τῇ ὁδῷ εἰσερχώμεθα καὶ ἱστώμεθα, καὶ τοῦτο διὰ τῶν μυστηρίων· τρίτον, πῶς μετὰ τὸ τεθῆναι ἐν αὐτῇ, κατευθυνθησόμεθα, ἵνα μὴ αὐτὴν καταλίπωμεν, καὶ φθάσωμεν τὸν ὅρον τῆς σωτηρίας καὶ τῆς εὐ-

δαιμονίας· καὶ τοῦτο διὰ τῶν ἐντολῶν καὶ τῶν ἀρετῶν. Ὅστις οὖν θέλει σωθῆναι, πρὸ πάντων χρεία ἐστὶν αὐτῷ κρατεῖν τὴν καθολικὴν πίστιν, δηλονότι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν, ὡς αὐτῇ τῇ Ἐκκλησίᾳ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου παραδίδωσιν, ἵνα φωτίζηται, καὶ βλέπῃ, καὶ γινώσκῃ ταύτην τὴν ὁδὸν, ἧς ἔξω οὐ δύναται σώζεσθαι. Μετὰ ταῦτα, ἵνα τὰ μυστήρια τῆς Ἐκκλησίας εὐλαβῶς ἀναδέξηται, ὡς ἂν τεθῇ ἐν τῇ ὁδῷ, δι' ἧς ἀνάγκη ἐστὶν ὁδεύειν πρὸς τὴν σωτηρίαν. Ὕστερον, ὡς ἂν δυνηθῇ πρὸς τὸν ὅρον τῆς σωτηρίας καὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀσφαλῶς φθάσαι, χρεία ἐστὶν ἵνα φυλάττῃ τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολὰς καὶ θείας, καὶ κατὰ τὰς ἀρετὰς τὰς θεολογικὰς ὁμοῦ καὶ τὰς ἠθικὰς τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν τάττῃ καὶ ἐνεργῇ.

A cognoscat hanc viam extra quam non est salus. Deinde ut sacramenta Ecclesiæ reverenter suscipiat, ut ponatur in via per quam necesse est ad salutem ambulare. Tandem ut possit terminum salutis et felicitatis secure attingere, opus est ut observet evangelica præcepta et divina, et secundum virtutes theologicas pariter et morales suam vitam ordinet, et operetur.

Χρὴ τοίνυν, ὦ ποθεινότατοι, διὰ τὴν σωτηρίαν ὑμῶν, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῆς προειρημένης ὁδοῦ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἄλλως καὶ πλέον φρονεῖν καὶ νοεῖν παρὸ ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ ὑμῶν ἔχετε· ἐν ᾧτινι, εἰ καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πολλὰ ἀληθῆ καὶ φανερὰ, ἃ καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν, ἔχετε, ὅμως διότι οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς αὐτὴ ἡ ἀλήθεια ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐφανέρωσεν, οὐδὲ ἱκανῶς· διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ νόμος τοῦ Ἀλκοράνου οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν. Παραδίδωσι γὰρ αὐτὸ τὸ Ἀλκοράνον περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐστὶν εἷς, ἀσώματος, ἄϋλος, ἀόρατος, ἀκατάληπτος, οὗτινος οὔτε μέτοχος, οὔτε κοινωνός ἐστιν· ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ζωὴ καὶ θάνατος· αὐτὸς ὑπὲρ πάντα δυνατὸς, ὑπὲρ πάντα εὐλογημένος· αὐτὸς δημιουργὸς, κυβερνήτης καὶ δικαιωτὴς τῶν ψυχῶν, καὶ πολλὰ ἄλλα, ἅτινα καὶ ἡμεῖς ἀληθῶς πιστεύομεν καὶ κηρύττομεν. Ἀλλ' ἐν τούτῳ, ὅτι ἀρνεῖται τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, οὐ σαρκικῶς ἐκ γυναικὸς, ἐπεὶ πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοερῶς ἐξ ἀϊδίου συναΐδιον ἑαυτῷ γεννῆσαι Υἱὸν, καὶ προαγαγεῖν Πνεῦμα ἅγιον, ἐλεεινῶς πεπλάνηται, ἐκλείπει τε ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου· ὅπερ βεβαίως διδάσκει ἕνα εἶναι τὸν Θεὸν ἐν τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ φύσει, καὶ Τριάδα ἐν τοῖς προσώποις, ἤγουν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον· οὐδὲ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μέτοχον ἢ κοινωνὸν τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ ἑκάτερος αὐτῶν οὐ μετοχῇ τινι ἢ κοινωνίᾳ, ἀλλὰ οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς ἐστι Θεὸς, τὴν αὐτὴν μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀδιαίρετον καὶ ἀμέριστον ἔχοντες τῆς θεότητος φύσιν. Ὅπερ ἀκατάληπτον τῆς θεότητος ὕψος οὐδεὶς γνώσεται, ἐὰν μὴ πρῶτον διὰ ταπεινώσεως τῷ Εὐαγγελίῳ πιστεύσῃ. Ὅθεν καί τις τῶν ἀρχαίων προφητῶν λέγει, « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐ μὴ συνῆτε. » Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν αὐτὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διαλεγόμενος πρὸς τὸν Πατέρα φησὶν, « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. » Καὶ πολλὰ ἄλλα ἀληθῆ λαμπρὰ καὶ μεγαλοπρεπῆ παραδίδωσι περὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ Ἀλκοράνον· οἷον, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν Υἱὸς τῆς Μαρίας τῆς Παρθένου, τῆς ἀρίστης πασῶν τῶν γυναικῶν· ὅτι ἐστὶν ἄγγελος Θεοῦ, καὶ πνεῦμα αὐτοῦ, ῥῆμα οὐ-

B Oportet ergo, dilectissimi, pro vestra salute tam de Deo quam de supradicta via, quæ Christus est, et plus sentire, quam in vestro Alcorano habeatis, in quo licet tam de Deo quam de ipso Domino nostro Jesu Christo multa vera et præclara, quæ et nos confitemur, habeatis; tamen quia non eadem, ut ipsa veritas in Evangelio manifestavit, nec sufficienter, ideo ipsa lex Alcorani non sufficit ad salutem. Tradit enim ipse Alcoranus de Deo, quod unus sit, et incorporeus, immaterialis, invisibilis, incomprehensibilis : cui nec particeps nec socius est, in ejus manu vita et mors : ipse super omnia potens, super omnia benedictus : ipse creator, gubernator, et justificator animarum, et multa alia quæ certe et nos credimus, et prædicamus. C Sed in hoc, quod negat Deum Patrem, non carnaliter ex femina, cum spiritus sit, sed ex substantia sua intellectualiter ab æterno coæternum sibi genuisse Filium, et produxisse Spiritum sanctum, miserabiliter errat, et deficit a veritate Evangelii : quod firmiter docet, unum esse Deum in substantia et natura, et trinum in personis, scilicet Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Nec Filium aut Spiritum sanctum esse participem aut socium Deo, cum utrumque non participatione aut societate, sed substantialiter et naturaliter sit Deus, eamdem cum Deo Patre indivisam et impartitam habentes deitatis naturam. Quam incomprehensibilem deitatis altitudinem nemo cognoscet, nisi primo per humilitatem Evangelio crediderit. D Unde et quidam antiquorum prophetarum ait : « Nisi credideritis, non intelligitis. » Et Dominus noster ipse in Evangelio loquens ad Patrem ait : « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, qui abscondisti hæc sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis [63]. » Multa insuper vera, præclara et magnifica tradit de ipso Domino nostro Jesu Christo Alcoranus; utpote, quod Dominus noster Jesus Christus est filius Mariæ Virginis, omnium mulierum optimæ : quod sit Dei nuntius, suusque spiritus, Verbum cœlitus missum Mariæ : vir optimus, sapiens, propheta, qui cæcum natum atque leprosum curavit, mortuos suscitavit, quod cum virtute divina venerit, quod librum legiferum attulerit, omnisque magisterii peritiam, quod te-

[63] Matth. xi, 25.

stamentum ac Evangelium mandatumque filiis Israel edocuerit, Vetus Testamentum confirmaverit, et quædam prius prohibita licitis adnumeraverit. Hæc utique et plura alia præclare dicta in Alcorano de Domino nostro Jesu Christo et nos credimus, et cum omni veneratione suscipimus. Sed quia non eadem intentione qua in Evangelio dicuntur, et plurima, et majora prædictis omittuntur, et negantur de ipso, ideo liber Alcorani non solum non sufficit ad salutem, sed omnino est contra salutem. Prædicta igitur de Christo in Alcorano posita, necesse est et aliter intelligere, et ultra ea alia majora et altiora de Christo credere. Oportet enim credere, quod Christus non solum est Mariæ Virginis, sed etiam Dei unigenitus Filius, consubstantialis et coæqualis per omnia Deo Patri ab æterno, et sine tempore ac initio, ut Dei Verbum, ut sapientia, ut virtus, genitus, per quem omnia facta. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, et homo factus sit. Quod etiam crucifixus, mortuus, et sepultus vere et in propria persona fuerit. Quod a mortuis tertia die resurrexerit, ascenderitque in cœlum propria virtute, ut Deus, unde venerat : non ut creatura tractus, ut Alcoranus vester fingit, sedeatque nunc ad dexteram Patris. Quod tandem in fine sæculi venturus sit cum gloria, judicare vivos et mortuos : cujus regni non erit finis. Oportet igitur credere quod Christus sit verus Deus et verus homo, Salvator et Redemptor mundi, sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, agnusque immaculatus, qui tollit peccata mundi : habens claves regni cœlorum, et omnem in cœlo et in terra potestatem. Cujus potestas æterna est, et regnum ejus incorruptibile. Quod regnet in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Quod Christus sit ille, in quo benedicendæ erunt omnes gentes, de quo promissio facta est Abrahæ in Isaac filio liberæ, et non in Ismaele filio ancillæ, teste Scriptura : « Ejice ancillam et filium ejus, quia in Isaac erit tibi semen. » Quod ipse sit ille Messias, et propheta magnus, de quo Moyses et prophetæ scripserunt in lege. Quem Abraam summo desiderio exspectavit, ut videret, et tandem vidit, et gravisus est. Qui a prophetis nominatur Angelus testamenti, Emmanuel, Salutare, Consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Hæc et multa alia tradit Evangelium de via salutis, quæ Christus est, ut eam videamus, et cognoscamus per fidem.

A ρανόθεν πεμφθὲν τῇ Μαρίᾳ· ἀνὴρ ἄριστος, σοφὸς, προφήτης· ὅστις τυφλὸν ἐκ γενετῆς καὶ λεπρὸν ἐθεράπευσεν, νεκροὺς ἀνήγειρεν· ὅτι μετὰ δυνάμεως θείας ἦλθεν, ὅτι τὸ βιβλίον τὸ νομοφόρον προσήνεγκεν, καὶ πάσης διδασκαλίας ἐπιστήμην· ὅτι Διαθήκην καὶ Εὐαγγέλιον καὶ ἐντολὴν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐδίδαξε, τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἐβεβαίωσεν, καί τινα τὸ πρότερον κεκωλυμένα τοῖς ἐνδεδομένοις συνηρίθμησεν. Ταῦτα δὴ καὶ πλείονα ἄλλα λαμπρῶς εἰρημένα ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, καὶ μετὰ πάσης αἰδοῦς ὑποδεχόμεθα. Ἀλλὰ διότι οὐ τῷ αὐτῷ σκοπῷ, ᾧ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγονται, καὶ τὰ πλείω καὶ μείζω τῶν προειρημένων ἀφίενται, καὶ ἀπαρνοῦνται περὶ αὐτοῦ, διὰ τοῦτο τὸ βιβλίον τοῦ B Ἀλκοράνου οὐ μόνον οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ παντάπασίν ἐστι κατὰ τῆς σωτηρίας. Τὰ προειρημένα τοίνυν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ κείμενα, ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ἄλλως νοεῖν, καὶ ἐπέκεινα τούτων ἄλλα μείζονα καὶ ὑψηλότερα περὶ Χριστοῦ πιστεύειν. Δεῖ γὰρ πιστεύειν, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐ μόνον ἐστὶ τῆς Παρθένου Μαρίας, ἀλλ' ἔτι καὶ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς, ὁμοούσιος καὶ ὁμότιμος καὶ ἴσος κατὰ πάντα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἐξ ἀϊδίου, καὶ ἄνευ χρόνου καὶ ἀρχῆς, ὡς Θεοῦ Λόγος, ὡς σοφία, ὡς δύναμις, γεννηθείς· δι' οὗ πάντα ἐγένετο· ὅστις ὕστερον δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατέβη ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐσαρκώθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρ- C θένου, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν· καὶ ὅτι ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἀληθῶς· καὶ ταῦτα ἐν τῷ ἰδίῳ προσώπῳ ἦν· ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει ὡς Θεὸς, ὅθεν κατῆλθεν· οὐχ ὡς κτίσμα ἑλκυσθεὶς, ὡς καταπλάττει τὸ Ἀλκοράνον ὑμῶν· καὶ κάθηται νῦν ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ Πατρός· καὶ ὅτι ὕστερον ἐν τῷ τέλει τῶν αἰώνων ἐλεύσεται μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Δεῖ τοίνυν πιστεύειν, ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν ἀληθὴς Θεὸς, καὶ ἀληθὴς ἄνθρωπος, Σωτὴρ καὶ Λυτρωτὴς τοῦ κόσμου, ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· καὶ ἀμνὸς ἄμωμος, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν του κόσμου, ἔχων τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ πᾶσαν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῇ ἐξουσίαν· D οὗτινος ἡ ἐξουσία ἀΐδιός ἐστιν, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἄφθαρτος· ὅτι βασιλεύσει ἐν τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν ἐκεῖνος, ἐν ᾧ εὐλογηθήσονται πᾶσαι αἱ γενεαὶ, καὶ περὶ οὗ ἡ ἐπαγγελία γέγονε τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῷ Ἰσαὰκ τῷ υἱῷ τῆς ἐλευθέρας, καὶ οὐκ ἐν τῷ Ἰσμαὴλ τῷ υἱῷ τῆς παιδίσκης, μαρτυρούσης τῆς Γραφῆς ..... τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Διότι ἐν τῷ Ἰσαὰκ ἔσται σοι σπέρμα· » ὅτι αὐτός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ Μεσίας, καὶ ὁ μέγας προφήτης, περὶ οὗ ὁ Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται ἔγραψαν ἐν τῷ νόμῳ, ὃν ὁ Ἀβραὰμ ἄκρᾳ ἐπιθυμίᾳ προσεδόκησεν ἰδεῖν, καὶ ὕστερον εἶδε, καὶ ἐχάρη· ὅστις ὑπὸ τῶν προφητῶν ὀνομάζεται ἄγγελος διαθήκης, Ἐμμανουὴλ, σωτὴρ, σύμβουλος, Θεὸς, ἰσχυρὸς, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἄρχων εἰρήνης. Ταῦτα καὶ πολλὰ ἄλλα παραδίδωσι τὸ Εὐαγγέλιον περὶ τῆς ὁδοῦ τῆς σωτηρίας, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἵνα αὐτὴν ὁρῶμεν καὶ γινώσκωμεν διὰ πίστεως.

Verum quia modicum proficit cognoscere et videre viam salutis, nisi in ea homo sit, et ponatur

Πλὴν, διότι ὀλίγον ὠφελεῖ γινώσκειν τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, καὶ βλέπειν, ἂν μὴ ὁ ἄνθρωπος ᾖ καὶ

τεθῇ ἐν αὐτῇ, διὰ τοῦτο ἐπέκεινα τῆς πίστεως A ἀναγκαῖά εἰσι τὰ εὐαγγελικὰ μυστήρια. Ἐν οἷς πρῶτον καὶ θύρα τῶν ἄλλων ἐστὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα· περὶ οὗ φησιν ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Ἰωάννου πρὸς Νικόδημον· « Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἂν μή τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος ἁγίου, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ἀνιὼν εἰς τὸν οὐρανὸν, παραδιδοὺς τούτου τοῦ μυστηρίου τὸν τύπον, εἶπε τοῖς μαθηταῖς, « Πορευθέντες οὖν διδάσκετε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. » Καὶ πάλιν, « Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον πάντα, κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει· ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται. » B Ἔστι τοίνυν τοῦτο τὸ μυστήριον, ᾧ ἀναγεννώμεθα πρὸς τὴν ζωὴν, ἀναγκαῖον πρὸς σωτηρίαν· διότι ἐὰν μή τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος ἁγίου, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ Ἀλκοράνον κωλύει παντελῶς ταύτην τοῦ βαπτίσματος τὴν ἀναγέννησιν, οὐκ ἀνοίγει, ἀλλὰ μᾶλλον κλείει τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ. Ἀνάγκη τοίνυν ἐστὶν τὸν θέλοντα σωθῆναι καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἐπέκεινα τῆς ὀρθῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἐν τῷ ὀνόματι τῆς παναγίας Τριάδος, δηλονότι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, βαπτισθῆναι, ἐφεξῆς τραφῆναι τῇ οὐρανίῳ τροφῇ, δηλονότι τῷ σώματι καὶ τῷ αἵματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, αὐτοῦ λέγοντος ἐν τῷ Εὐαγ- C γελίῳ, « Ὁ μὴ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ μὴ πίνων μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον· » καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως κατ' ἀκολουθίαν ἀπολαῦσαι τῆς Ἐκκλησίας μυστηρίων.

in ea, ideo ultra fidem, necessaria sunt evangelica sacramenta. Inter quæ primum, et janua aliorum est sanctum baptisma; de quo ait Dominus in Evangelio Joannis ad Nicodemum: « Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei [44]. » Et post resurrectionem suam ascendens in cœlum, tradens hujus sacramenti formam, inquit discipulis: « Euntes igitur, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis [45]. » Et iterum: « Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit [46]. » Est igitur hoc sacramentum, quo regeneramur ad vitam, necessarium ad salutem; quia nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Cum igitur Alcoranus prohibeat omnino hanc baptizati regenerationem, non aperit, sed potius claudit regnum Dei his qui eum sequuntur. Necesse est ergo, ut qui vult salvus esse, et introire in regnum Dei, ultra fidem rectam et orthodoxam, in nomine sanctissimæ Trinitatis, scilicet Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizetur; deinde cibetur cibo cœlesti, scilicet corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi, ipso dicente in Evangelio: « Qui non manducat meam carnem, et non bibit meum sanguinem, non habet vitam æternam [47]; » aliisque juxta exigentiam imbuatur ecclesiasticis sacramentis.

Ἐπιπλέον δὲ, ἐπειδὴ μάτην ἐστὶν ὅσον πρὸς τὸ σωθῆναι τὸ εἶναι καὶ γενέσθαι Χριστιανὸν ὀνόματι, καὶ μὴ ἔργοις ἵστασθαί τε ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ μὴ κατευθύνειν τὰ ἴδια διαβήματα εἰς τὸ πέρας, διὰ τοῦτο ὡς τελειότατος νόμος τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον οὐ μόνον δείκνυσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν διὰ τῆς πίστεως, καὶ τίθησιν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ διὰ τῶν μυστηρίων, ἀλλ' ἔτι καὶ ὀρθῶς καὶ ῥᾳδίως ἀπευθύνει ἡμᾶς εἰς τὸ πέρας, ὀρθῶς μὲν διὰ τῶν ἐντολῶν καὶ τῶν ἀρετῶν, ῥᾳδίως δὲ διὰ τῶν συμβουλῶν· οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐστὶν ἢ γέγονέ ποτε, ὅστις οὕτω προῤῥίζους ἐκριζοῖ τὰς κακίας, οὕτω βαθέως ἐγκεντρίζει τὰς ἀρετὰς, οὕτω γενναίως τὰς θείας ἐπεξεργάζεται ἐντολὰς, οὕτως ἡδέως πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν τῆς τελειότητος εἰσφέρει τὰς συμβουλὰς, ὥσπερ αὐτὸς ὁ εὐαγγελικὸς νό- D μος, ὁ πᾶσαν τελειότητος ὁδὸν περιέχων καὶ ὑποδεικνύς. Τίς γάρ ποτε νόμος γέγονεν, ὅστις οὕτως εὐσεβῶς, οὕτως εὐλαβῶς, οὕτω μεγαλοπρεπῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν Θεὸν θεραπεύειν ἐδίδαξεν, τὸ ὄνομα αὐτοῦ τιμᾶν, τὰ Σάββατα καὶ τὰς ἑορτὰς ἁγιάζειν, τοὺς γονέας ἀγαπᾶν, τοὺς πλησίον φιλεῖν, τοὺς κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενομένους ἀνθρώπους μὴ κτείνειν, αἰδῶ φυλάττειν ἐν ἅπασι· μὴ μόνον μὴ μοιχεύειν, ἀλλὰ μηδὲ πορνεύειν, ἢ μολύνεσθαι ὅπως δήποτε·

Ulterius, quia frustra est, quoad salutem, fieri et esse Christianum nomine, et operibus stare in via, et non dirigere suos gressus in terminum; ideo, ut perfectissima lex, sanctum Evangelium, non solum ostendit nobis viam per fidem, ponitque nos in eadem per sacramenta, sed etiam recte et faciliter dirigit nos in terminum: recte quidem, per præcepta et virtutes; faciliter autem, per consilia. Nulla etenim est, aut unquam fuit lex, quæ tam radicitus exstirparet vitia, tam profunde insereret virtutes, tam ardue divina exsequeretur mandata, tam suaviter ad implendum perfectionis consilia demulceret, sicut est evangelica lex, quæ omnem perfectionis viam continet, et ostendit. Quæ enim lex unquam fuit, quæ tam pie, tam devote, tam magnifice, et pure Deum colere docuerit: nomen ipsius honorare, sabbata et festivitates sanctificare, parentes amare, proximos diligere, ad imaginem Dei homines factos non occidere; pudicitia servata in omnibus, non solummodo non mœchari, sed nec fornicari, aut pollui quoquo modo: non furtum facere, non latrocinari, non alias opprimere proximum, non contra ipsum falsum testimonium dicere: et quod amplius est, non scandalizare ipsum, nec

[44] Joan. III, 3. [45] Matth. XXVIII, 19. [46] Marc, XVI, 15. [47] Joan. VI, 54.

ei irasci; non concupiscere uxorem ipsius, non ancillam, non rem aliam quamcunque in hoc sæculo. Et non solum hæc, sed etiam quod carnalibus hominibus videtur impossibile, diligere inimicos benefacere odientibus, orare pro persequentibus, et calumniantibus nos. Et ut ad virtutes veniamus, ipsa humilitate et mansuetudine superbiam dejicit, benignitate invidiam vincit, magnificentia et largitate avaritiam superat, temperantia et sobrietate gulam mitigat, patientia iram exstinguit, sollicitudine et diligentia acediam enervat, castimonia vero et pudicitia non solum luxuriam et omnem impetum libidinis refrenat, verum multos et plurimos veluti ipsos cœlestes et incorporeos spiritus reddit impassibiles omnino. Quid plura? Ipsa avertit visum, ne videat vanitatem, claudit auditum ne inutilia et scurrilia audiat; prohibet gustum, ne illicita concupiscat; temperat odoratum, ne ad inanes et mortiferas dilabatur suavitates; refrenat et retrahit tactum, ne prohibita quoquo modo tangat, aut amplectatur. Ipsa cogitationes immundas purgat, delectationes noxias fugat, consensum ad illicita omnino prohibet, linguam cohibet, sermones ordinat, mores, componit, opera dirigit, omissa quæ agenda sunt restaurat, et ut uno sermone omnia complectamur, ipsa docet Deum timere, et ipsum toto corde diligere, ipsi adhærere, et ab ipso nunquam in æternum separari: quod est summa felicitas, et immensa jucunditas, hic inchoata, utcunque possibile per speciem, quæ tandem in alia vita per rei evidentiam complebitur et perficietur ex integro. Quæ felicitas et jucunditas est finis et terminus viæ, per quam lex evangelica suos sectatores ducit, et dirigit, modo ut dictum est. Qui quidem finis et terminus, quod salutem et felicitatem dicimus, licet sicut incomprehensibilis, ita et inexplicabilis sit, dicente Isaia propheta: « Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, » bonum scilicet quod Deus præparavit diligentibus se [48]; nihilominus ut nos mortales possumus, aliquid et breviter dicemus de ipso, ut ex ipsa aviditate præmii, animi nostri non abhorreant arduitatem itineris. Etenim felicitas quam lex evangelica promittit Christianis, non consistit in possessione bonorum terrenorum, non in esu omnigenarum carnium et fructuum, non in potu vini, mellis et lactis, non in suavitate sonitus aquarum currentium, rivulorum scilicet et fontium, non in amplexu et luxu carnali pulcherrimarum mulierum et virginum, non in cæteris, ad quæ carnalis concupiscentia et mortalis fex instigat, cujusmodi paradisum vobis vester promittit Alcoranus. Sed felicitas nostra Christianorum, quam vitam æternam dicimus, consistit substantialiter quidem et essentialiter per se, et absque quocunque creato medio in visione ipsius divinæ essentiæ et naturæ. Unde Dominus noster in Evangelio ait: « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te

[48] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

A μὴ κλέπτειν, μὴ λῃστεύειν, μηδὲ ἄλλως θλίβειν καὶ στενοχωρεῖν τὸν πλησίον· μὴ ψευδομαρτυρεῖν κατ' αὐτοῦ, καὶ τὸ πλέον, μὴ σκανδαλίζειν αὐτὸν, μηδὲ ὀργίζεσθαι αὐτῷ· μὴ ἐπιθυμεῖν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, μὴ τῆς παιδίσκης, μὴ ἄλλου πράγματος ὁποίου δήποτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι. Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅπερ τοῖς σαρκικοῖς ἀνθρώποις ἀδύνατον δοκεῖ, ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς, εὐεργετεῖν τοὺς μισοῦντας, εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν διωκόντων καὶ συκοφαντούντων ἡμᾶς. Καὶ ἵνα πρὸς τὰς ἀρετὰς ἔλθωμεν, διὰ μὲν τῆς ταπεινώσεως καὶ πραότητος τὴν ὑπερηφανίαν ἀποῤῥίπτει, διὰ τῆς εὐγνωμοσύνης τὸν φθόνον νικᾷ· διὰ τῆς μεγαλοπρεπείας καὶ ἐλευθεριότητος τὴν φιλαργυρίαν ὑπερβαίνει· διὰ τῆς σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας τὴν γαστριμαργίαν πραΰνει, διὰ τῆς B μακροθυμίας τὴν ὀργὴν σβεννύει, διὰ τῆς σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας τὴν ἀκηδίαν ἐκνευρίζει, διὰ δὲ τῆς ἁγνείας καὶ σωφροσύνης οὐ μόνον τὴν ἀκολασίαν καὶ πᾶσαν ὁρμὴν ἀσελγείας χαλινοῖ, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς καὶ πλείστους ὥσπερ αὐτὰ τὰ οὐράνια καὶ ἀσώματα πνεύματα, ἀποκαθίστησιν ἀπαθεῖς παντελῶς. Τί πλέον; Αὐτὸς ἀποστρέφει τὴν ὄψιν, ἵνα μὴ βλέπῃ ματαιότητας· κλείει τὴν ἀκοὴν, ἵνα μήτε ἀνωφελῆ καὶ ἀκαιρῆ ἀκούῃ· κωλύει τὴν γεῦσιν, ἵνα μὴ τῶν ἀθεμίτων ἐπιθυμῇ· κιρνᾷ τὴν ὄσφρησιν, ἵνα μὴ εἰς ματαίας καὶ θανατηφόρους ὀλισθαίνῃ ἡδύτητας· χαλινοῖ καὶ ἀνθέλκει τὴν ἀφὴν, ἵνα μὴ τῶν κεκωλυμένων ὅπως δήποτε ἅπτηται, ἢ αὐτὰ περιπλέκηται. Οὗτος τὰς ἀκαθάρτους ἐνθυμήσεις καθαίρει, τὰς βλαβερὰς ἡδονὰς διώκει, τὴν C πρὸς τὰ ἀθέμιτα συγκατάθεσιν κωλύει παντάπασι, τὴν γλῶτταν ἐπέχει, τοὺς λόγους τάττει, τὰ ἤθη συντίθησι, τὰ ἔργα κατευθύνει, τὰ πρακτέα καταλειπόμενα ἀνακτᾶται. Καὶ ἵνα ἑνὶ λόγῳ πάντα περιλάβωμεν, οὗτος διδάσκει τὸν Θεὸν φοβεῖσθαι, καὶ αὐτὸν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἀγαπᾷν, αὐτῷ προσκολλᾶσθαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ μηδέποτε εἰς τὸν αἰῶνα χωρίζεσθαι· ὅτι ἐστὶν ἄκρα εὐδαιμονία, καὶ ἄμετρος ἡδονὴ, ἐνταῦθα ἀρχομένη διὰ ἐλπίδος, ὡς δυνατόν ἐστιν, καὶ ὕστερον ἐν τῷ ἄλλῳ βίῳ τῇ φανερώσει τοῦ πράγματος τελειωθησομένη καὶ συμπληρωθησομένη ἐξ ἀκεραίου. Ἥτις δὴ εὐδαιμονία καὶ ἡδονή ἐστι τέλος καὶ ὅρος τῆς ὁδοῦ, δι' ἧς ὁ εὐαγγελικὸς νόμος τοὺς ἀκολούθους αὐτοῦ ἄγει καὶ κατευθύνει, καθ' οὗ εἴρηται τρόπου. Ὃ δὴ τέλος καὶ πέρας, ὃ σωτηρίαν D καὶ εὐδαιμονίαν λέγομεν, εἰ καὶ ὥσπερ ἀκατάληπτον, οὕτω καὶ ἀπροσπέλαστόν ἐστι, λέγοντος τοῦ προφήτου Ἡσαΐου, « Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, » τὸ ἀγαθὸν δηλονότι ὃ ὁ Θεὸς ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ὅμως καθὸ θνητοὶ ἡμεῖς, κατὰ δύναμιν ἐροῦμέν τι περὶ αὐτοῦ, καὶ βραχέως, ἵνα ἐκ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἄθλου, μὴ ἀποστρέφωνται αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὸ μέγεθος τῆς ὁδοῦ. Καὶ γὰρ ἡ εὐδαιμονία, ἣν ὁ εὐαγγελικὸς νόμος ὑπισχνεῖται τοῖς Χριστιανοῖς, οὐ συνίσταται ἐν κτήσει γηΐνων ἀγαθῶν, οὐκ ἐν τροφῇ παντοδαπῶν σαρκῶν, ἤγουν κρεῶν καὶ

καρπῶν, οὐκ ἐν πόσει οἴνου, μέλιτος καὶ γάλακτος, οὐκ ἐν ἡδύτητι ἤχου ὑδάτων τρεχόντων, ὀχετῶν δηλονότι καὶ πηγῶν, οὐκ ἐν περιπλοκῇ καὶ ἀκολασίᾳ σαρκικῇ ὡραιοτάτων γυναικῶν καὶ παρθένων, οὐκ ἐν ἄλλοις, πρὸς ἅτινα ἡ σαρκικὴ ἐπιθυμία καὶ ἡ θνητὴ ὕλη διεγείρει· ὁποῖον παράδεισον ὑμῖν τὸ Ἀλκοράνον ὑμῶν ὑπισχνεῖται. Ἀλλ' ἡ εὐδαιμονία ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ἣν ζωὴν αἰωνίαν λέγομεν, συνίσταται οὐσίως μὲν καὶ ὑπαρκτικῶς, καθ' ἑαυτὴν, καὶ χωρίς τινος κτιστοῦ μέσου, ἐν τῇ θεωρίᾳ αὐτῆς τῆς θείας οὐσίας καὶ φύσεως. Ὅθεν ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησὶν, « Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Καὶ διότι τὸ τοιοῦτον ὁρώμενον ἔσται ἐν τῷ ὁρῶντι δι' ἀγάπης, ἥτις μεταβάλλει τὸν ἐρῶντα εἰς τὸ ἐρώμενον, αὐτῇ τῇ θεωρίᾳ ἀκολουθήσει μεταμόρφωσίς τις καὶ ἔκτασις, ᾗτινι ὁ ἀγαπῶν θεοειδὴς ἀποτελευθήσεται, καὶ κρατήσει τὸ ἀγαπώμενον. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἓν ἔσται ἐν τῷ λοιπῷ, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος, « Ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐγὼ ἐν αὐτῷ· » διότι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ καὶ διότι πρὸς τὴν ἕνωσιν τοῦ ἄκρως συνερχομένου ἕπεται ἡδονὴ ἄκρα, αὐτῇ τῇ θείᾳ καὶ ἀϊδίῳ θεωρίᾳ ἀκολουθήσει ἀνεκδιήγητος γλυκύτης καὶ ἡδονὴ, ἣν ἰδίῳ ὀνόματι ἀπόλαυσιν λέγομεν, καὶ τοιαύτη, ὁποίαν οὔτε νοῦς νοῆσαι, οὔτε γλῶττα δηλῶσαι θνητῶν δυνήσεται. Ἣν θαυμάζων Δαβὶδ ὁ προφήτης ἐν Πνεύματι ἐβόα λέγων, « Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χριστότητός σου, Κύριε, ἣν ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε. » Παρὰ δὲ τὴν προειρημένην τῆς θείας θεωρίας μακαριότητα, ᾗτινι ἡ ἡμετέρα ψυχὴ ἐξ ἀκεραίου μακαρισθήσεται, ἕξομεν καὶ ἐν τῷ σώματι τὴν εὐδαιμονίαν, κατὰ τὸν αὐτοῦ τρόπον. Καὶ γὰρ τὰ σώματα τῶν μακαρίων ἔσονται ἀθάνατα, ἄφθαρτα, καὶ παντελῶς ἀπαθῆ, λεπτὰ πρὸς τούτοις, καὶ κοῦφα, καὶ πλέον παρὰ ὁ ἥλιος νῦν ἐστι, καὶ λαμπρὰ καὶ ἀστράπτοντα. Οὐ φάγονται ἐκεῖ, οὐδὲ πίονται σωματικῶς, τῷ ἀῤῥήτῳ κορακινῷ τῆς θείας θεωρίας πεπληρωμένοι. Οὔτε γαμοῦσιν ὁμοίως ἐκεῖ, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ἔσονται ὡς ἄγγελοι Θεοῦ, λέγοντος τοῦ Εὐαγγελίου, « Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται· οὐδὲ γὰρ ἔτι ἀποθνήσκειν δυνήσονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ. » Καὶ πάλιν, « Τότε λάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν. » Καὶ ὥσπερ περὶ τῆς κοινωνίας, οὕτω καὶ περὶ τῆς καταστάσεως αὐτῶν, ὅσον πρὸς τὰς τοιαύτας ἐνεργείας τοῦ σώματος χαιρήσουσιν. Διότι οὐκ ἔσται ἐκεῖ βρώματος ἐπιθυμία, οὐδεμία ἐκεῖ ἐκκαυθήσεται ἀκολασία, οὐδὲ τὰ λοιπὰ πάθη, ὁποῖα νῦν πάσχομεν τοῦ σώματος· οὐ δάκρυα, οὐ θρῆνος, οὐ κοπετὸς, οὐ πόνος οὐδεὶς, οὐ χαυνότης ἀσθενείας, οὐ φόβος πτωχείας. Οὐδεὶς ἐκεῖ βλάπτεται, οὐδεὶς ὀργίζεται, οὐδεὶς φθονεῖ τῷ πλησίον. Οὐδεμία νόσσει τιμῆς ἢ δυνάμεως φιλοτιμία, οὐδεμία

A solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [49]. » Et quia tale visum erit in vidente per amorem, qui transformat amantem in amatum, ad ipsam visionem sequetur transformatio quædam et tensio, qua amans deiformis efficietur, et tenebit amatum; imo et unum erit in reliquo, dicente Domino: « Qui manet in me, et ego in eo [50], » quia Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo; et quia ad unionem summe convenientis, sequitur dilectio summa, ad illam divinam et æternam visionem sequetur inenarrabilis dulcedo et suavitas, quam proprio nomine fruitionem dicimus; et talis, qualem nec mens cogitare, nec lingua valet exprimere mortalium. Quam admirans David propheta in Spiritu clamabat, dicens, B « O quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te [51]! » Præter prædictam divinæ visionis beatitudinem, qua anima nostra ex integro felicitabitur, habebimus et in corpore felicitatem suo modo. Etenim corpora beatorum erunt immortalia, incorruptibilia, ut omnino impassibilia, subtilia denique et agibilia, et plus quam sol modo sit, splendida, et refulgentia. Non comedent, neque bibent ibi corporaliter, divinæ visionis ineffabili satietate repleti. Similiter neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei, dicente Domino nostro Jesu Christo in Evangelio «: In resurrectione enim neque nubent, neque enim ultra mori poterunt, sed sunt C sicut angeli Dei in cœlo, et filii sunt Dei [52]. » Et iterum: « Tunc fulgebunt justi, sicut sol in regno Patris eorum [53]. » Et sicut de societate, ita et de conditione ipsorum, quo ad hujusmodi actus corporeos gaudebunt; quia nullum erit ibi cibi desiderium, nulla ibi exardescet libido, nullæ reliquæ passiones, quales modo patimur corporis. Non lacrymæ, non luctus, non clamor, non denique ullus dolor, non ægritudines, non imbecillitates, non paupertatis metus. Nemo ibi lædetur, nemo irascetur, nemo invidebit proximo. Nulla pulsabit honoris, aut potestatis ambitio. Nulla erit tunc discordia, sed cuncta consona. Nullus erit ibi diaboli metus; insidiæ dæmonum nullæ: timor gehennæ procul: tranquilla erunt omnia, et cum æterna D securitate jugis splendor. Vere degenerat, qui hujus vitæ amore non capitur, in qua divitiæ et deliciæ et gaudia sic inchoantur, ut finiri non possint. Cujus qui amator esse noluerit, et præsentem perdet vitam temporalem, et hanc æternam de qua loquimur non inveniet, atque a morte æterna capietur. Hujus æternæ vitæ, et æternæ felicitatis, olim magnus Paulus noster Jesu Christi desiderio tractus, de exsilio vitæ præsentis conquerens, sic clamabat: « O infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus [54]? — Vivo ego, jam non ego, vivit autem in me Christus [55]. — Cupio dissolvi, et esse cum Christo [56]. » Abscondita enim

[49] Joan. XVII, 3. [50] Joan. VI, 57. [51] Psal. XXX, 20. [52] Matth. XXII, 30. [53] Matth. XIII, 43. [54] Rom. VII, 24. [55] Galat. II, 20. [56] Philipp. I, 23.

est mortalibus illa vita; quia quandiu sumus in mundo, peregrinamur a Domino [57]. Sed tunc revelabitur, et manifestabitur, cum Dominus Jesus cœperit pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna præstare, et adducere secum sanctos in visione paternæ gloriæ, et facere secum in cœlestibus considere, suique immortalitatem largiri, ad quam sui sanguinis vivificatione eos reparavit. « O quam gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [58]! — O quam dilecta tabernacula, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria Domini [59], » dicebat propheta; « cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum [60]. »

A ἔσται τότε διχόνοια, ἀλλὰ σύμφωνα πάντα. Οὐδὲν ἔσται ἐκεῖ τοῦ διαβόλου δέος, ἐνέδρα δαιμόνων οὐδεμία, φόβος τῆς γεέννης μακράν. Γαληνὰ ἔσονται πάντα, καὶ σὺν αἰωνίῳ ἀσφαλείᾳ. Τῇ ἀληθείᾳ ἀγεννής ἐστιν, ὅστις οὐχ ἁλίσκεται τῷ πόθῳ τῆς ζωῆς ταύτης, ἐν ᾗ πλοῦτος καὶ τρυφαὶ καὶ εὐφροσύναι οὕτως ἄρχονται, ὡς μὴ δύνασθαι τελειωθῆναι· ἥστινος ὁ μὴ θέλων γενέσθαι ἐραστὴς καὶ τὴν παροῦσαν καὶ πρόσκαιρον ἀπολεῖ ζωήν, καὶ ταύτην τὴν ἀΐδιον περὶ ἧς διαλεγόμεθα οὐχ εὑρήσει, καὶ τῷ αἰωνίῳ θανάτῳ κρατηθήσεται. Ταύτης τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ ἀϊδίου εὐδαιμονίας πάλαι ὁ μέγας Παῦλος ἡμῶν, ὁ ἀπόστολος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ ἐπιθυμίᾳ ἑλκυσθεὶς, περὶ τῆς ἐξορίας τῆς παρούσης ζωῆς λυπούμενος, οὕτως ἐβόα· « Ὦ δυστυχὴς ἄνθρωπε, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θνητοῦ τούτου; Ζῶ ἐγὼ ἤδη, οὐχ ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. — Ἐπιθυμῶ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. » Ἀπεκρύφθη γὰρ τοῖς θνητοῖς ἐκείνη ἡ ζωή. Διότι ἐφ' ὅσον ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ, ἀποδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου. Ἀλλὰ τότε ἀποκαλυφθήσεται καὶ φανερωθήσεται, ὁπόταν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἄρξηται ἀντὶ τῶν γηΐνων τὰ οὐράνια, ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ ἀΐδια, ἀντὶ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα διδόναι, καὶ προσάγεσθαι σὺν αὐτῷ τοὺς ἁγίους ἐν τῇ θεωρίᾳ τῆς πατρικῆς δόξης· καὶ ποιεῖν μετ' αὐτοῦ ἐν τοῖς οὐρανίοις συγκαθῆσθαι, καὶ τὴν ἀθανασίαν τὴν ἰδίαν δωρεῖσθαι, πρὸς ἣν τῇ ζωοποιήσει τοῦ ἰδίου αἵματος αὐτοὺς παρεσκεύασεν. « Ὡς δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ! Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων! Ἐπιθυμεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου, » ἔλεγεν ὁ προφήτης, « ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσατο ἐπὶ Θεῷ ζῶντι. »

Nam harum rerum omnium una omnibus natura B lex incumbit, quam transgredi illis non licet, tanquam quæ sola natura, et vita sensu prædita coerceantur. Hominem autem ratio non passa est, his quasi aranearum telis irretitum vivere, sed his soluto, vitam liberam concessit: non remoto tantum quovis dominatu, sed depulsa omni etiam necessitate in factis, neque eum naturæ angustiis conclusit, nec id duntaxat concessit, ut incolumitatis, sed multo magis, ut felicitatis rationem haberet. Unde non ad propulsandos imbres et æstus modo, ædes erigit, nec una quapiam figura eas exstruit, neque ex eadem materia coagmentat [quod bestiarum inopiæ accidit], sed omnia tum ædificiorum genera excogitat, tum ea multis modis compingit. Et materiam non e proximo tan- C tum conquirit, sed lapides peregre excidit, et Thessalico marmore, aut porphyritide pariete, vestit, et pratorum floribus eos pingit, et solum variat, atque inaurat, denique necessitate contempta, solum pretium respicit. Eadem comminiscitur etiam in amictu, non ad anni intemperiem tantum se vestibus muniens [nam hæc res non magnam curam postularet, quam quidem naturæ et bestiis abjecit], sed ratio multas etiam delicias in vestibus excogitavit. Nam et materiæ varietatem indagavit, et purpuram reperit, atque aurum intexuit, et omnis generis tum animalium, tum plantarum imagines in iis depinxit, et aliis alias vestium formas attribuit, pro cujusque natalibus, aut dignitate, aut ætate. Eosdem sumptus videas et in stratis, et in D calceamentis, et vehiculis, et vasis, et cæteris rebus, quibus vita instruitur. Itaque homo in nulla re sua, iisdem quibus alii utuntur, delectatur, sed in omnibus supervacaneam quamdam diversitatem, et elegantiam excogitat, contra quam reliquorum animantium natura fert, quæ tum pusilla quædam agunt, tum paucis contenta sunt.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴποι τις ἂν καὶ ἀνάγκης ἔχειν τι παραμεμιγμένον. Δεῖ γὰρ τοῖς μέλλουσι βιώσεσθαι καὶ τροφῆς, καὶ οἰκίας, καὶ ἱματίων, ὧν ἡ φύσις φροντίδα καὶ τῶν ζώων ἐνίοις ἐνέθηκεν, εἰ καὶ τὴν τούτων κτῆσιν ἀνθρώποις πολυτελεστέραν καὶ

CAPUT X.

Verum dici queat, hæc aliquid etiam necessitatis habere admistum. Qui etiam vitam conservatam cupiunt, victu et domicilio et vestimentis indigent, quarum rerum curam natura bestiis etiam quibusdam indidit, quamvis horum possessionem

(1) Melior lectio cod. Reg. 1213...., ἄνθεσι τούτους γράφων κ. τ. ποικ. καὶ τῷ τέγει χρ. περιτ. Edit.

pretiosiorem et uberiorem hominibus constituerit. Sed qua vivendi necessitate adductus homo, sapientiæ studium suscepit? Quid autem ad victum confert ars supputandi, et ratiocinandi, aut geometriæ? Aut quid rebus vitæ necessariis decessisset, si nulla nec eloquentiæ, nec dialecticæ exercitatio fuisset? aut quid ad frigus aut æstum dicendi venustas confert? quæ cum ab hominibus post ea quæ necessaria sunt, excogitata sint: aperte ostendunt, consilia ejus non tantum ad corporis aut voluptatum necessitatem, sed ad aliquid ulterius et majus referri. Quod autem maxime ostendat humanæ naturæ, si ad cætera comparetur, excellentiam, est consulendi studium iis qui sunt inferiores, et consideratio utilitatis cognatorum. Nam aliis satis est, si ipsa non esuriant, non frigeant, non viribus ad procreationem destituantur; sui autem generis nullam curam gerunt. Neque vero reperies respublicas leonum, aut elephantorum, aut aliorum animalium: sed civitates solorum hominum sunt opera, in quibus sapientiæ suæ inventa et mutua beneficia deponunt, atque his alii leges præscribunt, alii dicto sunt audientes. Ac a subditis honores et tributa principibus penduntur: quæ virtutis et inferiorum curæ præmia sunt: principes autem assiduam iis sollicitudinem, qui ipsis parent perpetuamque providentiam conferunt: quam tantam præ se ferunt, ut bonus et justus princeps, suopte periculo salutem aliis præstet: ac multi pro patriæ defensione occubuerint: quod a bestiarum natura remotissimum est. Vix enim vel sese, aut fœtus suos illas defendere videas. Sed inferiorum cura, hominum duntaxat est, et humanæ mentis munus. Enimvero quodnam evidentius specimen tum ad humanam perfectionem, tum ad brutorum inopiam demonstrandam proferetur? Nam hæc quidem suarum duntaxat rerum satagunt. Inter homines autem rationis perfectio aliorum etiam curam suscipit, eorumque necessitates explet. Videas itaque unum hominem, qui in suam potestatem redegerit non reliquorum tantum animalium greges, sed etiam in multis urbibus, multis nationibus, multis provinciis imperitet. Quidam vero totius etiam orbis terrarum imperio potiti non obscurum in se divinæ dignitatis signum demonstrarunt. Jam illud admiratione dignum est, unum hominem, cum et brutis bestiis et hominibus imperare conetur, ipsum, hoc jugum excutere, ac quidvis perpeti malle, quam alteri servire: tanquam si a primordio natura ejus libertatis consors, et servitutis inimica sit.

CAPUT XI.

Adeo res varia et libera est mens hominis, nunc hoc, nunc illud agendum suscipiens: alias sic, alias contra suas actiones componens, easque semper arbitratu suo. Hoc vero a rationis opulentia habet: quæ ratio sola cum libera sit, tum facere, tum excogitare contraria potest. Natura autem, quippe mendica et inops, uno quodam termino

A διαρκεστέραν ἐμηχανήσατο. Ἀλλ' ὑπὸ ποίας τῆς κατὰ τὸ ζῆν ἀνάγκης ἀνθρώπῳ φιλοσοφίας ἐμέλησε; τί δὲ πρὸς τὰ ἄλφιτα ἀριθμητική, καὶ λογιστική, καὶ γεωμετρία; ἢ τί χεῖρον ἂν ἔσχεν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ὁ βίος, εἰ μηδεμία ῥητορικῆς ἢ διαλεκτικῆς ἄσκησις ἦν; ἢ τί πρὸς ψύχους ἢ καύματος ἀπαλλαγὴν τὸ πρὸς κάλλος λέγειν συμβάλλεται; ἃ μετὰ τὸν ἀναγκαῖον πορισμὸν τοῖς ἀνθρώποις ἐξευρεθέντα, δείκνυσι φανερῶς, ὡς οὐ τῆς σωματικῆς μόνον ἀνάγκης ἢ ἡδονῆς, ἀλλά τινος περαιτέρω καὶ μείζονος ἄνθρωπος στοχάζεσθαι πέφυκεν. Ὃ δὲ μάλιστα τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πρὸς τἄλλα κράτος ἐνδείκνυται, ἡ τῶν ὑποδεεστέρων ἐστὶ πρόνοια, καὶ τὸ τῆς τῶν ὁμογενῶν ὠφελείας λόγον ποιεῖσθαι. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἀρκεῖ, ἂν αὐτὰ μὴ B πεινᾷ, μηδὲ ῥιγοῖ, μηδὲ πρὸς τὴν γονὴν ἀσθενῇ, τῶν δὲ ὁμοίων οὐδεμία τούτοις φροντίς. Οὔκουν ἂν εὕροις πόλεις λεόντων, ἢ ἐλεφάντων, ἤ τινος ἄλλου τῶν ζώων, μόνων δὲ ἀνθρώπων αἱ πόλεις ἔργα· ἐν αἷς τὰ τῆς σοφίας εὑρήματα καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους εὐεργεσίας φέροντες, κατατίθενται· κἀν ταύταις οἱ μὲν ἐπιτάττουσιν, οἱ δὲ ὑπακούουσι. Καὶ παρὰ μὲν τῶν ἀρχομένων τιμαὶ καὶ φόροι τοῖς ἄρχουσιν, ἀρετῆς ἆθλα ταῦτα καὶ τῆς εἰς τοὺς ἐλάττους προνοίας· παρὰ δὲ τῶν ἀρχόντων διηνεκὴς τῶν ὑπὸ χεῖρα φροντὶς, καὶ πρόνοια συνεχὴς, ἣν τοσαύτην δείκνυνται, ὥσθ' ὅ γε καλὸς καὶ δίκαιος ἄρχων ἰδίοις κινδύνοις σωτηρίαν τοῖς ἄλλοις πορίζει, καὶ πολλοὶ πατρίσιν ἀμύνοντες ἔπεσον, ὃ τῆς τῶν ἀλόγων φύ- C σεως πορρωτάτω. Ὑπὲρ γὰρ αὐτῶν μόνον ἢ καὶ τέκνων μόλις ἴδοι τις ἂν ἀμυνόμενα· ἀνθρώπων δὲ μόνων ἡ τῶν ἐλαττόνων πρόνοια παρώνυμός τις οὖσα λόγου καὶ νοῦ. Καίτοι τί ἄν τις εἴποι τούτου καθαρώτερον δεῖγμα τῆς τε ἀνθρωπίνης τελειότητος καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἐνδείας; Τὰ μὲν γὰρ σφίσιν αὐτοῖς μόνον, καὶ τοῦτο πεφεισμένως ἀρκεῖ· ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις τὸ παρὰ τοῦ λόγου τέλειον καὶ τῶν ἄλλων ἐπιλαμβάνεται, καὶ τοὺς δεομένους πληροῖ. Καὶ ἴδοις ἂν ἕνα ἄνθρωπον οὐ τῶν ἄλλων ζώων μόνον ἀγέλας πεποιημένον ὑφ' ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ πολλῶν μὲν πόλεων, πολλῶν δὲ ἐθνῶν, πολλῆς δὲ γῆς, ἄρχοντα· τινὲς δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης πάσης ἡγήσαντο, οὐκ ἀμυδρὸν σύμβολον δείξαντες ἐν ἑαυτοῖς τῆς θείας ἀξίας. Ὃ δ' ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι D καὶ ἀλόγων ζώων, καὶ ἀνθρώπων εἷς ἄνθρωπος ἄρχειν ἐπιχειρῶν, αὐτὸς τὸν ζυγὸν τοῦτον ἀποδιδράσκει, καὶ πάντα μᾶλλον αἱρεῖται πάσχειν ἢ δουλεύειν ἑτέρῳ· ὡς ἂν ἄνωθεν αὐτῷ τῇ μὲν ἐλευθερίᾳ τῆς φύσεως συγκεκληρωμένης, τῷ δὲ δουλεύειν ἀπηχθημένης.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Οὕτω δὲ παντοδαπὸν ἀνθρώπου ψυχὴ καὶ ἐλεύθερον, καὶ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο ποιεῖν αἱρουμένη· καὶ ποτὲ μὲν οὕτω, ποτὲ δὲ ἐναντίως, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ δοκοῦν τὰς πράξεις ἁρμοζομένη. Τοῦτο δ' αὐτῇ παρὰ τῆς εὐπορίας τοῦ λόγου, ὃ μόνον ἐλεύθερον, καὶ τῶν ἐναντίων καὶ ποιητικὸν καὶ εὑρετικόν. Ἡ δὲ φύσις πτωχή τις οὖσα, καὶ ἄπορος, πρὸς

ἓν μόνον αὐτῇ τε ὥρισται, καὶ τὰ ταύτῃ δουλεύοντα ζῶα ἐνδεᾶ καὶ δοῦλα καθίστησι μικροῖς ἐγκλείουσα νόμοις. Ἄνθρωπος δὲ οὕτω πρὸς τὸ ἄρχειν ἄνωθεν παρὰ Θεοῦ παρεσκεύασται, ὥστε οὐ μόνον τῶν ἄλλων ἡγεῖσθαι βούλεται, ἀλλὰ πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἀρχὴν ἐπιδείκνυται ταύτην, καὶ τοῦθ' ὅταν τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τηρῇ. Ὥστε τούς γε σώφρονας καὶ φρονίμους ἐγκρατεῖς ἑαυτῶν καὶ ἄρχοντας ἑαυτῶν ἀξιοῦμεν καλεῖν. Καὶ οὗτοι μάλιστα, αὐτοί τε εὐδαίμονες, καὶ τοῖς ἀρχομένοις εὐδαιμονίας εἰσὶν αἴτιοι, οἳ ἂν μάλιστα, ὥσπερ ὄχλου, τῆς ἐν ἀνθρώποις ἀλογίας ἄρχειν ἐπίστωνται. Καὶ πρὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς οὔ φασιν οἱ νοῦν ἔχοντες θεμιτὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ τὸ δημόσιον παριέναι, ὡς οὐδὲν πράξουσιν ἄξιον λόγου, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις καὶ ἑαυτοὺς προσδιαφθεροῦσι. Τούτῳ δὲ πάντη τὸ τῶν ζώων γένος κεχώρισται, καὶ οὐδὲν ἂν εὕροι τις ἐκείνων ταῖς ἰδίαις ἐπιθυμίαις μαχόμενον, ἀλλὰ ταῖς παρὰ τῆς φύσεως ὁρμαῖς ἀκωλύτως ἑπόμενον. Οὔκουν ἡ μὲν φύσις τροφῆς ὑπομιμνήσκει, τὰ δὲ προκρίνει λιμὸν, οὐδ' ἐπὶ ποτὸν ἄγει, τὰ δ' αἱρεῖται δίψαν. Τοῖς δὲ τῆς μίξεως καιροῖς καὶ νομεῦσι καὶ ἀλλήλοις ἀφόρητα γίνεται, καὶ τὸν πρὸς τὴν γένεσιν οἶστρον οὐδὲν οὕτως ἰσχυρὸν, ὥστε κολάσαι· αἴτιον δὲ τὸ τὴν φύσιν ἐν αὐτοῖς χωριζομένην τοῦ λόγου μὴ ἔχειν τὸν οἷς ὁρμᾷ πράττειν ἐπιτιμήσοντα· καὶ διὰ τοῦτο ἐκ παντὸς τὰ ἑαυτῆς ἔθη θέλειν ἀποπιμπλάναι. Ἀλλ' ἐν ἀνθρώποις πολὺς πρὸς τοὺς τῆς φύσεως νόμους ὁ πόλεμος· καὶ τούτου πᾶς τις ἑαυτῷ προσέχων, ἐν ἑαυτῷ καθ' ἡμέραν πειρᾶται. Πόσοι πλησμονῆς ἐπιθυμίᾳ λιμὸν ἀντεξάγουσιν; ἰατροῖς ἢ πειθόμενοι, ἢ σαρκὶ νομοθετοῦντες, ἢ ἄλλων εἵνεκα, τὴν τοῦ σώματος παραιτούμενοι θεραπείαν· τὴν δὲ τῆς μίξεως ὄρεξιν, ἣν δὴ τυραννικώτατον νόμον πᾶσι τοῖς ζώοις ἡ φύσις ἐπήνεγκεν, οὕτω τινὲς ἐβδελύξαντο, ὡς καὶ γυναικείας ὄψεως διὰ τοῦτο παντελῶς ἀποσχέσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Τοῦτο δ' αὐτοῦ τις αἰσθάνεται ποιοῦντος καὶ πρὸς θυμόν. Οὗτος γὰρ τὸν ἠδικημένον κατὰ τῶν ἠδικηκότων ὁπλίζει, καὶ χεῖρα καὶ ξίφος ἐπενεγκεῖν αὐτῷ παραινεῖ, ἔνδον δέ τινος ἐπιτιμῶντος ὁ κεκινημένος αἰσθάνεται, καὶ διδάσκοντος, ὡς ἐφεκτέον μὲν τὴν ὀργὴν, ἀμύνης δὲ ἀφεκτέον· καὶ φυλακτέον μὲν τὰς τῶν λεόντων, καὶ ἄρκτων, καὶ συῶν ὁμοιώσεις, ἀναχωρητέον δὲ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ τοῦ λόγου μέτρον, καὶ τὴν εὐσχημοσύνην. Καὶ τοσοῦτον αὕτη πολλάκις ἡ ἐπιτίμησις ἴσχυσεν, ὥστε τὸν θυμὸν σβέσασα, ἔπεισε τὸν ἐλαττωθέντα τὰ τῶν φιλούντων πρὸς τὸν πλεονεκτεῖν βουλόμενον ἐπιδείξασθαι. Καὶ ἔστιν ὥσπερ εἰκάσαι τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον πόλει παρόμοια, ἐν ᾧ λόγος καὶ φύσις, ὥσπερ ἐκεῖ ἄρχων καὶ ἰδιῶται. Καὶ βασιλεύει μὲν ὁ λόγος, ἄγεται δὲ ἡ φύσις. Καὶ νόμος οὗτος παρὰ Θεοῦ τοῖς μέλλουσιν εὐδαιμόνως βιώσεσθαι, μηδενὶ παρὰ τὸ τῷ λόγῳ δοκοῦν ἐν πᾶσιν ἐπιχειρεῖν. Οὐδεὶς οὖν, ὅστις οὐκ ἐν ἑαυτῷ τῆς διαφορᾶς ταύτης πειρᾶται, ὡς ἄλλο μὲν ἐν ἡμῖν ὁ λόγος, ἄλλο δὲ ἡ τοῦ σώματος

A continetur: et animalia, quæ ei serviunt, egena et servilia facit, minutis inclusa legibus. At homo sic ab initio divinitus ad imperandum a Deo paratus est, ut non cæteris tantum præesse velit, sed idem etiam imperium erga semetipsum usurpet, præsertim cum suam naturam conservat. Itaque homines modestos et prudentes appellandos censemus eos, qui se ipsi regunt et moderantur. Et ii, cum ipsi felicissimi sunt, tum eos, qui parent felices reddunt, qui brutæ sui parti, tanquam populi multitudini, rectissime imperare sciunt. Itaque negant homines cordati, ante partum hoc imperium, hominibus ad rempublicam administrandam accedere fas esse, quod nihil præclari gesturi essent, sed semetipsos cum aliis in perniciem conjecturi.

B Hac re homo ab omni animantium genere distinguitur: quorum nullum reperias, quod suis cupiditatibus repugnet, sed omnia, citra impedimentum, naturæ suæ impetus sequuntur. Neque vero cum natura pastus ea commonefacit, illa famem anteferunt, neque cum ad potum ducit, ipsa sitire malunt. Tempore autem coitus et pastoribus et sibi ipsis intolerabilia sunt: stimulumque illum quo ad procreationem feruntur, nulla vis coercere potest. In causa illud est, quod eorum natura, rationis expers, non habet quod appetitus incitationem reprehendat: ideoque libidinem quovis modo explere student. Hominibus autem magnum cum naturæ legibus bellum est: cujus rei quilibet

C semetipsum observans, in sese quotidie periculum facit. Quam multi repletionis cupiditati famem opponunt? sive medicis obtemperantes, sive carnem coercentes, sive aliis de causis curationem corporis repudiantes. Appetitionem vero rei venereæ, quam natura omnibus animantibus instar violentissimæ legis indidit, adeo quidam detestati sunt, ut idcirco penitus etiam aspectum feminarum abominati sint.

CAPUT XII.

Idem te facere sentias et contra iracundiam: quæ injuria lacessitum, adversus eos qui læserunt, armat, eumque monet, et manibus et gladiis in eos irruendum esse: interius autem is qui ita concitatus est, quemdam objurgantem sentit, docentemque, et reprimendam esse iram, et ab ultione

D abstinendum: et cavendum, tum ne leonibus, aut ursis, aut apris similes fiamus, tum ad hominem et rationis regulam, ipsumque decorum, esse redeundum. Ac hæc objurgatio sæpe tantum valet, ut ardore exstincto, eum qui damnum fecit, adduxerit, ut amore complexus sit eum, qui vim et injuriam facere voluit. Ac hominum conditio urbi quodammodo comparari potest. Nam is rationem et naturam habet, quemadmodum illa magistratus et plebem. Ac ratio quidem regnat, natura paret. Et hæc lex a Deo iis sancita est, qui felices sunt futuri, ut nihil omnium rerum aggrediantur, nisi quod rationi consentaneum est. Neque vero quisquam est, quin hoc in se discrimen animadvertens,

morbum duntaxat animi sui, inscitia et mollitie laborantis, indicantes : quibus adducuntur, ut ea quæ timenda non sunt, timeant, et iis quæ nihil nocent, percellantur. Age vero videamus, quibus de causis mortem omnia mala superare putent. Ut autem proverbio dicitur, Trifariam omnia esse divisa ; ita fit, ut eorum etiam, qui mortem vituperant, tria sint genera. Nam promptissimi quique, ac potius veracissimi, qui sua probra velare nesciunt, omnis generis voluptatum privationem lamentantur : et id quod eas delet, omnium merito et molestissimum, et maxime formidabile existimant. Urbaniores autem, et quos pudet sine causa aut agere, aut admittere quidquam, id a natura cunctis insitum aiunt, ut se et esse et vivere cupiant. Jam vero quod id aufert, quod ab omnibus appetitur, atque efficit, ut ea quæ sunt, non sint, iisque perniciem affert, et rebus tanta pulchritudine a natura factis caliginem ex interitu offundit, quis non horreat? quis non oderit? quis, si vel nomines, tanquam naturæ inimicum non aversetur? Neque vero naturæ solum, verum, ac multo magis, etiam Deo : non eo, tantum, quod solus absolutissimam immortalitatem sortitus est : sed quod ejus instituto omnium maxime adversatur : siquidem quæ ipse procreare et conservare studet, ea mors exstinguit et dissipat. Hæc modestiores, quique naturam sequuntur, ad justi odii comprobationem. Reliqui autem et tertii, cum graviores sint et verecundiores, et aliis aliquid prudentius afferre velint : non ob ea quæ commemoravimus, mortem in crimen vocandam censent : sed quod post eam, confestim vitæ actæ rationem reddere, et acerbissimas ac tristissimas pœnas in perpetuum dare cogamur : quarum expertes futuri essemus, nisi mors animos a corporibus avelleret, et ad illius loci leges ac quæstiones mitteret. His igitur verbis quidam et sibi et auditoribus timore injecto, tum ipsi mortis nomine percelluntur, tum aliis, ut sint metus socii, persuadent.

CAPUT II.

Videamus ergo, utrum aliquid dicant, et honestum sit, qui virum se dicat esse, eum hujusmodi sermonibus se dedere. Primos itaque ut nimium voluptarios et molles, ideoque virilium bellorum imperitos, parvæ operæ est ad deditionem compellere : quamvis et multos socios habeant, et cum multis nos invadant. Omnes enim qui Epicuro nomina dederunt, suavem vitam et doloris expertem humanæ felicitatis finem existimant ; et difficilem inter homines ullum inventum esse aiunt, qui prorsus absque voluptate vivere velit, nisi quis ob stuporem a communissimo bono abhorreat. Tamen recte iis dicere possimus : O viri, si modo hoc nomine appellandi estis, qui adeo dissoluti et enervati, stolidique omnino sitis, ut nimium pueriliter in eo facitis, cum voluptatibus tantum, boni judicium permittitis ; si quid autem cum molestia

A κίαν νοσοῦντες ἐλέγχονται, ὑφ' ὧν τὰ ἀδεᾶ δεδιέναι, καὶ κατεπτηχέναι τὰ μὴ βλάπτοντα, πείθονται. Φέρε γὰρ ἴδωμεν, ἐκ ποίων λογισμῶν κακοῦ παντὸς ἐπέκεινα τὸν θάνατον οἴονται. Οὐκοῦν, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, τριχθὰ πάντα δέδασται, τριχῇ συμβαίνει καὶ τοὺς τὸν θάνατον κακίζοντας διαιρεῖσθαι. Οἱ μὲν γὰρ προχειρότεροι, μᾶλλον δὲ ἀληθέστεροι, καὶ τὰ ἑαυτῶν οὐκ ἐπιστάμενοι συγκαλύπτειν ὀνείδη, τὴν τῶν παντοδαπῶν ἡδονῶν ὀδύρονται στέρησιν, καὶ τὸ ταύτας ἀφανίζον πάντων εἰκότως ἀηδέστερόν τε καὶ φοβερώτατον ἥγηνται· οἱ δὲ κομψότεροι, καὶ ὅσοις ἀλόγως τι ποιεῖν, ἢ πάσχειν, αἰσχύνη, πᾶσί φασι τοῦ εἶναι, καὶ τῆς οὐσίας ἔφεσιν κατὰ φύσιν ἐγκεῖσθαι. Τὸ τοίνυν τὸ πᾶσιν ὀρεκτὸν ἀναιροῦν, καὶ τὸ μὲν εἶναι τῶν ὄντων ἐλαῦνον, ἀπώλειαν δὲ B ἐπάγον, καὶ τὴν ἐκ τῆς φθορᾶς ἀμορφίαν καταχέον τῶν οὕτω κάλλιστα παρὰ τῆς φύσεως εἰργασμένων, τίς οὐκ ἂν φρίξειε; τίς δὲ οὐκ ἂν μισήσειε; τίς δὲ οὐκ ἂν καὶ μόνον λεγόμενον, ὡς τῇ φύσει πολέμιον ἀποπέμψαιτο; οὐ τῇ φύσει δὲ μόνον, ἀλλὰ πολλῷ πρότερον καὶ Θεῷ· οὐ μόνον ὡς μόνῳ τὴν τελεωτάτην ἀθανασίαν κεκληρωμένῳ, ἀλλ' ὅτι καὶ τῇ τούτου προαιρέσει πάντων ἐναντιώτατον; εἴπερ ἃ παράγειν ἐκεῖνος καὶ συντηρεῖν προθυμεῖται, ταῦτ' ἐκεῖνος φθείρει καὶ διαλύει. Ταῦτά γε οἱ σωφρονέστεροι, καὶ τῇ φύσει κεχρημένοι, πρὸς τὴν τοῦ δικαίου μίσους ἀπόδειξιν. Οἱ δὲ λοιποὶ καὶ τρίτοι, σεμνότεροί τινες ὄντες, καὶ εὐλαβέστεροι, καί τι τῶν ἄλλων σοφώτερον ἀξιοῦντες διανοεῖσθαι, οὐχ ὧν C ἔφημεν εἵνεκα τὸν θάνατον ἀξιοῦσι κακίζειν, ἀλλ' ὅτι μετ' ἐκεῖνον εὐθὺς ἀναγκαζόμεθα λόγον τῶν βεβιωμένων ὑπέχειν, καὶ τὰς ὀδυνηροτάτας καὶ ἀλγεινοτάτας δι' αἰῶνος δίκας διδόναι, ὧν οὐκ ἂν ἐλαμβάνομεν πεῖραν, μὴ τοῦ θανάτου τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς διαιροῦντος, καὶ πρὸς τοὺς ἐκεῖ νόμους καὶ ἐξετασμοὺς παραπέμποντος. Τούτοις μὲν οὖν τοῖς λόγοις τινὲς καὶ ἑαυτούς, καὶ τοὺς ἀκούοντας, δεδιττόμενοι, αὐτοί τε καὶ πρὸς τοὔνομα τοῦ θανάτου ταράττονται, καὶ τοὺς ἄλλους πείθουσι τοῦ δέους αὐτοῖς κοινωνεῖν.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Σκεπτέον τοιγαροῦν, εἴ τι μετ' ἀληθείας λέγεται παρ' αὐτῶν, καὶ εἰ καλὸν, ἄνδρα φάσκοντα εἶναι D τοιούτοις ἑαυτὸν λόγοις παραδιδόναι. Τοὺς μὲν οὖν πρώτους ὡς λίαν ὄντας φιληδόνους καὶ μαλακούς, καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρικῶν πολέμων ἀπείρους, οὐ χαλεπὸν παραστήσασθαι, καίτοι καὶ πολλοὺς ἔχοντας συμμάχους, καὶ μετὰ πολλῶν ἡμῖν ἐπιόντας. Πάντες γὰρ οἱ μετ' Ἐπικούρου στρατευόμενοι τὸν ἡδὺν καὶ ἀνάλγητον βίον ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας οἴονται πέρας, καὶ χαλεπόν φασιν ἐν ἀνθρώποις εὑρεῖν τὸν ἄνευ ἡδονῆς αἱρούμενον ζῆν ἀτεχνῶς, εἰ μή τις δι' ἀναισθησίαν ἀηδῶς ἔχει πρὸς τὸ κοινότατον ἀγαθόν. Ὅμως εἰκότως ἂν αὐτοῖς λέγοιμεν· Ὦ ἄνδρες, εἴγε τοῦτο χρὴ καλεῖν ὑμᾶς οὕτως ἐκλελυμένους, καὶ ἐκνενευρισμένους, καὶ βλακεύοντας ἀτεχνῶς, ὡς λίαν ὑμῶν παιδικὸν τὸ ταῖς ἡδοναῖς μόνον τὴν κρίσιν ἐπιτρέπειν τοῦ ἀγαθοῦ· εἰ δέ τι καὶ μετὰ ἀηδίας

ὠφελεῖν δύναιτο, τοῦτο κακίζειν, καὶ πάντα τρόπον φεύγειν πειρᾶσθαι· ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐγκαλεῖν ἔχοντας, ὅτι δὲ μόνον οὐ σαίνει τὴν αἴσθησιν. Τί γὰρ κωλύει, καὶ τοὺς ἰατροὺς τοῖς λόγοις τούτοις κακίζειν, οἳ τοῖς σώμασιν οὐκ ἄλλως ἐπικουροῦσιν, ἢ τῶν ἀηδῶν, καὶ ἐσθίειν, καὶ πίνειν, καὶ ἅπτεσθαι, καὶ πάντα τρόπον χρῆσθαι τοὺς κάμνοντας ἀναγκάζοντες, οἷς τοῦ τοῦτον τὸν τρόπον ἡμᾶς λυπεῖν καὶ μισθοὺς μεγάλους τελοῦμεν, καὶ εὐεργεσίας αὐτοί τε, καὶ οἷς τῶν ἡμετέρων μέλει, ὁμολογοῦμεν; Ὧν εἰ πρὸς μόνην τὴν ἡδονὴν ἔδει πάντα ἀνάγειν, τίνας ἂν ἐχθίους ὑπῆρξε καλεῖν; Ἀλλ' οἶμαι τἀγαθὸν καὶ κακὸν οὐ λύπῃ καὶ ἡδονῇ, τῷ δὲ ὠφελίμῳ καὶ βλαβερῷ κρίνεσθαι δοκεῖ. Εἰ δὲ πρὸς τὴν ἡδονὴν πάντα ἀνοίσομεν, κακὸν, ὥσπερ ἔφην, ἐν σώματι μὲν ἰατρὸς, χείριστον δὲ ἐν ψυχῇ νόμοι, καὶ παιδευταὶ, καὶ γονεῖς, καὶ ὅλως τὰ τιμιώτατα καὶ ὠφελιμώτατα. Οὗτοι γὰρ πάντες ἂν μὴ πείθωσι, τὰ προσήκοντα παραινοῦντες, ἀηδέστατοι γίνονται μὴ πειθομένοις, ἀτιμοῦντες, καὶ εἴργοντες, καὶ μακρᾷ κολάσει παραδιδόντες, ὧν οὐδὲν ἂν ἡμῖν ὄφελος ἐκ παντὸς τρόπου τὴν ἄνεσιν προτιμῶσι (1). Πόρνους δὲ, καὶ προαγωγέας, καὶ κόλακας, καὶ ὅσοι τὰ αἴσχιστα, αὐτοί τε ἐπιτηδεύουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς ἀπὸ τούτων ἡδονὰς προξενοῦσιν, ἐπιτηδείους ἡμῖν αὐτοῖς, ὡς ἔοικε, νομιοῦμεν, ἂν τὰ τῶν ἡδονῶν κρατῇ πανταχοῦ.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο καὶ κουφότητος νομιστέον κλάειν τῶν ἡδονῶν στερουμένους, ὥσπερ τὰ παιδία, ὅταν αὐτῶν οἱ παιδαγωγοὶ τοὺς ἀστραγάλους, ἤ τι τῶν τῆς παιδιᾶς, ἀφαιρῶνται. Ἔπειτ' ἐξεταστέον, καὶ τίνας τῶν ἡδονῶν ὁ θάνατος ἀφανίζων, οὕτως ἐστὶ λυπηρός. Οὐκοῦν καὶ τούτων εἰς τρεῖς μοίρας διαιρουμένων, τὴν μὲν μίαν καὶ πρώτην, καὶ θειοτάτην, καὶ ἣ μόνη καθαρῶς ἐστιν ἀνθρώπου, καὶ καθ' ἑαυτὴν αἱρετή· λέγω δὴ τὴν περὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν νοῦν, καὶ ὅση τούτου γένους· τοσοῦτον ἀπέχει φθείρειν ὁ θάνατος, ἤγουν τὸ τυχὸν ἐλαττοῦν, ὥστε καὶ τῶν παντελῶς ἀδυνάτων, εἰ μὴ μετὰ θάνατον, καθαρῶς τε καὶ ἀσφαλῶς ἐκείνας ἡσθῆναι τὰς ἡδονάς. Καὶ τοῦτ' ἄπιστον μὲν ἴσως δόξει τοῖς ὡς ἔτυχε ζῶσι· παντὸς δὲ μᾶλλόν ἐστιν ἀληθὲς τοῖς οὐκ ἀβασανίστως περὶ τῶν πραγμάτων ψηφιζομένοις. Καὶ παρ' ἡμῶν δέ τις οὐδὲν ἧττον ἔσται τῇ δόξῃ ταύτῃ συνηγορία, ὅταν αὐτὴν ἐξετάζωμεν. Λείπεται δὲ τὴν ζημίαν εἶναι τοῖς ἀποθνήσκουσιν εἰς τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς. Ἀλλὰ καὶ ταύταις πολὺ τόδε διάφορον. Αἱ μὲν γὰρ φύσεώς τέ εἰσιν ἔργον, καὶ παρὰ Θεοῦ συγκεχώρηνται, ἢ τὰ κατὰ μέρος δι' αὐτῶν συντηροῦντος, ἢ τοῖς κοινοῖς εἴδεσιν μηχανωμένου τὸ διαρκές τε καὶ μόνιμον, καὶ τῇ διαδοχῇ τοῖς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ ἐπισκευαστὴν ἀθανασίαν ἐπινοήσαντος, ὡς μέχρι τοῦ πολλοῦ τοῦ συνθέτου μένειν οὐ δυναμένου. Αὗται δέ εἰσιν, ὅσαι τῇ γενέσει λυσιτελοῦσιν, ἐπὶ διαδοχὴν τὰ ζῶα ταῖς ἡδοναῖς προκαλούμεναι, καὶ ὅσαι τὴν ὄρεξιν θηγου-

A prodesse queat, id vituperatis, et quovis modo effugere studetis, tametsi nihil aliud habeatis reprehendendum, nisi illud solum, quod sensum non demulceat. Quid enim vetat, medicos quoque iisdem rationibus criminari, qui corporibus non aliter succurrunt quam cogendis ægrotis, ut res insuaves et comedant et bibant, et tangant, et modis omnibus tractent? Quibus eo quod hoc modo molesti nobis sint, et magnas mercedes pendimus, et debere illis, tum nos ipsi, tum ii quibus curæ sumus, prædicamus. Quibus, si ad solam voluptatem omnia referri oporteret, quinam inimiciores appellari deberent? Verum méa quidem sententia res bonæ et malæ non dolore et voluptate, sed utilitate et noxa judicandæ sunt. Si vero ad voluptatem B cuncta referemus, incommodabit (id quod dixi) corpori medicus, et maxime nocebunt animo leges, et institutores, et parentes, denique pretiosissima et utilissima quæque. Ii enim omnes, cum frustra officii commonent, contumacibus molestissimi fiunt, ignominia mulctando, et in carcerem conjiciendo, et diuturnis suppliciis afficiendo: quorum nullum nobis esset commodum, si quovis modo otium illud amplecteremur. Sed cinædos, lenones, adulatores, quique flagitia tum ipsi exercent, tum aliis inde voluptates conciliant, opportunos scilicet nobis ipsis judicabimus, si ubique voluptates dominentur.

CAPUT III.

Primum igitur illud levitatis putandum est, deC plorare voluptatum privationem: instar puerorum, quibus magistri talos, aut aliud quippiam ludicrum, eripiunt. Deinde quærendum, quibus adimendis voluptatibus, mors tam gravis sit? Cum autem hæ quoque in tres partes dividantur, unam quidem et maxime divinam, et quæ sola hominis est, et propter semetipsam expetenda [eam autem dico, quæ in veritate indaganda versatur, et in mente posita est, et quæ sunt ejusdem generis] tantum abest ut mors perdat, vel minima ex parte diminuat, ut nullo modo fieri possit ut illis voluptatibus pure et secure perfruamur, nisi post mortem. At hoc incredibile fortassis videbitur hominibus temere viventibus, cum omnium verissimum sit iis qui non nisi adhibita exploratione de rebus D decernunt. Et a nobis etiam ipsis patrocinium nihilominus adhibebitur, cum in eam inquiremus. Reliquum ergo est, morientes corporearum voluptatum jacturam facere. Sed harum etiam magnum est discrimen. Nam aliæ et naturæ opus sunt, et a Deo concessæ, vel singulas res per eas conservante, vel id communibus formis machinante, ut durent et maneant, atque id propositum habente, ut per successionem iis quæ oriuntur et intereunt, immortalitatem instauratione conciliet: quippe cum ea quæ composita sunt, longo tempore durare nequeant. Hæ autem sunt, quæ ad generationem prosunt, et ad sobolis propagationem ani-

(1) Cod. Reg. 1213, προτιμώντων, quod exquisitius videtur, genitivo absolute posito, et post ὄφελος facta distinctione. Edit.

mantia suis illecebris provocant: quæque victus A appetitionem acuentes, ea quæ nutriri possunt, ad alimoniam movent: et sic quod in dies decedit, supplent, ac vitam, dum licet, propagant. Nemo enim vel ad mensam accessisset, vel procreandæ soboli animum adjecisset, si ad eas res cum molestia fuisset accedendum. Verum naturæ stimulus, intrinsecus impellens, non sinit naturæ cursum præteriri. Hæ ergo, ut dixi, voluptates, Dei et naturæ sancitæ legibus, nullam jure reprehensionem incurrunt, modo ratione aptentur: nec ordine perturbato, illius frenos respuentes, aurigam præcipitent, atque in belluarum mores deprimant.

CAPUT IV.

At vero aliud etiam in nobis voluptatum exsi- B stit genus, nec Deo, nec naturæ adscribendum, cum sit ultro in nobis ortum: quemadmodum ii qui ex satis serpentis dentibus exstiterunt: nostraque inscitia et socordia excolatur, dum natura non ut decet utimur. Quod ubi, spreta ratione, dominatum sibi vindicarit, et divinam ac sapientiæ studiosam animi partem solum mutare coegerit: et animi arcem, tanquam sævus aliquis tyrannus, occuparit: hominem et rempublicam ejus, exsilio et seditione et confusione implet, neque amplius eum, in quem tyrannidem exercet hominem esse patitur: sed in belluam quamdam multiformem, et monstrosam convertit: donec et Deo et sibi ipsi et necessariis inutilem effecerit eum, qui se- C mel captus voluptatum illecebris fuerit: ut qui et libertatem vendat, et se per omnem ætatem illis serviturum profiteatur. Ac harum voluptatum priores necessarias esse homines modesti pronuntiant: ciborum præsertim et potionum, quibus corpus alitur, et sine quibus consistere non potest. Atque etiam eas quæ in commiscendis corporibus versantur, tanquam quæ ad generis conservationem faciant, quæque solæ, humanæ naturæ id præstent: ut semper et uno eodemque modo se habeat, in hujus necessitatis societatem admiserunt: existimantes, quod singulis victus est, hoc idem has voluptates præstare, respectu universi, reliquas autem turpes et impuras et belluinas. Nonne vero eas turpissimas nominant omnes, in quibus deprehensos, et D leges mulctant, et eos qui iis succumbunt, dedecus, omniaque probra comitantur? Ob utrarum igitur voluptatum ablationem, omnium molestiarum, quæ hominibus accidunt, mortem gravissimam putant? Numquid ob posteriores mors jure accusabitur? Cur vero? cum humanam vitam tanta corruptela liberet, et naturæ rationi præditæ auxilietur, eamque brutorum similitudine contumeliose vexari non sinat? Quid enim turpius, aut magis brutum, homine ad solam voluptatem propenso? atque rerum honestarum et pretiosarum penitus oblito? qui ne homo quidem deinceps vocari debet, sed portentosa bestia, quales in fabulis describuntur: qui aspectu duntaxat falsam hominis præ se ferat

σαι πρὸς τὴν τροφὴν κινεῖ τὰ δυνάμενα τρέφεσθαι, καὶ ταύτῃ τὸ καθημέραν ἀποῤῥέον τῆς οὐσίας ἀναπληροῦσι, καὶ βοηθοῦσι πρὸς τὸ ζῆν ἕως ἔξεστιν. Οὐδεὶς γὰρ οὔτ' ἂν ἐπὶ τράπεζαν ἦλθεν, οὔτε γενέσεως ἥψατο, μέλλων ἀηδῶς ἐπ' αὐτὰ βαδιεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῆς φύσεως κέντρον ἔνδοθεν ὠθοῦν, οὐ συγχωρεῖ παραμελεῖσθαι τὸν τῆς γενέσεως δρόμον. Αὗται μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, αἱ ἡδοναὶ, Θεὸν καὶ φύσιν ἔχουσαι νομοθέτην, οὐδεμίαν ἂν εἰκότως ἐπιδέχοιντο μέμψιν, εἰ μόνον ὑπὸ τοῦ λόγου ῥυθμίζοιντο, καὶ μὴ δι' ἀταξίαν τὸν παρ' ἐκείνου χαλινὸν ἀποπτύουσαι, κρημνίζοιεν τὸν ἡνίοχον εἰς τὰ τῶν ἀλόγων ἤθη καὶ τὸν βίον αὐτῶν κατασύρουσαι.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐν ἡμῖν ἡδονῶν γένος ἀνίσχει, οὗ μήτε Θεὸν μήτε φύσιν ἔστιν αἰτιᾶσθαι, αὐτόματον δὲ φυόμενον ἐν ἡμῖν, ὥσπερ τὸ τῶν σπαρτῶν γένος, καὶ ὑπὸ τῆς ἡμετέρας γεωργούμενον ἀμαθίας ἢ ῥᾳθυμίας, οὐχ, ὡς ἐχρῆν, χρωμένων τῇ φύσει, καὶ κατὰ λόγον ἐνδυναστεῦσαν, καὶ ὅσον θεῖον ἐν ἡμῖν καὶ φιλόσοφον τῆς διανοίας ἐξοστρακίσαν, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀκρόπολιν, ὥσπερ τις τύραννος ἄγριος, κατασχὸν, τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν ἐν αὐτῷ πολιτείαν φυγῆς, καὶ στάσεως, καὶ ἀταξίας ἐμπίπλησιν, οὐκ ἔτι συγχωροῦν ἄνθρωπον εἶναι τὸν τυραννούμενον, ἀλλά τι θηρίον πολύμορφον καὶ ἀλλόκοτον, μέχρις ἂν καὶ Θεῷ, καὶ ἑαυτῷ, καὶ τοῖς χρωμένοις, ἄχρηστον ἀποδείξῃ τὸν ἅπαξ ἁλόντα τῆς τῶν ἡδονῶν φιλίας, ἀποδόμενον μὲν τὴν ἐλευθερίαν, διὰ βίου δ' αὐταῖς δουλεύειν ὁμολογήσαντα. Τὰς μὲν οὖν προτέρας τῶν ἡδονῶν τούτων ἀναγκαίας ἡδονὰς οἱ σωφρονοῦντες φασὶ, μάλιστα μὲν τὰς τῶν σιτίων καὶ ποτῶν, καὶ ὅσαις τὸ σῶμα τρεφόμενον, τούτων ἄνευ ἀδυνατεῖ συνεστάναι· ἀλλὰ καὶ ταῖς περὶ τὴν μίξιν, ὡς λυσιτελούσαις τῷ γένει, καὶ δι' ἐκείνων μόνων τοῦ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τυγχάνουσαν τῆς ἀνάγκης ταύτης μετέδοσαν· ὅπερ ἡ τροφὴ τῷ καθέκαστον, τοῦτο καὶ ταύτας οἰόμενοι γίνεσθαι τῷ παντὶ, τὰς δὲ λοιπὰς αἰσχρὰς, καὶ ἀκαθάρτους, καὶ θηριώδεις. Καὶ τί γὰρ οὐ τῶν αἰσχίστων πάντες καλοῦσιν, ἐφ' αἷς καὶ τοὺς ἁλόντας οἱ νόμοι κολάζουσι, καὶ τοῖς αὐτῶν ἡττωμένοις αἰσχύνη καὶ ὀνείδη παρὰ πάντων ἀκολουθεῖ; Ποτέρας τοίνυν τῶν ἡδονῶν ἀναιροῦντα τὸν θάνατον, πάντες αὐτὸν πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις δυσχερῶν χαλεπώτατον οἴονται; Ἆρ' οὖν τῶν ὕστερον ἕνεκα τῷ θανάτῳ δίκαιον ἐγκαλεῖν; καὶ πῶς, τόν γε τοσαύτης φθορᾶς ἀπαλλάττοντα τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ τῇ λογικῇ συναγωνιζόμενον φύσει, καὶ ταύτην οὐκ ἐῶντα τῇ τῶν ἀλόγων ὁμοιότητι καθυβρίζεσθαι; Τί γὰρ αἴσχιον ἢ ἀλογώτερον ἀνθρώπου πρὸς μόνην τὴν ἡδονὴν νενευκότος, τῶν δὲ καλῶν καὶ τιμίων παντελῶς ἐπιλαθομένου; ὃν γε οὐδ' ἄνθρωπον χρὴ καλεῖν τοῦ λοιποῦ, ἀλλὰ θηρίον ἀλλόκοτον, οἷα τὰ ἐκ τῶν μύθων μέχρις ὄψεως μόνον ἀνθρωπείαν φύσιν ὑποκρινόμενον. Ἢ γὰρ ἄνθρωπον, δίκαιον ὀνομάζειν τὸν, ὅ τι μὲν φάγεται καὶ πίεται, μόνον φροντίζοντα, ὅ τι δὲ λογιεῖται καὶ εἴσεται παντελῶς ἀμελοῦντα; Τοῦτον

γὰρ τοῖς χοίροις δικαιότερον παρεικάζειν, οὓς τῇ τῆς τροφῆς ἀφθονίᾳ πιαίνοντες θύομεν· μᾶλλον δὲ καὶ τῶν χοίρων ἀχρηστοτέρους τούτους ὑποληπτέον. Τῶν μὲν γάρ ἐστι πολλάκις τῆς πολυσαρκίας ἀπόνασθαι, ἀνδρὸς δὲ ἑαυτὸν κατασαρκοῦντος οὐδὲν ὄφελος· πλὴν εἴ τις τοὺς ἄλλους σωφρονίζεσθαι βουλόμενος, λέγοι, ἐν αὐτῷ τὴν τῆς τρυφῆς αἰσχύνην διδασκομένους· ὥσπερ φασὶ καὶ Λακεδαιμονίους τῇ τῶν Εἱλώτων μέθῃ τοῖς παισὶν ὑποδεικνύναι τὸ τῆς νήψεως ἀγαθόν. Τί δ' ἂν εἴποι τις τὸ τῆς ματαιοπονίας ταύτης ἀπέραντον, καὶ τὸ καθημέραν εἰς τὸν τετρημένον ἀναγκάζεσθαι πίθον ἀντλεῖν, ὅ τι τινὰς φησὶν ὁ μῦθος κατακριθῆναι, οὐκ οἶδ' ὅ τι περὶ τοὺς ἑαυτῶν θεοὺς ἁμαρτόντας; Ἔτι τοίνυν τῷ θανάτῳ μεμπτέον φάγον ἄνθρωπον ἀναιροῦντι, καὶ τοιαύτης ἀχρηστίας τὸν βίον ἐλευθεροῦντι, ὅν γε καὶ δοκοῦντα ζῆν, εὐλογώτερον ἄν τις εἴποι πάλαι τεθνάναι, οὕτω πρὸς τὸν λογικὸν βίον ἀκίνητον ὄντα, καὶ τῇ συνεχεῖ μέθῃ πρὸς πάντα ἀναισθητοῦντα; Ἀλλ' εἰ μηδενὸς ἄλλου, τούτου γε ἕνεκα τὸν θάνατον ἐχρῆν εὐεργέτην καλεῖν, ἐκποδὼν ποιούμενον, οὓς τὴν ἀρχὴν ἔδει μηδὲ γενέσθαι. Οἶμαι δὲ, μηδ' ἂν αὐτοὺς ἐκείνους, εἴ γε ἐκνήψαιεν, ὑπὲρ ἑαυτῶν καλέσαι τὸν θάνατον, μηδὲ, ὡς ἀδικοῦνται, φάναι, μὴ συγχωρούμενοι τοιαύτην ἀκαθαρσίαν ἀσκεῖν.

A speciem. Nam qua ratione, jure, homo dicetur, cui solum quid edere, quid bibere velit, curæ est : de ratiocinando autem, et sciendo plane sit securus? Nam is porcis rectius comparabitur, quos pabulo affatim præbendo saginantes, mactamus. Imo porcis inutiliores etiam existimandi sunt. Sæpe enim porcorum sagina frui licet. Viri autem sese carne onerantis nullus usus est : nisi alios quispiam castigare volens, de eo verba faciat, atque in eo luxuriæ dedecus ostendat. Quemadmodum Lacedæmonii feruntur, per Helotum [sic enim illi sua mancipia vocabant] ebrietatem, liberis, sobrietatis præstantiam demonstrasse. Quid vero de inanis laboris istius infinitate dicemus, et de necessitate quotidie implendi perforati dolii ? qua pœna mul- B tatas esse quasdam, nescio quod scelus in maritos suos commissum, fabulæ perhibent. Numquid mors accusanda est, cum voracem aliquem hominem tollit, et vitam tam inutili pondere liberat : quem etiam dum vivere videretur, rectius jam olim mortuum dixisses ? ut qui ad vitam, quæ rationis particeps est, nulla ratione perduci potuerit, et omni rerum sensu, ob perpetuam ebrietatem caruerit, ac non potius, si non ob aliud, hac saltem gratia morti agendæ gratiæ essent, quæ hos e medio tollat, quos prorsus ne nasci quidem oportebat? At ne illos ipsos quidem, si quando crapulam edormivissent, de morte conquesturos esse puto, nec injuria se affici dicturos, cum iis non concedatur, in hoc libidinum cœno volutari.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Τί δ' ἂν εἴποις τὰς ἄλλας, τὰς ὥσπερ ἀπὸ μητρός τινος τῆς τρυφῆς τικτομένας κακίας· πᾶσι γὰρ σχεδὸν τοῖς αἰσχροῖς παρὰ ταύτης αἱ ἀφορμαί· καὶ τὸ τοὺς παγέντας ἡμῖν ὑπὸ τῆς φύσεως ὅρους, ὑπερβαίνοντας τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸν τῶν ἀκαθάρτων ἡδονῶν ἐμπίπτειν κρημνὸν, ὧν τοῖς κατηγοροῦσιν οἶμαι καὶ μόνην τὴν μνήμην αἰσχύνην ἂν ἐνεγκεῖν; Δυσχερανοῦμεν οὖν, εἰ μὴ καὶ ἀθάνατος ὁ μοιχὸς, καὶ τῷ παιδεραστῇ συνευξόμεθα τὴν νόσον εἰς ἀπέραντον παρατείνεσθαι· ἢ καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν χρημάτων ἐπιβουλὰς, καὶ φιλονεικίας, καὶ φθόνους, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς παντοδαπῆς πλεονεξίας πολέμους; οὓς φανερὸν τῶν ἡδονῶν εἵνεκα τοὺς ἀνθρώπους αἱρεῖσθαι, ἀϊδίους εἶναι θελήσομεν; ὥσπερ τοῦ βίου μηδὲν ὄφελος ὂν, ἂν μὴ συνεχῶς μεγάλα κακὰ τὰ μὲν ποιῶμεν, τὰ δὲ πάσχωμεν, καὶ τῇ πολυμόρφῳ κακίᾳ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐπιτρέψωμεν. Ἀλλὰ τοῦτο τί ποτ' ἐστὶν ἕτερον, ἢ τὸ μὲν κακὸν συμβουλεύειν, τὸ δὲ ἀγαθὸν φυγῆς καὶ ἀτιμίας τιμήσασθαι; Ἢ τοίνυν ἀναίδην οὑτωσὶ τὴν ἡδονὴν εἶναι φατέον τἀνθρώπινον ἀγαθὸν, ἀρετὴν δὲ, καὶ σοφίαν, καὶ ἐπιστήμην, λόγου χάριν καὶ εὐπρεπείας μόνον εἰρῆσθαι, καὶ τότε καὶ τῷ θανάτῳ μεμπτέον τὰ κάλλιστα καὶ τιμιώτατα ἡμῶν ἀφαιροῦντι; ἢ νομίζοντας τῶν ἡδονῶν τὰς μὲν τῇ ψυχῇ λώβην ἄντικρυς εἶναι, καὶ τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων πολιτείᾳ παντελῶς ἐναντιωτάτας, τὰς δὲ καὶ αὐτὰς οὐδὲν ἧττον βλάπτειν δυναμένας, ἂν τὸ παρὰ τοῦ λόγου μέτρον μὴ καταδέχωνται, οὐδὲ τὸν θάνατον παντελῶς ἀτιμαστέον, οὐδ' ὥς τι τῶν βλαβερῶν φευκτέον· ἀλλ'

CAPUT V.

C Quid vero de reliquis vitiis dicas, quæ a deliciis, veluti matre oriuntur, omnibus enim fere flagitiis ansam hæc præbent, aut de eo quod homines nobis a natura præfixos limites transilientes, in impurarum voluptatum præcipitium incidunt? quas, ut arbitror, qui reprehendunt, vel sola illarum commemoratione erubescunt. Ergo moleste feremus, si adulter non sit immortalis? et una cum puerorum amatore vota faciemus, ut morbus ejus in infinitum producatur? aut etiam insidias, quæ pecuniæ tenduntur, et contentiones, et invidias, et bella, ob varia iniqua lucra suscipi solita (lucra vero propter voluptates ab hominibus appeti constat) æterna esse velimus? quasi vero vitæ nulla sit utilitas, nisi continenter magna mala alias de- D mus, alias feramus, et res nostras in multiplicis vitiositatis potestatem permittamus. Verum hoc quid tandem est aliud, quam malo senatoriam auctoritatem tribuere, bonum autem exsilio et ignominia multare? Aut igitur aperte adeo pronuntiandum est, voluptatem hominis esse bonum : virtutem autem et sapientiam, et scientiam, verbi tantum gratia, et propter speciem nominari, et tunc morti exprobandum est, quæ ea, quæ et pulcherrima et pretiosissima habeamus, adimat. Aut, si quasdam voluptates evidentem animorum esse perniciem, existimemus, et communi hominum vitæ ab omni parte adversissimas : alias et ipsas nihilominus obesse posse, nisi rectæ rationis regula adhibeatur : neque mors penitus infamia no-

tanda est, neque ut res perniciosa fugienda. Sed homines et ex hac aliquam utilitatem capere putandum : cum quidem optima sit, si quis vitam delictorum expertem et cum virtute exegerit : ac ne illud quidem omni prorsus utilitate careat, meritis eum affici suppliciis, qui sanari non potest. Quam ad rem universitatis principi et opifici, mors plurimum confert, pro sua justitia hominum nequitiam punienti : nec sinenti, ut mundus a se fabrefactus, temere et perturbate feratur, sed immensa bonitate, nostram quoque improbitatem in ordinem per pœnam redigenti : instar medici, qui sectionibus et ustionibus per totum corpus malum fluxum fundi prohibet. Ejusdem igitur est, jus æquitatemque vituperare, et mortem, quæ malum grassari non patitur, accusare. Quod si qui voluptatibus serviunt, neque sine hac servitute vitam expetendam ducunt, rationes has non approbarint : sed quidquid has illis non comparat, malum existimarint : nec horum judicium veritati detrimentum afferet (neque enim eorum sententiam confirmare nunc nobis propositum est, sed veritatem, ut per se est), neque est quisquam, qui aut pro eorum sententia suffragium ferre, aut pro justitia contra eos, quod supplicium eis sit luendum, considerare velit : sed satis fuerit, judicium esse legitimum. Ne igitur nos, velut in judiciis, voluptariorum lamentationibus moveamur ; qui suis appetitionibus, ceu uxoribus et liberis productis, ea ratione jus perverti, veniamque sibi dari postulant. Sed quousque aut antedictas voluptates, bonum, aut id quod mala prohibet, malum esse demonstrare non poterunt : nihilo secius prioribus suffragiis insistendum erit :, quæ id vitæ institutum amplexis mortem expedire demonstrarunt.

CAPUT VI.

Ob procreationis autem voluptates, quæ turpes non sunt, si morti quis maledicat, ut quæ et eas funditus tollat : ei et ipse assentior, illas accusandas non esse. Nam et natura nobis ab opifice Deo sunt ingeneratæ, et in causa sunt cur hominum genus immortale sit. Itaque qui temperanter et modeste illis utuntur, eos nemo unquam reprehensionem mereri judicavit, nec morti tanquam carnifici ob illarum petulantiam tradendos esse pronuntiavit. Verum quemadmodum non dixerim, mortem illis bonam esse, cum nihil sit in quo delinquant, et ob quod recte ab ea punirentur, quo fierent meliores : sic affirmo hanc ne damnum quidem eis dare, tollendis per obitum concessis voluptatibus. Nam hæ non tanquam peculiare bonum hominibus a natura insitæ sunt, neque propter ipsos, ut iis tanquam fine intra semetipsos fruerentur : sed eorum qui nascerentur ratione habita, eas in parentibus excogitavit, ut liberorum successio facilius ab hominibus perficeretur : cum voluptas oblivionem molestiarum, quæ generationem consequuntur, inducat. Quemadmodum a medicis etiam ægris fucum fieri videmus, et dulcia

A ἡγητέον, εἶναί τινα καὶ τούτου τοῖς ἀνθρώποις ὠφέλειαν, τοῦ μὲν ἀρίστου ὄντος, εἴ τις τὸν βίον ἀναμάρτητον καὶ μετ' ἀρετῆς διεξίοι, οὐ μὴν οὐδὲ τὸ τὸν ἀνίατα νοσοῦντα ταῖς προσηκούσαις ὑπάγεσθαι δίκαις, ἀχρήστου παντάπασι γινομένου, πρὸς ὅπερ ὁ θάνατος τῷ τοῦ παντὸς ἡγεμόνι καὶ δημιουργῷ πλεῖστον συμβάλλεται, τῇ ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ τὴν τῶν ἀνθρώπων κακίαν κολάζοντι, καὶ οὐκ ἐῶντι πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως φέρεσθαι τὸν ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον κόσμον, ἀλλὰ τῇ περιουσίᾳ τῆς ἀγαθότητος, καὶ τὴν ἡμετέραν κακίαν εἰς τάξιν καθιστῶντι τῇ τιμωρίᾳ· ὥσπερ ἰατρὸς τομαῖς καὶ καυτῆρσιν οὐκ ἐῶν ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα τὸ πονηρὸν ῥεῦμα χυθῆναι. Τοῦ αὐτοῦ τοίνυν ἀνδρὸς τότε δίκαιον καὶ τὴν δίκην κακίζειν, καὶ τοῦ θανάτου κατηγορεῖν, τοῦ

B ὁρίζοντος τὸ κακόν. Εἰ δὲ οἱ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύοντες, καὶ ταύτης οὐκ ἄνευ τῆς δουλείας ἑλόμενοι ζῆν, τοὺς λόγους μὴ ἀποδέχοιντο, ἀλλὰ φαῦλον ἡγοῖντο πᾶν, ὃ μὴ ταύτας αὐτοῖς προξενεῖ· οὐδὲν ἡ τούτων κρίσις τό γε ἀληθὲς παραβλάψει· οὐ γὰρ τὴν ἐκείνων γνώμην κυροῦν νῦν ἡμῖν πρόκειται, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν, ὅπως ἐφ' ἑαυτῆς ἔχει· τίς γὰρ τῶν κρινομένων γνώμης τὴν ψῆφον ἕλοιτ' ἂν ἐνεγκεῖν, οὐδὲ κατ' αὐτῶν ὑπὲρ τῆς δίκης, ἥντινα δεῖ τούτους δοῦναι σκοπεῖν; ἀλλ' ἀρκείτω τὸ τὴν ἀπόφανσιν νόμιμον εἶναι. Μὴ τοίνυν, μηδ' ἡμεῖς, ὥσπερ ἐν ταῖς δίκαις, τοῖς τῶν φιληδόνων προσέχωμεν ὀδυρμοῖς, ὥσπερ γυναῖκας, ἢ παιδία, τὰς ἑαυτῶν ὀρέξεις ἀναβιβαζομένων, καὶ ταύτῃ διάστροφον τὴν δίκην ἐξαιτουμέ-

C νων περὶ αὐτῶν ἐνεχθῆναι, ἀλλ' ἕως ἂν ἢ τὰς εἰρημένας ἡδονὰς ἀγαθὸν, ἢ τὸ τὰ φαῦλα κωλύον κακὸν εἶναι, δεῖξαι μὴ δύνωνται, οὐδὲν ἧττον ἡμῖν ταῖς προτέραις ψήφοις ἐμμενετέον, αἳ τοῖς οὕτω ζῆν ᾑρημένοις ἀγαθὸν τὸν θάνατον ἀπεδείκνυσαν.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Διὰ δὲ τὰς περὶ τὴν γένεσιν ἡδονὰς, οὐκ ἐπονειδίστους οὔσας, εἴ τις κακῶς τὸν θάνατον λέγοι, ὡς ἄρδην καὶ αὐτὰς ἀναιροῦντα, τὸ μὲν ὡς οὐ χρὴ κατηγορεῖν ἐκείνων, φημὶ καὶ αὐτός. Φύσει τε γὰρ ἡμῖν ἔγκεινται παρὰ τοῦ δημιουργοῦ, καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τῆς ἀϊδιότητος αἴτιαι γίνονται. Ὥστε καὶ τοὺς σωφρόνως καὶ μετρίως αὐταῖς κεχρημένους οὐδεὶς πώποτ' ἐπιτιμήσεως ἀξίους ἡγήσατο,

D οὐδ' ἀπεφήνατο, δεῖν αὐτοὺς τῷ θανάτῳ διὰ τὴν ὕβριν, ὥσπερ τινὶ κολαστῇ, παραδίδοσθαι. Πλὴν ὥσπερ οὐκ ἀγαθὸν αὐτοῖς εἴποιμ' ἂν εἶναι τὸν θάνατον, οὐδενὸς ὄντος, ὃ παραβαίνοντες, εἰκότως ἂν ὑπ' αὐτοῦ βελτίους γένοιντο κολαζόμενοι· οὕτως οὐδὲ ζημίας αὐτοῖς αἴτιον τοῦτον εἶναί φημι, τῇ τελευτῇ τὰς ἐφειμένας ἡδονὰς ἀναιροῦντα· αὗται γὰρ τοῖς ἀνθρώποις, οὐχ ὡς ἴδιον αὐτῶν ἀγαθὸν, οὐδ' αὐτῶν εἵνεκα παρὰ τῆς φύσεως τούτοις ἐγκατῳκίσθησαν, ἵνα δὴ τούτων, ὥσπερ τέλους, ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαύοιεν· ἀλλὰ τῶν γενησομένων προνοουμένη, ταύτας ἐν τοῖς γονεῦσιν ἐμηχανήσατο, ἵνα ῥᾷον τοῖς ἀνθρώποις τὰ περὶ τὴν διαδοχὴν τῶν τέκνων ἀνύηται, τῆς ἡδονῆς λήθην ἐμποιούσης τῶν παρεπομένων δυσχερῶν τῇ γενέσει· ὥσπερ καὶ τοὺς

ἰατροὺς ὁρῶμεν ἐνίοτε σοφιζομένους τοὺς κάμνοντας, A καὶ γλυκέα τινὰ τοῖς ἀηδεστάτοις παραμιγνύντας, ἵνα τῇ περὶ τὰ ἡδέα λιχνείᾳ ῥᾷον καὶ τὰ θεραπεύοντα δέξωνται. Ὁρῶμεν δὲ καὶ τοὺς ὑπιόντας τὰ ἄχθη ᾄδοντας, ὅταν πιέζωνται, καὶ ταῖς ᾠδαῖς κουφότερον ἑαυτοῖς οἰομένους τὸ φορτίον ποιεῖν. Εἰ τοίνυν ἑτέρων εἵνεκα καὶ μέχρι τινὸς τοῖς ἀνθρώποις τὸ γένος τοῦτο τῶν ἡδονῶν συγκεχώρηται· δῆλον, ὡς, τῆς λειτουργίας παυσομένης, οὐδὲν οὐδ' αὐτοὶ ζημιώσονται, ἐν τοῖς οἰκείοις ἀγαθοῖς καταλιμπανόμενοι· ὥσπερ οὐδὲ τοὺς ἀχθοφοροῦντας ἐκείνους εἴποι τις ἂν ζημιοῦσθαι, τοῦ τε ἄχθους ἅμα καὶ τῆς ᾠδῆς ἀπαλλαττομένους. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ χάριτας ἂν εἶεν δίκαιοι τούτου γε ἕνεκα ὁμολογεῖν τῷ θανάτῳ, οὐκ ἐῶντι τούτους ὑπὲρ ἄλλων κόπτεσθαι, εἴδωλον ἡδονῆς αὐτοὺς καρπουμένους, ἀλλ' B ἱστάντι τὴν ἀπάτην, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφοντι τοὺς ἀνθρώπους. Ὃ καὶ Σοφοκλέα τὸν ποιητὴν λέγεται πρὸς τὸν Κέφαλον ἀποκρίνασθαι, ἐρόμενον ὡς δή τι καλὸν, εἰ οἷός τέ ἐστιν ἐν γήρᾳ μίγνυσθαι γυναικί; Εὐφήμει, εἶπεν ἐκεῖνος, νοῦν ἔχων, ὦ ἄνθρωπε· πάλαι γὰρ τούτων ὥσπερ ἀγρίων ἀπήλλαγμαι δεσποτῶν· τὰς ἡδονὰς τοῦτο λέγων, ὑφ' ὧν τὸ τῶν ἀνθρώπων κηλούμενον γένος, ὥσπερ κακῷ δεσπότῃ, χαίρει παραμένον αὐταῖς.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Τοὺς μὲν οὖν διὰ τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς, εἴ τινες ἂν εἶεν αὗται, τὸν θάνατον φρίττοντας, καὶ κακὸν ἔσχατον οἰομένους αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις, τῶν παιγνίων τούτων, μᾶλλον δὲ τῆς περὶ ταῦτα μανίας C καὶ ἀσχημοσύνης αὐτοὺς ἀπαλλάττοντα, οἶμαι τοῖς λόγοις τούτοις σωφρονισθέντας, καὶ τὴν παιδικὴν ἀποῤῥίψαντας ἔννοιαν, τὴν σώφρονα καὶ ἀνδρικὴν ἀντιλήψεσθαι, καὶ μὴ πρὸς τὸ χρεὼν ἀηδῶς τῶν γε ἡδονῶν ἕνεκα διακεῖσθαι· τοῖς δὲ διὰ τὴν τοῦ εἶναι κοινοτάτην ἐπιθυμίαν, καὶ τὸ φύσει πᾶσιν ἐγκεῖσθαι τῆς ζωῆς ταύτης ἔφεσιν τὴν τελευτὴν δυσχεραίνουσιν, ὡς ἂν τῶν ἐν ἡμῖν τὸ ἄριστον καὶ θειότατον ἀναιροῦσαν, ὃ πᾶσι τοῖς ὁπωσοῦν οὖσι καὶ τὴν φύσιν ὁρῶμεν φιλονεικοῦσαν τηρεῖν, ἐκεῖνο ἄν τις εἴποι, καὶ ἴσως κατὰ καιρὸν, δεῖν μὲν μὴ πρὸς τὰς ἡδονὰς, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀπάτην ὁρῶντας, περὶ τῶν πραγμάτων ψηφίζεσθαι, ἀλλὰ τὸ θεῖον καὶ κατὰ φύσιν ἀγαθὸν τῶν ἐν ἡμῖν ἀγαθῶν ποιεῖσθαι τεκμήριον, καὶ τὰ μὲν ἐκείνῳ συμβαίνοντα καὶ ἡμῖν λυσιτελεῖν νο- D μίζειν, ὅσα δὲ ἐκείνῳ μάχεται, ταῦτα τῆς τοῦ κακοῦ μοίρας οἴεσθαι, καὶ προσέθ' ἡμῖν βλαβερά. Ταύτης τοίνυν τῆς γνώμης πολλὴ χάρις ἡμῖν. Ἀτεχνῶς γὰρ ἡ δόξα σωφρονούντων ἀνδρῶν, καὶ πρὸς ὃ δεῖ, πάντα ἀναφερόντων. Ἀλλ' εἰ μὲν ἡ ψυχῆς ἄνευ ἐζῶμεν, καὶ τὸ σῶμα μόνον ἦν τοῦθ' ὅπερ ἐσμέν· οὗ φθειρομένου, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἂν ἦν, ὃ πρότερον ἦμεν, οὐδέ τις ἡμῖν μετέπειτ' ἐλπὶς, ἢ λόγος, ἐλείπετο· ἢ καὶ ψυχῇ χρώμενοι πρὸς τὸ ζῆν, οὐκ ἄφθαρτον παρὰ τοῦ δημιουργοῦ ταύτην εἴχομεν, καὶ δυναμένην καθ' ἑαυτὴν παραμένειν, ἀλλ' οἵαν μόνον συνεῖναι τῷ σώματι, καὶ οἰχομένου συνδιαλύεσθαι· οὐκ ἂν παντάπασιν ἄλογον ἦν δεδιέναι, ἐν τῷ παντὶ μέλλοντας κινδυνεύειν, καὶ τοῦ ὄντος, ὡς σχεδίας τινός,

quædam amarissimis commisceri : ut suavium liguritione facilius medicamenta quoque sumant. Cernimus etiam eos, qui onera subeunt, canere cum premuntur, et putare, cantu se onus sibi levius reddere. Quod si voluptatum genus, alterius causa, et ad tempus hominibus concessum est : ubi ministerium desierit, nec ipsos quidquam detrimenti constat capere, nullo suorum bonorum iis erepto, sicuti nec bajulos illos jacturam aliquam facere quisquam dixerit, cum simul et onus gestare, et canere desinunt. Æquius igitur esset, eos morti gratias propterea agere, quod non sinantur ab ea propter alios defatigari, cum ipsi simulacro duntaxat voluptatum fruantur, sed impostura compescatur et homines ad semetipsos convertantur. Id quod Sophocles poeta respondisse fertur Cephalo, tanquam egregium quiddam percontanti : An in senectute rem habere cum muliere posset? Bona verba, homo, inquit ille, quippe vir cordatus; jam olim ab his tanquam agrestibus dominis recessi. Voluptates hoc nomine notans, quibus genus mortale delinitum, apud eas quasi herum improbum animo libenti remanet.

CAPUT VII.

Ac eos quidem, qui ob corporis voluptates [si quæ modo eæ sunt] mortem expavescunt, eamque malum hominibus extremum esse putant, quæ ab istis ludicris, ac potius ab insania hac, et turpitudine eos repellat; arbitror his rationibus eruditos, et puerili sententia abjecta, modestam et virilem illius loco sumpturos : nec fato, voluptatum quidem gratia, fore infestos. Iis autem qui obitum, ob latissime patentem vivendi cupiditatem, et natura hujus vitæ desiderium insitum reformidant : quod et optimum et divinissimum eorum quæ habeamus auferat, cum a natura etiam in rebus vilissimis studiose vitam conservari videamus, illud dicere queas, ac opportune fortassis : judicandum esse de rebus, non voluptatum, et illarum fraudis ratione habita, sed de nostris bonis, e divino et naturali bono conjecturam capiendam : existimandumque quæ cum illo congruant, ea nobis pariter expedire : quæ vero cum illo pugnent, ea in malis, atque adeo nobis noxiis, habenda esse. Et hæc quidem sententia nobis admodum grata esse debet. Omnino enim hæc opinio est hominum cordatorum, et qui omnia referant quo oportet. Verum sive absque animo viveremus, et corpus id solum esset quod sumus : quo intereunte nullo modo usquam futurum esset id, quod prius fueramus, neque nobis ulla deinceps vel spes vel ratio relinqueretur : sive animo ad vivendum utentes, eum ab opifice nec immortalem accepissemus, nec qui suapte vi consistere posset; sed talem cujus ea conditio esset, ut corporis tantum consuetudine uteretur, eoque pereunte, simul interiret : non omnino vecordiæ esset, nos timere, cum tota na-

tura periclitaretur, et si ab essentia, tanquam rate quapiam, in inanitatis pelagus caderemus, et in chaos delaberemur. Nunc quis nescit, nos et animum habere, eumque brutorum animo multo præstantiorem : nimirum qui ratione gubernetur, qua et imperare corpori potest, idque arbitratu suo regere; atque etiam immortalem et interitus expertem, qui et esse et permanere suapte vi in omnem æternitatem queat, quique, pereunte corpore, nihil damni faciat? Cum igitur ea ejus sit natura, nonne stultitiæ est, ei metuere, ne forte una cum corpore pereat, neve id quod immortale est, mortem subeat, et id quod corruptioni obnoxium non est, nusquam sit?

CAPUT VIII.

Esse autem vera quæ de eo dicuntur, et æternæ et permanentis naturæ animum esse, et hominem ob eum, quæ in mundo degunt, animalium, divinissimum et maxime diuturnum : ita cognoscetur, si quis ad hanc rationem examinandam pauca argumenta adhibuerit. Asserimus hominem animal esse et vivere. Vitæ porro signum est, quod corpus loco movetur, non ab aliis extrinsecus impulsum, aut concitatum, sed quod motum intra se habet, quocunque se applicuerit. Omnes enim ea quæ hoc modo moventur, vivere pronuntiant. Neque vero quidquam aliud corpus hoc modo afficit, præterquam animus. Nam omnia quæ moventur et vivunt, ob animi præsentiam moventur et vivunt. Jam tactus, et visus, et auditus, evidens argumentum est essentiæ animalis. Omnes enim animalia sensu definiunt, qui quo perfectior fuerit, et quo quodque animal meliorem eum exactioremque acceperit, eo perfectiorem locum in numero animalium obtinet. Homo autem nullo sensu destituitur, atque etiam omnia ea percipit, quorum causa sensus factus est. Itaque quod ad hos attinet, cæterorum animalium nullo est inferior, sed ejus excellentia in eo posita est, quod natura rationem soli illi tribuit, sensuum ducem. Neque vero his sensibus hominem tradidit duntaxat, et ut illorum arbitratu duceretur, permisit; sed rationis elegantia exornavit, et eam vitæ illius tanquam pastorem quempiam et magistrum præfecit, ac ipsum a reliquis gregalibus per eam distinxit, et quasi præcipuam generis notam separavit, per quam solam homo, inter animalia, Deum et agnoscit et colit, fanaque ei consecrat, et sacra et vota facit, et ab eo tum sibi, tum aliis bona petit, et solus eorum qui terram incolunt, veritatem novit, ac in ejus inquisitione occupatus est, et virtutem exercet. Idem et leges sanxit, et respublicas instituit, et maleficis certum pœnæ modum præfinivit, idem etiam artes invenit, non tam ad necessitatem, quam ad ornatum elaboratas, easque in commune contulit, in omnibus ad divinum exemplar respiciens, ad quod et fabrefactus est, et ad quod sua omnia componit. Quarum rerum nullius participes sunt cæteræ animantes, cum ne rationis quidem

A ἀποπίπτοντας ἐπὶ τὸ τοῦ μὴ ὄντος πέλαγος καὶ τὸ χάος ἐξολισθαίνειν. Νῦν δὲ τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ ψυχὴν ἔχομεν, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων κρείττω πολλῷ, ἅτε λόγῳ κυβερνωμένην, δι' ὃν καὶ κρατεῖν τοῦ σώματος δύναται, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν τὰ τούτου διατιθέναι, καὶ προσέτι ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον καὶ εἶναι καὶ μένειν ἐφ' ἑαυτῆς μέχρι παντὸς δυναμένην, οὐδεμίαν οἰχομένου τοῦ σώματος αὐτὴν ὑπομένουσαν βλάβην; Τοιαύτης τοίνυν αὐτῇ τῆς φύσεως οὔσης, πῶς οὐκ εὔηθες ὑπὲρ αὐτῆς δεδιέναι, μὴ λάθῃ διαφθαρεῖσα τῷ σώματι, καὶ θάνατον τὸ ἀθάνατον ὑπομείνῃ, καὶ μηδαμοῦ τὸ ἄφθαρτον ᾖ;

ΚΕΦΑΛ. Η'.

B Ὅτι δὲ ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτῆς λεγόμενα, καὶ τῆς αἰωνίου καὶ μενούσης φύσεώς ἐστιν ἡ ψυχὴ, καὶ διὰ ταύτην τῶν ἐν κόσμῳ ζώων ἄνθρωπος θειότατόν τε καὶ μονιμώτατον, γνοίη τις ἂν ὧδε, ὀλίγοις τεκμηρίοις παρὰ τὸν λόγον χρησάμενος. Φαμὲν τὸν ἄνθρωπον ζῶον εἶναι, καὶ ζῆν. Τοῦ μὲν οὖν ζῆν σημεῖον τὸ μὴ παρὰ ἄλλων ἔξωθεν ὠθούμενον ἢ ἐπειγόμενον μεταβαίνειν, ἀλλ' ἔνδοθεν εἶναι τούτῳ τὴν κίνησιν, ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειε. Πάντες γὰρ τὰ τοῦτον τὸν τρόπον κινούμενα ζῆν ἀποφαίνονται. Τούτου δ' οὐκ ἄλλο τι πλὴν τῆς ψυχῆς αἴτιον τῷ σώματι γίνεται. Ψυχῆς γὰρ παρουσίᾳ πάντα τὰ κινούμενα καὶ ζῶντα κινεῖται, καὶ ζῇ. Καὶ μὴν τὸ ἅπτεσθαι, καὶ ὁρᾷν, καὶ ἀκούειν, τοῦ καὶ ζῶον εἶναι φανερὸς C ἔλεγχος γίνεται. Αἰσθήσει γὰρ τὰ ζῶα πάντες ὁρίζονται, καὶ ὅσον μᾶλλον τὸ κατ' αὐτὴν πλεονάζει, ἢ βέλτιον καὶ ἀκριβέστατον πρὸς αὐτὴν παρεσκεύασται, τοσοῦτον ἐν τῇ τῶν ζώων τάξει καὶ τελειοτέρας χώρας τυγχάνει. Ἄνθρωπος δὲ πάσαις μὲν αἰσθήσεσι χρῆται· ὧν δὲ ἕνεκα αἴσθησις μεμηχάνηται, πάντων ἀντιλαμβάνεται, ὥστε τούτων γε ἕνεκα τῶν λοιπῶν ζώων μηδενὸς ἐλαττοῦσθαι. Ἡ δ' ὑπεροχὴ ὅτι καὶ λόγον ἡ φύσις αὐτῷ μόνῳ δέδωκε τῶν αἰσθήσεων ἡγεμόνα. Οὐ ταύταις δὲ μόνον ἐκδοῦσα τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὡς ἂν αὗται τοῦτον ἄγοιεν, ἄγεσθαι συγχωρήσασα, ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ λόγου κάλλει κοσμήσασα, καὶ τοῦτον αὐτοῦ τῷ βίῳ, ὥσπερ τινὰ νομέα καὶ διδάσκαλον, ἐπιστήσασα, καὶ τούτῳ τῶν συννόμων αὐτὸν διαστήσασα, καὶ ὥσπερ τινὰ σύμβουλον D τοῦ γένους αὐτὸν ἀφορίσασα· δι' ὃν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπος Θεόν τε οἶδε, καὶ σέβει, ἱερά τε τούτῳ ἱδρύεται, καὶ θύει, καὶ εὔχεται, καὶ παρ' αὐτοῦ τἀγαθὰ ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις αἰτεῖ. Καὶ ἀλήθειαν δὲ μόνος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς οὗτος ἐπίσταται, καὶ περὶ αὐτὴν πραγματεύεται, καὶ ἀρετὴν ἀσκεῖ, καὶ νόμους τέθεικε, καὶ πολιτείας κατεστήσατο, ἀγαθοῖς τε ἔργοις ἀμοιβὰς καὶ πονηροῖς μέτρα κολάσεως ὥρισε, τέχνας τε ἐξεῦρεν, οὐ πρὸς χρείαν μᾶλλον ἢ φιλοτιμίαν ἐξησκημένας, καὶ ταύτας φέρων εἰς τὸ κοινὸν κατέθετο διὰ πάντων πρὸς τὸ θεῖον ἀποβλέπων παράδειγμα, πρὸς ὃ καὶ δεδημιούργηται, καὶ πρὸς ἐκεῖνο τὰ ἑαυτοῦ πάντα ἁρμόζων· ὧν οὐδὲν τὰ λοιπὰ ζῶα μετέχει, ὅτι μηδὲ λόγου μετέχει, ᾧ ταῦτα καὶ εὑρίσκεται, καὶ τελειοῦται, καὶ λυσιτελεῖ τοῖς χρω-

μένοις. Ταῦτα γὰρ πρὸς τὴν χρείαν μόνον ὁρᾷ, καὶ A ὅσον πρός τε τροφὴν αὐτοῖς καὶ γένεσιν συντελεῖ, οὐδὲν δὲ περαιτέρω περιεργάζεται· καὶ ταύτης τῆς ἀνάγκης γινόμενα μόνης, φιλοτιμίαν οὐδεμίαν εἰσφέρεται, ὥσπερ τακτούς τινας τῆς φύσεως ὅρους οὐχ ὑπερβαίνειν τολμῶντα. Ὥστ' ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ὁμογενῶν τὰ αὐτὰ ἂν ἴδῃς, καὶ οἰκιῶν σχήματα, καὶ τροφῶν νόμιμα, καὶ ὕπνων ἐπιτηδεύματα, καὶ θεραπείας ἐκγόνων, καὶ πρὸς ἀποφυγὰς ἢ καὶ μάχας περιεργίας.

A sint capaces, qua hæc et inveniuntur et peraguntur, et ad utilitatem utentium accommodantur. Hæ enim necessitatem tantum intuentur, quatenus res iis ad pastum conducunt et procreationem, ulterius non sollicitæ. Et cum in solius hujus necessitatis potestate sint, nullum ornatus studium habent, ut quæ non audeant præfinitos quosdam a natura limites prætergredi. Itaque in unoquoque genere easdem et ædificiorum formas videas, et pastus ritus, et dormiendi consuetudinem, et curas eorum quæ procreata sunt, et sollicitudinem ad pericula vel declinanda, vel propulsanda.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Τούτων γὰρ πάντων εἷς πᾶσι παρὰ τῆς φύσεως ἐπίκειται νόμος, ὃν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς παρελθεῖν, ὡς B ἂν φύσει μόνῃ καὶ τῇ κατ' αἴσθησιν ζωῇ περικεκλεισμένοις. Ἄνθρωπον δὲ ὁ λόγος τοῖς ἀραχνίοις τούτοις ἐνδεδεμένον οὐκ ἠνέσχετο ζῆν. Τούτων δὲ λύσας, ἐλεύθερον αὐτῷ δέδωκε βίον, οὐ μόνον δεσπότου παντὸς ἀπαλλάξας, ἀλλὰ κἂν τοῖς ἔργοις πᾶσαν ἀφελόμενος τὴν ἀνάγκην, καὶ τῇ τῆς φύσεως οὐ περιγράψας στενοχωρίᾳ, οὐ πρὸς τὸ εἶναι μόνον τὰ αὐτοῦ τάττειν ἐάσας, ἀλλὰ πολλῷ πλέον καὶ τοῦ εὖ εἶναι διδάξας λόγον ποιεῖσθαι. Ὅθεν οὐχ ὑετῶν μόνον καὶ πνίγους ἀλεξητήριον τὴν οἰκίαν ἀνίστησιν, οὐδ' ἐφ' ἑνὸς σχήματος ταύτην ἱδρύεται, οὐδ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν ταύτην συμπήγνυσιν, ὅπερ ἡ τῶν ζώων πάσχει πενία· ἀλλὰ πάσας μὲν οἰκιῶν ἰδέας ἐπινοεῖ· πάσαις δὲ ἀναλογίαις συνδεῖ. Καὶ τὴν ὕλην οὐκ αὐτόθεν μόνον πορίζεται, ἀλλὰ τὴν ὑπερορίαν λιθοτο- C μεῖ, Θετταλῇ ἢ πορφυρίτιδι λίθῳ τοὺς τοίχους ἀμφιεννύς, καὶ τοῖς τῶν λειμώνων ἄνθεσι ζωγραφῶν, καὶ τοὔδαφος ποικίλλων, χρυσὸν περιτήκων (1), καὶ ὅλως τῆς μὲν χρείας καταφρονῶν, πρὸς πολυτέλειαν δὲ μόνον ὁρῶν· τὸ δ' αὐτὸ μηχανᾶται καὶ περὶ τὴν ἀμπεχόνην, οὐ πρὸς τὰς τῶν ὡρῶν μόνον μεταβολὰς τοῖς ἱματίοις φραττόμενος· ὀλίγης γὰρ ἂν ἔδει πρὸς τοῦτο φροντίδος· νῦν δ' ἐκεῖνο μὲν τῇ φύσει καὶ τοῖς ζώοις ἀπέῤῥιψεν· ὁ δὲ λόγος πολλὴν κἂν τοῖς ἱματίοις ἐξεῦρεν αὐτῷ τὴν ἁβρότητα. Καὶ γὰρ καὶ ὕλης διαφορὰν ἐζήτησε, καὶ ἄνθος ἐξεῦρε, καὶ χρυσὸν συνύφηνε, καὶ παντοδαπῶν ζώων τε καὶ φυτῶν ἰδέας ἐν τούτοις διέγραψε, καὶ ἱματίων ἰδέας ἄλλας ἄλλοις ἀπένειμεν, ὡς ἂν ἕκαστος γένους, ἢ ἀξίας, ἢ ἡλικίας ἔχων τυγχάνῃ. Τὴν δ' αὐτὴν ἂν ἴδοις πολυ- D τέλειαν ἐπί τε στρώσεων, καὶ ὑποδέσεων, καὶ ὀχημάτων, καὶ σκευῶν, καὶ τῆς ἄλλης τῶν ἀνθρώπων ἐν τῷ βίῳ κατασκευῆς. Ὥστ' ἐν οὐδενὶ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων ἄνθρωπος τοῖς αὐτοῖς, οἷς καὶ οἱ ἕτεροι, χαίρει, ἀλλὰ πᾶσι περιττήν τινα ἐξαλλαγὴν καὶ φιλοτιμίαν ἐπινοεῖ ἀπεναντίας τῇ τῶν λοιπῶν ζώων φύσει, ἃ μικρὰ μὲν ἐργάζεται, μικροῖς δὲ ἀρκεῖται, ἕνα δὲ βίου πόρον παρὰ τῆς φύσεως ἐδιδάχθη.

CAPUT IX.

Nam harum rerum omnium una omnibus natura B lex incumbit, quam transgredi illis non licet, tanquam quæ sola natura, et vita sensu prædita coerceantur. Hominem autem ratio non passa est, his quasi aranearum telis irretitum vivere, sed his soluto, vitam liberam concessit: non remoto tantum quovis dominatu, sed depulsa omni etiam necessitate in factis, neque eum naturæ angustiis conclusit, nec id duntaxat concessit, ut incolumitatis, sed multo magis, ut felicitatis rationem haberet. Unde non ad propulsandos imbres et æstus modo, ædes erigit, nec una quapiam figura eas exstruit, neque ex eadem materia coagmentat [quod bestiarum inopiæ accidit], sed omnia tum ædificiorum genera excogitat, tum ea multis modis compingit. Et materiam non e proximo tan- C tum conquirit, sed lapides peregre excidit, et Thessalico marmore, aut porphyritide pariete, vestit, et pratorum floribus eos pingit, et solum variat, atque inaurat, denique necessitate contempta, solum pretium respicit. Eadem comminiscitur etiam in amictu, non ad anni intemperiem tantum se vestibus muniens [nam hæc res non magnam curam postularet, quam quidem naturæ et bestiis abjecit], sed ratio multas etiam delicias in vestibus excogitavit. Nam et materiæ varietatem indagavit, et purpuram reperit, atque aurum intexuit, et omnis generis tum animalium, tum plantarum imagines in iis depinxit, et aliis alias vestium formas attribuit, pro cujusque natalibus, aut dignitate, aut D ætate. Eosdem sumptus videas et in stratis, et in calceamentis, et vehiculis, et vasis, et cæteris rebus, quibus vita instruitur. Itaque homo in nulla re sua, iisdem quibus alii utuntur, delectatur, sed in omnibus supervacaneam quamdam diversitatem, et elegantiam excogitat, contra quam reliquorum animantium natura fert, quæ tum pusilla quædam agunt, tum paucis contenta sunt.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴποι τις ἂν καὶ ἀνάγκης ἔχειν τι παραμεμιγμένον. Δεῖ γὰρ τοῖς μέλλουσι βιώσεσθαι καὶ τροφῆς, καὶ οἰκίας, καὶ ἱματίων, ὧν ἡ φύσις φροντίδα καὶ τῶν ζώων ἐνίοις ἐνέθηκεν, εἰ καὶ τὴν τούτων κτῆσιν ἀνθρώποις πολυτελεστέραν καὶ

CAPUT X.

Verum dici queat, hæc aliquid etiam necessitatis habere admistum. Qui etiam vitam conservatam cupiunt, victu et domicilio et vestimentis indigent, quarum rerum curam natura bestiis etiam quibusdam indidit, quamvis horum possessionem

(1) Melior lectio cod. Reg. 1215...., ἄνθεσι τούτους γράφων κ. τ. ποικ. καὶ τῷ τέγει χρ. περιτ. Edit.

pretiosiorem et uberiorem hominibus constituerit. Sed qua vivendi necessitate adductus homo, sapientiæ studium suscepit? Quid autem ad victum confert ars supputandi, et ratiocinandi, aut geometriæ? Aut quid rebus vitæ necessariis decessisset, si nulla nec eloquentiæ, nec dialecticæ exercitatio fuisset? aut quid ad frigus aut æstum dicendi venustas confert? quæ cum ab hominibus post ea quæ necessaria sunt, excogitata sint: aperte ostendunt, consilia ejus non tantum ad corporis aut voluptatum necessitatem, sed ad aliquid ulterius et majus referri. Quod autem maxime ostendat humanæ naturæ, si ad cætera comparetur, excellentiam, est consulendi studium iis qui sunt inferiores, et consideratio utilitatis cognatorum. Nam aliis satis est, si ipsa non esuriant, non frigeant, non viribus ad procreationem destituantur; sui autem generis nullam curam gerunt. Neque vero reperies respublicas leonum, aut elephantorum, aut aliorum animalium: sed civitates solorum hominum sunt opera, in quibus sapientiæ suæ inventa et mutua beneficia deponunt, atque his alii leges præscribunt, alii dicto sunt audientes. Ac a subditis honores et tributa principibus penduntur: quæ virtutis et inferiorum curæ præmia sunt: principes autem assiduam iis sollicitudinem, qui ipsis parent perpetuamque providentiam conferunt: quam tantam præ se ferunt, ut bonus et justus princeps, suopte periculo salutem aliis præstet: ac multi pro patriæ defensione occubuerint: quod a bestiarum natura remotissimum est. Vix enim vel sese, aut fœtus suos illas defendere videas. Sed inferiorum cura, hominum duntaxat est, et humanæ mentis munus. Enimvero quodnam evidentius specimen tum ad humanam perfectionem, tum ad brutorum inopiam demonstrandam proferetur? Nam hæc quidem suarum duntaxat rerum satagunt. Inter homines autem rationis perfectio aliorum etiam curam suscipit, eorumque necessitates explet. Videas itaque unum hominem, qui in suam potestatem redegerit non reliquorum tantum animalium greges, sed etiam in multis urbibus, multis nationibus, multis provinciis imperitet. Quidam vero totius etiam orbis terrarum imperio potiti non obscurum in se divinæ dignitatis signum demonstrarunt. Jam illud admiratione dignum est, unum hominem, cum et brutis bestiis et hominibus imperare conetur, ipsum, hoc jugum excutere, ac quidvis perpeti malle, quam alteri servire: tanquam si a primordio natura ejus libertatis consors, et servitutis inimica sit.

CAPUT XI.

Adeo res varia et libera est mens hominis, nunc hoc, nunc illud agendum suscipiens: alias sic, alias contra suas actiones componens, easque semper arbitratu suo. Hoc vero a rationis opulentia habet: quæ ratio sola cum libera sit, tum facere, tum excogitare contraria potest. Natura autem, quippe mendica et inops, uno quodam termino

διαρκεστέραν ἐμηχανήσατο. Ἀλλ' ὑπὸ ποίας τῆς κατὰ τὸ ζῆν ἀνάγκης ἀνθρώπῳ φιλοσοφίας ἐμέλησε; τί δὲ πρὸς τὰ ἄλφιτα ἀριθμητικὴ, καὶ λογιστικὴ, καὶ γεωμετρία; ἢ τί χεῖρον ἂν ἔσχεν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ὁ βίος, εἰ μηδεμία ῥητορικῆς ἢ διαλεκτικῆς ἄσκησις ἦν; ἢ τί πρὸς ψύχους ἢ καύματος ἀπαλλαγὴν τὸ πρὸς κάλλος λέγειν συμβάλλεται; ἃ μετὰ τὸν ἀναγκαῖον πορισμὸν τοῖς ἀνθρώποις ἐξευρεθέντα, δείκνυσι φανερῶς, ὡς οὐ τῆς σωματικῆς μόνον ἀνάγκης ἢ ἡδονῆς, ἀλλά τινος περαιτέρω καὶ μείζονος ἄνθρωπος στοχάζεσθαι πέφυκεν. Ὃ δὲ μάλιστα τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πρὸς τἄλλα κράτος ἐνδείκνυται, ἡ τῶν ὑποδεεστέρων ἐστὶ πρόνοια, καὶ τὸ τῆς τῶν ὁμογενῶν ὠφελείας λόγον ποιεῖσθαι. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἀρκεῖ, ἂν αὐτὰ μὴ πεινᾷ, μηδὲ ῥιγοῖ, μηδὲ πρὸς τὴν γονὴν ἀσθενῇ, τῶν δὲ ὁμοίων οὐδεμία τούτοις φροντίς. Οὔκουν ἂν εὕροις πόλεις λεόντων, ἢ ἐλεφάντων, ἢ τινος ἄλλου τῶν ζώων, μόνων δὲ ἀνθρώπων αἱ πόλεις ἔργα· ἐν αἷς τὰ τῆς σοφίας εὑρήματα καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους εὐεργεσίας φέροντες, κατατίθενται· κἀν ταύταις οἱ μὲν ἐπιτάττουσιν, οἱ δὲ ὑπακούουσι. Καὶ παρὰ μὲν τῶν ἀρχομένων τιμαὶ καὶ φόροι τοῖς ἄρχουσιν, ἀρετῆς ἆθλα ταῦτα καὶ τῆς εἰς τοὺς ἐλάττους προνοίας· παρὰ δὲ τῶν ἀρχόντων διηνεκὴς τῶν ὑπὸ χεῖρα φροντὶς, καὶ πρόνοια συνεχὴς, ἣν τοσαύτην δείκνυνται, ὥσθ' ὅ γε καλὸς καὶ δίκαιος ἄρχων ἰδίοις κινδύνοις σωτηρίαν τοῖς ἄλλοις πορίζει, καὶ πολλοὶ πατρίσιν ἀμύνοντες ἔπεσον, ὃ τῆς τῶν ἀλόγων φύσεως πορρωτάτω. Ὑπὲρ γὰρ αὐτῶν μόνον ἢ καὶ τέκνων μόλις ἴδοι τις ἂν ἀμυνόμενα· ἀνθρώπων δὲ μόνων ἡ τῶν ἐλαττόνων πρόνοια παρώνυμός τις οὖσα λόγου καὶ νοῦ. Καίτοι τί ἄν τις εἴποι τούτου καθαρώτερον δεῖγμα τῆς τε ἀνθρωπίνης τελειότητος καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἐνδείας; Τὰ μὲν γὰρ σφίσιν αὐτοῖς μόνον, καὶ τοῦτο πεφεισμένως ἀρκεῖ· ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις τὸ παρὰ τοῦ λόγου τέλειον καὶ τῶν ἄλλων ἐπιλαμβάνεται, καὶ τοὺς δεομένους πληροῖ. Καὶ ἴδοις ἂν ἕνα ἄνθρωπον οὐ τῶν ἄλλων ζώων μόνον ἀγέλας πεποιημένον ὑφ' ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ πολλῶν μὲν πόλεων, πολλῶν δὲ ἐθνῶν, πολλῆς δὲ γῆς, ἄρχοντα· τινὲς δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης πάσης ἡγήσαντο, οὐκ ἀμυδρὸν σύμβολον δείξαντες ἐν ἑαυτοῖς τῆς θείας ἀξίας. Ὃ δ' ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι καὶ ἀλόγων ζώων, καὶ ἀνθρώπων εἷς ἄνθρωπος ἄρχειν ἐπιχειρῶν, αὐτὸς τὸν ζυγὸν τοῦτον ἀποδιδράσκει, καὶ πάντα μᾶλλον αἱρεῖται πάσχειν ἢ δουλεύειν ἑτέρῳ· ὡς ἂν ἄνωθεν αὐτῷ τῇ μὲν ἐλευθερίᾳ τῆς φύσεως συγκεκληρωμένης, τῷ δὲ δουλεύειν ἀπηχθημένης.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Οὕτω δὲ παντοδαπὸν ἀνθρώπου ψυχὴ καὶ ἐλεύθερον, καὶ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο ποιεῖν αἱρουμένη· καὶ ποτὲ μὲν οὕτω, ποτὲ δὲ ἐναντίως, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ δοκοῦν τὰς πράξεις ἁρμοζομένη. Τοῦτο δ' αὐτῇ παρὰ τῆς εὐπορίας τοῦ λόγου, ὃ μόνον ἐλεύθερον, καὶ τῶν ἐναντίων καὶ ποιητικὸν καὶ εὑρετικόν. Ἡ δὲ φύσις πτωχή τις οὖσα, καὶ ἄπορος, πρὸς

ἐν μόνον αὐτῇ τε ὥρισται, καὶ τὰ ταύτῃ δουλεύοντα ζῶα ἐνδεᾶ καὶ δοῦλα καθίστησι μικροῖς ἐγκλείουσα νόμοις. Ἄνθρωπος δὲ οὕτω πρὸς τὸ ἄρχειν ἄνωθεν παρὰ Θεοῦ παρεσκεύασται, ὥστε οὐ μόνον τῶν ἄλλων ἡγεῖσθαι βούλεται, ἀλλὰ πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἀρχὴν ἐπιδείκνυται ταύτην, καὶ τοῦθ' ὅταν τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τηρῇ. Ὥστε τούς γε σώφρονας καὶ φρονίμους ἐγκρατεῖς ἑαυτῶν καὶ ἄρχοντας ἑαυτῶν ἀξιοῦμεν καλεῖν. Καὶ οὗτοι μάλιστα, αὐτοί τε εὐδαίμονες, καὶ τοῖς ἀρχομένοις εὐδαιμονίας εἰσὶν αἴτιοι, οἳ ἂν μάλιστα, ὥσπερ ὄχλου, τῆς ἐν ἀνθρώποις ἀλογίας ἄρχειν ἐπίστωνται. Καὶ πρὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς οὔ φασιν οἱ νοῦν ἔχοντες θεμιτὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ τὸ δημόσιον παριέναι, ὡς οὐδὲν πράξουσιν ἄξιον λόγου, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις καὶ ἑαυτοὺς προσδιαφθεροῦσι. Τούτῳ δὲ πάντη τὸ τῶν ζώων γένος κεχώρισται, καὶ οὐδὲν ἂν εὕροι τις ἐκείνων ταῖς ἰδίαις ἐπιθυμίαις μαχόμενον, ἀλλὰ ταῖς παρὰ τῆς φύσεως ὁρμαῖς ἀκωλύτως ἑπόμενον. Οὐκοῦν ἡ μὲν φύσις τροφῆς ὑπομιμνήσκει, τὰ δὲ προκρίνει λιμὸν, οὐδ' ἐπὶ ποτὸν ἄγει, τὰ δ' αἱρεῖται δίψαν. Τοῖς δὲ τῆς μίξεως καιροῖς καὶ νομεῦσι καὶ ἀλλήλοις ἀφόρητα γίνεται, καὶ τὸν πρὸς τὴν γένεσιν οἶστρον οὐδὲν οὕτως ἰσχυρὸν, ὥστε κολάσαι· αἴτιον δὲ τὸ τὴν φύσιν ἐν αὐτοῖς χωριζομένην τοῦ λόγου μὴ ἔχειν τὸν οἷς ὁρμᾷ πράττειν ἐπιτιμήσοντα· καὶ διὰ τοῦτο ἐκ παντὸς τὰ ἑαυτῆς ἔθη θέλειν ἀποπιμπλάναι. Ἀλλ' ἐν ἀνθρώποις πολὺς πρὸς τοὺς τῆς φύσεως νόμους ὁ πόλεμος· καὶ τούτου πᾶς τις ἑαυτῷ προσέχων, ἐν ἑαυτῷ καθ' ἡμέραν πειρᾶται. Πόσοι πλησμονῆς ἐπιθυμίᾳ λιμὸν ἀντεξάγουσιν; ἰατροῖς ἢ πειθόμενοι, ἢ σαρκὶ νομοθετοῦντες, ἢ ἄλλων εἵνεκα, τὴν τοῦ σώματος παραιτούμενοι θεραπείαν· τὴν δὲ τῆς μίξεως ὄρεξιν, ἣν δὴ τυραννικώτατον νόμον πᾶσι τοῖς ζώοις ἡ φύσις ἐπήνεγκεν, οὕτω τινὲς ἐβδελύξαντο, ὡς καὶ γυναικείας ὄψεως διὰ τοῦτο παντελῶς ἀποσχέσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Τοῦτο δ' αὐτοῦ τις αἰσθάνεται ποιοῦντος καὶ πρὸς θυμόν. Οὗτος γὰρ τὸν ἠδικημένον κατὰ τῶν ἠδικηκότων ὁπλίζει, καὶ χεῖρα καὶ ξίφος ἐπενεγκεῖν αὐτῷ παραινεῖ, ἔνδον δέ τινος ἐπιτιμῶντος ὁ κεκινημένος αἰσθάνεται, καὶ διδάσκοντος, ὡς ἐφεκτέον μὲν τὴν ὀργὴν, ἀμύνης δὲ ἀφεκτέον· καὶ φυλακτέον μὲν τὰς τῶν λεόντων, καὶ ἄρκτων, καὶ συῶν ὁμοιώσεις, ἀναχωρητέον δὲ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ τοῦ λόγου μέτρον, καὶ τὴν εὐσχημοσύνην. Καὶ τοσοῦτον αὕτη πολλάκις ἡ ἐπιτίμησις ἴσχυσεν, ὥστε τὸν θυμὸν σβέσασα, ἔπεισε τὸν ἐλαττωθέντα τὰ τῶν φιλούντων πρὸς τὸν πλεονεκτεῖν βουλόμενον ἐπιδείξασθαι. Καὶ ἔστιν ὥσπερ εἰκάσαι τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον πόλει παρόμοια, ἐν ᾧ λόγος καὶ φύσις, ὥσπερ ἐκεῖ ἄρχων καὶ ἰδιῶται. Καὶ βασιλεύει μὲν ὁ λόγος, ἄγεται δὲ ἡ φύσις. Καὶ νόμος οὗτος παρὰ Θεοῦ τοῖς μέλλουσιν εὐδαιμόνως βιώσεσθαι, μηδενὶ παρὰ τὸ τῷ λόγῳ δοκοῦν ἐν πᾶσιν ἐπιχειρεῖν. Οὐδεὶς οὖν, ὅστις οὐκ ἐν ἑαυτῷ τῆς διαφορᾶς ταύτης πειρᾶται, ὡς ἄλλο μὲν ἐν ἡμῖν ὁ λόγος, ἄλλο δὲ ἡ τοῦ σώματος

A continetur: et animalia, quæ ei serviunt, egena et servilia facit, minutis inclusa legibus. At homo sic ab initio divinitus ad imperandum a Deo paratus est, ut non cæteris tantum præesse velit, sed idem etiam imperium erga semetipsum usurpet, præsertim cum suam naturam conservat. Itaque homines modestos et prudentes appellandos censemus eos, qui se ipsi regunt et moderantur. Et ii, cum ipsi felicissimi sunt, tum eos, qui parent felices reddunt, qui brutæ sui parti, tanquam populi multitudini, rectissime imperare sciunt. Itaque negant homines cordati, ante partum hoc imperium, hominibus ad rempublicam administrandam accedere fas esse, quod nihil præclari gesturi essent, sed semetipsos cum aliis in perniciem conjecturi.
B Hac re homo ab omni animantium genere distinguitur: quorum nullum reperias, quod suis cupiditatibus repugnet, sed omnia, citra impedimentum, naturæ suæ impetus sequuntur. Neque vero cum natura pastus ea commonefacit, illa famem anteferunt, neque cum ad potum ducit, ipsa sitire malunt. Tempore autem coitus et pastoribus et sibi ipsis intolerabilia sunt: stimulumque illum quo ad procreationem feruntur, nulla vis coercere potest. In causa illud est, quod eorum natura, rationis expers, non habet quod appetitus incitationem reprehendat: ideoque libidinem quovis modo explere student. Hominibus autem magnum cum naturæ legibus bellum est: cujus rei quilibet
C semetipsum observans, in sese quotidie periculum facit. Quam multi repletionis cupiditati famem opponunt? sive medicis obtemperantes, sive carnem coercentes, sive aliis de causis curationem corporis repudiantes. Appetitionem vero rei venereæ, quam natura omnibus animantibus instar violentissimæ legis indidit, adeo quidam detestati sunt, ut idcirco penitus etiam aspectum feminarum abominati sint.

CAPUT XII.

Idem te facere sentias et contra iracundiam: quæ injuria lacessitum, adversus eos qui læserunt, armat, eumque monet, et manibus et gladiis in eos irruendum esse: interius autem is qui ita concitatus est, quemdam objurgantem sentit, docen-
D temque, et reprimendam esse iram, et ab ultione abstinendum: et cavendum, tum ne leonibus, aut ursis, aut apris similes fiamus, tum ad hominem et rationis regulam, ipsumque decorum, esse redeundum. Ac hæc objurgatio sæpe tantum valet, ut ardore exstincto, eum qui damnum fecit, adduxerit, ut amore complexus sit eum, qui vim et injuriam facere voluit. Ac hominum conditio urbi quodammodo comparari potest. Nam is rationem et naturam habet, quemadmodum illa magistratus et plebem. Ac ratio quidem regnat, natura paret. Et hæc lex a Deo iis sancita est, qui felices sunt futuri, ut nihil omnium rerum aggrediantur, nisi quod rationi consentaneum est. Neque vero quisquam est, quin hoc in se discrimen animadvertens,

aliud in nobis esse rationem, aliud naturam corporis intelligat: ac illam quidem quasi leges præscribere et ducere, hanc quasi obtemperare et duci. Quæ, si eo sequatur, quo illa spectat, a ratione curatur, tanquam mulæ, quæ in itinere faciendo, et sarcinis ferendis nobis operam navant. Sin repugnet, et cum illius officio suum munus confundat, tum vero ratio suum in corpus et res corporeas dominatum aperte ostendit, prehensumque corpus, tanquam fugitivum servum, fame primum et siti aliisque ærumnis pungit. Deinde, nisi post castigationem a contumacia recesserit, tum vero, iracundia tanquam socia contra hostes adhibita, acerbum corporis vesaniæ supplicium infligit: nec parcendum censet ei diutius, adversari non dubitanti. Itaque vel per præcipitia dejicit: et hominem sibi manus afferre cogit. Quod evidentissimum signum est, animum rationis participem non a corpore tantum diversum esse, sed etiam dominum: et quidem eo usque, ut etiam perdat. Non enim, nisi aliud quiddam esset, puniret, neque per iracundiam occideret. Quod si quid corporeum in nobis dominaretur, corpus ad necem, cum visum esset, non condemnaret. Neque enim quidquam sese perditum cupit, atque adeo ne vires quidem contra se habet. Omnia enim pro viribus se tueri student, et cum iis quæ salutem prohibent, irreconciliabile bellum gerunt. Quare si homo nihil præter corpus et sensum esset, omnes homines corporis appetitiones sequerentur, atque in id solum studeret, ut ei bene esset, bellum vero cum ejus voluptatibus nullum esset. Neque res quæ sensum excedunt, expeterentur, sed despicerentur et contemnerentur.

CAPUT XIII.

Ac forsitan sine necessaria causa, tantum verborum fecisse quibusdam videar, cum constet, hominem majus aliquid quam corpus aut corporea habere, idque esse rationem, qua cuncta consideret, et dijudicet, et peragat, et ad legitimum finem quæque referat; sed hujus, ne aliorum quidem animantium naturam expertem esse; nam illa videri, officium suum certa ratione facere, et cujuslibet actionis certum sibi finem præstituere. Neque enim id agerent, nisi ratione ad finem ducerentur: quoniam alioquin, ea quæ faciunt, casui ascribere necesse esset, eoque pacto nihil in actionibus eorum esset definiti, sed id quod casus tulisset, eis accideret: cum ea quæ in oculos nostros incurrunt, contrarium de eis testentur. Nam aut semper, aut maxima ex parte, ea quæ ab iis geruntur, omnia eodem modo eveniunt. Ego vero statuo, ea etiam, quæ ab animalibus geruntur, ratione geri. Neque enim in iis duntaxat, sed in inanimis quoque, rationis aliquod vestigium videas, cum et ipsa ordine quodam et oriantur et agant. Sed idem nego, ipsa eorum quæ fiunt rationem in se habere, et sese secundum illam, suoque arbitratu, gubernare. Sed assero, universitatis auctorem, pro ea, quam in se habet, ratione, quodvis ad finem ei animanti

A φύσις. Καὶ τὸ μὲν οἷον ἐν ἡμῖν νομοθετεῖν τε καὶ ἄγειν· τὸ δὲ οἷον ὑπείκειν καὶ ἄγεσθαι· ὅπερ, ἑπόμενον μὲν, πρὸς ἅπερ ἐκεῖνο σκοπεῖ, τῆς παρ' αὐτοῦ τυγχάνει προνοίας· ὥσπερ τῶν ἡμιόνων αἱ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἡμῖν καὶ τὰ ἄχθη λυσιτελοῦσαι. Ἂν δ' ἀντιλέγῃ, καὶ τοῖς παρ' ἑαυτῆς τὰ παρ' ἐκείνου συγχέῃ, ἐνταῦθα δείκνυται καθαρῶς ἡ τοῦ λόγου πρὸς τὸ σῶμα καὶ τὰ σωματικὰ δεσποτεία. Λαβόμενος γὰρ, ὥσπερ τινὸς δραπέτου δούλου, τοῦ σώματος, πρῶτον μὲν ἔστιξε λιμῷ καὶ δίψῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις κακοπαθείαις· ἔπειτ', ἂν μὴ σωφρονισθὲν τῆς αὐθαδείας ἀπόσχηται, τότε δὴ τὸν θυμὸν, ὥσπερ τινὰ κατὰ πολεμίων σύμμαχον, ὁ λογισμὸς προσπαραλαβὼν, πικρὸς τῆς τοῦ σώματος ἀγνωμοσύνης γίνεται κολαστὴς, οὐκ ἔτι ἀξιῶν φείδεσθαι τοῦ τολμῶντος B ἐναντιοῦσθαι. Ὥστ' ἢ κατὰ κρημνῶν ὦσεν, ἢ βρόχον ἀνῆψεν, ἢ ξίφος ἐπήνεγκεν, αὐτόχειρα τὸν ἄνθρωπον ἀναγκάσας γενέσθαι· ὃ φανερώτατον ἂν εἴη δεῖγμα τοῦ τὴν λογικὴν ψυχὴν οὐ μόνον ἕτερον τοῦ σώματος εἶναι, ἀλλὰ καὶ δέσποιναν, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ ἀπολλύναι. Οὐ γὰρ ἂν, εἴ γε μὴ ἕτερον ἦν, ἠμύνετο, οὐδ' ἂν ἀπέκτεινε χολωθεῖσα. Καὶ εἴ τι τῶν σωματικῶν ἐν ἡμῖν κύριον ἦν, οὐκ ἂν θάνατον τοῦ σώματος, ὅτε ἐδόκει, κατεψηφίζετο. Οὐδὲν γὰρ ἂν ἑαυτὸ ἀπολλύοι· ἐπεὶ μηδ' ἔστιν ἰσχὺς αὐτῷ τινι καθ' αὑτοῦ. Πᾶν γὰρ αὑτὸ τὸν δυνατὸν τρόπον σώζειν ἐπείγεται, καὶ τοῖς τὴν σωτηρίαν κωλύουσιν ἀδιάλλακτα πολεμεῖ. Ὥστ', εἰ μηδὲν παρὰ τὸ σῶμα καὶ τὴν αἴσθησιν ἄνθρωπος ἦν, πᾶς ἂν ταῖς τοῦ C σώματος ὀρέξεσιν εἵπετο, καὶ ὅπως ἂν τοῦτ' εὖ πάθοι, μόνον ἐφρόντιζε· πόλεμος δὲ πρὸς τὰς ἡδονὰς οὐδεὶς ἂν ἦν· οὐδὲ τῶν μὲν ὑπὲρ τὴν αἴσθησιν ἐπιθυμία, αὐτοῦ δ' ὑπεροψία καὶ καταφρόνησις.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ἀλλ' ἴσως δόξω τισὶν οὐ μετ' ἀνάγκης ἐπὶ τὴν πολυλογίαν ταύτην ἐλθεῖν. Εἶναι γὰρ δῆλον, ὡς ἔχει τι πλέον σώματος καὶ τῶν σωματικῶν ἄνθρωπος· τοῦτο δὲ εἶναι τὸν λόγον, ᾧ πάντα λογίζεται, καὶ κρίνει, καὶ ποιεῖ, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστα τέλος ἁρμόζει· τούτου γε μὴν οὐδὲ τὴν τῶν ἄλλων ζώων φύσιν ἄμοιρον εἶναι. Κἀκεῖνα γὰρ τὰ προσήκονθ' ἑαυτοῖς κατὰ λόγον ὁρᾶται ποιοῦντα, καὶ τέλος αὐτοῖς ἐστιν ἑκάστῃ τῶν πράξεων. Οὐκ ἂν δ' οὕτως ἐποίει, μὴ λόγῳ πρὸς τὸ τέλος ἀγόμενα, ἄλλως γὰρ D τύχην ἀναγκαῖον ἂν ἦν, ὧν πράττουσιν, αἰτιᾶσθαι· καὶ οὕτως οὐδὲν ἂν ἦν, ἐν οἷς πράττουσιν, ὡρισμένον, ἀλλ' ὅπερ ἂν ἔτυχε, τούτοις συνέβαινεν, οὗ τὸ ἐναντίον τὰ περὶ αὐτὰ φαινόμενα μαρτυρεῖ ἀεὶ, ἢ τὸ πλεῖστον, πάντων, ὧν ἐπιτηδεύουσιν, ὁμοίων ἀποβαινόντων. Ἐγὼ δὲ καὶ κατὰ λόγον μὲν γίνεσθαι τὰ ὑπὸ τῶν ζώων γινόμενα τίθεμαι. Οὐκ ἐπὶ τούτων γὰρ μόνων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων, τὸ κατὰ λόγον ἴδοι τις ἂν, τάξει τινὶ καὶ τούτων γενομένων, καὶ ἐνεργούντων, οὐ μὴν αὐτὰ τὸν τῶν γινομένων λόγον ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα, ἑαυτὰ κατ' ἐκεῖνον καὶ τὸ δοκοῦν ἄγειν φημί· τὸν δὲ δημιουργὸν κατὰ τὸν ἐν ἑαυτῷ λόγον ἕκαστον πρὸς τὸ προσῆκον αὐτῷ τέλος ἐπείγειν, αὐτὰ δ' ἀσύνετα πάντα τῆς τῶν γινομένων αἰτίας ὑπάρχειν. Ἐπεὶ καὶ τὸ βέλος οὐκ οἶδε μὲν

τὸν σκοπὸν, παρὰ δὲ τοῦ τοξότου, ἐφ' ὅπερ ἐνεχθῆναι προσῆκον, ἰθύνεται· καὶ οὐκ ἂν εἴποι τις, τινὸς τὸ βέλος στοχάζεσθαι, οὐδὲ γνῶσιν, ἢ βούλησιν, ἔχειν τοῦ τέλους. Οὕτω κατὰ λόγον μὲν ποιεῖ καὶ τὰ ζῶα, ὧν μέντοι ποιεῖ, αὐτὰ μὲν τὴν αἰτίαν οὐκ οἶδε· κινεῖται δὲ, καὶ δὴ τυγχάνει παρὰ τοῦ τὰ πάντα εἰδότος ἀγόμενα. Καὶ τούτου τεκμήριον τὸ μόνοις ἐκείνοις ἐπιχειρεῖν, ἃ πρὸς τὴν ἀνάγκην τοῦ εἶναι συμβάλλεται, περαιτέρω δέ τινος μηδ' ἅπτεσθαι τὴν ἀρχήν. Εἰ γάρ τινα λόγον καὶ θέλησιν αὐτοῖς εἶχεν ἡ ὄρεξις, ἔπραττον ἄν τι καὶ τῆς ἀνάγκης ἐκτὸς, τῇ περὶ πάντα δυνάμει τοῦ λόγου προσχρώμενα· ὅσγε τῶν ἐναντίων καὶ γνωστικός ἐστι, καὶ ἀνυστικός. Οὐ τοίνυν ἄλλο τι τῶν παρὰ τὸν ἄνθρωπον ζώων ψυχὴν λογικὴν ἔχειν ὑποληπτέον· ἀλλ' ἔστι τοῦτο μόνης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἴδιον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ἄνθρωπος τοίνυν οὐχ ἁπλῶς τῶν αἰσθήσει μόνῃ ζώντων ἐστὶ, πρὸς οὐδὲν τῶν ὑπὲρ αὐτὴν πεφυκὼς διαβαίνειν· ἀλλ' ἔχει μὲν αἴσθησιν, καὶ ταύτῃ πόλλ' ἔχει πρὸς τἄλλα ζῶα κοινά· ὃ δ' αὐτὸν καθαρῶς ἄνθρωπον ποιεῖ (1), καὶ τῶν λοιπῶν διαιρεῖ, ὁ λόγος ἐστὶ καὶ ὁ νοῦς, ὥσπερ τις ἡγεμὼν ἐν μετεώρῳ καθήμενος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ πᾶσι τοῖς περὶ τὸν ἄνθρωπον χρώμενος, ὡς ἂν ἐν οἰκίᾳ δεσπότης, πρὸς ὃν πάντα τέτακται, καὶ τὰ τῶν υἱέων, καὶ τὰ τῶν δούλων. Λογικὴν τοίνυν καὶ νοερὰν φύσιν παρὰ τοῦ δημιουργοῦ λαβοῦσα ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ, σῶμα μὲν οὐκ ἂν εἴη. Οὔτε γὰρ ἂν αὐτὴ τὸ σῶμα πρώτως ἐκίνει, οὔτ' ἂν ἐχώρει δι' ὅλου τούτου· ἀλλ' ἦν ἂν κατὰ τοὺς εἰς ἀλλήλους ἐμβαλλομένους κάδους, ἐνοῦσα τῷ σώματι, καὶ τῷ μὴ διὰ παντὸς διικνεῖσθαι πολλὰ τῶν τοῦ σώματος, καὶ μάλιστα τὸ ἔξω πᾶν, ἐξ ἀνάγκης ἄψυχον καταλείπουσα. Ἦν δ' ἂν καὶ μέγεθος τῇ ψυχῇ κατὰ τὰ σωμάτων μεγέθη, ὥστε εἶναι λέγειν καὶ τοῖν Αἰάντοιν τὸν μὲν Τελαμώνιον μείζονα, τὸν δὲ Λοκρὸν ἐλάττονα ψυχὴν περιφέρειν, καὶ μὴν καὶ τεμνομένου τοῦ σώματος μετεῖχεν ἂν κἀκείνη τοῦ πάθους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ γινομένων εἰδῶν ἦν ἂν ἕκαστον ἐπὶ μέρους· τοιαῦτα γὰρ τὰ ἐν ὕλῃ καὶ σώμασιν. Ὥστ' οὐδὲν ἂν ᾔδη καθόλου, ἀλλ' εἶχεν ἂν μόνον αἴσθησιν, ὧν νῦν ἐπιστήμην. Οὕτως ὁ τὴν ψυχὴν σῶμα τιθεὶς λόγος πολλοῖς ἀτόποις ἐνέχεται. Ἀλλὰ μὴν ἀσώματον οὖσαν, καὶ κρατοῦσαν τοῦ σώματος, καὶ τοῦτο κατὰ τὸ δοκοῦν κυβερνῶσαν, τίς μηχανὴ μὴ καὶ θανάτου κρείττω καὶ φθορᾶς αὐτὴν ὑποτίθεσθαι; Ἥ τε γὰρ κατὰ τοῦ σώματος ἀρχὴ, καί τε δῦσαν εἰς αὐτὸ μὴ παντελῶς βεβαπτίσθαι, ἀλλ' ἀνέχειν, καὶ τὸ μὲν σῶμα, χωρισθὲν ἐκείνης, μηδὲν δύνασθαι πράττειν, αὐτὴν δὲ κατὰ τὰς μεγίστας καὶ σεμνοτάτας ἐνεργείας καὶ ἑαυτῇ συμφύτους τοῦ σώματος καὶ τῆς ἐκεῖθεν φλυαρίας παντελῶς ἀπηλλάχθαι, τεκμήριον ἐναργὲς εἶναι τινὰ καθ' ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν, ἀνενδεᾶ μὲν σώματος, δυναμένην δὲ ἐφ' ἑαυτῆς καὶ εἶναι, καὶ μένειν· καὶ προσέτι πράττειν τὰ ἑαυτῆς τοσοῦτον τελεώτερόν τε

(1) Cod. Reg. 1213, δείκνυσι. Edit.

convenientem incitare; ipsa vero nullarum rerum causas intelligere. Nam et sagitta cum metam ignoret, a sagittario dirigitur, quo eam ferri convenit. Neque vero quisquam dixerit, jaculum aliquid habere propositi, aut cognitionis, aut finis alicujus cupiditatem. Sic etiam animalia rationem in agendo sequuntur, sed eorum quæ faciunt causam ignorant. Moventur autem et ducuntur ab eo, qui scit omnia. Atque istius rei argumentum est, quod ea sola aggrediuntur, quæ ad naturæ conservationem conferunt: quidquam autem ultra, ne attingunt quidem. Nam si eorum appetitio aliquid rationis aut voluntatis haberet, etiam extra necessitatem aliquid agerent, ad omnia rationis facultate adhibita, quæ contraria et intelligendi et perficiendi vim habet. Ergo nullum aliud animal præter hominem animum intelligentem habere existimandum est; sed is peculiare quiddam solius humanæ naturæ est.

CAPUT XIV.

Itaque homo non ex eorum numero simpliciter est, quæ solo sensu vivunt: neque ejus est ea conditio, ut ad nihil ulterius transire possit, sed et sensum habet, et, quod ad hunc attinet, multa cum cæteris animantibus communia. Quod autem eum plane faciat hominem, ac a reliquis distinguat, ratio est, et mens, instar principis in superiori loco sedens, tum ad se, tum ad suum usum cuncta humana accommodans: tanquam dominus ædium, ad quem et filii et servi, omnes actiones suas referunt. Humanus igitur animus, natura rationali et intelligenti ab opifice Deo accepta, corpus non erit. Alioquin enim nec ipse corpus præcipue moveret, nec id totum penetraret; sed inesset corpori, quemadmodum vasa quorum alia aliis includuntur. Et quia per totum pervadere non posset, multas corporis partes, præsertim exteriores omnes, necessario inanimas relinqueret. Haberet etiam magnitudinem pro corporum magnitudine. Unde dici posset inter duos Ajaces, Telamonium majorem, Locrensem vero minorem animum circumferre. Atque etiam cum corpus secaretur, ille etiam ejus calamitatis esset particeps. Præterea singulæ quæ in eo continentur species, individua futuræ essent, talia enim in materia et corporibus sunt. Itaque nihil universale sciret: sed sensum duntaxat haberet, ubi nunc scientiam. Sic quæ ratio animum corpus esse statuit, in multas incidit absurditates. Enimvero qui fieri potest, cum sit incorporeus, et corpori imperet, idque arbitratu suo gubernet, ut eum aliquis et morte præstantiorem esse, et non interire neget? Nam animi in corpus imperium, atque illud etiam, quod corpus ingressus, non omnino immergitur, sed eminet, et quod corpus ab eo separatum nihil facere potest, ipse vero omnino a corpore, et nugis quæ inde oriuntur, separatus, in maximas et gravissimas contemplationes, et sibi cognatas recedit: evidens argumentum est, animi quamdam naturam per se consistentem esse, quæ corporis ministerio carere

possit, atque esse et permanere queat suopte robore; prætereaque suum negotium eo perfectius et purius agere possit, quo corpus magis effugerit, atque operam dederit, ut secum ipse agat. Nam cum semetipsum a corpore et ejus generis curis absolvit, aut mundi errorem, in oculos incurrentis, missum fecit, et obscuras rerum rationes considerat, et veritatem per se probat: tum sui demum juris plane factus, et ut ipse incorporeus est, attingens exempla materiæ et corporis expertia, ac velut adyta fanorum ingressus, corpus foris relinquit: quasi nefas sit, illo comitante, et ipsum animum, tanquam tenebris quibusdam, sua dementia perfundente, veritatem comprehendere: eo vero, tanquam onere quodam remoto, ad id quod est, et veritatem expeditus penetrat. Tum vero demum hominem perfectissimum et sapientissimum, et virum optimum, et omnes virtutis titulos promeritum appellare licet. Sin cum corpore commisceatur, et sensu ac visione disciplinas captet, tum regi eum comparare queas, qui ultro purpurea chlamyde et diademate abjecto, servis sese commisceat, et ad servilia ministeria descendat. Quod si voluptatibus etiam serviat, et maculis corporis impleatur, tum ei comparandus fuerit, qui in lutum aut cœnum se impellat, atque pulchrum illum et amabilem aspectum obscuret, et faciem quamdam deformem et horridam assumat.

CAPUT XV.

Atqui si animus derelinquendo corpore perfectionem suam consequitur, quis homo cordatus eum mortalem esse, et cum corpore interire concesserit? cum antequam morte solvatur, ab illo ad se recedat, et operam det, ut sese ab illo separet, quasi hoc pacto maximum fructum ex sese capere possit. Enimvero si ejus vita in corpore posita est, atque sine eo interit ac dissipatur, qui fit ut omni corpore transcenso, incorporea desideret, et in earum rerum contemplatione suaviter acquiescat, et si quis inde abstraxerit, moleste ferat et doleat, ut qui a suis et conjunctissimis rebus avellatur? Nam quod delectatur, quando cum iis, quæ interitus expertia sunt, conjungitur, et rursum dolet, cum ab iisdem sejungitur, id testimonio est, eum cognationem et similitudinem cum eo quod est immortale habere. Quodsi immortalia mutationi obnoxia non sunt, consentaneum est, ne ipsum quidem sub interitum cadere. Quo vero pacto, cum immortalis sit, eaque de causa immobilis (corporum enim motus est) interitum sustineat? quem in ullam rem sine motu cadere, nullo modo fieri potest. Neque vero a contrario aliquo superatus concidet. Neque enim quidquam est, quod cum eo pugnet. Quod si quis dicat, suapte improbitate, tanquam ærugine ferrum, animum posse absumi; pessimi quidam, cum nihilominus vivant quam boni, istam etiam argumentationem evertunt: nec posse eum, ne suapte quidem malitia interire, per quam solam eum perire

A καὶ καθαρώτερον, ὅσον καὶ μᾶλλον ἀποδιδράσκει τὸ σῶμα, καὶ ἑαυτῇ πειρᾶται συνεῖναι. Ὅταν γὰρ τοῦ σώματος καὶ τῶν περὶ τοῦτο φροντίδων ἑαυτὴν ἀπολύσασα, ἢ καὶ τὴν περὶ τὸν ὁρατὸν κόσμον πλάνην ἀφεῖσα τοὺς ἀφανεῖς τῶν ὄντων λόγους σκοπῇ, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐφ' ἑαυτῆς δοκιμάζῃ· τότε καθαρῶς ἑαυτῆς γινομένη, καὶ τῶν ἀΰλων παραδειγμάτων, ἀσώματος ἀσωμάτων ἐφαπτομένη, καὶ ὥσπερ ἔνδον ἱερῶν γινομένη, καταλιμπάνει μὲν ἔξω τὸ σῶμα, ὡς οὐ θεμιτὸν ἐκείνου παρεπομένου, καὶ τὴν ἰδίαν ἀφροσύνην, ὥσπερ τι σκότος αὐτῆς καταχέοντος, τῆς ἀληθείας λαβέσθαι· ἀλλ', ὥσπερ τινὸς ἄχθους ἀπαλλαγεῖσα, κούφη πρός τε τὴν οὐσίαν καὶ τὸ ἀληθὲς διαβαίνει. Καὶ τότε τὸν ἄνθρωπον τελειότατον, καὶ σοφώτατον, καὶ ἀνδρῶν ἄριστον, καὶ πάντα τὰ B τῆς ἀρετῆς ὀνόματα, προσειπεῖν ἔξεστιν. Ἀναμιγνύμενον δὲ τῷ σώματι, καὶ τὰ μαθήματα αἰσθήσει καὶ φαντασίᾳ θηρεύοντα εἰκάσαις ἂν ἀνδρὶ βασιλεῖ, τὴν μὲν ἁλουργῆ χλαμύδα, καὶ τὸ διάδημα ἑκόντα ἀποτιθέμενον, ἀναμιγνύντα δὲ τοῖς δούλοις αὐτὸν, καὶ πρὸς τὰς δουλικὰς κατιόντα διακονίας. Εἰ δὲ καὶ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύοι, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀναπιμπλαῖτο κηλίδων, τότε εἰς πηλὸν ἢ βόρβορον ἑαυτὸν εἰσωθοῦντι παρεικαστέον, καὶ τὴν μὲν καλὴν ὄψιν καὶ ἐπέραστον ἀφανίζοντι, εἰδεχθὲς δέ τι καὶ βδελυρὸν ἀναλαμβάνοντι πρόσωπον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Εἰ τοίνυν ἡ τελείωσις ἐκ τοῦ τὸ σῶμα καταλιμ- C πάνειν τῇ ψυχῇ περιγίνεται, τίς νοῦν ἔχων συγχωρήσειεν ἂν αὐτὴν θνητὴν εἶναι, καὶ τῷ σώματι συναπόλλυσθαι, τὴν καὶ πρὸ τοῦ θανάτῳ λυθῆναι εἰς ἑαυτὴν ἀπ' ἐκείνου συναγομένην, καὶ ἑαυτὴν πειρωμένην τούτου χωρίζειν, ὡς οὕτω μάλιστ' ἐνὸν ἑαυτῆς ἀπολαύειν; Καὶ μὴν εἰ μετὰ τοῦ σώματος ταύτῃ τὸ εἶναι καὶ τούτου χωρὶς φθορὰν καὶ σκεδασμὸν ὑπομένει, πῶς ὑπερβαίνουσα πᾶν σῶμα, τῶν ἀσωμάτων ἐφίεται, καὶ τῇ τούτων ἐνευπαθεῖ θεωρίᾳ, κἂν τις ἐκεῖθεν ἀφέλκῃ, ἄχθεται καὶ ἀλγεῖ, ὥσπερ προσηκόντων καὶ οἰκειοτάτων ἀποσπωμένη; Τὸ γὰρ ἥδεσθαι τοῖς ἀφθάρτοις συναπτομένην, καὶ πάλιν λυπεῖσθαι διισταμένην, συγγένειαν αὐτῇ καὶ ὁμοιότητα πρὸς τὸ ἀθάνατον μαρτυρεῖ. Εἰ δ' ἐκεῖνο D κρεῖττον μεταβολῆς, οὐδὲ ταύτην εἰκὸς ἐνέχεσθαι τῇ φθορᾷ. Πῶς δ' ἂν ἀσώματος οὖσα, καὶ διὰ τοῦτο ἀκίνητος (τῶν γὰρ σωμάτων ἡ κίνησις), ὑπομείναι φθοράν; ἣν ἄνευ κινήσεως συμβῆναι τὸ τῶν παντελῶς ἀμηχάνων· οὐ μὴν οὐδὲ ἐναντίου τινὸς κλεονεκτοῦντος πεσεῖται· οὔτε γάρ ἐστί τι ταύτῃ μαχόμενον. Καὶ εἴ τις τὴν αὐτῆς πονηρίαν ἐρεῖ, δυναμένην, ὥσπερ ἰὸς σίδηρον, τὴν ψυχὴν ἀναλίσκειν· ἀλλ' οἱ πονηρότατοι τῶν σπουδαίων οὐδὲν ἧττον ζῶντες, καὶ τοῦτον τὸν λογισμὸν ἐξελέγχουσιν, ὡς οὐκ ἐνὸν αὐτῇ οὐδ' ὑπὸ τῆς οἰκείας κακίας φθαρῆναι, ὑφ' ἧς μόνης εἰκὸς ἦν αὐτὴν ἀπολέσθαι. Εἰ δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν εὔλογον ἐοικέναι τῷ τέλει· ᾧ παρὰ Θεοῦ μόνον βουλομένου χωρὶς ὕλης ἡ γένεσις, τούτῳ καὶ παρὰ Θεοῦ μόνου θέλοντος τὴν φθορὰν εἰκὸς ἐπακο-

λουθῆσαι. Ἀλλὰ μὴν τὸ καλῶς συστὰν λύειν ἐθέλειν A οὐ καλοῦ, σοφός τις ἔφη, περὶ τοῦ κόσμου διαλεγόμενος. Χωρὶς δὲ τούτων καὶ τὴν φύσει καὶ κοινοτάτην ἐπιθυμίαν οὐκ ἔνεστι μάτην εἶναι. Καὶ τεκμήριον, ὅτι τῶν ἀδυνάτων οὐδεὶς πώποτ' ἠράσθη. Τίς γὰρ πώποτε φρονῶν πτερῶν ἐπεθύμησεν, ἢ ὑπὲρ τὰς νεφέλας ἀρθῆναι, ἢ διὰ κυμάτων, ὡς δι' ἐδάφους, περιπατεῖν; ἃ κἄν τις ὄναρ ἰδὼν διηγῆται, γελῶμεν. Ἀλλὰ τῶν δυνατῶν μόνον ὄρεξιν ἡ φύσις ἐνέθηκεν. Τοιγαροῦν οὗ φύσει πάντες ἐφίενται, τοῦτο καὶ παρὰ τῆς φύσεως καὶ μάτην εἶναι ἀδύνατον. Ἀλλὰ μὴν ἐν τῇ τοῦ ἀεὶ εἶναι ἐπιθυμίᾳ πάντες συμβαίνουσιν. Οὐκοῦν ἀνάγκη τοῦτο καὶ ἔσεσθαι, καὶ τὴν τῷ ἀεὶ συνεχομένην ψυχὴν ἀδύνατον τῆς εὐχῆς ἁμαρτεῖν.

credibile sit, ostendunt. Quod si probabile est, initium respondere fini, consequens etiam est, id quod solius Dei voluntate absque materia ortum est, solius etiam Dei voluntate interiturum. Atqui id velle solvere, quod bene compositum est, non esse boni, quidam sapiens, cum de mundo dissereret, dixit. Præterea fieri non potest, ut naturalis et communissima appetitio frustra sit indita. Ejusque rei argumentum est, quia nemo unquam ea, quæ fieri non possunt, appetivit. Quis enim unquam mentis compos, cupidus fuit alarum? aut supra nubes se tolli? aut per fluctus tanquam per solum ambulare? quæ si quis vel in somno tantum visa narrarit, ridemus. Nam eorum tantum quæ contingere possunt, natura appetitum indidit. Itaque quod duce omnes natura appetunt, id ut contra naturam et frustra sit, fieri non potest. Verum in perpetuitatis cupiditates omnes consentiunt. Necesse igitur est, tum hoc futurum esse, tum fieri non posse, ut animus cum æternitate conjunctus, voto frustretur.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

B Οὐκ ἄρα νοῦν ἐχόντων τὸ περὶ τῇ ψυχῇ τινῶν δέος, μὴ μετὰ τοῦ σώματος ἀπολλύηται, καὶ οὐκέτι οὐδαμοῦ ᾖ. Οὐ γὰρ μόνον σώζεται φθειρομένου, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῆς πράττειν καθαρῶς οὐχ οἵα τε, ἂν μὴ τῶν παρὰ τοῦ σώματος κωλυμάτων ἀπαλλαγῇ. Τὸ γὰρ φρονεῖν, καὶ νοεῖν, καὶ τοῖς θείοις καὶ ἀσωμάτοις συνάπτεσθαι, ὃ δὴ κατὰ φύσιν πάσῃ ψυχῇ, καὶ πρὸς ὃ πάνθ', ἃ λέγομεν καὶ διανοούμεθα, τείνει, ὡς ἂν τῶν ἐν ἡμῖν ἄριστον ὂν καὶ θειότατον· τοῦτο παντελῶς φεύγει τὴν τοῦ σώματος κοινωνίαν, καὶ μόνης ψυχῆς ἔργον ἐστὶ, καθαρῶς αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σώματος πρὸς ἑαυτὴν καὶ τὰ νοητὰ συναγούσης. Εἰ γάρ ποτε καὶ ταῖς αἰσθήσεσι χρῆται, κἀκεῖθεν αὐτῇ πρὸς τὸ νοεῖν γίνονται τινὲς ἀφορμαὶ, ἀλλ' ἀρχομένη τοῦ πράγματος, καὶ οἷον ἀμαθαίνουσα, C καὶ, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, τὴν πρώτην ἔτι φέρουσα τρίχα, τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς μαθήσεως χρῆται. Ὥσπερ οἱ τῷ ψηλαφᾷν τῶν πραγμάτων τυγχάνειν πειρώμενοι, ὅταν ὄψις αὐτοῖς οὐ παρῇ· οὕτω καὶ ψυχὴ ἄρτι διὰ γενέσεως εἰς τὴν ζωὴν παριοῦσα, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῆς πολλῇ τῇ παρὰ τοῦ σώματος ἀχλύϊ καλυπτόμενον ἔχουσα, καὶ οἷον βαθεῖ κάρῳ κεκρατημένον, δεῖται τῶν αἰσθήσεων, αἳ ταύτην, ὥσπερ καθεύδουσαν, ἀφυπνίζουσιν· ὑφ' ὧν τὴν πρώτην κινηθεῖσα, καὶ ἑαυτὴν ἀνεγείρασα, οὐκ ἔτι ταῖς αἰσθήσεσιν ἐν ταῖς τῆς ἀληθείας ζητήσεσι χρῆται. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ταύταις ἐνίοτε τῆς ἀμαθίας ἐπιτιμᾷ, ὅταν τὸ ταύταις φαινόμενον καὶ αὐτῇ συνδοκεῖν ἀναγκάζωσιν, ὥσπερ οἱ τῶν διαγραμμάτων, D ὅταν ἄρχωνται μανθάνειν, δεόμενοι, μετὰ δὲ τὴν ἐπιστήμην εἰς αὐτὰ πάλιν ὑποστρέφειν ἀπαξιοῦντες. Οὕτω δὴ καὶ ψυχῇ ἐν σώματι μὲν ἔτ' οὔσῃ οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ τὰς αἰσθήσεις περὶ τῶν μαθημάτων ἐπερωτᾷν· λυθείσῃ δὲ, αὐτὰ τὰ νοητὰ δι' ἑαυτῶν παρόντα τὴν τῶν αἰσθήσεων χρείαν οὐκ ἀναγκαίαν ποιεῖ· ἅτε φανερώτατα τῇ ἑαυτῶν ὄντα φύσει, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν δι' ἑαυτῶν περιλάμποντα, οἷς συνοῦσα τρέφεταί τε καὶ εὐπαθεῖ τὴν αὐτῇ προσήκουσαν τροφὴν καὶ εὐπάθειαν· ᾗ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς, εἴ τις παραβάλλειν ἐθέλοι, εἴδωλα μᾶλλον

CAPUT XVI.

Quapropter non cordatorum hominum est, quorumdam de animo angor, ne forte cum corpore exstinguatur, et usquam esse desinat. Non enim incolumis tantum, illo pereunte, manet, sed suo munere recte fungi non potest, nisi corporeis impedimentis liberetur. Nam sapere, et intelligere, et cum divinis incorporeisque conjungi (id quod cum cujusvis animi natura convenit, et quo cuncta quæ dicimus, et cogitamus, tendunt, ut quod eorum, quæ in nobis sunt, optimum sit ac divinissimum), id omnino corporis societatem respuit, et solius animi, se plane a corpore, ad sese, et res quæ intelligentia comprehenduntur colligentis, munus est. Etsi enim aliquando etiam sensibus utitur, atque inde occasiones quasdam intelligendi sumit: tamen id in rei auspicio duntaxat facit, et dum velut indoctus est, et in dubio, ac paulo momento huc illuc impellitur, hac utitur discendi ratione: quemadmodum ii qui palpando res assequi student, visu destituti. Sic animus quoque, vitam modo per nativitatem ingressus, oculumque suum magna corporis caligine tectum habens, ac profundo sopore oppressum, sensibus indiget, qui eum tanquam e somno excitent. A quibus principio commotus et expergefactus, sensibus in veritatis indagatione uti desinit. Quin potius eos ob inscitiam aliquando increpat, cum cogunt, ut in id consentiat, quod ipsi volunt: quemadmodum iis, qui discere incipiunt, certa quadam linearum conformatione opus est: post partam autem scientiam ad eas reverti recusant. Sic animum etiam, dum adhuc in corpore est, nihil absurdi est sensus de scientiis percontari. Cum autem is a corpore solutus fuerit, tum res quæ sub intelligentiam cadunt, cum per sese adsint, usum sensuum non desiderant, quippe quæ sua natura dilucidissimæ sunt, et animi oculum per sese illustrant, quarum præsentia et alitur et delectatur, cibo suavitateque sibi conveniente: cui si quis corporeas voluptates comparare velit, simulacra potius voluptatum

quam quod nominantur, eas vere appellabit. Nam illarum nulla est essentia, ut quæ omnino in motu versentur. Et quod eas recipit, est perforatum corporis dolium, undique perfluens, quod nihil continere potest.

A ἡδονῶν, ἢ τοῦθ', ὃ καλοῦνται, μετ' ἀληθείας ἐρεῖ. Αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι μὲν οὐδαμῆ, γένεσις δὲ μόνον τὸ ὅλον εἰσίν· τό τε δεχόμενον αὐτὰς ὁ τετρημένος ἐστὶ τοῦ σώματος πίθος, πάντοθεν ἐκρέων, καὶ μηδὲν δυνάμενος στέγειν.

CAPUT XVII.

Cur ergo nihilum nihilo imponas? aut quid tandem eorum quæ non manent, in fugitivo manere queat? In animo autem voluptatis ea efficientia sunt, quæ vere sunt: neque quidquam aliud nisi essentia, et quod eas recipit, sanum quiddam est, et solidum, et iis ipsis simile et immortale. Itaque probabile est, inter eos qui delectantur, hos qui corporis voluptates appetunt, deludi potius ab iis et semper vacuos illis reperiri, cum id nunquam continere possint, quod sequuntur: non aliter quam si umbras persequantur, cum et corpus, cui illa parant, suapte natura non satis fidum sit, nec ea quæ data sint, contineat. Qui autem animi voluptates præferunt, eos revera subinde satiari, et eorum aliquo expleri, quod eodem modo perpetuo se habet, et quam suavissime vivere. Sic ea quæ post corpus eveniunt, animo et utiliora et jucundiora, et (ut universe dicam) divina, et melioris partis sunt. Itaque primorum etiam sententia, qui voluptatum desiderio mortem ægre ferunt, et secundorum, quibus nihil esse reliquum post mortem videtur: non modo mors natura adventans, horrenda non est, sed ejus etiam cunctatio ægre ferenda: et cum abest, vocanda esset, quippe cum aliter fieri nequeat, ut aut veris voluptatibus perfruantur, aut sint et vivant securius, et mortali ac bruta parte, quæque perpetuo nihil est liberentur. Desinant igitur et qui corporeas voluptates deplorant, et qui se nusquam post corpus fore arbitrantur. Optimum enim iis manet, ac potius totum, et quo solo, si sapiant, sunt, in quo divinæ imaginis pulchritudo interitus expers reposita est, nulli calamitati obnoxia, quæ virtutis et prudentiæ particeps esse potest: cui id unum damni est, si carni serviat, et eam amplectetur; ab ea vero liberari, reditus est ad vitam, et ad id quod vere est, et sacræ veritatis fructus. Quocirca qui fieri potest, ut non melius nobiscum agatur, corpore recedente, quod animum degravat atque attrahit, neque sinit ultra cœlos attolli?

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Τί τοίνυν τῷ μὴ ὄντι τὸ μὴ ὂν ἂν ἐνθείη; ἢ τί ποτε ἂν τῶν μὴ μενόντων ἐν τῷ φεύγοντι μεῖναι; Ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς καὶ τὰ τῆς ἡδονῆς αἴτια, καθαρῶς ὄντα, καὶ τὸ ὅλον οὐσία, καὶ τὸ δεχόμενον ὑγιὲς καὶ στεγανὸν, κἀκείνοις ἐοικὸς καὶ ἀθάνατον. Ὥστ' εἰκὸς καὶ τῶν ἡδομένων τοὺς μὲν τὰς σωματικὰς διώκοντας ἡδονὰς παίζεσθαι μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀεὶ κενοὺς ἐκείνων εὑρίσκεσθαι, μηδέποτε δυναμένους κατασχεῖν, ὅπερ διώκουσιν, ὡς ἂν αὐτοῦ τε
B κατόπιν σκιῶν ἐπειγομένους, καὶ τοῦ σώματος, ᾧ ταῦτα πορίζουσιν, ἀπίστου τὴν φύσιν ὄντος, καὶ τὸ δοθὲν οὐ κατέχοντος· τοὺς δὲ τὰς τῆς ψυχῆς ἡδονὰς προτιμῶντας, ἀεί τινος ὄντος ἐν αὐτῷ τῷ ὄντι κορεννυμένους ἀεὶ, καὶ ὡς ἥδιστα ζῆν. Οὕτω ψυχῇ τὰ μετὰ τὸ σῶμα καὶ λυσιτελέστερα, καὶ ἡδίω, καὶ, τὸ ὅλον εἰπεῖν, θεῖα καὶ τῆς κρείττονος μοίρας. Ὥστε καὶ κατὰ τοὺς πρώτους, οἳ πόθῳ τῶν ἡδονῶν τὸν θάνατον δυσχεραίνουσι, καὶ κατὰ τοὺς δευτέρους, οἷς μετὰ τὸν θάνατον οὐδὲν ἔτι δοκεῖ λείπεσθαι, οὐχ ὅπως φύσει προσιόντα τὸν θάνατον φρίττειν οὐκ ἔδει, ἀλλὰ καὶ μέλλοντος δυσχεραίνειν, καὶ ἀπόντα καλεῖν, ὡς οὐκ ἐνὸν ἑτέρως ἢ τῶν ἀληθῶν ἡδονῶν ἀπολαύειν, ἢ εἶναι καὶ ζῆν ἀσφαλέστερον, τοῦ θνη-
C τοῦ, καὶ ἀλόγου, καὶ μηδέποτε ὄντος, ἀπαλλαγέντας. Παυσάσθων τοίνυν καὶ οἱ τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς ὀδυρόμενοι, καὶ οἱ μηκέτι που ἔσεσθαι μετὰ τὸ σῶμα νομίζοντες. Μένει γὰρ αὐτοῖς τὸ βέλτιστον, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον, καὶ ὃ μόνον, ἂν σωφρονῶσιν, εἰσίν· ἐν ᾧ τῆς θείας εἰκόνος τεθησαύρισται κάλλος ἄφθαρτον, ἀπαθὲς, ἀρετῆς καὶ φρονήσεως μετέχειν δυνάμενον· ᾧ μία βλάβη σαρκὶ δουλεῦσαι, καὶ ταύτῃ συμπλέκεσθαι· τὸ δ' ἀπηλλάχθαι ταύτης, ἐπάνοδος πρὸς ζωὴν, καὶ τὸ ὂν, καὶ τῆς ἱερᾶς ἀληθείας ἀπόλαυσις. Ὥστε πῶς οὐκ ἐν βελτίοσιν ἐσόμεθα, ὑποχωροῦντος τοῦ σώματος, ὃ τὴν ψυχὴν βρῖθον συνεπισπᾶται, καὶ οὐκ ἐᾷ πρὸς τὸν ὑπερουράνιον τόπον κουφίζεσθαι;

CAPUT XVIII.

II. Possumus vero id, antiquam dissidii originem examinantes, deprehendere. Erat tum Christi Ecclesiæ complemento, quam Christus discipulis reliquerat, et mundus non dat, neque accipit, unitas et pax; omniaque fidelibus conveniens concordia occupabat, nihilque erat quod traditum a Patribus ordinem perverteret, sed singula propriis finibus præscripta ad sacrum speratæ beatitudinis portum dirigebantur. Licet antea sæpius multorum temeritas non parvas Ecclesiæ turbas conciliasset, alia super alia innovans, et novis absurdorum commentis probe statuta ac definita concutere prorsus aggrediens, et nunc quidem Filii Dei divinitati humilem abjectamque opinionem appingens, nunc Spiritui illius insidias parans, et per hæc Dei Patris principatum refellens, quem honore prosequi non possumus, dum ejusdem cum eo dignitatis participes, ita imprudenter inhonestantur. Alii quidam debitum Christo cultum asserentes, novo quodam modo bellum illi indicere aggrediebantur, non lingua tantum, sed etiam manu. Cum enim illius imaginem odio prosequerentur, effigiatum in ipsa dedecorabant. Sic antiquitus multiformis error per multos subsecutos annos veluti multiceps hydra, universam Asiam et potiorem Europæ partem pervadens, nunc patriarcharum et episcoporum exsecrandorum sermonibus, nunc imperatorum vel tyrannorum potentia, sanum Ecclesiæ corpus infestabat. Et quilibet videbatur esse funditus perdendus, qui tot episcopis non acquiesceret, sed contradicere ausus fuisset quia prorsus rari erant. Tot siquidem erant, qui veritatem cum vita corporis immutarent, et renuntiatis præsentis sæculi deliciis, desiderio cœlestis fruitionis tenerentur. Verumtamen inter tot undas, et vehementem tempestatem ab improbis flatibus excitatam, Ecclesiæ cymba absorpta non est, neque veritatis firmitas, nec decreta nec placita immutata sunt. Portas enim inferi adversus seipsam hiantes, pie agens minimeque pavescens, Jesum in ipsa, ut videbatur, obdormientem, precibus excitabat, ut ventis ac mundi tempestate objurgatis malaciam fidelibus apportaret. Namque tum, o viri, apostolica Romæ Ecclesia fluctibus illis superior erat, et cymbam hanc temone pietatis gubernabat et in sempiternæ patriæ portum cogebat, dum alii universarum Ecclesiarum Orientis patriarchæ Papæ obsistere non verebantur, tyrannum eum reputantes nuncupantesque, qui pastor Ecclesiæ erat, quod secum non concordaret, sed unus cum esset, a quatuor illis dissideret. Hinc criminationes multæ adversus sanam illam Ecclesiam quotidie ab iis qui de primatu dicam

Β'. Σκοπεῖν δὲ ἔξεστιν ἄνωθεν τὴν ἀρχὴν τῆς διαιρέσεως ἐξετάζοντας. Ἦν ὅτε ἦν τῷ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ πληρώματι, ἣν ἐκεῖνος κατέλιπε τοῖς μαθηταῖς εἰρήνη, ἣν ὁ κόσμος οὐ δίδωσιν, οὔτε δέχεται, καὶ πάντα κατεῖχεν ἡ πιστοῖς ἀνδράσι συμβαίνουσα συμφωνία, οὐδέν τε τὴν παραδεδομένην ὑπὸ τῶν Πατέρων τάξιν ἠθέτει· ἀλλ' ἕκαστα ἔμενεν ἐν τοῖς ὁρίοις τοῖς ἑαυτῶν κατευθυνόμενα πρὸς τὸ ἱερὸν τέλος τῆς ἐλπιζομένης μακαριότητος. Καίτοιγε πολλάκις πρότερον ἡ τινῶν αὐθάδεια οὐ μικρὸν ἐπήνεγκε τῇ Ἐκκλησίᾳ κλύδωνα, ἄλλα ἐπ' ἄλλοις καινοτομοῦσα, καὶ ὅλως ταῖς ἀτόποις εὑρέσεσι τὰ καλῶς κεκυρωμένα διασείειν ἐπιχειροῦσα. Καὶ νῦν μὲν τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ θεότητι χαμαίζηλόν τινα καὶ μικροπρε- B κῆ περιάπτουσα δόξαν, νῦν δὲ τῷ Πνεύματι αὐτοῦ ἐνεδρεύουσα, καὶ διὰ τούτων καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς ἀρχὴν ἀθετοῦσα, ὃν οὐκ ἔστι δήπου τιμᾷν τῶν τῆς αὐτῆς ἀξίας αὐτῷ κοινωνούντων, οὕτως ἀμαθῶς ἀτιμαζομένων. Ἄλλοι δέ τινες φάσκοντες τὸν Χριστὸ ὡς χρὴ σέβεσθαι, ἄλλον τρόπον καινότερον ἐπεχείρουν αὐτῷ πολεμεῖν οὐ γλώττῃ, ἀλλ' ἤδη καὶ χειρί. Ἀποστρεφόμενοι γὰρ τὴν ἐκείνου εἰκόνα, αὐτὸν δήπου τὸν εἰκονιζόμενον ἠτίμαζον. Οὕτω πάλαι ἡ πολυειδὴς πλάνη συχνοῖς ἐφεξῆς ἔτεσιν, ὥσπερ τις πολυκέφαλος ὕδρα τῆς Ἀσίας πάσης, πρὸς δὲ καὶ πλείστου μέρους τῆς Εὐρώπης περιγενομένη, νῦν μὲν πατριαρχῶν καὶ ἐπισκόπων καταράτων λόγοις, νῦν δὲ βασιλέων ἢ τυράννων δυνάμει ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον σῶμα τῆς Ἐκκλησίας ἐχρῆτο, καὶ πᾶς ἐδόκει εἶναι ἐξώ- C λης, ὃς ἂν καὶ ἀντειπεῖν τοσούτοις ἐπισκόποις τολμήσαιτο. Ἦσαν δὲ πάντως οἱ τοιοῦτοι σπάνιοι· τοσοῦτοι γὰρ οἱ τὴν ἀλήθειαν τῆς ζωῆς τοῦ σώματος ἀλλαττόμενοι, καὶ φεύγοντες μὲν τὸ τοῦ παρόντος αἰῶνος ἡδὺ, ἐφιέμενοι δὲ τῆς ἐν οὐρανοῖς τυχεῖν εὐφροσύνης. Ἀλλὰ μὴν, ὦ ἄνδρες ἐν τοσούτοις κύμασι καὶ κλύδωνι σφοδρῷ, πνεύμασι πονηροῖς ἀναρριπιζομένῳ, οὐ κατεκλύσθη παντάπασι τὸ σκάφος τῆς Ἐκκλησίας, οὐδ' ἡ τῆς ἀληθείας ἀπόφασις, ἣν περὶ αὐτῆς εἴρηκεν, ἠμειπται. Τὰς πύλας γὰρ τοῦ ᾅδου κατ' αὐτῆς εὐσεβῶς ἀνοιγνυμένας οὐκ ἐκπληττομένους, αὐτὸν τὸν ἐν αὐτῇ Ἰησοῦν καθεύδειν δοκοῦντα δεήσεσιν ἀνίστη, ἵνα τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμήσας, καὶ τῷ σάλῳ τοῦ κόσμου γαλήνην ἐργάσηται D τοῖς πιστοῖς. Ἔμενε γὰρ δήπου, ὦ ἄνδρες, ἡ Ἀποστολικὴ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία τῶν κυμάτων ἐκείνων ἀνώτερος, ἐκυβέρνα τε τουτὶ τὸ σκάφος τῷ πηδαλίῳ τῆς εὐσεβείας πρὸς τὸν λιμένα τῆς αἰωνίου πατρίδος. Οἱ δ' ἄλλοι πατριάρχαι τῶν ἐν τῇ Ἑῴᾳ πασῶν Ἐκκλησιῶν ἠξίουν ἀντικαθίστασθαι τῷ Πάπᾳ, καὶ τύραννον ἐνόμιζον καὶ ἐκάλουν τὸν ποιμένα τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι σφίσιν οὐ συνεφώνει, ἀλλ' εἷς τέσσαρσιν οὖσιν ἐμάχετο. Ἐντεῦθεν αἰτίαι πολλαὶ κατὰ τῆς ὑγιοῦς Ἐκκλησίας ἐκείνης ὁσημέραι

A ἐπλάττοντο ὑπὸ τῶν ἀμφισβητούντων τῶν πρωτείων ἐκείνῃ, καὶ πᾶς ἐδόκει μιαρὸς, ὃς ἂν συνηγορεύσοι Λατίνοις. Ἐξηλαύνοντο γοῦν πόλεων ἄνδρες ἐπιεικεῖς, οὐδὲν οὐδένα ἠδικηκότες, ἀξιοῦντες δὲ μόνον τῇ ψήφῳ τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ῥώμης ἔχεσθαι, καὶ τηρεῖν τὴν τῶν ὑπηκόων καὶ μαθητῶν τάξιν πρὸς τὴν διδάσκαλον. Μὴ γὰρ ἀσφαλῶς ἀνθίστασθαι δύνασθαι τοὺς πολλάκις οὐκ ὀλίγαις περιπεσόντας πλάναις τῇ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης προκαθεζομένῃ, καὶ τὴν τοῦ Εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἀλήθειαν ἄδολον καὶ ἀμιγῆ ψεύδους διὰ παντὸς τηρησάσῃ. Ἀλλ' ὅμως ταυτὶ λέγοντες, ὦ ἄνδρες, ἐδόκουν τοῖς πολλοῖς καὶ ἀνοήτοις παραπαίειν, καὶ προδόται τοῦ γένους, ὅτι τὴν ἀλήθειαν οὐ προδίδουν. Γίνεταί τις ὅμως τῶν κακῶν τότε τούτων ἀνακωχὴ, καὶ τὸ B διαῤῥαγὲν ἀφρόνως τῆς Ἑῴας τοῖς Ἑσπερίοις πάλιν συνήπτετο, καὶ πάντες ὡμολόγησαν πεπλανῆσθαι οἱ πρὸ μικροῦ τῇ αὐθεντίᾳ τῆς Ἐκκλησίας ἐκείνης ἀντιταττόμενοι.

Γʹ. Οὕτω δὲ, ὦ ἄνδρες, τῆς οἰκουμένης ἐχούσης τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ τῶν ἀπολωλότων τέκνων σωτηρίᾳ χαιρούσῃ, ἕτερος ἐπέρχεται κλύδων δεινότερος ὡς ἔοικε τῶν προτέρων, εἰ καὶ μὴ τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ὁμοίαν ἐκείνοις μηδ' ἐδόκει πολεμεῖν τῇ πίστει, ἀλλ' ἀμφισβητεῖν ἐκκλησιαστικοῦ τινος ἀξιώματος. Ἐλαύνεται γὰρ ἐκ τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνου ἀνὴρ, εὐσεβὴς μὲν τὴν πίστιν, εὐλαβέστατος δὲ τὸν τρόπον, πᾶσί τε τοῖς ὁρῶσι δι' ἀρετὴν αἰδεσιμώτατος, ὁ θεῖος φημὶ Ἰγνάτιος. Ἀλλ' ὁ μὲν οὐδὲν ἐγκαλούμενος, C εἰ μὴ ὅτι ζῆλον ἐνδεικνύμενος θεῖον τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἐκώλυέ τινα ἄνδρα, πλούσιον μὲν καὶ παρὰ τῷ βασιλεῖ πλεῖστα δυνάμενον, ἀκόλαστον δὲ τὸν τρόπον, καὶ ταῖς οὐ καλαῖς ἡδοναῖς κατὰ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας νόμου δουλεύοντα. Καὶ ἔπασχε κακῶς ἀνὴρ παιόμενος καὶ δεσμούμενος καὶ ὑπερορίᾳ κατακρινόμενος, καὶ καταράτοις τισὶ δημίοις ἀθῷος παραδιδόμενος, καὶ ὅλως διὰ πάντων ὥς τις τῶν κακούργων πιεζόμενος, κἀν τούτῳ δηλονότι τὴν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ μιμούμενος ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔξοδον, ὃς μηδὲν πώποτε ἁμαρτὼν ἔδοξε δίκας ὀφείλειν τοῖς παρανόμοις· τούτῳ δὲ πάντες μὲν ἤχθοντο ὅσοι τὸν τρόπον χρηστοὶ, καὶ οἷς ἔμελλε τῶν δικαίων· οἱ δὲ λοιποὶ, ὅσοι τὴν ἐκείνου τοῦ ποιμένος ἐδεδοίκεσαν παρουσίαν ἀδείας ἐπιλαβόμενοι ἐπὶ τὸ ταῖς ἡδοναῖς D καὶ τοῖς αἰσχροῖς κέρδεσι σχολάσαι, ἔχαιρον, πανήγυριν ἦγον, τῇ τῶν ἀδίκων ἀρχόντων προσετίθεντο ψήφῳ. Καὶ γίνεται δὴ πάλιν ἡ Κωνσταντίνου δακρύων ἀξία, ἀποσεισαμένη μὲν τοιοῦτον ἀδίκως ποιμένα, χειροτονήσασα δὲ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ, ἄνδρα οὐδέποτε μὲν πρότερον τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ βίου ἁψάμενον, τότε δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπιθυμήσαντα μετὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου ὕβριν, τῆς μηδὲν αὐτῷ μηδαμόθεν προσηκούσης ἐπισκοπῆς ἀντισχεῖν Φώτιον. Καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ Λέσβῳ ποιμέσι τισὶ βαρβάροις παραδοθεὶς ἐταλαιπώρει, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἠπόρει τροφῆς, σπηλαίῳ τινὶ, ὥς φασι, προσριφείς. Ὁ δὲ λύκος ἐκεῖνος διεσπάραττε τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπὸ τῶν κολάκων ἐθαυμάζετο, καὶ ὡς γενναῖον

illi movebant, congestæ, et cum Latinis sentiens, impurus ac scelestus reputabatur. Quare pellebantur ex urbibus homines innoxii, qui nulli injuriam fecerant, tantum quod poscerent Romanæ Ecclesiæ decreta approbari, et subditorum ac discipulorum ordinem erga magistram servari, cum non esset tutum eos qui sæpius in non paucos errores inciderant illi, quæ orbi terrarum universo præsidet, et evangelicæ prædicationis veritatem puram ac sinceram ab omni mendacio continuo conservaret, contraire. Et nihilominus hæc dicentes, multis stultisque videbantur desipere, ac intemperiis teneri, et generis esse proditores, quod veritatem non proderent. Nihilominus et horum quoque malorum induciæ subsecutæ sunt. Et stulte discisi Orientales cum Occidentalibus rursus cohærent, et omnes fassi sunt, in errorem prolapsos fuisse, qui paulo ante auctoritati illius Ecclesiæ contradixerant.

III. Hunc in modum, o viri, cum terrarum orbis consisteret, Ecclesiam, pro deperditorum filiorum salute gaudentem tempestas alia, priorum omnium quotquot fuerunt, ut videtur, atrocior, invadit, licet sui originem non similem agnosceret, neque fidem oppugnare, sed de ecclesiastica quadam dignitate videretur decertare. Ejicitur enim e throno Constantinopolitano vir, si fidem spectas, pius, si mores, piissimus, et ob virtutem præsentibus omnibus quammaxime venerandus, divinus, inquam, Ignatius, qui nullo crimini obnoxius, sed quod divino zelo concitus, hominem nescio quem, divitem illum quidem, et qui quantum volebat, habebat ab imperatore, eoque consentiente nervos suos atque vires in alios experiebatur, sed moribus intemperantem, nec honestis voluptatibus a legibus ecclesiasticis concessis asservientem a divinis mysteriis arcebat. Et sanctus quidem non mediocri infortunio mactatus est, verberibus contusus, vinculis constrictus, exsilio mulctatus, exsecrandis custodibus innocens concreditus, et in summa omnibus, quibus sceleratissimi puniuntur, objectus, in hoc quoque Domini Jesu ex Hierosolymitana civitate exitum æmulatus, qui cum non deliquisset, justas pœnas persolvere ab iniquioribus reputatus est. Hoc quidem viri moribus integri, et quibus justitia cordi erat, aversabantur; reliqui qui pastoris præsentiam metuebant, absentia illius facultatem datam esse voluptatibus et lucris infamibus operam navandi, existimantes, gaudebant, et eleutheria basilice agitabant, et injustorum principum decretis subscribebant. Rursusque evadit Constantinopolis lacrymabilis, dum similem pastorem injuste ejicit, locoque illius alium, qui nullum antea ecclesiasticum vitæ institutum exercuerat, sed tum primum, dominatus desiderio motus, post illatam tanto viro injuriam, episcopatum ad se minime pertinentem occupavit, Photium introducit. Et ille quidem in Lesbo insu-

la pastoribus barbaris traditus misere vitam agebat, necessario victu destitutus, et in speluncam, ut refertur, intrusus. Interim lupus gregem Christi discerpens, apud adulatores in admiratione, et æque ac si generosum aliquod facinus patrasset, magnis cogitationibus efferebatur. Quid opus est, o viri Cretenses, prolixiori sermone hæc prosequi, cum de illis historia præ manibus volentium sit. Nihilominus postmodum, neque enim omnibus facta grata et accepta erant, cum essent qui veritatem amplexarentur, quicunque legum erant consulti episcopi, et moribus laudabiles animi motu concitati Photio subirascuntur, indignatur etiam Romanus Pontifex, ut fama est, vir insignis pietate Nicolaus. At prædo ille, neque per portas ingressus in ovium caulam, sed per alium aditum intrusus, primum summo nixu accurabat epistolis Romano Pontifici suadere sese legum decreta secutum Ignatii episcopatum præscripto legum ejecti possedisse, cum postea multa intentasset dixissetque, quibus sibi videbatur Pontificem morigerum reddidisse (nam quæ inter hæc gesta sunt, et quæ ipse commentus est omnia, injuriarum et calumniarum plena, ad quas concinnandas sibi socios, qui similium uti ille desiderio exardescebant, adjunxerat, silentio prætereo) : cum, inquam, multa movisset, improbaque lingua et calamo hominem vexasset ac dedecorasset, nec potuisset illius sententiam ex meliori sapientiorique mentis firmitate dimovere, proposuit sibi Papæ obsistere, non zelo novitatis circa Spiritum introductæ motus, ut ad omnia effutienda prompti sibi autumant : namque Ignatius multis pietatis signis exhibitis, et sapientia spiritali condecoratus, licet sciret Romanam ecclesiam ex Patre et Filio, vel per Filium decernere, non turbabatur, neque simile dogma a fide alienum esse existimabat. Ipseque rursus Photius, magnæ sibi urbis thronum concedi a Pontifice supplicans, de hisce dogmatibus quæstionem movere animum nunquam induxit : sed cum non posset sibi morigeros reddere ipsum impedientes, ne in improbe gestis persistere videretur, aggressus est impie Ecclesiæ fidei crimen appingere, dominatus ambitione, o viri, non zelo pietatis erga Deum. Hæc vero ita se habere, si scriptores historiarum percurrere volueritis, plane dignoscetis. Hinc itaque Photius perversum hoc dissidium concipit, et iniquitatem, in excelsum oblocutus, progenerat et scripto mandat, Spiritum, o audaciam ! ex solo Patre procedere, non reveritus Basilium, nihil curans Gregorium, nullo metu concitus, si contradicturus esset Cyrillo, Athanasium vero Magnum pro nihilo ducens, et, ut expediam, pessima quæque susque deque vertere studens, modo Nicolaum hæreticum demonstraret, et argumentis nonnullis, vetulis aut sermonum inexpertis hominibus decentibus, inconsiderate contendit inconcussam Ecclesiæ turrim disjicere.

IV. Et primus ille omnium audacissimus distortam vocem illam emisit : *Si perfecte ex Patre procedit Spiritus, quæ necessitas est asserere, eum quoque procedere ex Filio, quasi progressus ex Patre*

A τι δεδρακὼς, οὕτω μέγα ἐφρόνει. Τί χρὴ, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, πολλοῖς περὶ τούτων διεξιέναι, ἐξὸν τοῖς βουλομένοις τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ σαφέστερον ἐντυχεῖν; Ὅμως γοῦν, οὐδὲ γὰρ πᾶσιν ἤρεσκε τὰ γινόμενα, ἀλλ' ἦσαν οἱ τῆς ἀληθείας ἀντεποιοῦντο, ἀγανακτοῦσι μὲν τῷ Φωτίῳ, ὅσοι τῶν ἐπισκόπων τῶν νόμων εἰδήμονες, καὶ τὸν τρόπον ἐπαινετοί· ἀγανακτεῖ δὲ ὁ τῆς Ῥώμης Πρόεδρος, ὥς φασιν, εὐλαβὴς ἀνὴρ, Νικόλαος τοὔνομα· ὁ δὲ κλέπτης ἐκεῖνος, καὶ ἥκιστα διὰ τῆς θύρας εἰσελθὼν εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλ' ἀλλαχόθεν, τὸ πρῶτον μὲν ἐπειρᾶτο πείθειν τὸν ἀρχιερέα τῆς Ῥώμης ἐπιστολαῖς, ὡς νομίμως ἀνθάψαιτο τῆς ἐπισκοπῆς, τοῦ Ἰγνατίου κατὰ νόμους ἐξεληλαμένου. Ὡς δὲ πολλὰ δράσας καὶ εἰπὼν οἷς ἐδόκει τὸν ἄνδρα ἀποδοκιμάσαι· παρίημι B γὰρ τὰ ἐν μέσῳ συμβάντα διὰ τὸ πλῆθος, ὅσα οἱ μεμηχάνηται πάντα μεστὰ ὕβρεως καὶ συκοφαντίας, πρὸς ἣν εἶχε κοινωνοὺς πάντας, ὅσοι τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ γε ἦσαν ἐπιθυμηταί· ὡς οὖν πάντα κινήσας κακῶς μὲν εἰπεῖν τὸν ἄνδρα ἔσχε καὶ ἀτιμάσαι, τὴν περὶ ἐκείνου δὲ δόξαν τῶν βελτιόνων καὶ σοφωτέρων ἥκιστα μεταβαλεῖν, ᾠήθη δεῖν ἀντιστῆναι τῷ Πάπᾳ οὐ ζήλῳ κινούμενος τῆς περὶ τὸ Πνεῦμα καινοτομίας, ὥς φασιν οἱ πάντα ἕτοιμοι λέγειν· Ἰγνάτιος γὰρ ἀνὴρ πολλὰ σημεῖα τῆς αὐτοῦ ὁσιότητος παρασχόμενος, καὶ σοφίᾳ πνευματικῇ κεκοσμημένος, εἰδὼς τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἢ διὰ τοῦ Υἱοῦ θεολογοῦσαν, οὐκ ἐταράττετο, οὐδ' ἀλλότριον τῆς πίστεως τὸ δόγμα ἡγεῖτο τουτί. C Αὐτός τε πάλιν ὁ Φώτιος, ὅτε ἐδεῖτο τοῦ Πάπα συγχωρῆσαί οἱ τὸν θρόνον τῆς μεγαλοπόλεως, οὐδὲν ἠξίου περὶ τῶν δογμάτων διαφέρεσθαι τούτων· ἐπεὶ δὲ οὐ πείθειν εἶχε τοὺς κωλύοντας αὐτὸν τοῖς κακῶς ἠργμένοις ἐμμένειν, ἐπεχείρησεν ἀσεβῶς αἰτίαν προσάψαι τῇ πίστει τῆς Ἐκκλησίας, ἕνεκα φιλαρχίας, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' οὐ ζήλου τῆς πρὸς Θεὸν εὐσεβείας. Ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἀναγνόντες τοὺς χρονογράφους εἴσεσθε. Ἐντεῦθεν τοίνυν συλλαμβάνει Φώτιος τὴν πονηρὰν ταύτην διαίρεσιν, καὶ τίκτει ἀνομίαν, ἣν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησεν, καὶ τὸ Πνεῦμα λογογραφεῖ, ὢ τῆς τόλμης! ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι μόνου, οὐκ αἰδεσθεὶς Βασίλειον, οὐκ ἐντραπεὶς Γρηγορίου, οὐ δείσας εἰ ἀντερεῖν ἔμελλε τῷ Κυρίλλῳ, Ἀθανασίου δὲ τοῦ μεγάλου μικρὸς αὐτῷ λόγος ἐπῄει. Καὶ ὅλως D πάντα οἱ δεινῶν ἀνατρέπειν ἐδόκει, ὑπὲρ τοῦ τὸν Νικόλαον αἱρετικὸν ἀποδεῖξαι δόξαι, συλλογισμοῖς δέ τισι γραυσὶν, ἢ τισιν ἀπείροις λόγων ἀνθρώποις προσήκουσιν, ἀνοήτως ἐπειρᾶτο τὸν ἀρραγῆ τῆς Ἐκκλησίας καθελεῖν πύργον.

Δ'. Καὶ πρῶτος ἐκεῖνος ὁ πάντολμος ἐξήνεγκε τὴν σκαιὰν φωνὴν ἐκείνην, ὡς *Εἰ τελείως ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύοιτο τὸ Πνεῦμα, τί χρὴ αὐτὸ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ φάσκειν, ὡς οὐκ ἀρκοῦσαν τὴν ἐξ*

ἐκείνου πρόοδον; Ὢ τῆς ἀμαθείας! ὅτι τούτῳ τῷ σαθρῷ καὶ εὐτελεῖ λόγῳ τὴν θαυμαστὴν ταύτην οἰκοδομὴν τῆς θεολογίας ἀνατρέπειν νομίζεις. Τοιούτῳ πάντως ἐπιχειρήματι, Φώτιε, καὶ οἱ πρὸ σοῦ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πεπολεμηκότες θεότητι, φαίνονται χρήσασθαι, *Εἰ Θεὸς τέλειος*, φάσκοντες, *ὁ Πατήρ, τί χρὴ καὶ τὸν Υἱὸν τέλειον Θεὸν πιστεύειν;* Ἐλάνθανε γὰρ αὐτούς, ὡς ἀληθέστατα παρὰ τῆς Ἐκκλησίας δοξάζοιτο, καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν τὸν Πατέρα καὶ τέλειον εἶναι· τοῦτο δ' ὅμως οὐκ ἐκβάλλειν τὸν Υἱὸν τῆς Πατρικῆς ἐκείνης κληρονομίας, καθ' ἣν πάντα ἔχει τὰ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐκεῖνος. Μόνου ἄρα τελείου Θεοῦ ὄντος τε καὶ πιστευομένου τοῦ Πατρός, καὶ ὁ Υἱὸς Θεὸς τέλειός ἐστί τε καὶ λέγεται. Τὸ ἴσον δὲ φρονεῖν ἔξεστι καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. B Ἡ αὐτὴ γὰρ τῷ ἀριθμῷ καὶ μία θεότης τοῖς τρισὶ κοινή, καθ' ἣν ἕκαστον τῶν προσώπων καὶ μόνος Θεὸς καὶ τέλειος δογματίζεται, οὐκ ἐξωθοῦν τῆς θεότητος θάτερον, ὥσπερ παρ' ἡμῖν εἴ τις μόνος ἦν πλούσιος τοὺς ἄλλους πένητας εἶναι οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ἐκείνου παρ' ἑαυτῷ τοὺς θησαυροὺς κατέχοντος, καὶ μηδενὶ κοινωνοῦντος τῶν ταλάντων, ἀλλὰ πανταχόθεν συλλέγοντος τὸν χρυσόν, καὶ μείζους ἑκάστοτε τὰς ἀποθήκας ποιοῦντος. Οὐχ οὕτως, ὦ δεινοὶ συλλογισταί, φαίην ἂν πρὸς τὸν Ἄρειον, ἢ τοὺς τὰ ὅμοια νενοσηκότας, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὸν τῆς θεότητος πλοῦτον παρ' ἑαυτῷ συναθροίσας ὀλίγου τινὸς μετέδωκε τῷ Υἱῷ, φθονήσας ἴσως κατὰ τὴν ἡμετέραν σκαιότητα, ἢ ἀδυνατήσας βουληθεὶς μεταδοῦναι, ἀλλ' ὅλης τῆς οὐσίας καὶ τῆς C θεότητος αὐτὸν καθίστησι κοινωνόν, καὶ δίδωσι τὸ πάντων μεῖζον αὐτῷ, ἵνα Θεὸς ᾖ τέλειος καὶ δημιουργὸς μετ' αὐτοῦ τῶν ἁπάντων· κἂν διαῤῥήγνυσθε τοὺς δύο δημιουργοὺς ἡμῖν ἐπιφέροντες, καὶ φοβούμενοι φόβον, ὅπου οὐκ ἔστι φόβος. Διαιρεῖτε γὰρ κατ' οὐσίαν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἀσεβῶς, καὶ τὴν αὐτῶν φύσιν καὶ δύναμιν, ἢ οὐχ ὁμοίαν τίθεσθε, ἢ διαφέρουσαν τῷ ἀριθμῷ, ὥστε δύο δυνατοὺς ἢ σοφοὺς ὀνομάζειν. Τουτὶ δὲ ἐκ τῶν ἡμετέρων οὐχ ἕπεται λόγων. Τὴν αὐτὴν γάρ, ὡς ἔφημεν, πρὸ μικροῦ τῷ ἀριθμῷ δύναμιν, καὶ θεότητα, καὶ σοφίαν ἐν ἀμφοῖν θεολογοῦντες, διὰ τοῦτο εἰκότως δήπου καὶ ἕνα συμπεραίνειν οὐ κατοκνοῦμεν δημιουργόν. Τοιαῦτα ἄν τις, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, πρὸς τὸν Φωτίου εἴποι ἀδρανῆ συλλογισμόν. D Τελείως τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς προέρχεσθαι πιστεύοντες, ὅμως κἀκ τοῦ Υἱοῦ ταυτὸ λέγειν οὐκ ἀνανεύομεν. Τὸ δ' ἡμῖν ἐπάγειν ὡς ἀτελὴς ἄρα ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦ Πνεύματος πρόοδος, ἀμαθῶν ἐστι λόγος ἀνθρώπων, καὶ τῶν σεμνοτάτων ἀρχῶν τῆς θεολογίας ἀπείρων· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀποφάσκοι τὸν Υἱὸν εἶναι δοτῆρα τοῦ Πνεύματος, ἐπεὶ τελείως δίδοται παρὰ τοῦ Πατρός, καὶ ἐντεῦθεν δύο δοτῆρας προπετῶς συμπεραίνοι, ὅτι ἐπίσης τῷ Πατρὶ δίδωσι τὸ Πνεῦμα καὶ ὁ Υἱός. Ἀλλ' ἀντείποι ἂν ὁ Βασίλειος τῷ τοιούτῳ πρὸς Ἀμφιλόχιον οὕτω λέγων· *Διὰ τοῦτο διδόντος αὐτὸ τοῦ Πατρός, ὁ Υἱὸς αὐτὸ δίδωσι μιᾷ δόσει, καὶ μιᾷ χορηγίᾳ.*

Ε'. Ἀλλὰ μήν, ὦ ἄνδρες, μέμνημαί τινα τῶν ἁγίων *μόνον τοῦ Πνεύματος χορηγὸν τὸν Υἱὸν*

A *satis non sit.* O inscitiam! cum flaccido isto ac debili argumento admirabilem hanc theologiæ structuram dimovere putas? Hoc prorsus argumento, Photi, ante te Filii Dei divinitatem oppugnantes uti visi sunt, *Si Deus perfectus*, dicentes, *Pater est, quid opus est et Filium perfectum Deum esse credere?* Fugiebat enim ipsos quam verissime ab Ecclesia teneri, solum verum Deum Patrem, et perfectum esse, hoc nihilominus non deturbare Filium paterna illa hæreditate, qua omnia Patris æque atque ille possidet. Solus itaque perfectus Deus cum sit et reputetur Pater, Filius quoque Deus perfectus est et dicitur; quod tenendum etiam est de Spiritu sancto. Eadem enim numero et una Deitas tribus communis est, secundum quam unaquæque persona et solus Deus et perfectus decernitur, non excludens alium a divinitate: quemadmodum apud nos si quis solus esset dives, alios pauperes esse non dubitamus, cum ille apud se thesauros contineat, nec ulli talenta communicet, sed locis ex omnibus aurum recolligens, quotidie auctiora reddat repositoria. Non ita est, o acuti syllogismorum inventores, responderem ad Arium, sive ad simili morbo detentos; non, inquam, Deus et Pater divinitatis thesauros in semetipso complexus, paulum quidpiam ex illis Filio communicavit, fortasse motus invidentia, quæ vestra est vesania, aut volens eam communicare non potuit, sed totius essentiæ et divinitatis illum participem facit, datque illi omnium maximum, ut Deus perfectus sit, et simul cum ipso rerum omnium conditor, licet dirumpamini, duos nobis opponentes creatores, et metuentes metum, ubi metus non est. Dividitis enim secundum essentiam impie Filium a Patre, et eorum naturam et potestatem aut dissimilem aut numero differentem supponitis; quare et duos potentes, duosque sapientes appellatis, quod ex nostris sermonibus non consequitur. Eamdem enim, ut paulo ante diximus, potestatem numero, et deitatem et sapientiam in utrisque asserentes, proptereaque, uti par est, etiam unum concludere Creatorem minime negligimus. Et hæc quidem, o viri Cretenses, quispiam dixerit ad imbecillum Photii syllogismum; perfecte enim Spiritum ex Patre progredi credentes, nihilominus etiam ex Filio asserere non renuimus. Inferre porro nobis, ideo imperfectum esse ex Patre Spiritus progressum, inscitorum hominum, et in quam maxime reverendis theologicis principiis inexpertium sermocinatio est. Quemadmodum si quis negaret Filium datorem esse Spiritus, quod perfecte datur a Patre, indeque duos datores temerarie concludat; quod æque atque Pater etiam Filius Spiritum dat. Sed huic contradixerit Basilius ad Amphilochium ita scribens: *Propterea dante illum Patre, Filius eumdem dat una datione et una suppeditatione.*

V. Atqui, o viri, jam in memoriam venit sanctum nescio quem, *solum Spiritus datorem Filium* do-

cuisse, neque propterea prorsus ejusdem Spiritus datorem Patrem negasse, a quo Filio provenit dare Spiritum, sed ut clarum Spiritus ex Filio progressum significaret, cum detur ille ab ipso uti proprius, per quem et beatam deitatem complet, ut sapienti Basilio videtur. Eadem quoque ratione Patrem alii pronuntiant *solum fontem superessentialis Deitatis*, non negantes Filium fontem esse Deitatis. Absit. Palam si quidem et divinus Athanasius : *Jam dixit David apud Patrem esse Filium fontem Spiritus sancti*. Id si quispiam non concesserit, necesse est Patrem solum fontem esse divinitatis, Filium vero fontem Spiritus sancti, et non divinitatis : quare nudus divinitatis esse ex eo progrediens Spiritus existimaretur, quod impietatem omnem exsuperat : sive secundum hoc, fontem esse deitatis Filium, sed non similis illi quæ ex Patre progreditur, adeo ut discrimen deitatum confingatur : et hanc quidem in hypostasi, illam absque hypostasi, et hanc cum essentia, illam absque essentia, quod et Græcorum fabulis multo monstruosius est; et nihilominus, o viri, Spiritus sancti nomen nulli alii adaptari quam tertiæ in Trinitate personæ, quæ et effundi a Patre et Filio, et suppeditari et mitti, a sanctis Patribus edocemur. Primus enim ante alios Cyrillus : *Licet sit in hypostasi propria Spiritus sanctus, qua Spiritus est, et non Filius, verumtamen non est illi alienus : Spiritus enim veritatis nuncupatus est, et est Christus veritas, et effunditur ab ipso, quemadmodum ex Deo et Patre.* Supramodum bene, mi Cyrille, qui nos a molestia liberasti, in hypostasi propria exsistentem Spiritum sanctum ex Filio Dei effundi eodem quo et a Patre modo docens, quique in aliis tuis sermonibus egredi Spiritum ex Filio uti ex Deo Patre Verbum dicis, et ex propria nobis illius natura mitti decernis. Sed divinum quoque Athanasium, si placet, ne prætereamus, o viri, qui scribit : *Cum unus sit Filius, vivens Verbum, unam oportet esse illuminatricem et sanctificatricem vitam, quæ ipsius sit operatio et donum, quæ ex Patre dicitur procedere, quando etiam ex Verbo, quod ex Patre asseritur, elucet et mittitur et datur.* Quam divine, o viri, nonnullorum argumentationes dissolvit, ex Patre procedentem vitam, quam dedit et Filio etiam in Filio esse et ab eodem dari et mitti manifestavit; sed o multorum obcæcatas cogitationes ! o injustum adversus veritatem odium ! o lubricam contentionem ! qua manifesta, ac perspicua oppugnare conantur, qua quidam de nominibus altercantes, salutis propriæ proditores miseri evadunt, absurdissimas simul propositiones concedentes, *ex Patre solo*, rursusque, *ex Patre per Filium procedere Spiritum*, neque seipsos, neque sua dicta percipientes, neque quibuscum sermones conferunt intelligentes; homines enim dicendi arte, et sermonum accurato judicio conspicuos sequentes ad similia credenda procedunt. Verumtamen nihil est quod multorum ac

A διδάσκοντος, οὐ διὰ τούτου πάντως τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος χορηγὸν τὸν Πατέρα γε ἀρνουμένου, παρ' οὗ ὁ Υἱὸς τὸ διδόναι τὸ Πνεῦμα [ἔχει], ἀλλ' ἵνα τὴν εἰλικρινῆ παρὰ τοῦ Υἱοῦ πρόοδον τοῦ Πνεύματος σημάνῃ, διδομένου παρ' αὐτοῦ ὡς οἰκείου, δι' οὗ καὶ τὴν μακαρίαν θεότητα ἐκπληροῖ, ὡς δοκεῖ τῷ σοφῷ Βασιλείῳ. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸν Πατέρα ἄλλοι θεολογοῦσι *μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος*, οὐκ ἀρνούμενοι τὸν Υἱὸν πηγὴν εἶναι θεότητος, ἄπαγε. Σαφῶς γὰρ καὶ ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος· *Ἤδη ἔφη γε ὁ Δαυῒδ παρὰ τῷ Πατρὶ ὄντα τὸν Υἱὸν τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο συγχωρήσει τις, συμβαίνειν ἀνάγκη τὸν μὲν Πατέρα πηγὴν θεότητος μόνον εἶναι, τὸν δὲ Υἱὸν πηγὴν μὲν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πλὴν οὐ θεότητος· B ὥστε γυμνὸν θεότητος τὸ ἐξ ἐκείνου προϊὸν Πνεῦμα νομίζεσθαι, ὃ πόῤῥω πάσης καθέστηκεν εὐσεβείας. Ἢ τό γε δεύτερον θεότητος μὲν πηγὴν τίθεσθαι τὸν Υἱὸν, πλὴν οὐχ ὁμοίας τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς προϊούσης, ὥστε καὶ θεοτήτων διαφορὰν πλάττειν, καὶ τὴν μὲν ἐνυπόστατον, τὴν δὲ ἀνυπόστατον, καὶ τὴν μὲν ἐνούσιον, τὴν δὲ ἀνούσιον, ὃ καὶ τῆς ἑλληνικῆς πέφυκε τερατωδέστερον μυθολογίας. Καίτοι γε, ὦ ἄνδρες, τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὄνομα μηδενὶ ἑτέρῳ ἁρμόζειν διδασκόμεθα ὑπὸ τῶν ἁγίων, ἢ τῷ τρίτῳ προσώπῳ ἐν τῇ Τριάδι, ὃ δὴ καὶ ἐκχεῖσθαι λέγεται παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ χορηγεῖσθαι, καὶ πέμπεσθαι. Εὐθὺς γὰρ ὁ ἱερὸς Κύριλλος· *Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ οὐχ Υἱὸς, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀλ-* C *λότριον αὐτοῦ. Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.* Ὑπέρευγε, Κύριλλε, ὡς ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων, τὸ ἐν ὑποστάσει ἰδίᾳ ὂν Πνεῦμα ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προχεῖσθαι ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς διδάσκων, ὅς γε ἐν ἄλλοις λόγοις ἐξιέναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπέμπεσθαι φύσεως θεολογεῖς. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ἱερὸν Ἀθανάσιον, εἰ δοκεῖ, μὴ παρέλθωμεν, ὦ ἄνδρες, ὅς φησιν· *Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τὴν φωτιστικὴν καὶ ἁγιαστικὴν ζωὴν οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεὰν, ἥ τις ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται* D *ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁμολογουμένου, ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται.* Ὡς ὑπερφυῶς, ὦ ἄνδρες, ἔλυσε τοὺς τῶν τινῶν ἐλέγχους, τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευομένην ζωὴν, ἣν ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ἐν ἑαυτῷ ἔχειν παρ' αὐτοῦ δίδοσθαι καὶ πέμπεσθαι διατρανώσας. Ἀλλ' ὢ τῆς τῶν πολλῶν πεπηρωμένης διανοίας! Ὢ τοῦ ἀδίκου τῆς ἀληθείας μίσους! Ὢ τῆς ἐπισφαλοῦς φιλονεικίας, ᾗ πειρῶνται τοῖς φανεροῖς πολεμεῖν, ᾗ τινες περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχοῦντες, προδόται γίνονται τῆς αὐτῶν κακοδαίμονες σωτηρίας, συγχωροῦντες ὁμοῦ τὰς ἀτοπωτάτας προτάσεις, *ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου*, καὶ αὖθις, *ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα*, οὔθ' ἑαυτῶν, οὔτε τῶν λόγων αἰσθανόμενοι, οὔτε τίσι

διαλέγονται κατανοοῦντες! Ἀνδράσι γὰρ λόγων ἠμμένοις, καὶ κρίσει τῶν λόγων ἀκριβεῖ ἐπὶ τὸ ταῦτα πιστεύειν ἥκουσιν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἀναστέλλει τὴν τῶν πολλῶν καὶ ἀσυνέτων τόλμην κακῶς λέγειν ἡμᾶς καὶ τὴν πίστιν, ὡς ἔμοιγε, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, πολλοί εἰσιν ἐν ὑμῖν δῆλοι, οἳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν διατελοῦσι τἀμὰ διασύροντες, οὔτε τὴν ἐμὴν εἰδότες γνώμην, ᾗ φιλῶ τοὺς ὁμογενεῖς, οὔτε τοὺς λόγους, εἰρήσθω δὲ σὺν Θεῷ, οἷς τί τε ἰσχυρὸν καὶ τί σαθρὸν ἐν τοῖς λεγομένοις δύναμαι γνῶναι. Εἰ δ' ἀφέντες τὴν πλάνην ἀκούσονται τῶν ἐμῶν λόγων, εἴσονται, ὡς ἔγωγ' ἐχθρὸς μὲν οὐδενὶ, φίλος δὲ μόνον τῇ εὐσεβείᾳ, ᾗ τινες πολεμοῦντες ἐμπιπλῶσι μάχης τὴν οἰκουμένην καὶ σχίσματος ἐπισφαλοῦς πᾶσιν ἔθνεσι. Τοὺς τοιούτους ἐγὼ, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, οἶμαι δεῖν μετ' ἀγάπης ἐλέγχειν, δεόμενος αὐτῶν ἀποσχέσθαι τῆς πλάνης, καὶ τῆς σφῶν σωτηρίας ἀντιλαβέσθαι, ὧν τοὺς μὲν πειθομένους θαυμάζω, τοὺς δ' ἀνθισταμένους παραιτοῦμαι, τῷ Ἀποστόλῳ πειθόμενος. Βουλοίμην δ' ἂν ἡμᾶς τοὺς ἀκροωμένους τῶν προτέρων εἶναι. Ἀνδρῶν γὰρ ἂν συνετῶν ἐποιήσατ' ἔργον, διαλλαττόμενοι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ λοιπῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας ὡς μέλη διαιρεθέντα συναπτόμενοι. Τότ' ἔγνωτ' ἂν, ὡς ἔγωγ' ὑμῖν χρηστὸς σύμβουλος, καὶ τῶν ἱερῶν λόγων τῆς πίστεως τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι πιστὸς οἰκονόμος, οὐδενὶ μὲν οὐδενὸς κακοῦ πρόξενος, σωτηρίας δὲ αἰωνίου, εἰ καὶ μὴ θερμῶς καὶ ἀξίως, ἀντιποιούμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐν Χριστῷ ἀδελφοῖς, ὅπως ἐκείνου τεύξονται τοῦ καλοῦ ὑποτιθέμενος, οὗ μετασχεῖν ἡμᾶς γένοιτο τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, ᾧ δόξα πρέπει. Ἀμήν.

A imprudentium audaciam refrenet, dum nos et nostram fidem conviciis proscindunt, sicuti mihi, o viri Cretenses, permulti inter vos innotescunt, qui singulis diebus mea insectantur, neque animum meum recte accipientes, quo cum mea natione amore devincior, neque sermones, dicatur siquidem cum Deo, quibus si quid validum aut leve et debile inter disserendum occurrerit, possum dijudicare. Quod si ejurato errore sermones meos audiverint, næ illi plane cognoscent, me nulli prorsus inimicum, sed tantummodo veritatis amicum esse, quam nonnulli oppugnantes terrarum orbem universum litibus implent, et schismatis periculosi nationibus omnibus causa sunt. B Hos ego, o viri Cretenses, cum amore redarguendos esse reor, exorans ut errorem deponant, propriæque salutis curam habeant: quos, si audiverint, laudo, si contra sese opposuerint, obediens Apostolo devito. Percuperem vero vos, auditores, ex eorum numero esse, qui primo loco collocati sunt : sic enim virorum prudentium facinus committeretis, veritati reconciliati, et reliquo Ecclesiæ corpori uti membra separata conjuncti. Tum equidem agnosceretis me res optimas consulere, fideique sacros sermones non absque Dei gratia fideliter pertractare, nulli noxam afferens, sed salutem sempiternam, etsi non admodum calide digneque, procurans, et aliis in Christo fratribus, ut bonum illud consequi possint, peraccommoda suggerens, cujus participes nos fieri C Christi gratia concedat, cui gloria decet. Amen.

SÆCULO XIV (?)

PHILOTHEI SELYMBRIENSIS ARCHIEPISCOPI

ORATIO

IN SANCTUM AGATHONICUM

(*Codices Græci Naniani*, p. 551.)

—

Τῶν πάλαι σοφῶν καὶ ῥητόρων τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἄκρων ἐν λόγοις μηδενός πω ἑαυτὸν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐκδεδωκότος διεξοδικώτερον ἐς λόγους καὶ ἀγωνίσματα τοῦ στεφανίτου μάρτυρος Ἀγαθονίκου, φιλοτίμως ὁμοῦ καὶ μεγαλοπρεπῶς, ἀλλὰ σιγῇ παραδραμόντων τὰ μνήμης καὶ θαύματος ἄξια μέχρι τῆς δεῦρο, ἥκω τοῦ λέγειν αὐτὸς, εἰ καὶ τὴν ἐμὴν περὶ λόγους ἰσχὺν οἶδα σαφῶς ἐγγὺς ἰοῦσαν· οὐδὲ μετρίας τῆς ἀξίας, ἀλλὰ πολλῷ τῷ μέτρῳ πόρρω που. Μηδεὶς δ' ὑμῶν προπέτειαν, ὦ παρόντες, καταγνῷ τοῦ παρόντος ἐγχειρήματος, εἰ καὶ ἐργώδης ὁ λόγος καὶ χαλεπὸς διενεγκεῖν. Ἐπεὶ οὖν οὐχ ἕνεκα

D Inter antiquos philosophos et Ecclesiæ oratores aliosque dicendi peritos, nullus in sermonibus aut certaminibus fortior exstitit, coronato martyre Agathonico; sed dum cæteri res memoratu dignas huc usque silentio prætererierunt, ego illas celebraturus adsum. Etsi me parum eloquentem nec hisce rebus dicendis aptum, imo valde imparem probe noverim; nullus vero inter vos, auditores, hujus propositi temeritatem criminabitur, licet labor sit onerosus et perfectu difficilis : quod si igitur non vanæ gloriæ cupiditate, nec voluptatem aliquam inde capturus, sed ob necessitatem

ac civium adhortationem hujusce civitatis Selys dicturus venio: hujus martyris patrocinio fisi, jam aures præbete. Revera si de alio quodam sermo haberetur, vituperationi ac reprobationi forsitan locus esset; cum autem de præclare factis agitur, vos quoque mecum collætari æquum est.

φιλοτιμίας, οὐδέ γε πρὸς ἡδονὴν, ἀλλὰ δι' ἀνάγκην καὶ παράκλησιν τῶν οἰκητόρων τῆς πόλεως ταυτησὶ τοῦ Σήλυος λέξων ἐλήλυθα· θαῤῥόντως τῇ ἐπικουρίᾳ τοῦδε τοῦ μάρτυρος, ἀκούσατε ἤδη. Εἰ μὲν οὖν περὶ ἄλλου του ὁ λόγος ἦν, ὑπὸ κατηγορίαν καὶ μέμψιν, ἴσως ἐτέλουν· ἐπεὶ δὲ ὑπὲρ γενναίων κατορθωμάτων, μᾶλλον δέον συνησθῆναί τε καὶ συνεύξασθαί μοι καὶ ὑμεῖς.

Et paulo post.

Jam vero has laudes celebranti, patriæ prius meminisse convenit, ne ipse solus cæteris ignotam et alienam viam ingrediens, novum aliquem modum introducere videar. Cum autem duæ civitates eum revindicarint, una quæ ipsum genuit et aluit, altera quæ martyrii palmas ac athleticas coronas ipsi texuit, et in qua sacrum ejus servatur caput, miraculosa vi omnes morbo laborantes sanans, imperatores inquam, præfectos, uno verbo, omnes pio fidei motu huc accedentes: de his mirandis ac maximis civitatibus, Nicomedia et Sely, ex oratoria lege, quæ ipsis aut communia, aut unicuique propria sunt primum edisseramus.

Etsi a se invicem locis et intervallis longe distent, eas certe pulchras et amplas esse civitates omnes, credo, unanimi voce fatebuntur. Quis enim Nicomediam non noverit, felicem ipsius situm, jucundam speciem, alta mœnia et columnas? Bene nobis videtur de ea dictum esse quod in poetarum fabulis legitur de Thebarum mœnibus ad lyræ ac cytharæ modulos a principio fundatis: templis, statuis, theatris et porticibus, uno verbo, hujuscemodi quibuscunque exornata refulget. Nemo est extra Herculeas columnas, qui ea non fando audiverit: tam grata etenim sortitur anni tempora, tam secundo fruitur aere ut nulla dicatur potior; tot denique et tam præclaris refulgens rebus, bonorum omnium particeps est, et eorum quæ cæteris dura accidunt quasi a se alienorum expers: sed etsi rebus jucundissimis privata foret, non admodum affligeretur, quippe quæ non in istis felicitatem sitam esse existimet. Hoc autem magis curat, Agathonici scilicet cæterorumque martyrum certamina et præclare gesta, per quæ Deus mentem nostram instruit. En urbis ornamentum et gloriam! Huc accedit quod præ cæteris urbibus, viris maxime strenuis ac manu fortissimis abundabat, quamvis ipsa postea ab hostibus capta in Barbarorum manus venerit. Quis porro ignoret secundam quoque, Selym inquam, ejus patriam, loci amœnitate, natura ipsa favente, conspicuam, mœnibus turribusque perquam munitam ac pomariis? Pulchritudine ac magnitudine cum celeberrimis comparanda est, dum cæteras in quibusdam negotiorum generibus longe superat; unde gloria ipsius maria trajicit ac cœlo tenus fertur; quam qui a terra marive tectam sartamque aspiciunt, laudant ac mirantur ob custodiæ firmitatem et viro-

Ἤδη δέ μοι πρὸς αὐτὴν ἰόντι τὴν εὐφημίαν, πατρίδος οἶμαι δεῖν πρὸ τῶν ἄλλων μεμνῆσθαι, ὡς ἂν μὴ μόνος ἐγὼ τῶν ἄλλων ξένην καὶ ἀλλοτρίαν ὁδὸν βαδιοῦμαι, μηδὲ καινόν τινα τρόπον εἰσφέρειν δόξω. Ἐπεὶ δὲ δύο πόλεις αὐτὸν ᾠκειώσαντο, ἡ μὲν γεννήσασα καὶ ἀναθρεψαμένη, ἡ δὲ τὰ μαρτυρικὰ παλαίσματα καὶ τοὺς πεντάθλους στεφάνους στεφανώσασα, ἐν ᾗ καὶ ἡ θεία κάρα ἀπόκειται περιεῖσα καὶ πολλὰ τὰ ἰάματα ἐπιτελοῦσα, πρός τε βασιλεῖς φημι, καὶ ἄρχοντας καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς πίστει προσερχομένους· ἥ τε Νικομήδους καὶ ἡ τοῦ Σήλυος· πόλεις οὖν αὗται θαυμασταὶ, καὶ πολυανθρωπόταται· κατὰ τὸν τῆς ῥητορικῆς νόμον πρῶτον διεξέλθωμεν ὅσα εἰκὸς κοινῇ τε καὶ ἰδίᾳ περὶ σφῶν αὐτῶν.

Κἂν ἀπ' ἀλλήλων διΐστανται, τόποις καὶ διαστήμασι πολλῷ τῷ μέτρῳ, τὸ μὲν οὖν καλάς τε καὶ μεγάλας εἶναι τὰς πόλεις πάντες ἂν οἶμαι συμφαῖεν. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὴν Νικομήδους, ὅπως φύσεως εὖ ἔχει καὶ θέσεως καὶ τειχέων ὑψηλῶν τε καὶ στεῤῥῶν, ὡς δοκεῖν, κατὰ τὸν μῦθον τῶν ποιητῶν τὸν περὶ τοῦ Θηβαίων τείχους, πρὸς λύραν καὶ κιθάραν ἐνηρμόσθαι τὸ ἐξαρχῆς· καὶ κεκοσμῆσθαι δὲ ναοῖς καὶ ἀγάλμασι· πρὸς δὲ καὶ στοαῖς καὶ θεάτροις, καὶ πᾶσιν οἷα ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι τοιούτοις; οὐδεὶς ἔξω στηλῶν Ἡρακλέους, ὅστις ἐστὶν οἶμαι ἀνήκοος· οὕτω γὰρ εὐτυχεῖ περὶ τὰς ὥρας, καὶ τοὺς ἀέρας εὖ ἔχει, ὡς οὐδεμία τῶν ἄλλων κρείττων· τοσούτοις δὲ καὶ τηλικούτοις ἀγαθοῖς κομῶσα, καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν μετέχουσα πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν· ἃ δὲ ταῖς ἄλλαις πρόσεστι δυσχερῆ πεφευγυῖα ἤδη ὥσπερ οὐκ αὐτῆς εἶναι νομίζουσα· τὸ καὶ οὐδ' ὁτιοῦν τῶν καλλίστων ἐστερῆσθαι, οὐκ ἐν τούτοις τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζεται· ἀλλ' ἔστιν οἷς πεφιλοτίμηται μᾶλλον, τοῖς Ἀγαθονίκου καὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων παλαίσμασί τε καὶ κατορθώμασι, καὶ τοῖς θείοις παιδεύμασι. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ αὐτῆς καλλωπίσματα καὶ αὐχήματα· πρὸς τούτοις, ἐπλούτει καὶ ἄνδρας πρὸ τῶν ἄλλων πόλεων πλείστους ἀνδρικωτάτους ἅμα καὶ μαχιμωτάτους, κἂν ἐς ὕστερον ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἑαλωκυῖα ὤφθη παρὰ τῶν βαρβάρων αὐτῶν. Τίς δὲ οὐκ οἶδεν αὖθις ἂν, τὴν δευτέραν αὐτοῦ ὡς ἂν εἴποι τις πατρίδα τὴν τοῦ Σήλυος; ὅπως καὶ αὐτὴ εὖ ἔχει φύσεώς τε καὶ θέσεως καὶ τειχέων καὶ πύργων, πρὸς δὲ, ἐπινείων καὶ προαστείων, ὡς μόνη γε πασῶν, τὰς μὲν μεγέθει σεμνυνομένας καὶ κάλλει ἁμιλλωμένη· τὰς δ' ἄλλας ἐξισουμένη καὶ ὑπερφέρουσα, ἔν τισι πράγμασι, κατά γε τὴν τῶν πολλῶν δόξαν· ἥτις πρὸς τὸ πέλαγος καὶ τὸν ἥλιον ἀνίσχουσα. Τὸ γὰρ σχῆμα τοιοῦτον, ἐκ γῆς καὶ θαλάτ-

της θεωροῦντες αὐτὴν ὡς ἄσυλον καὶ ἀσφαλῆ ἐπαινοῦσί τε καὶ θαυμάζουσι· καὶ φυλακτήριον καὶ σκέπην ὡσανεὶ ἰσχύουσι τὰ ἐγγύς που πέλματά τε καὶ φρούρια· πρὸς τούτοις πᾶσι, καὶ ὁπλοφόρους καὶ μαχίμους ἄνδρας, καλοὺς κἀγαθούς· τοιούτους καὶ τηλικούτους, ὡς ἐπὶ ἀσπίδας καὶ δόρυ ἐν πολέμοις καὶ μάχαις τεθνάναι, ἐὰν βαρβάρων μὴ περιγένωνται ἴσως, ὑπὸ πλήθους στρατιᾶς· μόνη γὰρ περὶ τυχῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡ κομιδῇ ἐν ὀλίγαις ἄνδρας δύναται τρέφειν ἀγαθούς, ὅπλα μεταχειρίζειν καὶ μόνα, διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους, ὥσθ' ὅ φησιν Αἰσχύλος, Ἑρμῆς ταῦτα εὐλόγως συνήγαγεν· οὔτε τούτους ὅπλων ἀποστερεῖν οἷόν τε δεῖν· οὔτε τὸν Ἄρην ἔξω τιθέναι, τὸν πόλεμον δηλαδή. Ὅθεν εἰ ἔτυχον περιόντες Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, μόνας τὰς δύο ταύτας, δικαίως εἶπον ἀνδρῶν ἔχειν φοράν, ἀγαθῶν μὲν κοσμῆσαι ἵππους καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας· ἀγαθῶν δὲ τῆς τέχνης εὑρέσθαι τέρματα τάσδε σαφῆ· ὡς ἔστι γε τῶν ἀτοπωτάτων, εἰ κοσμεῖν ἐθέλοντες ταύτας τὰ πλείω καὶ κρείττω καὶ μείζω παρίημεν· ἅπερ εἰσὶ ταῦτα· ὥσπερ ἂν εἴ τις μέγεθος στρατιᾶς ἀγγεῖλαι βουλόμενος, οἷον τῆς Ἀχαιῶν ἐπὶ Τροίᾳ· ἢ τῆς Ξέρξου ἐπ' Ἀθηναίοις, εἶτα λέγει μυρίους ἢ δισμυρίους ὁπλίτας ἰδεῖν, ἵππων δὲ τόσην καὶ τόσην, οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τοῦ παντὸς λέγων ἐν οἷς θαυμάζει, καίτοι καὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν εὐδαίμονα τοῖς ποιηταῖς ἔδοξε προσειπεῖν, ὅτι ταῖς τῶν ἐνοικούντων ἀνδραγαθίαις ἐκοσμεῖτο, ἤπουγε λαμπρῶς ταύτας τὰς προσηγορίας προσήκει· μόναι γὰρ τοῖς πολλοῖς δοκοῦσι τῶν πάντων καινόν τινα τρόπον ταύταις ταῖς ὄχθαις ὁρίζεσθαι· οὐ ξύλα καὶ λίθους καὶ τέχνην τεκτόνων καὶ τὸν τῶν ἀψύχων κόσμον· ἀλλ' ἄνδρας εἰδότας μὲν σώζειν αὐτοὺς ἐν πολέμοις καὶ μάχαις· εἰδότας δὲ παράδειγμα καθεστάναι τοῖς ἄλλοις τῶν βελτίστων, ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς καὶ πράγμασι. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ πρὸ πάντων, τηροῦσαι φαίνονται αὗται αἱ πόλεις καὶ θείων ἀνδρῶν κανόνας καὶ δόγματα· ἔτι δὲ βασιλέων εὐσεβῶν νόμους, καὶ σοφῶν ἀνδρῶν Λυκούργου καὶ Σόλωνος, καὶ παντὸς ἄλλου νομοθέτου παρ' οἷς γεγόνασιν διάφορα, τά τε Ῥωμαϊκὰ καὶ ἐπαρχικά· καὶ τὰ κάλλιστα τῶν προχείρων, ξυνάμα ταῖς βασιλικαῖς νεαραῖς πολιτείαν μὲν ἀξιόχρεων τῷ νόμῳ σχοῦσαι, ἀξιόχρεων σχεδὸν δὲ καὶ δικαστηρίων αὐτῶν σπουδάζουσαι ἔχειν ὅσον τὸ εἰς αὐτὰς ἧκον, τὸ δίκαιον πανταχῇ κἂν ὑπὸ τῆς εὐροίας παίζωνται, καὶ ἔξω τοῦ καιροῦ πίπτωσι καὶ μὴ βούλωνται. Πατὴρ μὲν τῷ γενναίῳ καὶ θαυμαστῷ Ἀγαθονίκῳ Ἀσκληπιάδης, ἔπαρχος τὴν ἀξίαν, υἱὸς Ἱππασίου τοῦ τηνικαῦτα δυναμένου ἐν βασιλεῦσι· μήτηρ δὲ Ἀγάθη, εὐγενής· ὁ μὲν γὰρ Ἕλλην ἦν τὴν θρησκείαν, ἡ δὲ, εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος. Ἐκ τούτων οὖν προελθὼν τοῦ θείου βαπτίσματος καταξιοῦται· ἐπεὶ δὲ πέμπτος χρόνος ἀνύετο τούτῳ, γραμματιστῇ δίδοται, τὰ ἱερὰ γράμματα ἐκδιδάσκεσθαι· ὅθεν καὶ Ἑλληνικῆς παιδείας γευσάμενος καὶ ἀπολελαυκὼς ὥστε γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν εὐφυῶς καὶ ἀπταίστως, τὰ πολεμικὰ ἐκπαιδεύεται ἄριστ.... Ἐπεὶ δ' οὐχ εἷς πολλῶν εἶναι ἐδόκει, οὐδὲ τῆς ἐσχάτης μοίρας, ἀλλὰ τῆς

A rum armatorum virtutem ac fortitudinem; tales enim cum sint, aut Barbaros vincere, aut super clypeo aut jaculo commori in animo habent. Sola enim illa ex tot aliis viros strenuos et alere et armis assuefacere valet ob assidua bella, et ut Æschylo teste, Mercurius rite eos adunavit. Non enim ii sunt qui neglecto armorum usu Martem, id est bellum in exsilium agant. Certe si Homerus atque Hesiodus ad vitam redirent, has duas solas virorum feraces esse et altrices equorum et militum agnoscerent, ut nec minus artium eximias cultrices. Quare si eas laudare volumus, res multas quibus excellunt silentio præterire fas non est. Quod idem faceret qui exercitus magnitudinem, ut Achivorum contra Trojam, Xerxis contra Athenienses B celebrans, de decem aut viginti millibus loqueretur, equitum numero addito, totius, quem laudat, numeri partem unam vix attingens: quanquam poetæ urbem Atheniensium felicem utpote incolarum fortitudine præclaram appellare amant. Imo illa urbs omni laudum genere cumulari digna est, siquidem res novas easque plurimas, huc apportavit; non lignum, non lapides, non architectorum artem ornamentariam, sed viros ipsis in bello et pugnis salvandis idoneos et qui cæteris in rebus honestis et præclare factis pro exemplari, illis præsertim temporibus, esse possent. Huc accedit quod istæ urbes virorum divinorum præcepta et regulas, regum piorum et sapientium Lycurgi C ac Solonis et cujuscunque legislatoris imperii aut provinciarum leges stricte observant. Inde enim sicut ex imperatoriis novellis optima quæque excerpta in administratione ac jurisdictione ubique adhibebant, etiamsi non rebus ubique prosperis et e sententia fluentibus uterentur. Et pater quidem egregii ac nobilissimi Agathonici fuit Asclepiades præfectus ac filius Hippasii, qui tunc plurimum in domo imperatoria pollebat; mater deinde Agatha, generis et morum nobilitate insignis; pater igitur religione Græcus; mater pia ac vere Christiana. His igitur parentibus natus postquam sanctum baptisma suscepisset, annos quinque natus præceptori traditur, litteras sacras edocendus. Inde Græcorum doctrina imbutus ita ut litteras et D pingere et legere valeret, rei militari jam studet. In omnibus autem vulgari studio functus est, sed primas partes tenuit in civitate administranda, in quibuscunque negotiis peragendis, in rebus bellicis, quo factum est ut concionibus, foro, theatris sæpissime interfuerit; cum enim regibus familiariter uteretur, principum quoque consiliariorum amicitia gaudebat, militum ducibus, magistratibus, potentibus amicis usus est. Ingenii enim acumine Themistocli atque Alcibiadi comparandus, plurimos et ipse barbaros fudit; quem si Homerus vidisset, et bonum consiliarium et militem egregium proclamasset ut in Iliade atque Odyssea fortissimos quosque Græcorum carmine perpetuo celebravit. Licet enim de bene factis deque virtutibus

suis gloriari posset, tamen humilis ac modestus esse maluit et recusavit statuas quibus plerique ætatis suæ præfecti et duces honorari solebant, quippe virtutem sine mercede colere ante omnia amabat et actionibus conditioni suæ congruentibus.

A βελτίστης καὶ πρώτης ἔν τε βουλαῖς καὶ πολιτείαις· ἔν τε πράξεσι καὶ νοήμασι καὶ στρατηγικαῖς ἐμπειρίαις· καὶ πολὺς ἦν ἐν συλλόγοις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν θεάτροις ὡς καὶ τοῖς βασιλεῦσι γνώριμος ὢν ἐκ γένους, τοῖς πρώτοις συναριθμεῖται συγκλητικοῖς, ἄρχουσι καὶ στρατηγοῖς τοῖς μεγάλα δυναμένοις· ὃς ὀξὺς ὢν κατὰ τὸν Θεμιστοκλέα καὶ Ἀλκιβιάδην, στρατηγὸς ἀναδείκνυται καὶ αὐτὸς καὶ νικᾷ πολέμους πλείστους βαρβαρικοὺς κατακράτος. Ὃν ἰδὼν Ὅμηρος εἶπεν ἂν σοφὸν βουλάς τε ἐξάρχειν ἀγαθάς, πόλεμόν τε κορύσσειν· καὶ ὅσα ἄλλα τοὺς ἥρωάς τε καὶ ῥήτορας· καὶ ἀνδρειοτάτους τῶν Ἑλλήνων ἔφασκεν ἐπαινῶν, κατὰ τὴν Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν καὶ δέλτον, ἐν ἐμμελίᾳ ποιητικῇ. Ἔχων δὲ μεγαφρονεῖν ἐπὶ τούτοις κατορθώμασι καὶ πλεονεκτήμασι καὶ τὸ καλοῦ παντὸς ἰδέαν ἔχειν ἐν ψυχῇ, οὐδαμῶς τοῦτο ἐποίει· ἀλλὰ ταπεινὸς ἦν καὶ μέτριος, ὅς γε οὐκ εἰκόσιν οὐδὲ στήλαις μεγίσταις ἠξίου θαυμάζεσθαι, καθάπερ πολλοὶ τῶν ἡγεμόνων καὶ στρατηγῶν, ἀλλ' ἔργοις καλλίστοις ἐκείνῳ τε καὶ τῇ ἐκείνου φύσει μάλα προσήκουσιν.

Et post pauca:

Agathonicus triumphator non temeritate irave perductus res præclaras dum imperaret, peregit, sed humanitate et animi magnitudine, ita ut omnibus vitæ et morum exemplar sit: certe fieri non potest ut ipsi superiorem invenias. Sic enim fortis erat animi ut res plerasque flocci faceret, et virtutem colendo seipsum Dei domum et Spiritus sancti habitaculum constitueret. Ut paucis absolvam, sic unice vivitur feliciter; sic tantum per virtutem in Dei civitatem itur. Cum enim auctore Platone triplex sit anima quatenus cogitat, sentit et concupiscit, cogitamus quidem, sicut fas est, sæpe autem sensuum vi superamur, aut illicita concupiscimus, id est, quæ nobis nullo modo prodesse possunt. Agathonicus igitur in omnibus primas tulit, omnium suffragia obtinuit. Ingenii habebat tantum, ut modica ejus exercitatione cum dignitate vivere posset atque ita ut nihil prorsus in eo desideraretur. De intelligentia ejus quid dicam? Virtutem et facultates humanas noverat quæ ad felicitatem perducere valent; imprudentiam autem ac nugas jam ab adolescentia abjecit. Reticentia ejus tanta, quanta Anacharsi suadente, esse debet; secundum Pythagoram autem dicebat quacunque ratione abscindi debere a corpore morbum, et ab anima ignorantiam, sermones vero inanes omnino damnandos esse, sicut etiam intemperantiam et immoderationem, ut brevi absolvam. Ab ira quoque adeo sibi temperabat ut manus elevata et servum jamjam verberatura deciderit. Nunquam convicia retorquebat; humanitatis adeo amans erat, ut in amando non raro modum excederet, adeo præceptum divinum, quod proximum æque ac se ipsum amare jubet, sequebatur. Animi idem constantia ac fortitudine præstans, non periculum extimescebat, non bonorum jacturam, non domorum possessionem, non servorum plus quam fas est, affectabat: vita ipsa in nullo æstimationis loco apud eum erat dummodo e Dei amicitia et familiaritate non excideret. Castitatem porro ac sobrietatem quæ homines ipsis angelis assimilat quis sicut ille coluit?

